15a-1-13

El Colegio de Granada

y no conste lo contrario

SLA
ISF

Nº 1
12-105

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 17
Tabla
[illegible] 108

del Colegio de la Comp.ª de Jhs de Saavedra
R. 5911

# PARVA NATVRALIA AVGVSTINI NIPHI

## Medices Philoſophi Sueſſani,

VIDELICET

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Phyſiognomicorum* | *libri tres.* | *De Morte & Vita* | *lib. vnus* |
| *De Animalium motu* | *lib. vnus.* | *De Memoria & Reminiſcentia* | *lib. vnus.* |
| *De Longitudine & Breuitate uitę* | *lib. vnus.* | *De Somno & Vigilia* | *lib. vnus.* |
| *De Iuuentute & Senectute* | *lib. vnus.* | *De Inſomniis* | *lib. vnus.* |
| *De Reſpiratione* | *lib. vnus.* | *De Diuinatione naturali, artificioſa, et de Prophetia* | *lib. vnus.* |

Omnia poſt primas editiones nunc primum emendatiora in lucem prodeunt.




*Venetiis, apud* Hieronymum *Scotum.*

.1 5 5 0.

# ARISTOTELIS PHYSIOGNOMICA CVM AVGVSTINI NIPHI MEDICES COMMENTARIIS.

QVONIAM *& animæ ſequuntur corpora, & ipſæ ſecundum ſeipſas non ſunt impaſſibiles a corporis motibus.*

Commentarium.

QVolēs Ariſtoteles tradere artem cognoſcendi naturales hominũ mores ex ſignis a natura inſitis, p̃mittit proloquium, qđ eſt fundamentũ totius artis, & eſt, ꝙ aĩæ, q̃ humanis corporibus inſunt, non ſint impaſſibiles a corporis motibus. probat ex eo quia animę quæ hominibus inſunt, ſequuntur corpora. unde dicit, Qm̃ & animæ. ſ. quæ hominibus inſunt, ſequuntur corpora humana, igitur ſubaudi & ipſæ ſecundum ſeipſas, & ꝑ ſe non ſunt impaſſibiles a corporis motibus. Quo uero ad uerba attinet, per animas, qđ græce eſt διάνοιαι, dianoeę, non humanas animas intelligit quo ad gradum intellectiuum ſecundum quem ſunt e corporibus eleuatę, ſed quo ad gradus ſenſitiuũ, uegetatiuum, motiuum, & appetitiuum, ſm̃ quos e corporibus dependēt in operādo. Intellectiuas. n. animas quo ad hos gradus ubiq; Ariſtoteles dianoeas appellat, quo uero ad gradum intellectiuũ, ubiq; diciturnus, hoc eſt intellectus. Sumit ergo ꝓ antecedente dianoeas, hoc eſt humanas animas quatenus ſenſitiuæ, appetitiuæ, motiuæ, & uegetatiuæ ſunt ſeq̃ corpora humana atq; dependere ab humanis corporibus in operādo, & dixit corpora. ſ. humana nō addens ſana uel egrota, ut uoluerunt platonici, ueluti narrat Galenus, qui animas ſequi corpora cōcedunt, non ſimpliciter, ſed quo ægrota ſunt, aut uitio aliquo affecta. Ariſtoteles aũt eas ſequi corpora accepit, & q̃dem ſimpliciter, ut ꝓbauit primo de aĩa. hoc ergo eſt añs. Verbũ aũt { et } cũ dicit { & ipſæ } accepit illatiue, p̃to ergo uel igitur, quaſi dicat, qm̃ aĩæ humanæ ut ſenſitiuæ, appetitiuæ, motiuæ, & uegetatiuæ ſequunt̃ corpora humana ab illis depēdendo in operando, igitur & ipſæ animę ſecundum ſeipſas non ſunt impaſſibiles a corporis motibus, ſed coafficiunt̃ moribus & affectibus, quibus naturaliter humana corpora coafficiũtur. Per motus. n. corporis naturales mores, ac affectus, quos corpora ducunt ex tēperatura intelligit, ut dicemus poſtea. Accepit aũt hoc ꝓloquiũ cōtra ſtoicos & Poſſidonium. Stoici. n. mores extrinſecus accedere autumant, utpote ex mortuis ipſis, quorũ animæ in aliena corpora migrantes mores ferunt in corpora noua. Poſſidonius mores ex ſtellis accedere probat, & ita artis fundamentum penitus eliminarunt, quos in parte Plinius ſecutus libro. xi. Ariſtotelem deriſit, contra quos Ariſtoteles ſumit dianoeas coaffici corporis moribus, ac affectibus.

Capi. 3.

Hoc *autem manifeſtum fit ualde in ebrietatibus, & egritudinibus. Multum. n. alteratæ uidentur animæ a corporis paſſionibus. Et econtrario utiq; animæ paſſionibus corpus compati manifeſtum fit & per amores, & timores, & triſtitias, & delectationes.*

Commentarium.

Cum accepiſſet proloquium. uidelicet ꝙ aĩæ non ſint impaſſibiles a corporis motibus, & illud probaſſet ratione, nunc idem ſigno probat ex eo, quia corpore crapula, uel morbo alio laborante animæ ægre (ut inquit) ſpectantur. unde inquit, Hoc autem ſcilicet quod dictũ eſt in proloquio, manifeſtum fit ualde in ebrietatibus & in egritudinibus. Et quod ualdē in hiſce id pateat, probat, & inquit, Multum enim alteratæ uidentur animæ in talibus egritudinibus, & ebrietatibus, a corporis paſſionibus. Et ne quis putet animas alterari a corporis affectibus, & nō corpus ab animę paſſionibus, inquit, Et econtrario utiq; animæ corporis paſſionibus compati manifeſtum fit & per amores, anima enim amante corpus coafficitur, & ꝑ timores, & triſtitias, & delectationes, his enim anima affecta corpus coaffici neceſſe eſt. Nimio enim amore nōnulli extenuantur, & macreſcunt, timore uero nimio corpora pallent, immo compreſſione quadam, & reuocatione humorum ad intra quidam in fluxum corporis deuenerunt, & quidam, ut teſtantur medici, ſubita morte perierunt. Adhuc ꝓpter exceſſiuas triſtitias multi Philoſophi beluis ſimiles facti ſunt. Rurſus propter nimias animę uoluptates, quidam alĳ periere, ut illi qui nimia lætitia affecti ob nimiam ſpirituum dilatationem, ipſo corde depauperato, improuiſa morte deceſſerunt. Quod autem amores metus triſtitiæ & uoluptates ſint animæ affectus, nemo eſt qui ambigat. Signoq; huic aſtipulatur tota medicorum cohors, nam enumerantes illi res nō naturales enumerant aĩæ accidētia, monētq; ut ægroti ab his abſtinere cogãtur, ac ſi aĩa illis affecta, ēt corꝑa eiſdē coafficiant̃.

*Amplius autem in natura factis magis utique quis conſpiciet quod ſic ſe habeant adinuicem & corpus & anima connaturalia, ut plurimarum adinuicem paſſionum cauſæ fiant. Nunquam enim animal factum tale eſt, quod formam quidem haberet alterius animalis, animam uero alterius, ſed ſemper eiuſdem & corpus, & animam, ut neceſſarium ſit ad tale corpus conſequi talem animam.*

Commentarium.

Idem probat argumento ſumpto ab his animalibus, quæ ſeminis propagatione exoriuntur, & primo proponit uim ſigni, & dicit, Amplius autē ꝙ anima & corpus ſic connaturalia ſe habeant, ut plurimarum paſſionũ adinuicem cauſę fiant, magis utiq; quis conſpiciet in his, quæ natura hoc eſt ſeminis propagatione fiunt. hæc eſt uis ſigni. & dixit in his, quæ natura fiunt, ad differentiam proximi ſigni, quod accipitur ex his, quæ fiunt prēter naturam, ut a morbis, & ab ebrietatibus. & dixit etiã ꝙ aĩa & corpus ſic connaturalia ſe habeant, ut innuat ꝙ anima corpus, & corpus aĩam, quo ad naturales mores atq; affectus ſequitur. & quidem ita conſentaneę, atq; connaturaliter ut plurimarum paſſionum cauſæ fiant. Exponit autem ſignum, & inquit, Nunquam enim animal factum eſt tale, quod formam hoc eſt ſpeciem, diſpoſitionem, figuram, &c. quæ corporis ſunt, haberet alterius animalis, ut lupi uel canes animam, hoc eſt affectus, ac mores alterius. uidelicet leonis, uel ouis, ſed ſemper eiuſdem animalis & corpus, hoc eſt diſpoſitionem corpoream, & animam hoc eſt affectus & mores. Homo enim eius animalis mores habet cuius habet corpoream diſpoſitionem et cuius animalis corpoream diſpoſitionem habet, eius habet mores. ſumpſit enim formam pro quauis corporea diſpoſitione, per quam poſſumus de moribus hominum indicare. et per animam, Ariſtoteles naturales mores, atq; affectus intelligit, qui animæ ſunt. Quæritur hic utrum aliquod animal poſſit habere corpus unius animalis, & animã alterius? Et uidetur ꝙ ſic. primo quidem, quoniam aliquis homo reperitur, qui habet ſpeciem ac corpoream diſpoſitionem canis, & tamen habet animam hominis ut cinocephali ut. xi. libro de hiſtoria animalium. Capitu. 8. Præterea Plinius inquit octauo libro hiſtoriæ naturalis alcippe peperit elephantum, & ancilla inter initia belli marſici ſerpentem, & partus corpus alterius animalis habebat, & animam alterius, quoniam corpus belue, animam humanã.

Propterea Pythagorici aſſeruerunt humanam animã omne corpus poſſe habere, & ferinum & humanũ, & ſic iſti concedunt aliquod poſſe habere corpus unius & ani

mam alterius animalis. Peripatetici animam ſuo corpori coaptarunt, ita ut nullum animal poſſit habere corpus unius animalis, & animā alterius ſed eiuſdem & corpus, & animam, quem poſitionem aliquando Plato ſecutus eſt. Tunc dicendum ad primum, quod cinocephali nō homines, ſed beluæ dicuntur, propter conuenientiam tamen quandam cum hoībus, homines, a uulgo appellanť. Ad ſecūdū dicēdū mōſtra illa non hoīes, ſed beluas eſſe quæ generantur ſeminum humanorum corruptione, ueluti uermes in inteſtinis, ſic monſtra illa in matrice.

*Amplius autem & ſcientes affectiones circa unumquodque animalium ex forma poſſunt conſiderare, & equites equos, & uenatores canes.*

Commentarius. Demum idem exemplo probat, & dicit, Amplius autem & ſcientes affectiones circa unumquodque animalium ex forma hoc eſt ex corporum diſpoſitione poſſunt mores & affectus naturales animaliū conſiderare, et equites equos, & uenatores canes. Ex pilis enim figura corporis, colore & aliȷs id genus uenatores de canum bonitate præſagiunt, & æquiſones de equorum præſtantia ergo eadem ratione de homine idem iudicari poteſt. licet interſit, quia in brutis mores illi impetus ſunt, in homines propenſiones, atque excitamenta. In brutis. n. anima omni ex parte corpori demergitur in hominibus uero & ſi ſecundum dianoeticam partem moli ac materiæ ſubiaceat, ſecundum tamen intellectiuum, e corpore abſoluitur.

Quo uero ad uerba attinet, Ariſtoteles per uenatores, qui græce cynegetæ dicuntur, intelligit gubernatores canum, qui dici poſſunt canum inſpectores, ac uerbo nouo caniſpices, pro equites autem, qui græce hippici, appellātur, intelligit equiſones uel equorū inſpectores, qui etiam equiſpices dici poſſunt.

*Quod ſi hæc uera ſint, Semper autem hæc uera ſunt, erit utique phyſiognomizare.*

Commentarium. His diſputatis concludit, ueritatem artis phyſiognomiçandi & dicit, ꝙ ſi hæc, quæ ſumpſimus ad probandū ueritatem artis, phyſiognomiçandi, uera ſint, erit utiq; phyſiognomiçare. Sed ſemper hæc, quæ accepimus, uera ſunt ergo erit phyſiognomiçare. Hæc breuiter Ariſtoteles de phyſiognomiçandi arte. Circa hæc quæ Ariſtoteles dixit, quæritur primo utrum ſit phyſiognomiçare? Et uidetur quod non, quoniam mores ſunt humanæ animæ affectus, quorum affectuum eſt phyſiognomonia, ſed humana anima non ſequitur corpus, ergo nec mores, qui ſunt eius affectus. Preterea (ut ſcribit Ariſtoteles in topicis) caſtum naturaliter eſt caſtum ſecundum quid, cum ergo phyſiognomonia nō ſit niſi morum naturalium, qui ſunt ſecundum quid, phyſiognomonia non erit ſcientia certa.

Præterea. Si mores conſequuntur corporeas diſpoſitiones, qui haberent conſimiles corporeas diſpoſitiones in ſpecie, haberent mores in ſpecie conſimiles. modo omnes homines habent conſimiles diſpoſitiones in ſpecie, & tamen non omnes habent conſimiles mores in ſpecie. Preterea (ut Ariſtoteles inquit) natura non aſſueſcit in contrarium, ut ſi lapis milies proȷceretur ſurſum, ſemper tendet deorſum, ſed mores ſunt ad contrarium naturæ, ergo non ſequuntur ueſtigiū naturæ, & ſic non erit phyſiognomiçare. Deinde uideť ꝙ phyſiognomonia nō ſit neceſſaria, nam (ut Galenus argumētatur) ſtudioſi nulla eſſet laus, eorum. n. quæ a natura ſunt, neq; laus eſt, neque uituperatio. Præterea. Multi habent ſigna mala, & ſunt boni, ut de Socrate & Hippocrate legiť. Preterea. Voluntas eſt libera, & poteſt in contrarium duci eius, in quo natura inclinat. Præterea ſi ita eſſet, tunc mores eſſent a natura, quod Ariſtoteles ubiq; negat. fiunt enim ex frequentatis actibus. Vltimo quæritur utrum mores ſequantur complexiones manifeſtas, & uidetur quod ſic, quoniam in eorum definitione ponitur, dicitur enim ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. ex alio uidetur quod ſequantur occultam, quoniam multi natura cholerici fuerunt manſueti. Circa hæc quæſita primo uideamus an ſit phyſiognomiçare. Quantum ad primum, qui negarūt ipſum phyſiognomiçare, fuerunt ſtoici, qui dixerunt mores extrinſecus accedere, Criſippus quidem ex corporibus mortuorū dixit animas mores ferre in corpora noua Phrenitius autem atq; Poſſidonius cœleſtium rerum ſtudioſi animas mores ducere ex ſtellis tradiderunt. Auctores uero phyſiognomię fuerūt Hermes Zopyrus, Loxus, Phylemon, & Palemon. Plinius uero phyſiognomoniam penitus uanam, & ſuperſtitioſam putauit. Ariſtoteles uero, Galenus Raſes, & cæteri medici phyſiognomoniæ multū tribuerūt, quos Vegetius in eo lib. ſecutus eſt, quem de re militari inſcripſit. Hanc partem Galenus approbauit, primo quidem argumento ſumpto ab ipſis pueris, quorum aliȷ, cum primum in lucem æduntur, timidi, aliȷ guloſi, atq; adulteri, aliȷ inuerecundi, aliȷ deniq; aliȷs modis natura morati atque affecti exoriuntur. Quę ratio docet animas ſequi corpora, & ita eſt phyſiognomizare. Secundo uero argumento idem Galenus probat ſumpto a ꝑmutatiōe cōplexionis. nam ꝑmutata cōplexione, mores mutantur. cholera, enim ſuperabundāte in cerebro in deſipientiam trahimur, nigra uero in melancholiam, flegmate, in letargum. Sicq; cōplexione mutata, in uarios mores mutamur. Plato etiam in Tymeo dixit corpora tanto eſſe prudentiora, quanto humiditatis ſunt minus participantia, quo ſignificauit animas propter corporum qualitates alterari. Idem ex mutatione ætatum Plato perſuaſit, ſiquidē pueri alios mores, alios iuuenes, alios uiri, alios ſenes ducunt. Ariſtoteles uero libro. ii. de partibus, ex uaria ſanguinis natura mores in animalibus differre ſcribit unde exanguia timidiora ſanguinem habentibus aſſerit. Taurum uero & aprum iracundos & fortes, quoniam eorum ſanguis feruentiſſimus eſt. Hippocrates etiam tradit mores naturales ſequi naturales potentias, potentias uero complexiones. unde ex regionum diuerſitate pendere ait complexionum differentiam, ex differentia uero complexionum pendere morum diſcrimen. Aſſerit. n. homines qui apud arctum ſunt, habere mores ſylueſtres. qui uero uerſus boreā, mites Ad hæc dicit omnia quæ in Aſia ſunt meliora & manſuetiora eſſe, & ut breuibus concludā, ex regionum differentia patet omnem morum differentiam proficiſci. Hæc eadem Ptolomeus in. iȷ. apoteleſmatum libro affirmauit, ex differentia climatum, quæ eſt ad ęquinoctiale. Loxus phyſiognomus rem hanc ſic probat, qđ fertur, ſapit naturam ſui deferentis, Anima fertur in corpore, ergo ſapit naturam corporis. Signo etiam idē perſuaſit quoniam melancholici triſtes ſunt, & meſti, propter ſpirituum obſcuritatem, ſanguinei hilares propter ſpirituum claritatem. Ariſtoteles uero ſecundo libro priorum aſſerit nullam eſſe naturalem paſſionem, quæ uni animę cōpetit, & non animę alterius, quin corpori inſit aliqua mutatio, quæ eſt ut ſignum illius. Appellauit autem corpoream illam mutationem per quam corpus differt a corpore, ueluti anima differt ab anima. Signum, ꝙ per eam paſſio ſignificetur. Expoſuit uero ſe de naturali paſſione, & non de accidentali, quoniam paſſio accidentalis aduenit nobis ex nobis, naturalis uero paſſio aduenit nobis ex inclinatione naturali noſtrum corpus conſequente. Geometria. n. & muſica quę animę noſtre ineſt accidētaliter, mutationem corpoream tanquam ſignum non comitať. ira uero & metus & gaudium & triſtitia, & affectus naturales omnes. Amplius autem & mores natura nobiſ inſiti animæ noſtræ ineſſe non poſſunt niſi aliqua mutatione facta in corpore, ut illorum ſigno. Hinc patet fieri poſſe, ut animi affectus ac naturales motus ex ſignis, q̄ corporibus inſunt a natura, cognoſcantur. quod græco uerbo phyſiognomiçare dicitur, et quoniam Plinius has cauſas ignorauit, ideo dixit ipſum phyſiognomiçare eſſe nihil.

Cap. 2. & 4.



hil. Deinde uidendum eſt, de neceſſitate phyſiognomoniæ, an ex ſignis naturæ neceſſario licet ſignificare affectus atq; mores animę. Pro dilucidatione primo accipiamus omnibus animalibus eſſe cōmune agere uel pati ab inclinatione naturali, uerum hæc naturalis inclinatio in brutis impetus, in hominibus autem propenſio dicitur. in cholerico inclinatio eſt ad iram, in melancholico ad metum in ſanguineo ad iocūditatem, in flegmatico ad ſegnitiem. Inclinationes ergo iſtæ in animalibus rōne participantibus propenſiones, in brutis autem impetus dicuntur in hominibus morum atq; affectuum ſemina, quoniā ratione regulari poſſunt. in brutis uero mores & affectus, quoniam ſenſibus & appetitu uiuunt. Secundo accipiamus, ꝙ aliquid dici pōt tale, aut actu aut naturali pōt tale aut actu aut naturali aptitudine, ęſtas qdē naturali aptitudine, calida eſt, contingit aliquando actu eſſe frigidā. auſtrinus naturali aptitudine ſiccus eſt, actu eſſe pōt humidus. His acceptis, patet phyſiognomoniam eſſe ſciam neceſſariam, quo per ipſam p̄dicimus ſaptitudines naturales ad affectus uel mores. quo uero prędicimus per ipſam affectus uel mores actuales, nec eſt ſcientia neceſſaria, nec firma, uerum quia homines plerunq; uiuunt ſenſu, & nō niſi ſapientes uiuunt ratione, iō phyſiognomonia eſt ſciētia prædicendi mores actuales, & affectus, ut in pluribus quoniam plures appetitu & ſenſu uiuunt, q̄ ratione. hanc ob cauſam Bias prienęus dictitabat plures eſſe malos q̄ bonos, quoniam plures appetitu quam ratione mouentur. Ariſtoteles etiam dixit a medio pluribus modis delinqui, accedere uero non niſi uno modo. Patet ergo ex ſignis nature neceſſario poſſe prædici naturales mores, ac aptitudines. actuales uero pro maiori parte. Poſt hæc uideamus an mores naturales ac affectus, qui animæ inſunt, ſequantur complexionem elementariam, an cœleſtē, an quam? Empedocles Agrigentinus dixit mores ſeq nō tantum cōplexiones elementarias, immo animas eſſe harmonias elementarias. Sunt aūt nobis ſigno definitiones affectuum, quæ non ſine complexione habētur, ut ira eſt ſanguinis accenſio, manſuetudo ſanguinis tepeſcentia, audacia ſanguinis ad exteriora diffuſio, timor ſanguinis infrigidatio; ſimili ratione & cęteri affectus deſcribuntur.

Hermes uero (ut eius ſequaces tradiderunt) mores ſectari proprietates dixit, quandoquidem aliquando uidemus cholericos mites, ſanguineos auaros, quę fieri nō poſſunt a qualitate. uidelicet calido frigido & id genus, ergo a ꝓprietate, quæ nec eſt caliditas, nec frigiditas, nec aliqua harum. Medici uero, ut Galenus & aliȷ dixerūt mores aliquando ſectari qualitates elementarias hoc eſt calidū, frigidum, humidum & ſiccū, uel harum temperationem, quam græci craſſim appellāt, noſtri medici accommodato uerbo, & nouo complexionem. Aliquando ſectari proprietates, quas (neſcio qua ratione) appellant complexiones ſequentes materiam. Experientia enim docet nonnullos ſanguineos, qui ratione habita ad elementariam complexionem, deberent eſſe liberales, & tñ ob proprietatem ſunt auari, & illiberales. Hinc duo eſſe ſignorum genera Galenus ſcribit, aliqua quæ a qualitate elementaria ſumpta animi affectiones ſignificāt, ut thoracis piloſitas, quę iracundiæ eſt iudicium, & hoc quia ſignificat cor calidū Quædam a proprietate, ut capitis in dextrum declinatio quę ſignum eſt cynedi, non quidem quia calida, aut frigida, ſed ex proprietate colligiť. Peripatetici uero (ut Ariſtote. ſecundo libro priorum) ſupponit nulla homini ineſſe aliquam affectionem, aut aliquē morem a natura, quin illum in corpore comitetur ſignum per quod illa paſſio aut mos poſſit ſignificari. Vnde uero exoriatur huiuſmodi ſignum utrum ex elementari qualitate, uel complexione, an ex proprietate, ad phyſiognomicum non attinet diſputare, ſatis enim eſt ipſi accipere nullam nobis propriā affectionem, aut morem poſſe ineſſe, quin illum in corpore comitetur ſignum, per quod illa ſignificari poſſit, nam ſiue ſignum illud exornatur ab elementaria, ſiue a proprietaria temperatione, propoſitum phyſiognomicū non deſtruit. Quæres an paſſio ſit cauſa ſigni, an contra ſignum cauſa paſſionis. Et dicēdum ꝙ nec paſſio ſigni, nec ſignū paſſionis cauſa eſt, ſed ſunt duo accidentia ſeſe comitantia, quorum alterum anime, alterū corpori ineſt, uerbi cauſa extrema habere magna, & eſſe liberale, liberalitas animæ, extrema uero magna habere corpori inſunt, & tamē ſunt ſeſe comitantia. quid autem ſignum ſit, poſtea dicemus, quid etiam ſit proprietas, a phyſicis perquirať. per hæc delentur omnes obiectiones. Prima quidem, quoniam licet anima quo ad intellectum ſit e corpore eleuata, quo ad dianoeticū eſt a corpore comprehenſa. Secūda etiam, quoniam licet caſum ſecundum naturam, ſit caſum ſecundum quid. reſpectu actus. tamen reſpectu aptitudinis eſt ſimpliciter tale. Tertia quoq;, quoniam licet aſpectus non differant ſpecie eſſentiali, differunt ſpecie accidentali, & ſic mores differunt. Sufficit enim pro differētia morum accidentalis differentia aſpectuum. Quarta etiam deletur, quoniā licet natura priuata cognitione nō poſſit ad contrarium aſſueſcere, natura tamen cognitiua poteſt. Delentur etiam rationes alterius quæſiti. Prima quidem ꝙ laus ſit propter habitum, & nō propter naturā. habitus enim ex actibus, potentia & natura ex principiȷs generationis exoriunť. Secunda uero ꝙ phyſiognomia eſt contingens ratione habita ad actum & ad habitum, non ratione habita ad naturam. Tertia etiam, qm̄ mos pro aptitudine nobis ineſt a natura, pro habitu ineſt a nobis. De tertio quęſito patuit dilucidatio. Hæc de proemio Libri.

*Progenerati igitur phyſiognomones ſecundum tres modos enituntur phyſiognomizare, unuſquiſque ad unum.*

Commentarium. Hactenus de proemio in quo de neceſſitate phyſiognomoniæ egit, nunc accedit ad narrationem. In qua primo uult narrare modos, quibus prędeceſſores phyſiognomiçarunt. Secundo eligit modum conuenienciorē. Et tertio accedit ad phyſiognomiçandum. De primo inquit. Progeniti igitur phyſiognomones ſecundū tres modos enituntur phyſiognomiçare, & unuſquiſque illorum phyſiognomiçantium reſpiciebat ad unum, tanquam ad ſedē ſyllogiſmi phyſiognomici, e quo ſyllogiſmus phyſiognomicus conficiebatur. Quo quidem ad rem attinet differt ſedes ſeu locus phyſiognomiçandi, & ſyllogiſmus phyſiognomicus. Locus quidem eſt id, e quo accipitur propoſitio ſyllogiſtica, uel ad quod reſpicit ſyllogiçans. Syllogiſmus uero accipit ſignum ut medium & infert paſſionem. uerbi cauſa, habere extrema magna eſt medium, per quod infertur liberalitas, leo eſt animal, e quo ſumitur ſignum. Ex eo enim quia leo habet extrema magna, & eſt liberale, ſyllogiſmus eſt, quicunq; habet extrema magna eſt liberalis. Socrates habet extrema magna. ergo eſt liberalis. Quare uult ꝙ antiqui tribus modis phyſiognomiçarunt, & unuſquiſq; reſpexit ad unum tanquā ad ſedem, e qua propoſitio ſyllogiſtica colligitur. Quo uero ad uerba attinet, ille qui phyſiognomiçat, græce diciť phyſiognomon, placet ergo mihi nouo nomine appellare uultiſpectorem, & ipſum phyſiognomiçare, uultiſpicere, nam uultus ſuperficies eſt, quæ cernitur, a uoluendo dictus. Non enim pro facie tantum, ſed pro omni ſuperficie, q̄ apparet, accipitur, uel uultus dicitur a uolo uis, nam ut a colo cultus, ſic a uolo uultus deducitur, Proprie autem ſignificat uoluntatem hominis, quæ pro motu animi in facie, aut ſuperficie oſtenditur. non ergo ab ratione uultiſpicere accepimus pro phyſiognomiçare.

Lib. iȷ. de cōplexiōe

*Nam aliȷ quidam ex generibus animalium phyſiognomi-*

*zant, ponentes ſecundum unumquodque genus, figuram quandam animalis, & animam. Alij autem et in talibus corpus quoddam. Deinde ſimile corpus habenti, & animam ſimilem ineſſe putabant.*

*Commentarium*

Nunc exponit illos modos, & primo eum modum, quem Platoni attribuunt, & dicit. Nam alij quidem locum accipientes ex generibus animalium, ex illis phyſiognomiçant, & ſyllogiſmum phyſiognomicum conficiunt. & hoc dupliciter, nam alij ſunt ponentes ſecundum unumquodque genus animalium, figuram quandam animalis illi generi propriam & animam, hoc eſt & paſſionem propriam. Et intelligit per figuram, quæ græce eſt idos, diſpoſitionem quandam corpoream illi propriam non ſimpliciter, ſed quæ competit omni, & ſemper ut Ariſtoteles inquit ſecundo libro priorum. & per animam etiam, quæ græce eſt dianoea, intelligit paſſionem animæ, ſiue illa ſit naturalis animæ mos, ſiue affectus. Exemplum ueluti ſi leonibus inſit fortitudo hoc eſt animoſitas, neceſſe eſt ſignum aliquod illi ineſſe, ut magnas ſummitates habere, ut thorax, & armos generi ergo leonum corporea figura ineſt ut magnas habere ſummitates Competit enim oībus, & ſemper, & ineſt eſſe forte, & animoſum, quoniam omnibus & ſemper. Ab hoc ergo loco accipitur propoſitio. uidelicet omne habens ſummitates magnas eſt animoſum. Tunc poteſt ſyllogiſmus fieri, ſed Plato habet ſummitates magnas. ergo eſt animoſus, & fortis. Hic eſt primus modus primæ methodi, quē Platoni attribuūt, quenq; Ariſtoteles approbauit ſecundo libro priorum. Deinde dat ſecundum modum in eadem methodo, & dicit. Alij autem & in talibus animalibus erant ponentes corpus quoddam illis omnibus proprium, deinde putabant ineſſe ſimilem animā ac affectionem omni illi, qui ſimile corpus haberet. uerbi cauſa, leonibus aptabat corpus, quod eſſet ſummitates habens magnas duripilum, fuluum, & animam omnibus etiam fortem. Iſti enim deſcribebant paſſim omnes partes, deinde per omnia membra diſcurrendo totum corpus colligebāt & illi dabant propriam animam ꝓprio affectu conſtitutam, quibus collectis putabant omne corpus ei ſimile uel in toto uel in parte habere affectum ſimilem uel in toto uel in parte. Simili ratione & in alijs aīalibus faciunt, dando cani corpus propriū, & eius aīam ꝓpriā, uidelicet cōtumelioſam. oui uero manſuetū eſſe, & ſic in cęteris. uterque horum modorum fundatur in uerbo Platonis animæ dantur ſecundum merita materiæ. Leo enim talem habet animam, quia in eius materia tale precesſit meritum, hoc eſt miſtio. Prima itaq; methodus diuiditur in duos modos, primus quidem locum accipit a certo ſigno, quod aliquid corpus eſt. Secundus uero locum accipit a toto corpore. primus modus enim putat cui ineſt ſignum illud, eidem ineſſe affectionem, quæ illud ſignum comitatur. Secundus putat cui ineſt tale corpus, aut ſecundum totum aut ſecundum partem, et ineſt talem animam. Hęc de primo modo.

*Nonnulli uero alij hoc quidem faciebant, non tamen ex omnibus animalibus experiebantur. Sed ex ipſo hominum genere diſtinguentes ſecundum gentes quæcunq; differunt ſecundū uiſum & mores, ut egyptij, & Thraces, & Scythe, ſimiliter lectionem ſignorum faciebant.*

*Commentarium.*

Hic eſt ſecundus modus, quem trogus intentauit, uidetur autem hic modus cū primo ſatis conuenire, q̃tum ad formam, licet differat quantum ad materiā, qm̄ primus modus locum accipit ab animalibus, ſecundus modus ab hominibus unius regionis argumentando mores hominū alterius regionis. tamen quo ad formam conueniunt, qm̄ hominibus certæ regionis ſtatuit aut figurā, aut corpus propriū, & illis aīam propriam, deinde argumētatur ꝓpoſitionem cui ineſt figura uel corpus tale, ei ineſt anima talis. Supponit aūt hic modus ꝙ quemadmodum regiones non ſunt ſimiles, ſic nec hominū, mores, nam (ut Maternus inquit) Nam Scythe crudeles ſunt. Itali regali nobilitate præfulgidi. Galli ſtolidi & inconſulti, Græci leues. Afri ſubdoli. Syri auari. Siculi acuti. Aſiani uenerei, ac ſemꝑ uoluptatibus occupati. Hiſpani elata iactantiæ animoſitate præpoſiti. Egyptij ſapientes, Babylonij prudentes. Differūt etiam figura & corpore ut Maternus lōgis uerbis exponit. quare poterimus phyſiognomiçare in uno homine ꝑ ſimilitudinem ad exterum, ſicuti & per ſimilitudinem ad brutū. Quo quidem ad uerba attinet, aīaduerte, ꝙ alia eſt cōplexio forme, ut eſt forma, & alia forme, ut eſt hic forma. Cōplexio quidē, quā meretᷣ forma humana ut forma humana, eſt illa, q̃ reſultat ex actione, & reactione qualitatū primarū, ad talē factionis modum, cum quo ſtare poſſit forma humana, & nulla alia alterius ſpeciei, ut neq; equi, neq; bouis, neq; cuiuſuis alterius animalis, & hæc cōplexio a medicis formalis appellatᷣ, ꝙ ſit forme, ut forma ſpecifica eſt. cōplexio uero, quā meretur forma ut talis forma, cōplexio eſt, quā habet ex climate eo, in quo ipſa eſt. Cum. n. elementa uirtute ſignorum celeſtiū, & ſtellarū aliter diſponātur in. 1. aliter in. 2. aliter in. 3. climate, ita ex eis alia atq; alia reſultat cōplexio, quę eſt conueniens forme illius climatis, & nō alterius. Horum ergo cōplexiones ſpecie differunt, nō q̄dem penes formas, ſed penes materias. ꝓꝑea cōplexio quę eſt formæ, ut talis forma materialis dicitur, quæ eſt formæ ſm ſpeciem, formalis appellatur. Quia igitur horū complexiones differūt ꝓꝑ regionū dr̄iam, iō uultus ſpēs & affectus & mores naturales enarrant. uñ inquit. Nōnulli uero alij hoc idem faciebant, non tñ ex oībus aīalibus experiebantᷣ, ſed ex ipſo hominū genere diſtinguentes ſm gentes, quæ differunt ſecūdum uiſus, & mores, ut egyptij & Thraces, & Scythæ. Iſti inq̃ ſic diſtinguētes ſm gentes ſimiliter electionē ſignorum faciebant, ſimiliter dico, ut priores qui phyſiognomiçabant ſm animalia. uerum qui ſm gētes uultiſpiciunt, certius uultiſpiciunt q̃ qui ſm animalia. primo quia conuenientia ſecundum animalia eiuſdem ſpeciei uerior eſt. ſecūdo quia ſimilitudo inter hos facilius ſpectatᷣ, ueluti cuius inter hoīes eiuſdē familiæ ſimilitudo cernitᷣ. tertio q̄a inter eos eſt formaliū, cōplexionū conuenientia, & ita affectionū affinitas. Hęc de ſc̄do mō.

*Quidam aūt ex apparentibus moribus, quali diſpoſitione ſequatur unuſquiſq; mos iracundum, timidum, coeuntē & aliarum paſſionum unamquanq;.*

*Commentarium.*

Hic ponitur tertius modus uultiſpiciendi, & accipitur ab apparentibus moribus, & ut medice loquar, accipitur a qualitate mutata. per apparētē. n. morem intelligit qualitatem mutatam, qua quis in exercēdo affectum uel morem ſe mutat ac prefigurat. Alia enim qualitate ſe præfigurat ac mutatur iracundus cū iraſcitur, alia timidus, cū timeſcit, alia libidinoſus, cum coeat, tot. n. ſunt qualitates mutatæ, q̄bus hoīes mutanᷣ, quot affectiones, aut mores, cū patiuntur aut afficiunᷣ. Phylon ergo lacedęmonius ꝑ mores apparentes uultiſpiciebat, uñ ſicut Plato & Pythagoras ad brutum, Trogus ad hominē referebant, ita Phylon ad mores apparentes hoc eſt ad qualitates mutatos, quibus ſe pręfigurabat patiēs, retulit. uerbi cauſa. ſi quis natura oculos ſurſum ductos habet, is natura libidinoſus eſt, Refertur. n ad apparentem morem, quoniam moriens & coiens ut Ariſtote. inquit libro problematum, ſurſum ducit oculos. Præterea. Si q̄s. natura pallidus eſt, is eſt timidus refertur enim ad apparentem morem, qui. n. timeſcit, palleſcit. unde dicit. Quidā autem phyſiognomiçāt ex apparentibus moribus, quali diſpoſitione ac appatu unuſquiſq;



unuſquiſque mos iracundum timidū, coeuntem, & aliarū paſſionum unamquāq; ſequatur, uerbi cauſa, ira iracundum, timor timidum, coitus, libidinoſum atq; aliarum paſſionum quauis unuſquiſq; mos ſequatur, & ſic ꝑ morem apparentem intelligit qualitatem, qua corpus ſe mutat, cum actum affectionis exercet. Qui enim diſpoſitionem hanc naturam habet is natura ea paſſione afficitur, qua paſſionem exercens ſe præfigurat.

*Eſt autem per omnes hos modos phyſiognomizare, & adhuc per alios, & electionem ſignorum diſſimiliter fieri.*

*Commentarium.*

Epilogat modos fere oēs, quibus antiqui phyſiognomiçarunt. & dicit. Eſt autem ꝑ omnes hos modos phyſiognomiçare, & adhuc per alios, ultra hos, quos narrauimus, & etiam. 3. eſt ſignorū electionē diſſimiliter hoc eſt loco a contrario fieri. Dico loco a contrario, qm̄, ut ſi pilorum durities fortitudinem, mollities timorē ſignificat, & dixit. Et adhuc per alios, qm̄ alij phyſiognomiçarunt per ſyllogiſmum, ut denſitas pilorū in pectore irā ſignificat qm̄ calorē cordis & ſpirituū denuntiat, qui ire cauſa eſt. Alij per manuum inſpectionem (ut chyromātici) ij. n. per inciſuras uole mores adnotarunt. Alij ꝑ pulſus, & excrementa, & cętera ſigna, q̄bus medici utunᷣ. Cum. n. medici pulſum inueniunt ſpiſſum, iracūdum eū rarū, manſuetum ſignificant. Alij ꝑ ſigna cœleſtia, ut aſtronomi. Alij ꝑ habitationes regionum, ut q̄ in Africa ſubdoli, qui in Græcia leues. Alij ꝑ inſpectionē ætatum, ut. ij. lib. rhetoricorum docet Ariſto. quo pacto pedagogi phyſiognomiçant. Vltimo aliqui ex progenie mores coniectant, ex gentilicio. n. magna morum pars contrahitur ut in ethicis, ideo dixit Ariſto. & adhuc & ꝑ alios modos, qm̄ non tantum illis tribus uultiſpexerunt, ſed alijs multis.

*Qui igitur ſecundum mores ſolum phyſiognomizant, Vtique primo quidem q̄ aliqui non idem ipſi exiſtentes, mores qui ſunt in facie, eoſdem habent: ut fortis, & inuerecundus eoſdem habent, ſecundum animas plurimum differentes.*

*Commentarium.*

Cū narrauit hos modos phyſiognomiçandi, in parte iſta examinat illos & primo obijcit contra tertiū modū & oſtendit ꝙ aliqui eadē qualitate mutate afficiunᷣ in facie, q̄ differunt aīa multum, ut fortis & inuerecundus, uterq;. n. in facie eadē qualitate afficitur, & tñ aīa differt ſiquidem fortis animā fortem habet, inuerecundus inuerecundū, quę multum differunt, unde inquit. Qui igitᷣ ſm ſuꝑapparentes mores ſolū phyſiognomiçant, ſubaudi errant, primo q̄dem ꝙ aliq̄ non idē ipſi exiſtentes in moribus aīæ mores apparētes q̄ ſunt in facie eoſdē hñt, ut fortis, & inuerecūdus, mores ſuꝑapparētes ī facie, eoſdē hñt ſm aīas plurimū differentes ſunt. Quo quidē ad uerba attinet, animaduerte ꝙ fortis, & inuerecundus faciem habent immutabilem. Non. n. fortis timet, nec inuerecūdus pudorem patitur, ideo in ſuperapparenti more conueniūt quoniam uterq; immutabilem faciē habet, & dixit ſolū, qm̄ licet ab apparenti more ſolum, non phyſiognomiçādum eſt, cum alijs ſignis poſſumus phyſiognomiçare.

*Secundo uero, quoniam ſecundum tempora quædam mores non eoſdem, ſed aliorum habent. Et. n. triſtibus, exiſtentibus, quandoq; contingit diem delectabiliter ducere, & morem accipere eius, qui eſt hilaris, & econtrario hilarem cōtriſtari, quare mos, qui eſt in facie, permutatur.*

*Commentarium.*

Secūdo obijcit, nam pōt aliq̄s natura triſtis, interdum uitā beatā ducere, q̄ tunc hilaris morem in facie ſubibit, quo in tꝑe uultiſpex eū natura hilarē cōiectabit, & tamē a natura, cognitiōeq; is triſtis eſt. Cōtra etiā fieri pōt nā ex genitura hilarē, contingit interdū uitā triſtē ducere. q̄ tūc triſti idole ueſtieᷣ, & ſic eū natura triſtē idē īſpector cenſebit, qui tñ natura hilaris eſt. Cū ergo mos cōſpicuus alternetᷣ, per ipſum non bene cōiectabit, & hoc eſt quod in ſacris legitur. Nolite hominem iudicare ſm faciem.

*Adhuc cum his, de paucis utique apparentibus ſignum accipiet.*

*Commentarium.*

Tertio obijcit, & dupliciter legitur uno mō ſic. Adhuc cū his moribus ſuꝑapparentibus de paucis utiq; affectibus phyſiognomō ſignū accipiet. qm̄ nō niſi de his affectibus, quorū mutatio appꝑet extrinſecus. aut ſic, Adhuc cū his rōnibus, q̄ tacte ſunt, de paucis hoc eſt ex paucis ſuꝑapparētibus moribus utiq; phyſiognomō ſignum accipiet ad inferendum affectū, qm̄ non omnis affectus habet morem ſuꝑapparentem, Sōnolentia. n. de qua phyſiognomō phyſiognomiçat, non habet in facie morē ſuꝑapparentē, & de multis alijs dari poteſt inſtantia, de quibus phyſiognomiçat, quorum non eſt ſuperapparens mos.

*Qui autem ex feris phyſiognomizant, nec recte electionem faciunt. Nō enim eſt utiq; dicere pertranſeuntem formā uniuſcuiuſq; animalium, q̄ qui ſimilis huic corpore erit, & anima ſimilis erit.*

*Commentarium.*

Obijcit nūc contra primū & ſc̄dm modū inſimul, & prio ꝓponit uim argumēti, & dicit. Qui aūt ex feris phyſiognomiçant, nec recte electionem ſignorum faciunt cuius cauſam affert, & inquit. Non. n. utiq; pertranſeuntem formā uniuſcuiuſq; animaliū eſt dicere, & argumētari ꝙ q̄ huic corpore ſiīis erit, & aīa ſiīis erit, & ꝑ formā uniuſcuiuſq; aīalium intelligit, ſignū corporeū totale aut partiale. mō nō ualet argumentum hæc aīalia ſunt corpore ſimilia, ergo affectu, & ſic modi illi nō uidenᷣ neceſſarij.

*Primo quidem, nam (ut ſimpliciter ſic dicatur) ſimilem beſtiæ hominem nullus utique inueniet. Sed in aliquo quidem aſſimilantem.*

*Commentarium.*

Cum ꝓpoſuit uim argumēti, nūc exequitᷣ, ubi aīaduerſione dignū ꝙ dupliciter (ut dictū eſt) ex ſiīi corpore pōt argui ſimilis affectus aut ex ſimili corpore in toto, aut ex ſiīi corpore in parte. prio ergo refellit primū modū, & dicit. Primo q̄dē, nam, ut ſimpl'r ſic dicatur, hominē oīno ſimilē in toto ipſi beſtiæ nullus utiq; inueniet, ſed in aliquo q̄dē aſſimilātem, ergo non poteſt argui a ſimili corpore in toto, ſimilis affectus in toto, & ſic primus modus nullus eſt. & ut dico de beſtia, ita dicendū eſt de hoīe alienigena, nō. n. pōt alienigena in toto effici ſimilis alteri hoī.

*Adhuc cum his animalia, pauca quidem propria habent ſigna, plura autem communia. Quare ſi utiq; ſimilis quiſpiam ſit, non ſecundum proprium, ſed ſecundum commune, cur potius iſte leoni quam ceruo ſimilior dicatur. Merito. n. decet propria ſigna proprium quid ſignificare. Communia autem, commune. Communia igitur ſigna nihil utiq; manifeſtabunt phyſiognomizanti.*

*Commentarium.*

Cū refutaſſet primū modū nunc refutat ſc̄dm, & oſtendit ꝙ nec a corpore ſimili in parte licet argui ſimile in anima, & argumentatur ſic, ſi a corpore ſimili in aliquo licet argui ſimile in anima oporteret ut ſignū illud acceptū a corpore ſimili in parte, eſſet propriū ſaltem, q̄d competit oī, & ſemper, ut poſtea diceᷣ. At ſigna ꝓpria, q̄ accipiuntur a ſimili corpore in parte, plura aūt communia. Et propterea cōcludit, quare ſi utiq; ſimilis quiſpiam ſit, nō ſm propriū, ſed ſm cōe, cur potius iſte leoni q̃ ceruo iſte iſte dicatur, per quæ cōcludit, ꝙ cōia ſigna nihil proprij manifeſtabunt ipſi phyſiognomiçanti. Non ergo licet argui a ſimili corpore in parte ad ſimile in anima, & tota ratio eſt, quoniam hoc nō niſi per propria ſigna fieri pōt, q̄ uel nulla, uel pauca ſunt. Quo quidem ad uerba attinet,

animaduerſione dignum per communia ſigna non poſſe proprium animæ affectū deduci, niſi illa plura ſint, ex quibus unum proprium ſignum reddatur, de quo inferius.

*Si autem aliquis propria uniuſcuiuſque ferarum elegerit, non utique poterit aſſignare, cuius ſunt hæc ſigna. Merito enim proprij. Proprium autem nullius eorum animalium ex quibus phyſiognomizamus, in anima habebit utiq; accipere. Neq; enim forte ſolum leo eſt, ſed etiam alia multa neq; timidū lepus, ſed & alia infinita.*

Commentarius.

Cum probauit, quod per communia ſigna quæ accipiuntur a corpore ſimili in parte phyſiognomiçare nō poſſumus, nunc probat quod nec per propria, quæ competunt omni ſoli, & ſemper, quoniam ex quo ſunt propria quarto modo, nulli alteri competere poſſunt, niſi illi, cuius ſunt propria. Præterea nō dantur affectus proprij quarto modo, ergo nec ſigna propria quarto modo, unde inquit. Si autem aliquis ſigna propria, ſcilicet quarto modo accipiendo proprium, uniuſcuiuſque ferarum elegerit, non utique poterit aſſignare, cuius ſunt hæc ſigna, niſi eius, cuius ſunt, quoniam ſoli competunt. nam merito proprij ſunt effectus ſignificatiua, quo ſunt propria quarto mō. Q^d uero nullius alteri⁹ eſſe poſſint, niſi eius, cui⁹ ſunt, probat & inquit. Proprium autem nullius animalium in anima habebit quis accipere, quibus phyſiognomamus. & accepit autem pro enim, ut ſępe accepit alibi, ut Philoponus notauit libro de generatione, quaſi dicat, dico ꝙ nullum ſignum proprium poteſt eſſe, quoniam nullus affectus proprius eſt. Melius autē legitur textus, ut ſint duæ rationes, quarum prima eſt, quod non poſſumus phyſiognomiçare per propria ſigna quarto modo, quæ accipiūtur a corpore ſimili in parte, quoniam ex quo ſunt quarto modo propria, nullius alterius eſſe poſſunt, ſecundo quoniam ſi ſint ſigna propria, erunt, quoniam ſunt animaliū affectus proprij quarto modo, modo hoc reprobat, & inquit. Proprium autem, ſcilicet affectum nullius animaliū quis accipere habebit eorum, ex quibus phyſiognomiçamus, quoniam neq; leo ſolum eſt forte, ſed etiam alia multa animalia, neq; timidum lepus, ſed etiam alia infinita, & tunc uerbum autem aduerſatiue legatur (ut iacet) & eſt melius.

*Si ergo neque communia ſigna eligenti manifeſtū ſit, neque etiam propria, non utique erit ſecundum unumquodq; animalium aſpicere.*

Commentarium.

Epilogat rationem uniuerſam, & dicit. Si ergo neque communia ſigna eligenti, nec etiam propria eligenti manifeſtus ſit aliquis affectus animæ, non utique erit ſecundum unumquodque animalium aſpicere, & ſic ex ſimili corpore, non poſſumus ſimile in anima arguere, patet ergo ex animalibus hoc pacto ab eis ſigna accipiendo non eſſe phyſiognomiçandum.

*Sed ex animalibus electionem faciendum, eandem paſſionem patientibus. Vt ſi fortis quidem ſigna quis inſpiciat, fortia animalia in unum accipientem oportet perſcrutari quæ paſſiones his quidem omnibus inſunt, aliorum autem animalium nulli acciduunt.*

Commentarium.

His modis reprobans, aſſignat uerum modum, quem ſecundo libro priorum docuit, & ſupponit quod ſignum per quod debemus phyſiognomiçare ex feris, debet competere omnibus illis feris, & non ſolis, & debet conuerti cum affectu, ita ut quibuſcunque competit ſignum, his & affectus competat, & quibus affectus, his & ſignum. uerbi cauſa, animoſitas ſiue fortitudo omnibus leonibus competit, & non ſolis, & habere extrema magna. uidelicet pectus, & humeros, etiam omnibus leonibus competit, & non ſolis, & quibuſcunque competit habere extrema magna, his competit animoſitas, ſiue fortitudo, & cōtra etiam, tunc cum ſignum conuertitur cū paſſione hoc pacto, & competit omnibus feris, quæ ſubeunt eandē paſſionem, ſyllogiſmus erit, quibus competit ſignum illud, ut habere extrema magna, his competit paſſio. uidelicet fortitudo. hoc ergo docet, ſed ex animalibus, q̄ patiunt̄ eandem paſſionem faciendum eſt ſigni electionem. ut ſi quis inſpiciat ſigna hominis fortis, oportet ipſum accipiētem omnia animalia fortia in unum, perſcrutari quæ paſſiones his quidem omnibus inſunt, & nulli aliorum accidunt, & in quo ſigno omnia illa conueniunt, & tunc illud ſignum erit illius paſſionis, ita, ut quibuſcunque ſignum inerit, eis & paſſio, & econtrario. Et tunc per tale ſignum ex talibus feris acceptum cōficietur ſyllogiſmus phyſiognomicus hoc pacto, quicunque habet extrema magna, eſt fortis. ſocrates habet extrema magna, ergo ſocrates eſt fortis. Maior accipitur ab his omnibus animalibus, quæ fortia ſunt, nam omnia habent extrema magna, & nulla ſunt, quæ extrema magna habeant, quin ſint fortia.




*Si enim ſic aliquis elegerit, quod eadem ſint ſigna fortitudinis præiudicatis animalibus, & non ſolum fortitudinis, quæ eſt communis paſſio earum, quæ ſunt ſecundum animam, ſed etiam alterius cuiuſdam. Sic utique dubitabit utrum fortitudinis, aut alterius ſigna ſint.*

Commentarium.

Remouet unum dubium, quoniam aliquod ſignum poteſt ſtare cum duabus paſſionibus, ideo quæritur utrū illud ſignum ſit phyſiognomicum. Reſpondet & dicit. Si enim ſic aliquis elegerit ſigna, ꝙ eadem ſigna communia ſint fortitudinis, & non ſolum fortitudinis, quæ eſt communis paſſio earum paſſionum, quę ſunt ſecundū animam, ſed etiam cuiuſdam alterius, uidelicet liberalitatis, uel impudentiæ, hæc ſigna nō ſunt accipienda, ſunt enim communia, & non propria, nam, ut inquit. Sic dubitabit utrum fortitudinis, aut alterius ſigna ſint communia ergo ſigna, quæ multarum paſſionum ſunt, poſterganda ſunt.

*Sed oportet & ex pluribus eligi animalibus, & non habentibus in anima paſſionem communem aliam, cuius ſigna utiq; reſpiciat*

Per hæc uerba ſoluit quoddam dubium pertractatum ſecundo priorum. Ibi enim quæſitum eſt, ſi totum genus habet duas proprias affectiones, ut fortitudinem & liberalitatem, & habeat duo ſigna, quo nam modo cognoſcemus quale ſignum ſit liberalitatis, & quale fortitudinis. uerbi cauſa, leo habet fortitudinem & habet liberalitatē, eſt enim



eſt enim præde communicatiuum, & etiam habet duo ſigna, ut ſummitates magnas, & frontem eleuatam, iō dubium eſt, an magnæ ſummitates ſint ſignum fortitudinis, & frōs eleuata liberalitatis, an contra, frons uidelicet eleuata fortitudinis, ſummitates magnæ liberalitatis. Reſpōdit ibi Ariſtoteles ꝙ ex alijs animalibus fortibus uel liberalibus hæc differentia eſt colligenda. Si.n. in fortibus, ut tauris apris & equis fortibus iueniunt̄ ſummitates magnæ, & non frons eleuata, & in animalibus prædecōmunicatiuis reperitur frons eleuata, & non extrema magna, Scimus ꝙ habere ſummitates magnas eſt ſignū fortitudinis, & habere frontem eleuatam eſt ſignum liberalitatis. nam quibus frons eſt eleuata, hæc liberalia ſunt, q̄bus uero extrema magna, fortia uidentur, & nō econtrario. & hoc inquit, ut mihi uidet̄, ſed oportet ex pluribus eligi animalibus, quæ non habent paſſionem aliam in anima preter illā, cuius ſigna utiq; reſpiciat phyſiognomō. Si enim habet frontē eleuatam, & eſt animal illud liberale, & nullam aliam paſſionem, aut ſignum habet, ſcimus ꝙ frons eleuata eſt ſignum liberalitatis, & ſi habet extrema magna, & eſt forte, & nullam aliam affectionem, aut ſignum habet, ſcimus, ꝙ extrema magna ſunt ſignum fortitudinis. Animaduerte tn̄ ꝙ per hunc modum dupliciter phyſiognomiçare poſſumus, aut inuētione noſtra, aut inuentis aliorū. Ariſto. ergo hoc, & ſecundo priorum docuit loca, e quibus inuenitur medium in ſyllogiſmo phyſiognomico, ubi non præceſſiſſent aliorum inuēta. ubi uero aliorum inuenta præceſſerunt, illa accipere poſſumus in ſyllogiſmis longe facilius, & ſic per aliorum inuenta Ariſtote. proceſſit in hoc libro pro maiore parte. Sed magna quæſtio eſt quoniam ſignū cōuerti cum paſſione naturali inueniri non pōt, niſi diſcurrendo per oīa animalia quibus ineſt illa paſſio, & etiam illud ſignum. Modo ſic uidetur petitio principij, ſupponitur enim paſſionem ineſſe ei, de quo per ſignū probatur. Huic quæſtioni licet Albertus, & Culuerbinus multa dicunt non inutilia, ego tamen dicerem Ariſtotelem phyſiognomiā docuiſſe de homine per ſignū. Signum autem ſumit ab alijs animalibus ab homine, modo ſatis eſt, ut ſignū illud competat omnibus animalibus alijs ab homine, & non detur inſtantia de aliquo alio ab homine. Concludimus.n. hominem animoſum eſſe, ꝙ extrema magna habeat. ſcimus.n. omne magna extrema habens eſſe forte, qm̄ omne animal aliud ab homine habens extrema magna eſt forte, & nō eſt inſtantia in aliquo, & hoc ſufficit ad probandum illam paſſionem de homine. Propoſitio.n. uniuerſalis eſt, qn̄ nō datur inſtantia in aliquo pręter q̄ in eo, de quo eſt quæſtio ut patet ſecūdo topico. Præterea quæritur utrum paſſio ſit cā ſigni uel ſignum cauſa paſſionis dicēdum, ꝙ nec paſſio ſigni, nec ſignū paſſionis cauſa ſit, ſed ſunt duo accidentia propria, quæ inſunt per ſe ſubiecto, ut riſibile & diſciplinabile ſunt propria accidentia hoīs, quorum alterum per alterum de homine poteſt demonſtrari. Hæc Ariſtoteles de regula phyſiognomiçādi tradit hoc. & .ij. libro priorum. ipſe tamē phyſiognomiçat pro maiore parte per aliorum inuenta.

*Quæcunq; igitur ſignorum manſiua ſunt, manſiui etiā aliquid ſignificant, quæcunq; autem aduenientia, & diſcedentia, & deficientia ſunt, quo nam modo ſigna uera erunt eius, quod manet in anima? Si enim manſiuum, aduenients & deficiens ſignum quis ſuſcipiet, contingeret utique ipſum quidem uerum eſſe, nō bene conueniens utique erit, non aſſequens ſemper rē.*

Commentarium.

Ex dictis infert, qualia ſigna eſſe debent, quibus phyſiognomon utitur, & uult ꝙ debeāt eſſe māſiua, dico māſiua ab ortu uſq; ad mortē. hoc propterea probatur, quoniam hæc ſigna ſunt propria, quæ omnibus & ſemper cōpetunt, & ſic ſunt cōęua uitæ. Cetera uero ſigna, ut colores faciei, capillorum, & id genus quorum alia ad ſunt, & abeunt, alia procedunt deficiendo, phyſiognomico non conueniunt, unde inquit. Quæcunq; igitur ſignorum māſiua ſunt, & inſeparabilia, manſiui etiam aliquid in aīa ſignificant. Significant.n. affectum in anima permanentē uſq; ad finē uite, quęcunq; autem aduenientia de nouo, ut pote a cauſa externa, ut ab egritudine, aut a uulnere, ut oculorum cæcitas, & tortura faciei & id genus, & diſcedentia, ut ea, quæ congenita quidem ſunt, non tamen perdurant, ꝓcedente ætate delentur omnino, ut capillorū colores, & id genus. Et deficientia ſunt, ut quæ perdurant quidem, & congenita ſunt, non tamen perdurant in eadem diſpoſitione, ſed deficiendo procedūt uſq; ad finē uitæ, ut ſtaturæ erectio, hæc inquam ſigna ſic mutabilia quo nā modo uera erūt eius affectus, qui manet in anima uſq; ad finē uitæ? quaſi dicat eſſe non poſſunt uera, & ꝑ ſe ſigna affectus ꝑduraturi in aīa. nā, ut inqt. Si aduenieēs & deficiēs, & diſcedēs ſignum quis ſuſcipiat, tanq̄ māſiuū, & pro māſiuo, contingeret quidem ipſum per accidens uerum eſſe, non tamē conueniens phyſiognomico utiq; erit, non aſſequens ſemper rem, ut rubedo faciei, q̄ de nouo accidit, poteſt eſſe ſignum uerecūdię, non tamen eſt ſignum per ſe & proprium phyſiognomico, quoniam eſt aduentitium, & trāſiens. Ex his ſequitur ꝙ qualitas mutata, q̄ fuit tertius modus phyſiognomiçādi, niſi māſiua ſit & uitę cōęua, non poteſt eſſe conueniens ſignum ad phyſiognomiçandum, per quæ datur intelligi, ꝙ omnia ſigna ſiue communia, ſiue propria quibus phyſiognomō utitur. debent eſſe manſiua & uſq; ad finem uitæ perduratura, quoniam debent ſemper ineſſe. nam licet ſigna permutabilia per accidens poſſint affectum in anima ſignificare, per ſe autem non ſunt ſigna. Sed quæres nonne cicatrix relictū ex uulnere facto in arteria uenali eſt ſignū nouū & tn̄ ſignificat ſterilitatem, ergo per ipſum poſſumus phyſiognomiçare. Præterea. Pithagoras phyſiognomiçabat pueros, quorum ſigna non ſunt manſiua. Dicendum ꝙ cum arteria inciditur, & cicatricem patitur, re uera qui illam patitur, non generat amplius, ut medici tradunt, tamen ſterilitas non eſt anime affectus, de quo eſt phyſiognomonia, ut poſtea dicetur. Pithagoras etiā ſi de pueris phyſiognomiçabat, nō per ſigna phyſiognomiçabat, quæ deficiunt, ſed quę durant totam uitam.

*Quæcunq; autē paſsiones ingenitæ animæ, nullatenus permutant ſigna, quæ ſunt in corpore. quibus utitur phyſiognomon, non erunt tales conuenientes huic arti, ut quæ ſunt circa opiniones & ſcientias. Medicum.n. aut cithariſtam nō contingit cognoſcere, neq; etiam mathematicum, quoniam diſciplina nullum ſignorū permutat, eorū, quibus utitur phyſiognomō.*

Commentarium.

Eligit nunc paſſiōes aīe, de quibus eſt phyſiognomonia cū.n elegiſſet ſigna, nūc paſſiones eligit. Vbi conſiderādum, ut Ariſt. inquit. 2. lib. priorū. ꝙ paſſiones ſunt duplices, uidelicet naturales, & accidentales, Accidentales ſunt, q̄ aīę inſunt, & ex eo ꝙ aīæ īſint, nulla mutatio fit in corpore, ut artis, & ſcię. Naturales uero, q̄ cum nobis inſunt, aliqua mutatio app̄et in corpore, ut ira, metus, gaudium, triſtitia, & id genus, abijcit ergo ab hac arte paſſiones accidentales, & inquit. Quæcunq; autē paſſiones animę ingenitæ ac inherētes, nullatenus permutant ſigna, q̄ ſunt in corpore, q̄b⁹ utit̄ phyſiognomon, tales paſſiones non erūt huic arti cōuenientes, nō.n. nobis inſunt mutatione facta in corpore. Exponit per exemplum, quæ ſunt iſte, & inquit. Vt q̄ ſunt circa opiniones, & ſcientias. Medicum.n. aut cithariſtā non contingit cognoſcere ex ſignis phyſiognomicis, neq; mathematicū, qm̄ mathematica diſciplina nullum ſignorū ꝑmutat eoꝝ, q̄bus utit̄ phyſiognomon, & ſic tales paſſiones, quæ nobis inſunt, nulla facta mutatione in corpore nr̄o, abijciende ſunt ab hac arte. Quo quidē ad uerba attinet animaduerte ꝙ ſunt q̄dā paſſiones naturales cōes animę, & corpori, & hę ſunt

cões nobis & feris. Aliqua.n.fera fortis eſt,ut leo, aliqua timida ut lepus,aliqua libidinoſa ut hircus, aliqua aſtuta,ut uulpis,& cæteræ id genus,homo quoq; fortis, timidus,libidinoſus , & aſtutus,hæ naturales paſſiones animæ corporiq; cões ſunt,& de his agitur per hanc artem. Paſſiones uero q̃ animę inſunt,in quibus beſtię non communicant,ut artes,& ſcientiæ,huic arti non conueniunt. Hęc de primo Libro dicta ſufficiant.

*Ariſtotelis phyſiognomicorum* Liber Secundus *expoſitore eodem Auguſtino* Nipho Medice.

*O*Portet ergo determinare circa qualia quædam eſt phyſiognomonia, quoniam nõ circa omnia. Et ex quibus ſingula ſigna accipiantur. *Deinde conſequenter de unoquoque per manifeſtiora declarare,*

Commentarius.

LICET in ſermone græco nulla librorũ appareat diuiſio,placet mihi hic facere ſecundi libri principium. Hactenus.n. Ariſto. theoretice locutus eſt,in q̃btũ docuit regulas phyſiognomiçandi,nũc uero,quia exercebit illas,uidetur ad praxem accedere, non ergo ab ratione hic debet aſſignari principium alterius libri. In hoc ergo 2. libro ꝓmittit exordium,& inquit. Oportet ergo determinare circa qualia q̃dam eſt phyſiognomonia,qm̃ non circa oĩa,nõ.n.circa oẽs affectus uerſat̃,qm̃ non circa affectus aĩæ,ad quos nulla ſequitur corporis mutatio,hoc eſt primum qđ proponit. deinde ꝓponit ſecundũ,& inquit. Et ex quibus ſingula ſigna accipiantur,non.n.ſingula ſigna ſunt pyſiognomica , qm̃ non ſigna ꝑmutabilia. Vltimo ꝓponit & tertiũ,& inquit. Deinde conſequenter de unoquoq; ſubiecto ꝑ manifeſtiora declarare ſigna. Sciẽtia.n. per tria perficitur,ut Auer. inquit.ſ.per paſſiones , & per principia illarum,& per ſubiecta de quibus,quæ tria Ariſtote. tetigit,proponit.n.de quibus ſubiectis,quæ paſſiones,& per quæ principia declarandę ſunt. Hæc de intentione,& exordio.

*Phyſiognomonia ergo eſt,ſicut & nomen eius dicit, de naturalibus paſſionibus, quæ ſunt in anima , & de accidentibus, quæcunq; adueniunt & tranſmutant ſigna per quæ phyſiognomizamus. qualia uero hæc ſint, poſterius declarabitur.*

Commentarium.

Tria,ut uiſum eſt , promiſit pertractare,paſſiones.principia,& ſubiecta phyſiognomoniæ. prætermiſit ſubiecta qm̃ oĩbus conſtat ſubiectum phyſiognomicarum paſſionum eſſe hominem,& non feram, & duo proſequitur paſſiones,& principia,quæ ſunt ſigna,ꝑ quæ paſſiones colliguntur. Verum paſſiones bifariam ſunt,quędam q̃ dum inſunt,non alterant corpus,ſed bñ ad hoc ut inſint habẽt ſigna corporea,ut ingenioſitas, aſtutia,& id genus , q̃dã uero,quæ ad hoc ut inſint,alterant corpus,ut timor , uerecundia,& id genus,proponit igitur utraſque,& inquit. Phyſiognomonia ergo eſt,ſicut & nomẽ eius dicit,de naturalibus paſsionibus quæ nobis inſunt ſuppoſitis corporeis ſignis,& de accidentibus q̃cunq; adueniunt & trãſmutant ſigna per q̃ phyſiognomiçamus,utpote quæ nõ inſunt,niſi corpore alterato , tunc ordinat ſe , & remittit hec ad poſterius,& inqt. Qualia uero hec ſint , poſterius declarabitur. Ex his colligit̃ definitio phyſiognomoniæ, eſt.n.phyſiognomonia ars cognoſcendi aĩæ humanæ naturales affectus,q inſunt nobis aut alterato corpore, aut quibuſdam ſignis affecto,per ſigna permanſiua,dicitur q̃dem ars cognoſcendi ad dr̃iam moralis,q̃ eſt ars operandi,dr̃ humanæ animæ ad dr̃iam artis medicinalis , q̃ docet paſſiones corporis,dicitur naturales affectus,qa non docet cognoſcere pręter naturales,dicitur ꝑ ſigna manſiua,qm̃ non per ſigna mutabilia,dicitur autem phyſiognomonia,quaſi naturarum doctrina a phyſicis natura , & gnomonia hoc eſt doctrina.

Ex *quibus uero generibus ſigna accipiantur , nunc dicam: & ſunt omnia.* Etenim *ex motibus phyſiognomizant, & ex figuris , & ex coloribus, & ex moribus,apparentibus in facie , & ex coloribus,et ex lenitate,et ex uoce,et ex carne , et partibus,et ex figura totiu. corporis.*

Commentarium.

Cum expoſuit paſſiones de quibus eſt phyſiognomonia,exponit genera rerum,ex quibus paſſiones illæ colliguntur,& inquit. Ex quibus uero generibus rerum ſigna accipiantur,nunc dicam,& ſunt genera hęc omnia illa,ex quibus ſigna accipiuntur,& exponit illa,& inquit. Et.n. ex motibus phyſiognomiçant.ii.ex figuris partiũ.iii.ex coloribus.iiii.ex moribus ſuper apparentibus in facie.v. ex coloribus & lenitate cutis,ſumpſit enim colores & cutis lenitatem pro eodem.vi.ex uoce.vij.ex carne.viij. ex partibus.ix.ex figura totius corporis. Hæc Ariſto. enumerat rerum genera,& quibus ſigna,colligi ſolent.

*Vniuerſaliter igitur ſigna quæ dicunt phyſiognomones de omnibus generibus,huiuſmodi ſunt,nam ſi immanifeſtus, aut non deſignatus talis tranſitus ſit , remouit utique prædicta. Nunc autem melius eſt unumquodq; ex omnibus: quecunq; manifeſta ſunt eorum,quæ phyſiognomizamus , diligentius explanare ſigna dicta,et qualia ſint,ſingula referantur,quæcunque in prædictis non declarata ſunt.*

Commentarium.

Epilogat primo,deinde ordinat ſe ad ea,quæ uult facere præmittendo intentionem de primo inquit. Vniuerſaliter igitur ſigna,quæ dicunt phyſiognomones de omnibus generibus aĩalium,hmõi ſunt,& tot quoniam numero nouem,& dat cãm ſufficientiæ eorum,quę dixit. & inquit. Nam ſi tranſitus ac breuis narratio dictorum ſignorum ſit immanifeſtus,ac non deſignatus,nec ſatis planus talis ſignorum breuis decurſus remouit prædicta quæ expoſuimus. Satiſfecit.n.propoſitis,quoniam per talẽ ſignorum narrationem patet primo de quibus eſt phyſiognomonia.ii.per qualia ſigna,&.iij.quorum ſubiectorum, q̃ propoſuit dicere. ergo licet narratio ſignorum fuerit breuis tamen per ipſam expoſita ſunt quæ propoſuit , & dixit ꝙ decurſus ſignorum narratorum eſt obſcurus,& nõ deſignatus,quoniam nõ patet per illum ordo ſignorũ.ij. quia non patet uis illorum. tertio quia non manifeſtũ eſt quo modo per ea poſſit quis phyſiognomizare , hæc de epilogo,deinde ponit intentionem,& ordinem ad ſequentia,& inquit, Nunc autem melius eſt unumquodq; ſignũ ex omnibus enumeratis,quęcunquæ manifeſta ſunt eorum affectuum,quos phyſiognomizamus, explanare ſigna dicta,ac breuiter reſumpta,& qualia ſint ſingula referantur,quæcunq; in prædictis non declarara ſunt ergo intentio eſt dicere per capita de ſingulis affectibus, & ꝑ ſingula ſigna eorum,quæ diximus,initio nobis ſumpto a coloribus. Animaduertendum ꝙ eorum ſignorum , q̃ dixit,quædam ſuut propria,quę ſcilicet conuertuntur cũ affectu,ut habere frontem eleuatam cum liberalitate,qm̃ omne animal habens frontem eleuatam,eſt liberale,& habere extrema magna cum fortitudine,quoniã omne animal habens extrema magna eſt forte. quædam ſunt ſigna communia,quæ ut in pluribus cum affectibus conuertũtur,ut habere pilum durum cum fortitudine. Eſt enim ſignum commune,quoniam erinaceus habet pilum durum qui non eſt fortis. Ariſtoteles ergo de his ſignis miſtim agit,de proprijs uero ſeorſum,ut ſuo loco annotabitur.

De coloribus. Albi rubei Leucerydri Euphyam

*Colores igitur ſignificant: acuti quidem calidum: et ſanguineum, albi rubei uero, bonam natiuitatem, quando in leui corpore accidit hic color.*

bonam natiuitatẽ. Ingenium. Commentarium.

Cũ ꝓmiſiſſet narrare ſigna gñatim,nũc illa proſequit̃ & prio ĩcipit a colorib⁹,& cõſtruit,ut mihi ur̃,duo extrema. Alterũ appellat colores acutos,& ſunt rubei uiuaces & dñr acuti reſpectu uiſus,qa penetrãt uiſum. Alterũ ſũt colores remiſſi,ut albi,q remiſſi ſunt,qa nõ ſunt uiuaces, horũ medios gręci appellãt leucerydros,q uno uerbo dici pñt cãdirubri,& ſunt illi qb⁹ cutis corpis ẽ alba rubea, & qm̃ color miſtionẽ ſeqt̃,ut lib. de ſenſu dr̃. Iõ uult colorẽ rubrũ cutis ſignare cõplonẽ calam & ſanguineã. Albũ uero frigidã & flegmaticã, At colorẽ albũ rubeũ aſſerit ſignificare euphyã qñ hic color accidit ĩ cuti plana & leni,& nõ aſpa,ſed media ĩter piloſã & nudã,& ꝑ euphyã, antiqu⁹ ĩterp̃s bonã natiuitatẽ expoſuit,hoc ẽ tẽperãtiã. gręci ẽt ꝑ euphyã ĩgeniũ ĩtellexerũt,et cã ẽ,qm̃ ſꝑ tẽperãtiã ĩgeĩũ comitat̃,& ꝑ cutĩ lenẽ ſiue lenẽ,aut planã,q̃ grecelios dr̃. Galen⁹ ĩ techna mediã ĩtelligit ĩter piloſam & nudã. Hęc.n.mediocritas,ut ait,tẽperãtiã ĩ actiuis notat, caliditas.n.ſupflua, cũ ſupflue reſoluat,in pilos uapores cõuertit,frigiditas uero diminute reſoluẽs facit nuditatẽ, et ſic mediocritas ĩ calo et frigido facit lenẽ,hoc ẽ planã. Vñ Rhaſes lenitas tẽperãtię atteſtat̃. Preterea,bon⁹ color, ut Galen⁹ ĩqt,ẽ ex albo & rubro miſt⁹,nã cũ mẽbra radicalia alba ſint,frigiditatẽ hũiditate,ſiccitate & caliditate exiſtentibus temperatis,calido autem digerente , ex eorũ miſtione color accidit in exterioribus leucerydrus , hoc eſt cãdiruber ex utroq; commiſtus,q tẽperantiã in cõplexione decernit,& in aĩa ingeniũ efficit. Hęc de colorib⁹.

De pilis.

*Pili uero,molles quidem,timidum,duri aũt fortẽ , hoc aũt ſignũ ſumitur ex omnibus animalibus. Timidiſſimus.n.eſt ceruus,lepus,ouis, & pilum molliſſimũ habent. Fortiſſimus aũt leo,aper, & pillũ duriſſimũ habent, Eſt autẽ & in auibus hoc idẽ uidere. Et.n.ulr quæcũq; quidẽ durã pẽnam habẽt,fortes ſunt,quæcũq; aũt mollẽ,timidæ, & particulariter eſt hoc idẽ uidere, & in coturnicibus,et in gallis. Similiter aũt, & in generibus hominũ hoc idẽ accidit. Quicũq;.n. apud ſeptẽtrionẽ habitãt, & fortes ſunt, & duri pili. Qui aũt apud meridiem, & timidi ſunt, & mollem pilum habent.*

Commentarium.

Hic ſcđo trãſit ad capillos,& pilos,applone.n.pili,qđ gręce trichoma dr̃,ĩtelligit̃ & pil⁹,& capill⁹ et licet ĩ pilis multæ diſpõnes ſpectari poſſint ꝑ quas phyſiognomiçare poſſum⁹, Ariſto. tñ cõtemplatur duritiã & mollitiã, & uult ꝙ pili duri fortẽ, molles uero timidũ decernunt. Sumit aũt hoc ſignũ ex oĩbus fere aĩalibus fortibus,ut ꝑ quadrupeda,ꝑ aues,& ꝑ hoĩes,per quę dat ĩtelligere hoc ſignũ eſſe propriũ,qm̃ quibuſcunq; ineſt,eis fortitudo in ẽ,utrũ uero cõuertat̃,qõ ẽ nõ ꝓua. ſũt.n.multa aĩalia ſuo gñe fortia,ut cætarij piſces,& ſerpentes: q̃ nec,pilos, nec pẽnas hñt,& tñ ſuo genere fortia ſunt. Ariſt. tñ lib. ꝓblematũ aſſerit fortia aĩalia hr̃e ſꝑ mẽbra duriora. Cã autẽ phyſiognomonie eẽ p̃t,qa durities pilorũ fit ab excedẽti ſicco & calido mollicies uero ab humido & frigido, nec durities ab oĩ fit ſicco,ſed a ſicco terreo. cui⁹ ſignũ eſt,qm̃ terra duriſſima eſt,aqua uero & aer molliſſimi,mõ fortes ſunt natura calidi & ſicci,calidi qdẽ,ut non patiant̃ ſicci uero,ut ſuſtineãt,& ſic duri pili fortes ſunt Ariſt. tñ ĩ hoc lib. nõ ꝑ cãs ꝓcedit,ſed ꝑ ſigna,iõ ſatis ẽ oñdiſſe durum pilũ eſſe fortitudinis ſignũ,ꝑ hoc ꝙ oĩa aĩalia, q̃ durũ pilũ hñt,fortia ſint. Quo uero ad uerba attinet, Ariſt. ꝑ fortitudinẽ nõ accepit habitũ ex frequentatis actibus generatũ,ſed pro naturali aĩe affectu,quo quis natura ꝓpẽſus ẽ ad ſuſtinẽdũ pericula,& hoc pacto leo,aper, & id gen⁹ fortia ſunt. Vtrum uero habitãtes ſeptẽtrionem ſint animoſiores his,q meridiem habitant,qõ hæc libro de cauſis longitudinis & breuitatis uitæ diſputata eſt.

particulo. ꝓblem. 6 2

De figura partium.

*Præterea dẽſitas,quæ eſt circa uẽtrem, loquacitatem ſignificat,hoc aũt refertur ad genus auium. proprium.n.auis eorum. quæ circa corpus ſunt,eſt denſitas quæ eſt circa uentrem, eorum aũt,quæ ſunt circa animam,eſt loquacitas.*

Tertiũ ſignũ eſt ex figura ꝑtium , & phyſiognomiçat ex figura eius partis,q̃ græce cilia,hoc eſt uẽter,dr̃, nonnulli dr̃iã fecerunt inter uentrẽ,& uẽtriculũ. Ariſto.n.lib. de hiſtoria aĩaliũ prĩo inquit. Sub pectore aũt,in añriori bus uẽter eſt,& eius radix eſt umblic⁹. Iuuenalis. Mentã quoq; uẽter adeſt abdomine tardus. hicq; extẽdit̃. Vẽtriculus uero ea pars eſt,in qua deuorat̃ cib⁹. uñ Ariſt. ibidẽ partẽ eã,qua cibus recipit̃,os appellam⁹,in qua uero deuorat̃,uẽtriculũ. Verũ apud auctores uẽter, & uẽtriculus aliqñ in idẽ incidunt. Ariſt. tñ hic ꝑ uẽtrẽ ĩtelligit partem eã,qua cibus deuorat̃. dicit ergo Ariſt. Præterea denſitas hoc ẽ piloſitas,q̃ eſt circa uẽtrẽ, loquacitatem ſignificat. Oñdit aũt hoc ſignũ eſſe ꝓpriũ.& inqt. Hoc aũt referũt ad genus auiũ,cui⁹ cãm affert,& inqt. Propriũ.n.auis eorũ,q̃ circa corpus ſunt,eſt denſitas,quæ eſt circa uẽtrẽ,eorũ aũt q̃ ſunt circa aĩam,eſt loquacitas,& ſic loquacitas refert̃ ad ꝓprietatẽ ſigni,de ꝓprietate.n.ei⁹ piloſitatis,q̃ ẽ in ſtomacho,ẽ in aĩa loquacitas,ut patet ĩ gñe auiũ. Quo uero ad uerba attinet,denſitas gręce eſt daſytes, latine piloſitas,uel pilorum denſitudo,hæc enim cum fuerit in ſtomacho. loquacitatis nota eſt.

Capit 13

Capit. 3.

De carne

*Caro aũt: dura quidẽ, & habituate naturæ, inſenſibilem ſignificat.* Leuis *aũt & benenata, & inſtabilẽ,niſi in forti corpore & habente extremitates duras hoc accidat.*

Quarto phyſiognomiçat ꝑ carnẽ,ſed quid uelit ipſe ĩtelligere nõ lene eſt exponere. ergo unus ſenſus uerborũ eſt,ut ex.vij. ethic. colligit̃,ꝙ duo ſint aĩæ affect⁹ circa ea, q̃ diſcim⁹. Alter qdẽ,q dr̃ ab Ariſt hic,ĩſenſibilitas.vij. uero ethi. hebetudo. Alter ãt ĩſtabilitas,q ẽt ſenſibilitas,uel ꝑſpicacia dr̃. Vult igit̃ ꝙ caro dura,& habituate naturæ, hoc ẽ,q̃ caro dura eſt forme,& habituate cõplonis,nõ facile paſſibilis. ſignificat hoĩem,cui⁹ illa eſt,eſſe inſenſibilẽ hoc ẽ hebetẽ,& ĩgenio rudẽ ac obtuſum. Aĩaduerte ꝙ q carnẽ durã hẽt,morſus ꝑuorũ aĩaliũ nõ ſentit, ut pulicũ & muſcarũ & id gen⁹,et hoc ꝑꝑ ſenſuũ obtuſionẽ,ac aĩę hebetudinẽ,et iſti utplm ĩgenio rudes ſunt,et hebetes. Deinde dat ſecũdã ꝑtẽ,& inqt. Lenis ãt hoc ẽ mollis, & bñnata,hoc eſt tẽperata,ſignificat & inſtabilẽ aĩam,hoc eſt nimis ſenſitiuã,& ꝑſpicacẽ,& mẽtis dexteritatẽ. Cã aũt prie ꝑtis ẽ,qm̃ caro dura ex terreſtritate emergit,mõ terreſtreitas inepta eſt ſenſatiõibus,ĩmo cognitionis ĩpeditiua. Caro uero mollis ac tẽperata ſpirituoſa eſt,& aeria,& ſic apta cognitiõi,& ſenſatiõib⁹,dat tñ caſum,qñ.ij. pars fallit, & inqt. Niſi in forti corꝑe,& hñte extremitates fortes hoc accidat. Si enim in robuſto corpore, & extrema dura & fortia habente accidat mollis caro , licet in medio ſit mollities , in extremis cũ ſit durities,erit hebetudo, caput.n.durũ,ĩ quo uigẽt ſenſus, obtuſionẽ ſignificat. ergo mollities carnis,cũ eſt ſignũ bone mẽtis,debet eẽ ulis & ĩ medio,& ĩ extremis. Sed dubitabis qm̃ caro mulieris mollis eſt,uñ & mulier a mollitie dicta eſt,& tñ inſtabilis,& mẽte ĩprudẽs eſt. In cõtrariũ ẽ Ariſt.ij. de aĩa cũ, inquit. Qui nãq; duri ſunt carne,ij ſunt inepti mẽte,q uero ſunt molles,ij ſunt ĩgenioſi,mẽteq; dextri,idem quoq; xiiij.ꝑti.ꝓblema. Dicendũ ꝙ mollities duplex eſt. Altera quidẽ,q̃ eſt aeria reſultãs ex debita cõmiſtiõe humidi cũ ſicco,& hæc ꝓprie mollities appellatur,& uiris cõpetit. Altera,q̃ eſt aquea,atq; flegmatica,& hæc ex cõmiſtiõe humidi cũ frigido emergit,hec ꝓpria mulieribus eſt,& ꝓprie laſſitudo dr̃. Signa uero mollitiei ꝓprie dicte ſunt unguiũ tenuitas. capilli tenues,& lenes, & id genus. Laſſitudinis uero note ſunt,mẽbrorũ ĩferiorũ magnitudo ĩ motibus grauitas,in actionibus pigritia,& id genus. Ariſto. ergo intelligit nõ laſſitudinem,ſed mollitiem uirilem. Ex his patet cauſa phyſiognomoniæ, quoniã cõplexio mollis arguit ſpũs cordis tenues,claros,& lucidos, q commode uirtutibus animalibus ſeruiunt,& ita arguit mentis bonitatem,huic phyſiognomonie acquieſcunt Auicẽna, Galenus Rhaſes,& Hippocrates.

ꝓble. 15.

De motu

*Motus aũt, tardi, quidem, mollẽ animã. acuti uero, calidã.*

Quĩto phyſiognomiçat ꝑ motũ, hoc ẽ ꝑ iceſſum, ẽ.n. motꝰ opatio uirtutis ſenſitiue, & ꝓpea ex eo põt accipi ſignũ ſupra dianoeticã uim, q̃m dianoetica uirtꝰ uł ẽ uis ſenſitiua, uel ei ꝓxĩa. ĩqt ergo. Motꝰ ãt tardi q̃dẽ mollẽ aĩam, ac fœmininã ſignificãt. acuti uero & ueloces. całam, & uirilẽ notãt. Cã ẽ, q̃m tarditas motꝰ ex fridítate ſpũum aĩaliũ uelocitas uero ex cał itatẽ emergit. Quo uero ad uerba attinet, opponũt motꝰ penes uelox & tardũ, & penes rarũ & frequẽs. Eſt.n. tardũ qđ ĩ maiore tp̃e equale uel inęq̃li minꝰ ſpatij pagrat, ut tortuca, uelox ãt qđ ĩ miorẽ eq̃le, uł ĩęq̃li minꝰ ſpatij ꝑtrãſit. Rarũ uero & frequẽs penes numerũ paſſiuũ, uł motionũ. Ariſt. ergo loq̃t de motibꝰ ut opponũt, penes rarũ & dẽſum, utrũ uero idẽ ſit loquẽdo de motu, ut opponũt, penes rarũ & freq̃ns, medicis r̃linq̃.

De uoce

*In uoce autem, quæ quidem grauis & diſtenſa, fortem. Acuta uero, & remiſſa, timidum.*

Nũc. vi. phyſiognomiçat ꝑ uocẽ, ubi aĩaduerſiõe dignũ ꝙ priẽ uocis drĩe ſũt acutũ & graue. Aliꝗ uero ad has reducibiles ſt̃ magnũ & ꝑuũ uł ſub alijs uerbis ſt̃ ĩtẽſũ et remiſſum, craſſa ſubtilis, clara rauca, aſpa lenis, breuis lõga, tremula firma. Quo uero pcõ uox ædat, et cur uocũ drĩę tot, & cãę earũ ſint, a phyſicis ꝑqranẽ. Nũc uero ad ꝓpoſitũ ſufficiat ſcire ꝙ uocis acutæ cã, ut ſentit Ari. ẽ uelocitas motꝰ aeris ad trachiã arteriã, q ẽ pulmõis cãna, mõ trachia arteria ſit anguſta, ut Galenꝰ ĩqt ĩ eo lib. quẽ de uoce ĩſcribit, mõ trachia arteria ſit ãpla. Magna uero uel ĩtẽſa a cał itate magna mouẽte ꝓficiſcit̃, q̃ plĩm aeris mouet, cõcurrẽtibꝰ ãplitudine trachiæ arterię ut uehemẽti ſufflatiõe, ꝑua uero uel remiſſa ex cauſis cõtrarijs pẽdet. Præterea. Aĩaduerſiõe dignũ ex differẽtijs uocũ plẽs fieri ꝯbinatiões, ut alibi dcm̃ ẽ. In ꝓpoſito Ari. duas facit, q̃rũ prima ẽ ex graui & ĩtẽſa, q̃ tota ſonora uł tubalis dr̃, huic uero contraria ex acuta & r̃miſſa fit Pria q̃dẽ notat calorẽ mẽbrorũ ſp̃ualiũ ĩtẽſum, & oĩum eorũ fortẽ cał itatem, q̃ ad uocẽ cõcurrũt. uidelicet pulmõis et cordis, pulmo, n. et cor cũ cał i ſunt, arteriã uocalẽ ampliãt, & egent aeris plĩmo ꝑꝑ eorũ refrigerationẽ, et hac de cã uox fit grauis ĩtẽſa. Cõtra uero cũ ſp̃ualia ſunt frĩda trachia arteria erit anguſta, aer uero paucꝰ, & ꝑpea uox acuit̃ atq; remittit̃. Ex his ꝑſpicua ẽ phyſiognomonia, nã uox grauis diſtẽſa, & ĩtẽſa, cũ a copia caloris ſp̃ualiũ ꝓficiſcat̃, arguit fortitudinẽ. Cõtra ãt uox acutã r̃miſſa ꝑꝑ cõtrarias cãs. hec đcłatio colligit̃ ĩ ꝓblema. Sꝫ đ his fortaſſe dicemꝰ poſtmodũ.

particu.ii. ꝓblema.3

*Figuræ aũt, & paſſiones, quæ apparẽt in facie, ſecundum ſimilitudinem accipiuntur paſſioni, nã quãdo patitur, aliquid fit, ut ſi, hoc habet, quãdo aliquis iraſcitur, iraſcibile ſignum huius generis eſt.*

Vltio docet phyſiognõiçar̃ ꝑ paſſiões ſupappentes ĩ facie, & prio ꝓponit hoc, & dicit. Figurę aũt, & paſſiões, q̃ appent ĩ facie. ſ. a natura ĩſitæ, & cõnate, accipiunt̃ ꝑ ſiłitudinem paſſioni, q̃ nobis ineſt, dum aut iraſcimur, aut triſtamur, aut dũ aliq̃d patimur cuiꝰ cãm exponit, & ĩqt. Nã cũ aliq̃s patit̃ aut ꝑiculũ, aut amorẽ. aut id genꝰ, ĩ facie fit aliq̃d, hoc ẽ aliq̃ mutatio, ut ſi hoc hꝫ. i. ut ſi hãc mutationẽ ĩ facie hẽat a nã cõnatã, q̃ hẽt q̃s q̃n iraſcit̃. Illud ſignũ ĩ facie, q̃ ẽ iraſcibile ſignũ, ẽ huiꝰ g̃nis, hoc ẽ tał nãlis mutatio ẽ ſignũ iracũdie, & dr̃ mos appens. Quia igit̃ irato ẽ ꝓpria mutatio ĩ facie, cũ iraſcit̃, libidĩoſo ꝓpria cũ utit̃ uener̃, hilari ꝓpria, cũ gaudet, et ſic ĩ ceteris id genꝰ iõ cũ q̃s a nã hẽat a mutationẽ ĩ facie, quã ſubit tp̃e actꝰ, is a nã ei actui ꝓpenſus erit. Hęc ab apparẽtibus moribus.

*Verum maſculus fœmina maior & fortior eſt, & extrema corporis fortiora, & maiora, & firmiora, & meliora ſecũdum omnes uirtutes habet.*

Soluit hic dubiũ, utrũ phyſiognomõia ſit eq̃łr de maribꝰ et femis. Rñdet ꝙ lꝫ dcã ſigna demr̃ent mores affectꝰ & uirtutes tã maſculi q̃ femię, tñ ñ eq̃łr, q̃m maſculꝰ ẽ maior femĩa, et ẽ fortior, & hꝫ extrema corꝑis fortiora, et maiora, et firmiora, et meliora ſm oẽs uirtutes. Femĩa. n. cũ ſit mas occaſiõatꝰ, ut Ari. ait. iõ uirtutes, & mores, q ipſi accidunt, ſunt quodammodo cum quodam defectu, & ſic phyſiognomonia inequalis eſt

*Signorũ aũt, quæ ſunt in partibus fortiora ſunt, quæ accipiuntur in moribus manifeſtis, & ſecundũ motus, & figuras.*

Q̃m ſignoꝝ q̃ dcã ſt̃ alia ſt̃ cõĩa, q̃ Ari. hic appellat ſigna, q̃ ſt̃ ĩ ꝑtibꝰ, ſiue ſigna ꝑticłaria, alia ꝓp̃a, iõ cõpat ſigna cõĩa int̃ ſe, et dicit. Signoꝝ ãt, q̃ ſt̃ cõĩa, et ĩ ꝑtibꝰ, fortiora ſt̃. q̃ accipiũt̃ ĩ moribꝰ mãifeſtis, hoc ẽ a q̃litatibꝰ mutatis, & q̃ accipiũt̃ ſm motꝰ, & q̃ accipiũt̃ ſm figuras Cã ꝟo e. q̃a hec ſigna quodãmõ ĩmediate formã ſubałẽ cõſequũt̃. cętera uero ut colores, & caro, et lenitas, & uox, et ꝑtes, ñ ita fortia ſunt, q̃m ñ ita ĩmediate aĩam cõſequũt̃. Aĩaduerſiõe dignũ ꝙ ſigna ſortiri pñt, fortitudinẽ aũt rõne mẽbri, ĩ quo ĩuenit̃, & Ariſt ut poſtea dicemus, docuit prio ſigna accipe ab oculł, & facie, & cęteris id genꝰ, aut rõe modi apparẽdi, & ſic q̃ aĩam ĩmediatiꝰ cõſequũt̃. hęc fortiora ſt̃, et ut ĩqt, hęc tria ſt̃, cõſpicuꝰ mos, motꝰ, et figura, cętera ãt ualde debilia ſt̃, q̃m remote aĩam cõſeq uñr.

*Omnino aũt uni quidem ſignorũ credere, fatuum eſt, quãdo aũt plura cõſonãtia aduerſus unũ acceperit, magis iam ſecundum rationem quis accipiet uera eſſe ſigna.*

Obiter docet eligere ſigna, & dicit. Oĩno aũt uni q̃dẽ ſignorũ credere, fatuũ eſt, de cõibus ſignis loquor, q̃m de proprijs nõ eſt ſtultũ credere uni ſignorũ, de cõibus aũt ſtultũ eſt, uerũ q̃n plura cõſonãtia aduerſus unũ q̃s acceperit, magis iã ſm rõnem uera eẽ ſigna accipiet, q̃m plura teſtimonia uni cõcordant. Vt. n. Galenus ĩnqt. Cõplexio totiꝰ ex cõplexiõibꝰ ꝑtiũ reſultat, & ita q̃n plures partes cõcordãt toti, uerius naturã, & cõplexionẽ, & morem totius arguere poſſumus. Hæc de electione ſignorum.

*Eſt autem alius modus ſecũdum quem utiq; aliquis phyſiognomizabit, quẽ tamẽ nullus aggreſſus eſt, ut ſi neceſſe eſt iracundum, & triſtem, & paruum ſecundum morẽ, inuidũ eſſe. Et ſi non ſint inuidi ſigna, ex illis tamẽ prioribus cõtingit phyſiognomoni, & inuidum inuenitur, quandoquidẽ maxime proprius eius, qui philoſophatus eſt, talis modus eſt. Poſſe enim quibuſdam exiſtentibus, neceſſariũ eſſe propriũ putamus philoſophiæ, quod quidem eſt (quando contrariantur huic ſecundum paſſiones) phyſiognomizare etiam mala.*

Cum diſputauit tres modos phyſiognomiçãdi, nunc quaſi obiter, tãgit quendã modũ propriũ, quẽ nullus añ Ariſto. aggreſſus eſt. Eſt aũt hic modus ſyllogiſticꝰ per quem ex una uel pluribus paſſiõibus infert̃ alio, quo mõ rhetores utunt̃, ut ſi q̃s paup eſt, ergo blãdus. Ariſt. ergo primo ꝓponit modũ, & ĩnqt. Eſt aũt alius modꝰ ſm quẽ utiq; aliq̃s phyſiognomiçabit, quẽ tñ nullꝰ añ Ari. aggreſſus eſt. deinde exponit hũc modũ. & ĩnqt. Vt ſi neceſſe ẽ iracũdũ & triſtẽ, & paruũ ſm morẽ, hoc eſt parũ moratũ eſſe neceſſe eſt ẽt ĩuidũ eſſe, ſyłłs. n. ex tribꝰ paſſiõibus q̃rtã ĩferẽtibꝰ eſt. Iracũdus. n. & triſtis, & parũ morigeratus eſt inuidꝰ, ꝑꝑea ĩnqt. Et ſi non ſint ĩuidi ſigna, ex illis tñ prioribus cõtingit phyſiognomoni ẽt ĩuidũ inueniret̃. Illa. n. tria accipiunt̃, ut priora et añtia, & quarta affectio infert̃, ut cõcluſio. Quod ãt hic modꝰ ſit dignꝰ Pħo ꝓbat, & inquit. Q̃nquidẽ talis modꝰ eſt maxime ꝓprius eiꝰ, qui pħatur. Qui. n. pħat̃, utitur ſyłło ex una cõcluſiõe illata inferẽdo aliã: &, ut Ariſt. inquit. ij. lib. prioꝝ, ſubaccipiẽdo ĩ poſt aſſumẽdo aũt ĩ latus, cuiꝰ cãm affert, & inquit. Poſſe. n. eẽ neceſſariũ quibuſdã exñtibus. ꝓpriũ ẽ pħie maxĩe eiꝰ ꝑtis, q̃ dialectica dr̃, & nõ ſolũ, ut inquit, hoc pacto phyſiognomiçare eſt ꝓpriũ dialecticæ, ſed ẽt q̃n phyſiognomõ utit̃ loco a cõtrario, qđ q̃dẽ, ut ĩnqt, ẽ phyſiognomiçare ẽt malas affectiões q̃n cõtrariãt̃ huic ſm paſſiões ut ſi cõcluſũ ſit platonẽ eẽ iuſtũ piũ, modeſtũ, & ꝑꝑ hęc eẽ moratũ, ꝯ iniuſtꝰ. ipiꝰ ĩpudẽs, cõcludẽ flagitioſum eẽ et ſic ĩ ꝑuis poſſumꝰ phyſiognõiçare ꝑ locũ a ꝯrio. Si. n. bona cõpetũt alicui per quę infertur aliqua paſſio, per contraria illis bonis infertur paſſio contraria. Hęc de quarto Ariſtotelico modo phyſiognomiçãdi.

*De uoce, ſecundum paßionem quidem intendens, acutã conſueuit utiq; quis duorum gratia ponere iracũdi. Indignatus. n. & iratus intẽdere cõſueuit uocẽ, & acute loqui. Qui aũt remiſſus ſtat, remittit uocẽ, & grauiter loq̃tur. Rurſus aũt aĩaliũ, fortia q̃dẽ, grauis uocis ſunt, timida aũt acutæ uocis. Leo q̃dem & taurus, & canis, latrabił, & gallorũ, q aĩoſi ſunt, grauiter uociferãt. Ceruus aũt & lepus acutæ uocis ſunt.*

Mihi uidetur ꝙ Ariſto. hic tãgat quoddã dubiũ. Dedit. n. plẽs modos phyſiognomiçãdi, iõ poſſet q̃s dubitare, ꝙ tũc contraria ſeq̃rent̃, nã attẽdẽs ad apparẽtẽ morẽ, dicet acutã uocẽ eſſe ſignum iracũdi, attẽdẽs ad feras, dicet uocẽ grauẽ eẽ ſignũ iracũdi, ergo dicti modi ſt̃ inuicẽ cõtrarij, & ad cõtrarias affectiones ducẽtes, vñ ĩnqt. De uoce ſubaudi poſſet eẽ dubitatio, nã attẽdẽs q̃dẽ ad uocẽ, ſm paſſionẽ hoc ẽ ſm apparẽtẽ morẽ, q ĩ uoce ꝯſpicit̃, uocẽ acutã duorũ genera hoc eſt duobꝰ argumẽtis cõſueuit q̃s ponere eſſe ſignũ iracũdi, primo q̃dẽ q̃a ĩdignatꝰ & iratus intẽdere ac acuere cõſueuit uocẽ et acute loq̃, & ſic rõne habita ad morẽ appẽtẽ uox acuta eſt ſignũ iracũdi, ſecũdo rõne habita ad cõtrariã affectionẽ, nã q remiſſus et mitis ac mãſuetꝰ ſtat, remittit uocẽ, & grauiter loq̃t̃, ergo duplici rõne acuta uox arguit iracũdũ, & rõne habita ad apparẽtẽ morẽ, et rõne habita ad cõtrariã paſſionẽ, & ſic ex mõ phyſiognomiçãdi q fit ꝑ morẽ appentẽ, hr̃ ꝙ uox acuta ſit iracũdi, ex mõ ꝟo phyſiognomiçãdi. q fit per feras, hr̃ ꝙ uox grauis ſit iracundi, q̃m hr̃ ꝙ uox grauis ſit fortis ſignũ, & fortis eſt iracũdus, uñ ĩnqt. Rurſus aũt aĩaliũ fortia q̃dẽ & iracũda, grauis uocis ſt̃, timida aũt, acutæ uocis, ꝙ demr̃at exẽplis, & ĩnqt. Leo q̃dẽ & taurꝰ, & canis latrabilis, & gallorũ, q aĩoſi ſt̃, grauiter uociferant, ceruus aũt & lepus q ſunt & timidi, & mites, acutę uocis ſunt, ergo ex modis phyſiognomiçandi hñtur oppoſite paſſiones, & ita hoc dubitare facit non parũ. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, aĩalia fortia Ariſt. ſumit ꝓ iracũdis, q̃m forte animal aut iracundum, aut non ſine iracũdia eſt, mãſueta uero non ſine timore ſunt.

*Sed forte & in his melius eſt, non in eo ꝙ ipſorum uox acuta, aut grauis eſt, forte aut timidum ponere, Sed arbitrãdum eſt fortẽ quidẽ fortis, remißam autem, & imbecillẽ, timidi.*

Rñdet ad dubiũ, et dicit, ꝙ uox nõ q̃ acuta aut grauis, ſit ſignũ aĩalis timidi aut fortis, ſed q̃ uox eſt fortis, & ualida eſt ſignũ fortis, q̃ ꝟo eſt remiſſa, & lãguida, eſt ſignũ timidi, unde ĩnqt. Sed forte, & in his melius eſt, nõ in eo ꝙ ipſorũ uox acuta, aut grauis eſt, forte aĩal, aut timidũ ponere. Sed arbitrãdũ eſt uocẽ fortẽ q̃dẽ & ualidã eſſe ſignũ aĩalis fortis, remiſſam aũt, & imbecillẽ eẽ ſigni timidi, ꝑ quę dat intelligere uocẽ nõ ſm eãdẽ rõnẽ eẽ ſignum iracũdię, & fortitudis. Phyſiognomões dicũt argumẽtũ à uoce eẽ vłe reſpũ ſuę ſpẽi, ĩ ceruorũ. n. ſpẽ grauiuocꝰ fortis eſt, acutiuocꝰ aũt timidꝰ, nõ aũt reſpectu generis. Multa. n. aĩalia ſunt grauiuoca, & fortia ĩ ſuo genere, quę ſunt timida reſpcũ alterius, ut taurus reſpectu leonis.

*Eſt autem potißimum (q̃n ſigna nõ cõuenĩẽtia inuicẽ ſunt, ſed ſubcontraria) nihil ponere, niſi ſint horum dicta, qualia qualium credibiliora, & maxime quidẽ in ſpecies, ſed nõ in omnia genera referre. Similiora. n. ſunt quæſito, non enim totũ genus hominum phyſiognomizamus, ſed quædam eorum quæ ſunt in genere.*

Ariſto. ut mihi vr̃, fortaſſe hic uult decłare, q̃n ex uno ſigno poſſumus phyſiognomiçare, & exponit tres cõditiões, prima q̃dẽ eſt, ꝙ illi ſigno aſſignato nullũ aliud cõtrariet̃ ęquale in ſignãdo, ut ſi ex uoce timidꝰ, ex oculł fortis cẽſeat̃, is abſolute nec timidus, nec fortis eſt cẽſendus, & hoc inquit. Eſt aũt nihil ponere, hoc eſt, nullũ affectũ debemus aſſerere, q̃n ſigna nõ cõuenĩẽtia inuicẽ ſunt, ſed ſubcõtraria & diuerſa. Secũda cõditio eſt, ſi q̃s iudicauit aliquẽ affectũ ꝑ ſignũ ualidũ nõ impedit̃ à debili, ueluti ſi q̃s ꝑ pilos timidũ ꝑ uocẽ fortẽ nõ dꝫ cẽſere, q̃m ſignũ à pilis eſt ualidũ, & hoc ĩnqt. Niſi ſint horũ ſignorũ dicta qualia de numero qualiũ credibiliora, nã tũc nõ impedit̃ iudiciũ ꝑ debilia. Tertia ꝙ fiat iudiciũ ad ſpẽm, nõ ad totũ genus, nõ. n. q fortis ꝑ ocłos cenſetur reſpectu cuiuſq; generis dꝫ fortis cẽſeri, ſed reſpectu ſuę regionis, ab uno ergo ſigno põt affectꝰ argui q̃ties ei non inuenit̃ cõtrarium eq̃le, vł ſi ĩuenit̃, ſit debile ſignũ, & hoc ſi mõ nõ ad totũ genꝰ referat̃, ſed ad genꝰ ſuę regiõis. Ponit ergo tertiã conditionẽ & ĩnqt. Et maxĩe q̃dẽ ĩ ſpẽs, ſꝫ nõ in oĩa g̃na referre, nã ut ĩqt. Quę ſunt eiuſdẽ ſpẽi, ſt̃ q̃ſito ſimiliora, nõ. n. totũ genꝰ hoĩuꝫ ubiq; terrarũ phyſiognomiçamus, ſꝫ q̃dã eorũ, quæ ſunt ĩ eodẽ genere, uel eadẽ regiõe, ergo ꝑ unũ ſignũ poſſumꝰ arguere affectũ, q̃n ĩ eodẽ hoĩe nõ inuenit̃ cõtrariũ, & dato ꝙ cõtrariũ inueniat̃, ſit nõ ęqualẽs inſignãdo, & q̃n nõ ad totũ humanũ genꝰ reſpicimꝰ, ſꝫ ad ꝑtẽ. Hęc de arte iudicãdi ꝑ unũ ſignũ Ariſt. tradit, addẽ tñ hæc eſſe intelligẽda de ſigno cõi, q̃m q̃n ſignũ ẽ ꝓpriũ, ſufficit ꝑ unũ ſignũ affectũ ſyllogiçare, ut ſupiꝰ dcm̃ eſt. Qꝫ aũt plura ſigna cõĩa in eodẽ accidere poſſint ꝑſpicuũ eſt ꝑꝑ differentiam partium, ſigna uero propria in eodem cõtraria inueniri eſt impoſſibile.

*Fortis corporis ſigna, duri pilum, figura corporis erecta, oſſa, & coſtæ, & extrema corpis fortia & magna, & uẽter amplus, & ad ſe cõtractus, humeri ampli, et diſtãtes, nec ualde colligati, nec omnino dißoluti. Collũ firmũ, nõ ualde carnoſum, pectus & carnoſum, & amplũ, coxæ cõtractæ, ſuræ deorſum ductæ, ocłus charopus, nec ualde expãſus, nec omnino clauſus. Color qui eſt in corpore, ſqualidior, acuta facies recta nõ magna, nates nec lenes, nec omnino rugoſæ.*

Iſchyõ uel Iſchion Coxa Ancæ Nates

Cũ Ariſt. decłaſſet, q̃n ex uno, & q̃n ex plibꝰ ſignis poſſumus phyſiognomiçare, hac in ꝑte uult annotare oĩa ſigna, quę antiq phyſiognomones obſeruarũt ꝑtim ea colligẽdo ex feris, partim ex moribꝰ appentibꝰ, ꝑtĩ ex ſyłło, ꝑtim ex ꝯtrarijs ut ꝓxĩo loco edocuit. Annotauit aũt ea ex ꝑticuł corꝑis, & ſt̃ nõnulla ꝓpria, nõnulla cõĩa, primo ergo ex pilis, ſub q̃rũ appellatiõe ueniũt capilli, & ĩnqt. Fortis corꝑis ſigna ſubaudi hęc ſunt, primũ eſt ip̃m eẽ duripilũ, eſt aũt hoc ſignum ꝓpriũ, & refert̃ ad oẽs feras fortes, ut ſupius dcm̃ eſt, dr̃ aũt capillus durꝰ uel pilꝰ, ut Rhaſes ĩnqt, is q fortis & aſp eſt. ꝓꝫ ergo hoc ꝙ a pilis accipit̃, referri ad ſigni ꝓprietatẽ. vñ Iuuenalis. Hiſpida mẽbra q̃dẽ & durę ꝑ brachia ſetę, ꝓmittũt atrocẽ aĩum. Scđm ſignũ ſumit̃ à corꝑis figura, & dicit. Figura corꝑis erecta, hoc ſignũ põt referri ad ſnꝑapparẽtẽ morẽ, corpꝰ. n. cũ eſt forte, ſtaturã hꝫ erectã, & põt referri ad ſyłłm, q̃m nullũ aĩaliũ eſt rectę ſtaturę præter hoĩem, & pygmeũ, q̃m nullũ eſt tantę cał itatis, ut ꝑ ipſam ſtatura dirigat̃, q̃ rõne fit, ut ſtaturę rectitudo e caloris & ſpirituũ mł titudĩe emergat, & ſic roboris ẽ ſignũ, & põt referri ad ꝯtrariũ, q̃m, ut Ariſto. ĩqt libro de hiſtoria aĩaliũ, hõ ĩ duabꝰ ętatibꝰ ĩcuruat̃. Prio q̃dẽ dũ ĩfans ẽ, nã tũc q̃drupes reptat. Vltio dũ ẽ ſenex, ſiq̃dẽ baculo eget. Cõſtat aũt tũc hoĩeꝫ eẽ debilẽ, ergo a cõtrario erectio ſtaturę erit roboris ſignũ. Tertiũ accipit̃ ab extremis corꝑis, et dicit. Oſſa, et coſtę, et extrema corꝑis & fortia & magna, accipit̃ aũt hoc ſignũ a feris, et ita referẽdũ ẽ ad ſigni proprietatẽ, ut ſcđo priorũ docuit, nã oĩa aĩalia fortia magnas hñt ſummitates, põt etiam ſignũ iſtud referri ad ſyłłm, q̃m ꝑ hęc ſuſtinet̃ hõ ĩ robore, & rectitudine, et iõ cũ hęc ſt̃ firma, hõ erit robuſtꝰ, teſtat̃ hoc Virgi. cũ entellũ heroũ fere oĩuꝫ fortiſſimũ deſcriberet, ĩqt. Magna oſſa, lacertoſq; exuit. Quartũ ſignũ accipit à uẽtre, q̃ greci ciliã appellant, hoc eſt aluũ, eſt aũt aluus, cõcauitas illa, in qua cibꝰ deuorat̃, nõ tñ eſt diſſonum Ariſtotelẽ ꝑ uẽtrẽ intelligere totã cõcauitatẽ, & in q̃ cibꝰ deuorat̃, & in q̃ teſtina cõtinet̃. Ariſto. ergo ĩnqt. Et uẽter amplus. ſ. ſcđm cõtinẽtiã, & nõ eminẽs, ueluti p̃gnantiũ,

ſed ad ſe cōtractus. vn̄ Rhaſes ꝑ uētrē ad ſe cōtractū, gracilē exponit, ego uero ꝑ amplū uētrē & ad ſe cōtractū, intelligo uētrē multę cōtinētię, nō tn̄ eminētem ueluti ſunt uentres ꝓgnātiū, & piguiū hoīum. Vēter.n. eminēs arguit materię mltitudinē, & forme paucitatē, & ita debilitatē, uentꝰ ꝟo multę ꝯtinētię, arguit forme multitudinē, formatiuā bonā, & materię paucitatē, & ita arguit fortitudinē. Pręterea cū uēter erit multæ cōtinētię, & bene formatus, multi nutrimēti neceſſitatē arguit, & ita arguit caloris et ſpūum copiā, quę eſt fortitudinis baſis. pꝫ ergo hoc ſignū ad ſylłm referri. Quintū ſignū accipit̄ ab hūeris, et n̄ facimus drīam hęc inter humeros, ſcapulas, armos, ſpatulas, & lacertos ſpatularū. Annotatione dignū hāc eſſe ueluti dignitatē ī arte phyſiognomię, mēbri bona, & idonea formatio eſt ſignū bonæ formatiuæ, quæ mēbrū formauit, et ſic eſt ſignū roboris, & fortitudinis uirtutis formatiuæ, ꝙ tūc formauit mēbrū, & nūc cōſeruat ipſum, quare hęc ꝓ dignitate ſumatur mēbrū bene formatū eſt fortitudinis, & cuiuſlibet boni affectus indicium, inqt ergo Ariſto. humeri ampli, & diſtātes, nec ualde colligati, nec oīno diſſoluti, referē.n. hoc ſignū ad ſylłm, qm̄ hæc humerorum eſt optima formatio. vn̄ Virgilius in ſecūdo. Hæc fatus latos humeros, ſubiectaqꝫ colla, Veſte ſupfului quæ inſternos pelle leonis. Idē etiam & in quito, oñdit latos humeros, in ſexto libro etiā idem, atq; humeris extātę ſuſcipit altis, ꝗ ſermo, ut Seruio placet, de Platone dr̄. Plato.n. ut ferē, fuit athleta fortiſſimus poſt uictoriā philoſophiā ꝯſequutꝰ pꝫ igit̄ hoc ſignū referri ad decentiam mēbri. Sextum ſignū ſumitur à collo, & per collū tam ceruicē poſteriorē quā gulam an̄riorē intelligit. Ex his.n. duobus cōſtat collum primo de hiſtoria, inquit. Collum firmū nō ualde carnoſum, ſignū aūt hoc referē ad decētiā, quæ ex bonitate formatiuæ uirtutis exoritur, collū.n. a cerebro proficiſcitur, & ita arguit bonā cerebri uirtutem, & qua tota fortitudo emanat, carnoſum ualde arguit nō formę, ſed materię multitudinē. Amplius pn̄s ſignū refertur ad feras, taurus.n.ꝗ aīoſus eſt, & leo, & aper collū hn̄t tale, qđ etiā ſignum Rhaſes approbat. Septimū accipitur a pectore, & inquit. Pectus & carnoſum, & amplum, refertur.n. hoc ſignū ad decentiam & ad ſylłm. Amplitudo.n. pectoris arguit ſpirituum, & caloris magnitudinem, hominibus.n.ꝗ natura frīdi ſunt, pectus paruum ineſt, pp̄ cordis, & pulmonis frīditatē, qui uero calidi, amplum, pp̄ caloris & ſpūum copiā. Addit carnoſum, nō pigue, ꝗa materię abūdātiam argueret, ſed bn̄ carnoſum. Mēbrum.n. carne priuatū exangue, & debile eſt, ut Galenus in techna. Octauū accipit à coxis, & dicit. Coxa ꝯtracta, nō eminēs, ueluti coxa mulieris, nam ſic argueret multitudinē materiæ, ergo ſignum hoc referē ad decētiā, & ad ſylłꝫ. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, coxa græce eſt iſchiō, latine anca, uerū coxa hęc intelligitur, & accipit̄ ꝓ aggregato ex anca, & coxa, cui colligat̄ genu. Pōt aūt coxa trifariā diſponi, vel cū eſt eminens & piguis, & hæc mulierū ē, uel cū eſt macra & exāguis, & hæc debiliū eſt, uel cū eſt magna ſm carnē, & ī ſe ꝯtracta, et hęc uirorū eſt, et qdē fortiū. Eſt.n. coxa, ut baſis nr̄i corpis, iō cū eſt magna, & nō piguis, ē fortitudinis īdicium. Nonū accipit̄ à tibijs, & iqt. Suræ deorſum ductæ, & per ſuras uētres tibicos intelligit, ſē āt tibici uētres, lacerti, ꝗ ī pulpis cruriū ī ueniūtur, qn̄ ergo hi nō eminētes, ſed contracti, ac deorſum ducti ſē, fortitudīs ſē indiciū. Signū aūt hoc referē ad ſylłm, nā uētres hi a frīditate ꝓeminēt, ut accidit ī mulieribꝰ, ī qbꝰ ob frīditatē tales uētres eminent, a caliteꝟo, cōtrahunt̄, referē ēt ſignū hoc ad decentiam. Decimū accipit ob oculo, & inqt. Oculꝰ charopꝰ, nec ualde expāſus, nec oīno clauſus, referē āt ſignū hoc ad decētiā,

Cap. 26.

ubi ānotatiōe dignū, charopū latine fuluū interꝑtari, ſed qd fuluꝰ color ſit, Gelliꝰ libro ſc̄do iqt. Fuluꝰ.n. & flauꝰ, et rubidꝰ, & phæniceꝰ, & rutilꝰ, & luteꝰ, & ſpadix, appellatiōes ſē ruffi coloris, aut acuētis cū, ut ibidē oñdit, vn̄ ait. Fuluꝰ āt vr̄ de ruffo atqꝫ uiridi miſtꝰ, ī alijs plꝰ uiridis, in alijs plꝰ ruffi hr̄e, ſic poeta ꝟborū diligētiſſimꝰ, fuluā aq̄lā dicit, & iaſpidē, fuluos galeros, & fuluū aurū, et arenā fuluā & fuluū leonē, ſꝫ utcūqꝫ ſit fuluus color ocłis ē, ꝗ ī leōis oculꝰ ſpectat̄, ut poſtea dicemꝰ, hoc ergo ſignū ad leonē referē oīum ferarū fortiſſimū. Addit neqꝫ ualde expāſus, neqꝫ oīno clauſus, qm̄ ut Galenꝰ refert, ocłus ualde expāſus, hoc ē magnꝰ ualde, eſt pp̄ hūiditatē, & ſic eſt ſignū debilitatis cerebri, ſilr̄ puitas eiꝰ, & clauſura nimia a ſicco ꝓficiſcit̄, diſpō ergo media à cerebri tꝑātia exorit̄, & eius uigorē arguit. Et in hoc potiſſimum aīaduertit, nā ocłi ex cerebri ſuba ſē, cerebrū āt eſt potiſſimū ī oī opōne tā ſenſus qꝫ motꝰ. vn̄ Plato ī cerebro aīam ſenſitiuā collocauit, e q̄ fortitudo, et oēs ꝟtutes ſē. 11. accipit à colore, corporis, & dicit, color, ꝗ eſt in corpe, ſqualidior, & refertur ad ſylłꝫ: nā, ut Ariſt. dicet, Albi ſē ualde timidi referunē n. ad młieres, ſilr̄ & nigri ſē timidi, ꝗa referūtur ad ęthiopes, color aūt fortitudini cōueniēs erit horū medius, ut fuſcꝰ uel ſqualidior, ꝗ nō ſimpłr fuſcꝰ eſt, ſed ad fuſcedinē ꝟgēs, & ꝓpea ait, ſqualidior. q.d. plꝰ ſqualidꝰ qꝫ albꝰ. 12. accipit a facie, & dicit, acuta facies, recta, n̄ magna. Acuta qdē iqt & recta, nā ad canes referē, ꝗ iracūdi, & fortes ſē, faciē ꝟo hn̄t acutā & rectā. Addit & nō magna, qm̄ magnitudo faciei idiciū ē ſegnitiei, q̄ fortitudini aduerſat̄, & referē ad boues. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, græcū ꝟbū eſt metopō, & latine ſonat frōtē, & ſic. 12. ſignū a frōte accipit̄, q̄ cū fuerit ueluti frōs canū, indicium ē irę & fortitudīs mō recta ſit, & nō magna, nā magna bouꝫ ē, & ſegnitiei nota. Vltimū ꝟo ſignū a natibꝰ accipit, & inqt. Nates nec lenes, nec oīno rugoſæ, & referē hoc ſignū ad decētiā, q̄ tꝑātiā arguit, ut dcm̄ eſt. ꝟbū nates gręce eſt iſchiō, hoc eſt nates, quę cū ſē medię inter lenes & rugoſas, contēꝑatę ſē inter hūidū & ſiccū, & ſic fortitudinis indicium ſē, hæc ſigna collegit Ariſto. ex antiq̄rū libris q̄rū aliq̄ ꝓpria, aliq̄ cōia ſē, aliq̄ ꝓbata ſylło, aliq̄ ꝓprietate ſigni, aliq̄ alijs rōnibꝰ. Et ut diximꝰ, qn̄ ſignum proprium eſt, illico paſſionē cuius eſt, ſignat, cū ꝟo fuerit cōe, tūc licet paſſionē arguat, tn̄ ex illo nō licet paſſionē inferre, niſi alia nō cōtrariētur ęgpotētia, ut ſuperiꝰ diximꝰ, hęc de ſignis fortitudinis.

*Timidi ſigna, mollipilus, corpore inclinatus, non erectus, ſuræ ſurſum ductæ, color in facie ſubpallidus, oculi imbecilles, & palpebrizant, & corporis extrema imbecilla, crura pua, manus ſubtiles, & longæ, lūbus paruus, & imbecillus, figura contēta in motibus, nō inuerecundus, ſed ſupinus, ſtupefactibilis, mos, qui eſt in facie, facile mobilis, ſubtriſtis.*

Stupefactibilis Horribilis.

Cū accepiſſet fortis hoīs ſigna, hac in ꝑte accipit timidi hoīs ſigna, & ꝓ maiore ꝑte loco a ꝯtrario utit̄, & dicit. Timidi ſigna hęc ſunt. Primū qdē ē eſſe mollipilū, & hoc accipit̄ loco à ꝯtrario. Sc̄dm corꝑe inclinatꝰ, nō erectꝰ, argumētū eſt a ꝯtrario. Tertiū ſurę ſurſū ductę, hoc ē uētres tibici ꝓeminētes, ut ſurę młierū, argumētū eſt à contrario. Quartū color ī facie ſuppallidꝰ, & Rhaſes colorē citrinū expoſuit. Ariſto. tn̄ libro ꝓblematū expoſuit colorē pallidū, et referē ad paſſionē timētis. Quītū oculi ībecilles, & qui palpebriçāt, hoc ē debiles, ocłi.n. debiles ſē ꝗ malefor mati colorē, & cōpōe ꝯtremiſcūt, & palpebriçāt, pp̄.n. eorū debilitatē n̄ pn̄t ſe ꝯtinere, qn ꝯtremiſcāt, cā aūt huiꝰ eſt hūiditas cerebri, & ita debilitas. Sextū, et corꝑis extrema ībecilla, ut ſē crura pua, manꝰ ſubtiles, et lōge, et ſubaudi pedes pui et tenues, argumētū accipit̄ à ꝯtrario. Septimū figura ī motibꝰ & geſtis ꝯtēta, & ꝯmēſurata, hoc eſt n̄ inuerecūdꝰ, ſꝫ ſupinꝰ hoc eſt ocioſus, & frīdꝰ. Timet.n. ne reprehēdat̄. Octauū, uultu horribilis, atq; turpis, locꝰ eſt a ꝯtrario, nā ſi decētia arguit fortitudinē, indecētia arguit timiditatē. Nonū mos, qui eſt ī facie, facile mobilis, et ſubtriſtis, referē ad ſupappētē morē, nā timētes uariant̄ ꝯtinue ī facie, & ſubtriſtes apparēt, qm̄ timore & ſuſpitione detenti ſubtriſtes apparēt, & figura faciei ꝑmutantur.

parti. 27. & octa capitulo 1.

*Benenati ſigna, caro humidior, & mollior, non boni habitus, neque pinguis ualde. Quæ ſunt circa humeros, & collum, graciliora, & quæ circa faciem, & colligata,*

quę

*quæ circa humeros, et quæ deorſum ſunt, ſubmiſſa bene ſoluta, quæ circa cōſtas, & ſecundum dorſum non carnoſius, corpus albū rubeū, & purū, cutis ſubtilis, pili non ualde duri, neq; ualde nigri, oculus charopus humidus.*

De capituli titulo non parua eſt difficultas, grecum.n. ꝟbū eſt, ευφυους σκμεια, & antiqua expō eſt bn̄nati ſigna, alia expō eſt ingenioſi ſigna, quæ cōſonat ſequēti capło, quod eſt de inſenſibilis ſignis, nō inſenſibilis is eſt, qui et ſtultꝰ, & hebes dr̄ ſexto ethico. Inſenſibilitas.n. ſagacitati cōtrariatur, ut eo loco narrat Ariſt. ſagax aūt ingenioſus eſt. Pręterea. Rhaſes iſcribēs cap. inqt. Signa hoīs boni intełs, & bonę naturę hęc ſunt, ſed utcūqꝫ ſit benenatus, & tēꝑatus ingenioſus eſt, & ideo ſigna benenati, & ingenioſi eadem ſunt. Primum ergo ſignum benenati atqꝫ ingēioſi eſt caro hūidior, & mollior, nō bōi hītꝰ, hoc ē nō dura, neqꝫ pinguis ualde. Rhaſes ponēs hoc ſignum, inqt. Carnes lenes, & molles, & paucæ. Referē hoc ſignum ad ſylłm, nā ad bonam intelligētiā requiritur ex parte corporis tēꝑantia in actiuis, & paſſiuis, & ut medici dicūt, bona formatio. At tēperantia ad całm ꝟgit, & ad humidum, cuiꝰ ſignū eſt ꝙ caro ſit plus mollis quā dura, nō aſꝑa, ſed lenis, ſuauis tactus, nō ualde piguis, eſſet.n. frigida, & hęc Ariſto. inquit. Caro hūidior, atqꝫ mollior. q.d. plus ad lenitatē ꝟgēs quā ad aſꝑitatē, nō dura, neqꝫ pinguis ualde, eſſet.n. frīda, ſic igit̄ ex parte tꝑantię pꝫ primū ſignū. Secundū uero accipitur ex ꝑte formationis, & inquit. Quæ ſunt circa collū graciliora, & quæ ſunt circa faciē, etiam graciliora, quod ſignū ꝓxīo textu patebit, nūc uero ſatis ſit ipſum referri debere ad oppoſitū. Tertium iterū ex ꝑte formationis accipit̄, & dicit. Et colligata, quę circa humeros, referuntur hoc nōnulli ad aues prudētes, & ingenioſas, quarum humeri ſunt colligati, & armi, non relaxati, neq; ualde expāſi. Alij referunt ad cām, qm̄ hęc hūerorū diſpō arguit facilē motū ſpūum ſurſum, qui ſeruiūt intelligētię. Quartū iterū à formatione accipit̄, & dicit. Et quę deorſum ſunt, ſubmiſſa, partes uero quę deorſum ſunt vn̄r eſſe ſpatulę quibꝰ humeri alligant̄, & referunt hoc ſignū rurſus ad aues ingenioſas, quarum ſpatulę ſunt ſubmiſſe, & cōtractę humeri ꝟo eleuati, & colligati, quę rurſus ſigna Rhaſes approbat. Quintū ſignum rurſus ex formatiōe eſt, & dicit, bene ſoluta, quæ circa cōſtas, referūt hoc ad cōtrarium, nam ſi ibi eſſet carnis multitudo, uaporū, qui ab illa eleuarētur, eſſet copia, quę turbādo ſpūs, occecaret mētē. Sextū iterū a formatione accipitur, & inqt. Et ſecundū dorſum, & partes quę circa collū ſunt, nō carnoſius, immo (ut ita dicā) potius macilētū. Rhaſes uero, inquit. Et inter dorſum carnē nō hn̄s, referē hoc ad cām, ut dicemus. Septimum ſignū ad tēperātiā refertur, vn̄ dicit. Corpꝰ albū rubeū & purū, talis.n. color tēperātię eſt, & ſic ingenij. Octauū iterū ad tēperātiā referē, & dicit, cutis ſubtilis, quæ ut Galenus inquit. Cōtēperātię eſt. unde Rhaſes cutis ꝑterea ſubtilis. Nonū etiā ad tēperantiā refert, & inquit. Pili non ualde duri, neq; ualde nigri, et ꝑ pilos etiā capillos intelligit, unde Rhaſes capilli etiam nō ſunt multum duri, nec multū nigri. Durities.n. ſiccitatē, nigredo uero uſtionē arguit, & ſic diſtēperātiā, quę ingenio aduerſatur. Vndecimū refert etiā ad tēperātiā, & dicit. Oculus charopus hoc eſt fuluus, & humidus hoc eſt mollis, nā (ut medici teſtantur) oculus ſic affectus tēperātiā cerebri arguit. Aīaduerte, ꝙ tēperantia in cōplexione

Signa ingenioſi.

qualitatū ad bonā intelligētiam facit, qui.n. qualitatum cōplexu ſunt tēperati ſpūs claros, lucidos, & agiles hn̄t, qui bene menti ſeruiunt, quam quidē tēperātiā ex mollitie, lenitate, & paucitate carnis, unguiū, & pilorū tenuitate, coloris bona miſtione, atq; oculorū fuluore medici teſtantur. Inſuꝑ bona formatio etiā ad intelligentiā facit. In corꝑe.n. enormi, atq; mōſtruoſo, mēbra, per quę ſpūs ad ſenſoria permeāt, ſunt impedita, iō etiā bona formatio ad bonā intelligētiam neceſſaria eſt, perꝑēditur autē hęc ex ſcapularū eleuatione, uł oīum mēbrorum macrędine non multa cōſtarū ſołone, & reliqs ſignis. Hęc ſunt ſigna bonę intelligētię atq; bonę naturę.

*Inſenſitiui ſigna, quæ circa collum & brachia, carnoſa, & cōplexa, & colligata, cotyla rotunda, humeri ſurſum expanſi. Frons magna, rotūda, carnoſa, oculus uiridis, ſurdus. Crura circa malle olum craſſa, carnoſa, rotūda. Mandibulæ magnæ, carnoſæ, lumbus carnoſus, crura longa, collum craſſum, facies carnoſa, ſublonga ſufficienter. Motus aūt, & figurā, & morē, qui apparet in facie, ſecūdū ſcapulas accipit.*

Cū poſuiſſet bn̄nati ſigna, atqꝫ ingenioſi, nūc inſenſitiui ſigna affert. Eſt aūt, inſenſitiuus, hebes, & ſtolidꝰ idē. Ponit autē ſigna. 12. quę trāſlatione patent. Quo uero ad uerba attinet, cotyla grecum uerbū eſt, & ſignat aliqn̄ oē cōcauū, aliqn̄ poculi & mēſurę genus, ſextariū, & menſurā. 9. unciarū, hic tn̄ accipitur ꝓ iūctura coxę cū natibus. Viridis uerbū latinū eſt à uigore dcm̄, ob quam rem plantas, quæ nōdū aruerūt, uirides dicimꝰ, quòd in uigore adhuc ſint, & qm̄ in illis herbaceus color eſt, herbaceū colorē, uiridē appellamꝰ, unde Virgiliꝰ. Iā ſenior, ſed tarda deo, uiridiſqꝫ ſenectus. Malleolus eſt paruus malleus, & accipitur pro loco ubi pes & calcaneꝰ alligant̄. Mādibulę uero pro maxillis accipiuntur. Addit, ꝙ inſenſitiuus accipit motus, & figurā & morē, ꝗ apparet in facie, ſc̄dm ſcapulas hoc eſt ꝓ qualitate, & rōne ſcapularū, ꝑ quę dat intelligere proportionē quādam faciei ad ſcapłas. Siquidē facies ſcapulis, & ſcapulæ faciei corrn̄dēt quātū ad morē. Vbi attentione dignū mēbra inuicē corrn̄dere, aut mēſura & quātitate, aut ſignis & qualitatibus, mēſura & quantitate imus uēter faciei rn̄det in corpulētia, & gracilitate. Crura cū brachijs communē ineūt rōnē, itaq; quibꝰ cubiti breues, ijs etiā femora magna ex parte breuia ſunt, & ꝗbus pedes exigui, ijs qꝫ manꝰ paruę ſunt. Adhuc naſus corrn̄det prępūtio, nā quibꝰ naſus longus, & craſſus, ijs pręputiū, & craſſum, unde ex forma naſi dignoſcit̄ forma genitalis. Si.n. naſus alicui fuerit acutꝰ, & præputiū ſilr̄, & ſic in alijs diſpōnibus. Adhuc in mulieribus pes uuluæ ſimilitudinē ſubit, nā ꝗbus pes lōgus ſtrictus, & macer, ijs uulua lōga, & ſtricta, & macra erit. Vnde mēſura medij pedis nudi eſt menſura lōgitudinis uuluæ totiꝰ in unaquaque. Pręterea. quilibet oris labia craſſa, ijs uuluarū labia craſſa, & de tenuitate idē. Inſuper quibꝰ nares craſſę, & latæ, ijs craſſi & lati erūt teſtes, & de tenuitate idē. Dixerūt genitale tātę eſſe longitudinis ut ad culi labia feriat. Addunt in mulieribus & in uiris collū cruribꝰ corrn̄dere, ſiqdē aīal omne lōga crura hn̄s, & lōgum collum habet, ut grues & ciconeę & cochales Cōtra etiā, ut gallinę paſſeres, & colūbi, & de proportione ſc̄dm quātitatē hactenꝰ. De proportiōe ꝟo ſm qualitatē & ſigna, heben Ragel in eo libro quē de iudicijs cōfecit, ita inqt. Si in nare ſignum ut neuū ꝗs hūerit ſilr̄ & in genitale uel in ſiniſtro pectoris latere uel in circuitu penis hēbit. Ampliꝰ, & ſi ī facie, et ſilr̄ neuū ī teſtibꝰ poſſidebit. Adhuc ſi ī frōte, & ī peni, itē ſi inter ciliū & ſupciliū, & ſilr̄ ēt int̄ umblicū, & penem. Rurſus ſi ſub naribꝰ, aliud & in brachio int̄ cubitū & humerū. Pręterea. ſi ī ſupcilio, & pectore, & ſi in māibꝰ aliud ingēitali & peni, & ſi in gula, aliud etiā et in dextro latere pectoris. Hæc de proportione, & corrn̄dētia in ſignis ſcribunt auctores.

*Inuerecundi ſigna, oculus apertus, & ſplendidus. Palpebræ ſanguineæ, & craſſe, parum curuus, ſcapulæ ſurſum eleuatæ. Figura non rectus, ſed parum curuior. In motibus acutus, rubeus corpore, colore ſanguineus, facie rotūdus, pectore ſurſum prominens.*

Inuerecundi. Impudētis.

Circa capitis inſcriptionē animaduerte ꝙ uerecundia & inuerecundia uirtutes non ſunt, ſed ut Ariſtote. quarto ethicorum inqt. In iuuene laudantur, in ſene uero uituperantur. Ariſtote. ergo primo inuerecūdi, ſiue impudētis ſi-

gna notat, deinde ſigna uerecũdi. Pręterea. Aĩaduerte aliquos Philoſophos hos affectus. vʒ. uerecũdiã, & inuerecũdiã reduxiſſe ad qualitates manifeſtas, ut ad ſanguinẽ, & ad oppoſitum ſanguis. Aſſerunt enĩ ſanguineos, ĩpudẽtes eſſe, atq; audaces, flegmaticos ṽo & frigidos, atq; exãgues eſſe pudentes atq; uerecũdos, uerecũdia. n. & inuerecũdia ueluti fortitudinis ramuli vñr, & timoris. Hic uolũt ſanguinei notas eſſe impudentis, exãguis ṽo ſigna eẽ pudentis. Verũ auctas & obſeruatio cõtrariũ teſtanẽ, auctas qdẽ. Nam Rhaſes, Galenus, Hippocrates, & Auicẽna ſanguinei notas colligẽtes, fere nullã harum, quas Ariſto. hic ſcribit, annotarunt. obſeruatiõe aũt, qm̃ nõ bis, ſed millies ſanguineos uidimus ualde pudẽtes, atq; uerecũdos. Cõtra uero exangues, inuerecũdos. Propterea alij dixerũt uerecũdiã & inuerecũdiã ſeq̃ ꝓprietatẽ, quæ nec eſt ſanguis, nec oppoſitũ ſanguis, neq; choľa, neq; aliq̃s humor, dixerunt etiam ſigna, quę Ariſto. narrauit, referẽda eſſe nõ ad qualitatẽ, ſed a proprietatẽ. Cã aũt eſt, qm̃ tã ſanguinei, q̃ exãgues pudorẽ, atq; inuerecũdiã ſubeũt, aliter tñ atq; aliter, nã ſanguinei quidẽ, cũ eorũ ſanguis facile ꝓfluit. In q̃buſdã. n. ſanguis eſt adeo ꝓfluus, ut ex oĩ leui cã in pudorẽ deducanẽ. Cũ ṽo eorũ ſanguis ẽ tenax & durus, hi et fortes ſunt, & impudẽtes, exãgues ṽo ſunt verecũdi, qm̃ ſanguis paucitate, ſemꝑ in pudoris timore detinentur, quib⁹ pʒ ſigna enumerata ab Ariſt. eẽ referẽda aut ad ꝓprietatẽ, aut ad feras, quæ aũt Ariſto. dicit, patẽt trãſlatione.

Dialectic⁹ Rationalis Eloquens Pneumatodes.

*Honeſtus, in motibus tardus, & rationalis, uox grauis, & ſpiritu plena, & libens oculus, non ſplendidus, niger, neq; etiã ualde apertus, aut omnino clauſus, palpebrizans tarde. Oculorum enim qui uelociter palpebrizant, hi quidem timidum, hi autem calidum ſignificant.*

Honeſtus, ut mihi vr̃, pro uerecũdo hic intelligiẽ, ſic. n. ut Ariſto. inquit, inuerecũdo opponiẽ, uerecũdi aũt & honeſti natura ad frigidum poti⁹ uergere debet, ſiq̃dẽ uerecũdus timido ſĩľis vr̃. At timor potius ex frigiditate exoritur vñ inq̃t. Honeſtus, eſt ſubaudi in motibus tardus, & modeſtus. Scd̃m ſignũ eſt, in ſermone rõalis, & eloq̃ẽs. Tertiũ eſt uox grauis, atq; ſpirituoſa, hoc eſt ſonora. Quartũ eſt oculus libens, hoc eſt uolũtarie mobilis, nõ ſplẽdidus, ſed niger, nec ualde apertus, nec oĩno clauſus, tarde palpebriçãs, hęc ergo quatuor ſigna naturę frigidę atteſtãtur. Tarditas. n. frido, uelocitas ṽo caľo attribuũtur. Addit, ꝙ oculorũ, q cito & uelociter palpebriçãt, alij timidũ, alij caľm arguũt ꝑ quę dat intelligere nullã eſſe cãm cur tarda palpebriçatio arguit honeſtatẽ. Siq̃dẽ aliq̃ñ uelox ſignãt timidũ, q eſt ſimilis modeſto. Sed dices q̃ mõ uox plena ſpiritu ſit uerecũdi ſignũ. Arguit. n. ſanguis copiã, ſunt. n. ſpiritus à ſanguine, & dicendũ ꝙ Ariſto. ꝑ ſpũm ſonũ intelligat. q. d. uox plena & ſonora, eſt autẽ ſonoritas à frigido, ut Teumathiſmo cõſtat, pʒ hæc ſigna eſſe referẽda ad proprietatẽ, ut obſeruatione pʒ. Aĩaduerte tñ ꝙ pręcipuũ et naturale ſignũ uerecũdię eſt rubedo q̃dã annexa aurib⁹ à natura inſita, hoc. n. ſignũ referẽ ad appentẽ paſſionẽ, qñ enĩ q̃s ṽecũdiã patiẽ, aures ei⁹ rubẽt, cui⁹ cãm eniẽ aſſignare Ariſto. libro ꝓblematũ, uerũ Rhaſes & alij phyſiognomones hæc Ariſtotelica ſigna approbarũt.

Spũ plena Spirituoſa. partic. 3 2 Cap. 1. & ibidẽ partic. 31 c. 3. Euthymi Leti Iucundi ευθυμος ἐπισπερχὴς ſubdo l⁹ præceps

*Iucundi ſigna, frons bñ magna, & carnoſa, & lenis. Quæ circa oculos, humiliora, & ſomniculoſior facies uidetur, neq; intenſe aſpiciens, neq; remiſſe, & in motibus tardus erit, & remiſſus. Figura & more, qui eſt in facie, non ſubdolus, ſed bonus uidetur.*

Circa præſentis capitis inſcriptionẽ, aĩaduerte, ꝙ euthym⁹ gręce, latine lęt⁹, aut iucũd⁹ dr̃. Quo ṽo ad rẽ attinet, naturalis iucũditas, ut phyſici dixerũt, aliq̃ñ ꝓficiſcitur à ſanguie, & ſpirituũ claritate, et ad hoc multũ facit ſanguinea natura, q̃nq; à priuatiõe hũoris meľici, uel a modica cõſuetudine in cõſiderando, & ad hoc facit natura ſtulta Ariſto. tñ retulit hęc ſigna ad proprietatẽ eorũ, & inq̃t. Iucũdi ſigna, hæc ſunt, frons bñ magna, & carnoſa, & lenis carnoſitas. n. & magnitudo frontis ad ſtultitiã refertur, lenitas ṽo, ad ſanguineã naturã. Scd̃m ſignũ affert, & inq̃t. Quę circa ocľos, ut palpebrę & cilia, humiliora, adeo, ut facies uideaẽ ſomnolẽtior. Vel lege ꝧm ſignũ, hoc pacto, quæ circa oculos, humiliora. & q̃ſi flegmatica. Tertiũ ṽo ponit, & inq̃t. Et facies vr̃ ſomnolentior. Ponit quartũ, et inq̃t. Neq; intẽſe aſpiciẽs, neq; remiſſe. Ponit Quĩtũ, & inquit. Et ĩ motib⁹ tardus erit, & remiſſus. Ponit ſextũ, & inquit. Scd̃m figurã aũt & morẽ, q eſt in facie, nõ ur̃ ſubdulus, ſed bon⁹ vr̃. Quæ ſigna licet poſſiit hr̃e naturalẽ cãm, tñ ex obſeruatione referũtur ad proprietatẽ eorũ, hoc enĩ ſufficit phyſiognomoni, q utitur ſignis ex obſeruatione relatis ad feras, uel ad alia, ut dictũ eſt.

*Triſtis ſigna, rugæ faciei, & macer, oculi confracti. Simul autem & confractiones oculorum, duo ſignificant, hoc quidem molle & fœmineum, illud uero demiſſum & pauidum, in figura humilis, & in motibus remiſſus.*

Commentarium.

Cum poſuit ſigna iucũdi, hic ponit ſigna triſtis, licet in græco nõ ponatur cui⁹ ſigna ponat. Aĩaduertę tñ, triſtitiã principaľr proficiſci ab humore meľico, mõ hũor meľicus aliq̃ñ exoritur ꝑꝑ orbitates, aliq̃ñ ob morbos, aliq̃ñ propter naturã meľicã, aliq̃ñ ꝑꝑ ſtudiũ in aliqua facultate. Detẽtus. n. in cõtinuis ſtudijs tandẽ fit triſtis & meľicus. Et ꝑꝑ hãc cãm oẽs ſapiẽtes fuerunt meľici, ut Ariſto. probat libro problematũ. Verũ Ariſto. ut bon⁹ phyſiognomõ colligit ſigna ex ueterib⁹ obſeruata, & nõ curat illa referre ad cãs, & inq̃t. Signa triſtis hęc ſunt. Primũ q̃dẽ faciei rugę, & hoc referẽ ad apparẽtẽ morẽ, qui enim triſtatur, eius facies rugas patitur. Scd̃m & macer, uidetur, & hoc iterũ ad apparẽtẽ morẽ referẽ, macreſcit. n. triſtis. Tertiũ ſignũ ſunt ocľi cõfracti, & rugoſi, & hoc iterũ ad morem appẽtẽ referẽ. Oculi. n. ei⁹, q triſtitiam patiẽ, rugoſi fiũt, & addit quid ſignãt cõfractio oculorũ, & inquit. Simul aũt & cõfractiões ocľorũ duo ſignãt, hoc q̃dẽ molle & fœmineũ, ut pʒ per apparẽtẽ morẽ. Molles. n. & fœminei oculos cõfractos hñt. hoc uero demiſſum hoc eſt triſtẽ & pauidũ, ut etiã ꝑ morẽ appẽtẽ pʒ. Deinde ponit quartũ ſignũ, & inq̃t. In figura vr̃ humilis, ut religioſus. Vltimũ ſignũ affert, & inq̃t. Et in motibus remiſſus, & nõ celer ac calidus, & hoc iterũ ad cõſpicuũ morẽ refertur. Inq̃t Alexander ꝙ triſtes ſunt natura pallidi, nam mẽrẽtes ſanguinẽ hñt natura intromiſſum ꝑꝑ ꝓcordiorum affectum.

partic. probl.

*Cinædi ſigna, oculus confractus, genuflexibilis, inclinationes capitis ad dextram, Motus manuum ſupini, & diſſoluti, et ambulationes duplices, Altera quidem circũclinati, Altera uero tenentis lumbos & oculorum circũſpectiones, qualis utique fuit Dionyſius ſophiſta.*

Circũcli. Circumtantis. Tenẽtis lũbos. Fortis pedibus.

Commentarium.

Cinædus græce, latine mollis, uel dulcis, ſunt aũt in ſuſtinendis laboribus affectiones duæ extremæ, Altera, quę mollicies, e qua cinędus hoc eſt mollis dr̃. Altera quę cõſtãtia, e qua cõſtans, ſiue durus, uel amarus diciẽ, ut Ariſt. ſeptimo ethicorum, inquit. Qui. n. (vt dicit) reſiſtit laboribus, cõſtãs, qui uero deficit in his, aduerſus ea, quæ plerique reſiſtũt, & ualẽt, mollis & delicat⁹ eſt, mõ delitie mollities eſt, q trahit uirgã, ne laborẽ ſubeat tollẽdi, & imitãs ægrotãtẽ, nõ putat ſe miſerũ eſſe, cũ ſit miſero ſĩľis, ut ibidẽ Ariſto. ait, ceu Scytharũ regibus mollities ineſt ꝑꝑ genus, q̃d tanquã effœminatũ à uirilitate receſſit. Ergo Ariſtoteles primo cinædi, hoc eſt mollis, ſecundo conſtantis ſeu duri uel amari ſigna affert, & inquit. Cinędi ſigna hęc ſunt, oculus cõfractus, & mollis q̃lis eſt oculus mulieris, et hoc ſignũ referẽ ad mulieres, q̃ ſunt molles. Deĩde põit ſcd̃ʒ, & inq̃t. Genuflexibiľ, & ex oĩ leui cã plicabilis, iterũ refertur ad mulierẽ. Tertiũ ponit, & inquit. Declinationẽ capitis ad dexterã, non enim ob mollitiem poſſunt ferre caput, & refertur hoc ad proprietatẽ ſigni. Non enim uidetur rõ cur magis in dexterã, q̃ ĩ ſiniſtrã. Quartũ ponit, & inq̃t. Mot⁹ manuũ ſupini, & diſſoluti, hoc eſt indecẽtes & inordinati, & iterũm ad ſigni proprietatẽ referẽ. Quintũ ponit, & inq̃t Ambulatiões duplices, altera circũinclinati, uel mutãtis, hoc eſt cũ q̃dã curuitate, hęc aũt tenẽtis lũbos, uel fortis pedibus hoc eſt cũ quadã rectitudine, & hoc q̃a nõ pñt ob mollitiẽ erecti ambulare. Sextũ ponit, & inq̃t. Et oculorũ circũſpectiões mõ hac, mõ illac, qualis, ut inq̃t, fuit Dionyſi⁹ cognomẽto ſophiſta, ut phyſiognomones tradũt, & referẽ hoc ſignũ ad ꝓprietatẽ. Hęc itaq; de cinędo ſigna ſunt obſeruata ab antiq̃s. Iuniores expoſitores nec gręca ṽba aĩaduertẽtes, nec intelligẽtes, eorũ hoĩuʒ ſigna Ariſt. poſuiſſe tradũt, q ſunt natura ſeruiles, & apti ſeruitijs. Tu ṽo ex his habes Ariſt. nõ ſeruiliũ, ſed mollium ſigna poſuiſſe, ut gręcum uerbum indicat, uerum tñ eſt ꝙ dicũt, hęc ſigna pro maiori parte referẽda eſſe ad apparẽtes mores, quos delicati ſubeunt.

*Amarus, facie remiſſus, nigricolor, macer, ſecundũ ea, quæ ſunt circa faciem. abraſus, facies rugoſa, ſine carne recti crinis, & nigri.*

Commentarium.

Quidã ꝑ amarũ, q græce eſt picros, intelligunt ferinum hoĩem, inciuilẽ & agreſtẽ, q cũ oĩno amicitię ſit exꝑs, nulli penitus ſeruit, & bñ dicerẽt. Si ꝑ cinedũ, ſeruilem hoĩeʒ Ariſtote. intellixiſſet Ego uero arbitror, Ariſto. per picrũ, amarũ intelligere ab a, ꝙ ſine, & mero, dulcedie, q̃ſi abſque dulcedine, & hoc pacto cinędo hoc eſt molli aduerſatur. Cinedus. n. utpľm, puer eſt, q dulcis eſſe vr̃, & ſuauis. Amar⁹ uero ꝑ oppoſitũ, inſuauis et auſterus, huius hęc ponit ſigna, & inq̃t. Amar⁹ facie eſt remiſſus, hoc eſt ſꝑ ac ſi quid ꝯſideraret, & hoc referẽ ad apparentẽ morẽ. Melancholici. n. et amari ualde ꝯſideratiui, & imaginarij ſunt. Ponit ſcd̃m, & inq̃t. Nigricolor, & iterũ ad meľicã naturã refertur. Tertiũ ponit, & inq̃t. Macer, & hoc rurſus ad melãcholicã naturã referẽ. Quartũ ponit. & inq̃t. Scd̃m ea, quę cõſueuerũt eſſe piloſa in facie, abraſus, & nõ piloſus, & iterũ hoc ad naturã meľicã referẽ, rõne. n. frigiditatis et ſiccitatis ꝑs, quę cõſueuit eſſe piloſa, fit nõ piloſa. Quintũ ponit, & inq̃t. Facies rugoſa ſine, carne, & hoc refertur ad apparẽtẽ morẽ. Vltimũ ponit, & inquit. Recti crinis, & nigri, q. n. hʒ planos capillos, et nigros, hñt cerebri aduſtionẽ, et ita ſunt melãcholici, & ſic hoc iterũ referẽ ad naturã meľicã. Diſputãt iuniores de cauſis ſignorũ, uerum hoc eſt facultatẽ phyſiognomicam egredi, ſatis. n. phyſiognomico ſit ſigna colligere ex obſeruatione, & poſſe illa referre ad ea, e q̃b⁹ colligunẽ, ut ſuꝑius edocuit.

*Iracundus, erectus corpore, figura bene conſtatus, ſpirituoſus, ſubruffus, ſcapulæ diſtantes, & magnæ, & latæ. Extrema magna, & firma lenis & circa pectus, & circa inguina, boni mẽti, pulcher, circũcurſus capillorũ deorſum deſcẽdẽs.*

Commentarium.

Nũc ponit ſigna iracũdiæ, quæ eſt naturalis affectio, q̃ quis eſt pronus ad irã, & q̃a ira ex ſanguis ebullitione ꝓficiẽ, q. n. iraſcitur, in eo ebullit ſanguis ꝑꝑ appetitũ uĩdictę circa cor, iõ iracũdia ꝓficiſciẽ ex abũdãtia ſanguis choľici, ſignũ aũt q̃a aĩalia iracũdia ſunt iuuenis, taurus, canis, urſus, leo, & cętera id gen⁹, q̃ choľico ſanguine abũdant, hinc fit, ut ſigna iracũdię ſint ſigna nimię caľitatis. Ponit ergo primũ, & inq̃t. Iracũdus, eſt corpore erect⁹, & rectæ ſtaturæ, referẽ aũt hoc ad cãm, qm̃ calor mult⁹ eſt, cauſa, quare hõ fuit rectę ſtaturę, & referẽ etiã ad iuuenẽ. Scd̃m ponit, et inquit. Figura bñ ꝯſtatus, refertur ad taurũ, & ad leonẽ, & ad cãm, nã nimia caľitas ſpũaliũ eſt cã pectoralis cõſtationis. Tertium ponit, & inquit. Spirituoſus, hoc eſt ampli ſpiritus, et anhelationis magnę. Arguit. n. caliditatem ſpũalium, & referẽ ad iuuenẽ, & ad leonẽ. Quo aũt ad uerba attinet euthymos, hic ꝓ ſpirituoſo accipiẽ, ſuꝑi⁹ pro iucũdo. Quartũ ponit, & inquit. Subruffus, & referẽ ad leonẽ. Quĩtũ ponit, et inq̃t. Scapulę diſtãtes, et magnę, & latæ, & refertur hoc ad leonẽ & taurum. Sextũ ponit, & inq̃t. Extrema magna & firma, & per extrema intelligit brachia, coxas, pedes, man⁹ collũ, & hoc iterũ ad leonẽ refertur. Septimum ponit, & inquit. Lenis & circa pectus, & circa inguina, & refertur ad ſanguineũ, & ꝑ hoc differt iracũdus à forti, qm̃ fortis eſt tot⁹ durus. Iracũdus aũt eẽ põt lenis circa hæc. dixit circa pect⁹ & circa inguina, qm̃ hæc mũctoria ſunt pricipalium mẽbrorũ. Lien. n. ad inguen ſiniſtrum emittit, & epar ad dextrũ. Cor aũt & pulmo ad pect⁹, & ad ſubaſcellas, ad poſt aures emittit cerebrum, quare ꝑ bubones hæc emũctoria intelligit, qñ igitur hæc loca lenia ſunt, ſanguis dñium notãt in principalibus mittẽtibus. Octauũ ponit, & inq̃t. Boni mẽti, & intelligũt iuniores bonũ mẽtũ eſſe nõ nimis rotũdũ, nec acutũ, ſed mediocre inter rotũdũ & acutũ, uel bonũ mentum eſt q̃ties barba eſt decenter piloſa, & non nuda, & refertur ad iuuenẽ, taurũ & leonem. Vltimum ponit, & inq̃t. Circũcurſus capillis deorſum deſcẽdens pulcher, quales ſunt illi leonis, qui ſunt recte deſcẽdẽtes, ſed in fine torti, & refertur ad leonẽ. Aĩaduerte ꝙ ꝓcipuũ ſignũ iracundiæ eſt naturalis rubedo q̃ appet ĩ uenis oculorũ, ut ꝓbat Ariſto. libro ꝓblematũ, & hoc oñdũt oĩa aĩalia iracũda.

parti. 31. probľ. 4

*Manſuetus, grauis ſpecie, carnoſus, caro humida, et multa. Benemagnus, & commenſuratus. Figura curuus, capillorum curſus retractus.*

Cõmentarium.

Hactenus de iracũdi ſignis, nunc de ſignis manſueti, ſiue mitis. Vbi aĩaduerte manſueta aĩalia eſſe leporẽ, ceruũ, ouẽ, & pĩguia aĩalia, & grauia ut boues, ponit ergo ſignũ, & inquit. Mãſuetus eſt ſpecie grauis, referẽ ad ꝓuectũ, & ad bouẽ. Scd̃m ponit, & inquit. Carnoſus, hoc eſt taliter ut ei⁹ caro ſit humida, fluxibilis, & multa, & hoc referẽ ad mulieres pingues. Tertiũ ponit, & inquit. Benemagn⁹, nõ tñ ualde ſed commenſuratus. Valde. n. magni, & ualde ꝑui hoĩes tractãdi eſſe ſolẽt, ꝑui quidẽ, qm̃ in illis cito ſanguit ebullit, ueluti in parua olla. Magni uero, q̃a tarde cholera q̃eſcit & ſic ſignũ hoc ad decentiã refertur. Quartum ponit, & inquit. Figura curuus, refertur ad cõtrariũ. Figura enim erectus iracundus eſt. Quintum ponit, & inquit. Capillorũ curſus retract⁹, refertur ad oues & leporem & ad ceruum. Hacten⁹ de ſignis manſueti.

*Simulator, pinguia quæ circa faciem, & quæ circa oculos, rugoſa, ſomniculoſa facies de more uidetur.*

Commentarium.

Hactenus phyſiognomiçauit ꝑ cõtraria, nũc alterũ habitum tm̃ deſcribit, & primo ſigna ironis. Vbi aĩaduerte ꝙ ironia græce, latine ſimulatio eſt, uel illuſio (vt ſcribit Ariſto. tertio rheto.) Cũ enim aliquid ꝑ cõtrariũ dr̃ & illuſionẽ, hæc ironia eſt, ponit ergo ſigna, & lege ſic. Simulator is eſt, cui⁹ ea q̃ ſunt circa faciẽ pĩguia ſunt, ut maxillæ, & cætera, quæ circa faciẽ ſunt. Secundũ ponit, & inquit. Et quæ circa oculos rugoſa, ut palpebræ ſupra & infra. Tertium ponit, & inquit, Sõniculoſa facies de more uidetur, referũtur aũt hęc ſigna partim ad apparentes mores, partĩ ad ea, quorum ſunt propria hæc.

*Puſillanimus, paruorũ mẽbrorum, paruorũ articulorũ, macer, ꝑuorũ oculorũ, & ꝑuæ faciei, qualis utiq; fuit Corinthius Leucadius. Philocybi, Galeancones & Orchiſtæ.*

Commentarium.

Affert puſillanimi ſigna, & oĩa referũtur ad cãm, quæ enĩ enumerat, cã ſunt ꝑuitatis & puſillanimitatis. Et ponit exẽplũ, de Corinthio Leucadio, & de Philocybis, q ſunt amatores taxillorũ, & de Galeanconib⁹, qui dñr brachio minores, & de Orchiſtis, q ſaltatores dñr. Philocybi. n. græce, latine amatores taxillorũ, Galeancones uero dñr hi, quorum alterũ brachium eſt puſillũ. At orchiſtæ hi ſunt qui ſaltatores dicuntur. Oẽs. n. iſti ꝑua hñt membra, & puſillanimi ſunt. Animaduerte quòd membrorum paruitas poteſt intelligi abſolute & reſpectu ſui corporis, abſolute quidem nõ eſt ſignum puſillanimitatis, qm̃ leo mẽbra habet abſolute minora mẽbris elephanti, & tñ eſt aĩal magnanimũ, ſed ꝑuitas mẽbrorũ reſpectu ſui corpis, arguit puſillanimitatem. Referuntur aũt ſigna hęc ad cauſam, qm̃ parua membra, paruiq; articuli, puſillanimitatis cauſa ſunt poſſuntq; referri ad animalia puſillanima, quorum mẽbra parua ſunt.

Parua Sueſ.

Commentarium.

*Philodori, quibus labium ſurſum eleuatũ, & ſpeciebus præcipites, ſuperrubicundi.*

Per Philodoros ſm̃ quoſdã Ariſtote. intelligit largitioſos, ſcd̃m tñ uim uerbi, intelligit amatores munerũ, literarum grę carũ ignari per Philodores intellexerũt cõtumeliarũ amatores, & eſt error, ut patet ꝟba gręca intelligẽti. Ponit ergo ſigna, & inquit. Philodori, ſunt, qbꝰ labiũ ſuperius ſurſum eleuatˀ, ita ut dẽtes & gingiuę appareãt, ueluti in canibꝰ Et hoc ſignũ ſumitˀ à canibus, qui ualde munera amant, ſcd̃m ponit, & inqt. Et ſpẽbꝰ pręcipites, qdã lr̃arũ gręcarũ imperiti, intellexerũt qđ iſti in aſpiciẽdo ſint pręcipites quaſi ꝙ ſpẽs uiſiuę ſint mobiles, qa habẽt oculos mobiles ꝑꝑ mobilitatẽ calidorũ ſpirituum, & errant, qm̃ per ſpẽbus pręcipites intelligit eos, q figuris, et uultu ſunt immodeſti. pręprteia. n. immodeſtia eſt. Refertur aũt hoc ſignũ ad apparẽtem morẽ, qm̃ amatores munerũ ſunt immodeſti in quęrẽdo munera. Tertiũ ponit, & inqt. Suprubicũdi, & hoc referˀ ad cãm, qm̃ ꝓficiſcitur hęc diſpõ a ſpirituum caliditate, q̃ eſt in amatoribus munerũ. Talẽ diſpõnẽ nõnulli. M. Craſſo dederũt. Ex his appet in quot errores labantur ignari lr̃arũ græcarũ, q non modo errãt in capitulis, ſed in capitulorũ ſignis.

*Miſericordes, quicũq; pulchri & albi coloris, & lipposorũ oculorum, & ſecundum nares ſurſum acuti. Et ſemper plorant iſti tales, & amatores mulierum, & fœminarum generatiui, & circa mores amatorij, & ſemper memoratiui, & ingenioſi, & calidi. Horum aũt ſigna dicta ſunt. Miſericors eſt ſapiens, et timidus, & ornatus. Immiſericors indiſciplinatus, & inuerecundus.*

Cõmentarium.

Animaduerte ꝙ miſericordes ſunt mulieres, ſapiẽtes, tẽperati in natura, & de aïalibꝰ boues, & colũbi, & id genꝰ. Tũc ponit ſigna, & inqt. Miſericordes ſunt qcũq; pulchri ſunt, & albi coloris, referuntur ad decẽtiã in natura, & ad mulieres. Scd̃m ponit, & inquit. Et ſunt oculos hñtes lipposos, referˀ hoc ſignũ ad cãm, qm̃ hñt cerebrum humidũ, & ſic de facili plorãt, & ita ſunt miſericordes. Tertiũ ponit, & inquit. Et hñt nares ſurſum acutas, referunˀ ad colũbos. Quartũ ponit, & inqt. Et iſti tales ſꝑ plorant, cauſa dicta eſt. Vel forte cũ poſuit tria ſigna miſericordis, ponit quędam ꝓpria illi, & dicit, & iſti tales miſericordes ſemper plorãt, hoc eſt de leui cadũt in ploratũ. Secũdum eſt, ꝙ ſunt effeminati, qm̃ & amatores mulierũ, & fœminarũ generatiui, & ſic miſericordes non uiriles, ſed effeminati uidentur. Tertiũ propriũ eſt ꝙ ſunt circa mores amatorij, & ideo inqrũt de moribus proprijs, & alienis, & referuntur ad ſenes, q multũ ſunt interrogatiui. Quartũ proprium ꝙ ſunt memoratiui, libenter enim recitant aliorum geſta, & facta, & memoria tenent, & referuntur ad ſenes. Quintũ propriũ eſt ꝙ ſunt ingenioſi, & hoc ꝑꝑ tẽperãtiã in natura, quę eſt ingenij pabulũ, et ꝑꝑ hoc ſunt calidi, nã enim tẽperata declinat ad calidũ & humidũ, ut medici dicũt. Addit ꝙ horũ propriorũ quę ſunt propria miſericordi ſigna dicta ſunt ꝓ maiore parte, dixit de ſignis ingenioſi, & de ſignis morati hoïs, & id genus, iõ nõ opꝫ immorari. Ponit uero dr̃iã inter miſericordẽ, & immiſericordẽ, & inqt. Miſericors eſt ſapiẽs & timidus & ornatus, ſapiẽs quidem quia ingenioſus & bonę naturę, timidus, qm̃ non crudelis, ornatus, qa temperatę naturæ, & benemoratus. Immiſericors uero eſt indiſciplinatus, & inuerecũdus, & hoc ꝑꝑ cõtrariã naturam. Hęc de ſignis miſericordis, & de proprijs illius, quę propria pñt eſſe ſigna etiã ꝓ quę patet indiſciplinatum eſſe ſignum immiſericordes, & inuerecundum etiam eſſe ſignum immiſericordis.

*Boni ad comedẽdum hi ſunt, quibus id, quod ab umblico ad pectus eſt maius eſt, quam quod inde eſt uſq; ad collum.*

Cõmentarium.

Hic ponit ſigna edacis, & ponit unũ acceptũ a magnitudine ſtomachi, & dicit ꝙ ad comedẽdũ ꝓni hi ſunt, quibꝰ inter capedo uẽtris atq; ſtomachi, q̃ eſt ab umblico ad pectꝰ uſq;, maior inueniˀ, q̃ illinc ad ingulum. Cuiꝰ cãm aſfert Ariſtote. 10. particula problematũ, qm̃ fruſtra data eſſet tãta ſtomachi magnitudo, niſi, ut recipiat magnam cibi copiam, & ſic per tale ſignum edacitas colligitur. probl.

*Venereus, albicolor, & piloſus, & rectorum capillorum, & craſſorum, & nigrorum, & cuius piloſa ſunt timpora, rectorum pilorum, oculus pinguis. & inſanus.*

Cõmentarium.

Venereus, ac libidinoſus is eſt, qui nimia uenere eſt affectus. Eſt aũt libidinoſus iuuenis, ſanguineꝰ cuius ſanguis eſt melãcholicę uentoſitati permiſtus, calidus, & de aïalibus libidinoſa ſunt ceruus, hyrcus, ſymia, & porcus, & id genus. Tũc ponit ſigna, & inqt, Venereus, eſt albicolor, potiſſimum ſi rubedinem hꝫ admiſtam, ut Rhaſes addit, & refertur hoc ſignũ ad apparentẽ morẽ. Qui enim coiuit in facie colorẽ albũ rubori permiſtũ habet. Pręterea refertur ad cãm. Nã ut Ariſtoteles inqt in libro de hiſtoria, uiri albi ſunt multi ſemis, ſunt. n. humidi multũ, quæ diſpõ eſt cã multi ſemis. Ampliꝰ. Mulieres albę ſunt libidinoſę, & de leui cõcipiũt. Eſt. n. albedo nota humiditatis a qua fit ſemẽ. pallor etiã eſt nota multę eũonis mẽſtrui, & ſic matrix eũata trahit ſemẽ uiri, ut uẽtoſa. Cæſar etiã (ut Suetonius inqt) talẽ colorẽ hẽbat. Propterea dixerũt eũ caluũ & libidinoſum. Scd̃ꝫ ponit & inquit. Et piloſus, maxïe, ut Galenꝰ addit, circa coxas, & referˀ ad hyrcum, põt etiã huius ſigna aſſignari cã, de qua nõ curo. Tertiũ ponit, & inqt. Et rectorũ capillorũ, & craſſorũ & nigrorũ, et, referˀ ad ceruũ, cuiꝰ pili ſunt recti, craſſi, et ſub nigri. Pręterea referˀ hoc ſignũ ad naturã ſanguineã humori melico & uẽtoſo ꝑmiſtũ. Natura. n. ſanguĩea humori melico ꝑmiſta ad libidinẽ facit, quarta particula problematum. Quartũ ponit, & inquit. Et cuius piloſa ſunt timpora, piloſa dico rectorum pilorũ, retulerũt hoc ſignũ etiã ad hyrcũ; referˀ etiã ad cãm, qm̃ multitudo pilorũ circa timpora ꝓficiſciˀ ex multis uenis, & arterijs pleni ſanguine, quę ad eũ locum terminãtur, & ꝑꝑea magis ibi quã alibi multitudo ſemis arguitur. Quintũ ponit, & inquit. Oculꝰ pinguis hoc eſt craſſus, atq; ꝑeminẽs, & inſanus, & referˀ ad ceruũ, qñ ut inquit Plinius ponitur in furia coeũdi, uerũ aïaduerte, ꝙ ſigna libidinoſi pręcipua ſunt tria, oculorũ naturalis ductus ſurſum, qui. n. oculos hñt naturaliter ſurſum ductos ſunt uenerei, & referˀ hoc ad cõſpicuũ actũ. Nã ut Ariſto. inquit quarta particula problematũ, coïẽs, & moriẽs ſurſum ducit oculos. Scd̃m eſt palpebrarũ fluxus, quorum. n. palpebrę fluũt, ſunt libidinoſi, cuiꝰ cãm eadem particula affert Ariſto. & accipit hoc ſignũ ex ceruo, qñ poniˀ in furia coeũdi, habet. n. tũc oculos inſanos, hoc eſt ita fluentes & refluẽtes, ut inſanus cẽſeatur. Tertiũ & maximũ eſt piloſitas præcipue circa timpora, & coxas, cuiꝰ cãm eadẽ ꝑticula affert Ariſto. Galenus uero addit, & circa coxas, & refert ſignũ ad hyrcũ.

proble. 31 / proble. 1. / proble. 18 / probl. 31.

*Somnolenti ſunt, qui hñt ſuperiora maiora & curuipedi, et calidi, & carnem boni habitus habentes, & forma pulchri, & piloſi circa uentrem,*

Cõmentarium.

Somnolenti, gręce dñr philypni: hoc eſt amatores ſomni, q̃rũ Ariſto. ponit ſigna, & inqt Somnolẽti ſunt, qui habẽt ſuperiora maiora, & huiꝰ cã dicta eſt libro de ſomno, qm̃ iſti ſunt multorũ uaporũ, aliter caput magnũ nõ haberent, retulit Ariſto. hoc ad pomiliones, & ad pueros q ſunt ſomnolẽti, & ſuꝑiora hñt maiora. Scd̃m ponit, & inquit. Et curuipedi, & vr̃ hoc ſignũ referẽdũ eſſe ad urſos, quorũ pedes ſunt curui, & ſunt ſomnolenti. Tertiũ ponit, & inquit. Calidi, refertur ad cãm, qm̃ multa caľitas eſt cã multę euaporationis ſurſum late, q̃ eſt materia ſomni, ut libro de ſomno dr̃. Quartũ ponit, & inqt. Et carnẽ boni habitꝰ hñtes, hoc eſt mľte, & bonę hũiditatis aereę euaporabilis, referˀ ad cãm. Ponit quĩtũ, et inqt, Et forma ac ſpẽ pulchri, referˀ hoc ſignũ ad glires, qa inˀ bruta ſt pulchri. Sextũ ponit, & ĩqt. Piloſi circa uẽtrẽ, referˀ ad ipſam cãꝫ; nã cũ uẽter eſt piloſus, arguiˀ caliditas ſtomachi, ꝑ q̃ euaporãt fumi ad caput, qui ſunt ſomni materia.

Memoratiui,

*Memoratiui, ſunt, qui ſuperiora minora habẽt, & pulchra & carnoſiora.*

Cõmentarium.

Ariſtoteles libro de memoria & reminiſcẽtia ſcribit ad memoriã reqri cerebri ſiccitatẽ, & ideo memoratiui cerebro ſicci ſunt. Pręterea. Et bona capitis cõpõ facit ad memoriam ſic enim ſpũs bñ ſeruiũt uirtutibꝰ ſenſitiuis, unde inqt. Memoratiui ſunt qui ſuperiora hñt minora, nã hæc diſpõ arguit paucitatẽ uaporũ & debitam ſiccitatẽ cerebri, quę ad memoriã facit. Ponit ſcd̃ꝫ & inqt, Et pulchra, hoc eſt bñ formata, referˀ ad decẽtiã. Tertiũ ponit, & inquit. Et carnoſiora, nõ quidẽ pinguia, qm̃ ſic hebetẽ & ĩmemorẽ facerẽt, ſed debitę & bonę carnis. Sic. n. hęc habitudo eſt bona memorię. Hęc Ariſto. ſcribit de ſignis cõibus & proprijs affectionum aïæ. Finis libri ſecundi.

*Ariſtotelis phyſiognomicorum liber tertius expoſitore eodem Auguſtino Nipho medice.*

*Videntur autem mihi anima & corpus compati adinuicem. Ita quod animæ habitus alteratus ſimul alterat corporis formam, etiam cõtra corporis forma alterata, ſimul alterat animæ habitum. Nam cum animæ & triſtari & lætari inſunt, manifeſtum quòd triſtes obſcuræ faciei ſunt, & gaudentes hilaris.*

Commentarium.

Cum docuit ꝑ exempla, & ꝑ aliorũ obſeruata phyſiognomiçare, cõgregãdo et cõia, et propria ſigna, in hoc libro uult docere particulatim per propria ſigna a particulis corporis accepta phyſiognomiçare. Et primo reſumit q̃dam, quæ in primo libro reſumpſit. Secundo accedit ad propoſitum. Quę uero reſumit, ꝑ ordinẽ ſunt multa, reſumit, tamen primo quòd anima & corpus inuicem compatiuntur, & hoc proponit, & inqt. Videntur autem mihi aïa & corpus compati adinuicẽ, & exponit quo modo, & inquit. Ita ꝙ aïę habitꝰ alteratꝰ ſimul alterat ꝯcorꝑis formã, etiã cõtra corꝑis forma alterata ſiľ alterat aïę habitũ, hoc eſt hoc pacto, ꝙ cũ aïa mutat habitũ, corpꝰ mutat formã, q̃ nr̃i medici dicũt cõpľonẽ uel apparẽtem morẽ, ut Ariſto. utiˀ, & etiã cum corpꝰ mutat formã, aïa mutat habitũ, & hoc ꝓbat primo ab expꝑiẽtia, qm̃ cũ aïæ inſunt triſtitia, & letitia, corpus triſtẽ, uel iucũdam faciẽ oſtendit. Et cum aïæ ineſt gaudium, corpus oſtẽdit hilarem uultũ, ergo anima & corpus mutuo permutantur.

*Siquidem igitur adhuc anima diſſoluta, formam in corpore exiſtentem contingit diſſolui, ſecundum quam quidem et anima & corpus ſic cõpatiuntur, non tamen conferentia adinuicem. Nunc aũt manifeſtum quoniam utrũq; ad utrũq; ſequitur.*

Videtur hic ſoluere dubitationem, ſed meliꝰ dicamꝰ, ꝙ Ariſtote. probat iterum per ſecũdam rationem illud quod reſumpſit ſcilicet ꝙ aïa & corpus cõpatiantur, & lege ſic adhuc hoc idẽ patet, ſi quidẽ diſſoluta anima, forma quæ eſt in corpore diſſoluatur, ſiue per formã intelligas cõplexionem, ſiue diſpõnẽ, ſiue morem ſuꝑapparentẽ, propterea addit, Scd̃m quã formam, & aïa & corpus ſic cõpatiuntur, dico ſic cõpatiunˀ, qm̃ aïa & corpus non cõferũt inuicem ſecũdum cauſalitatem ſimpliciter dictã, nõ enim corpus eſt cauſa animę, nec contra ſimpľr, ſed deꝰ & hõ, ut dictũ eſt in libris naturalis philoſophię, ſũt cauſę ſimpliciter aïæ & corporis, ſed bñ ſeïuicẽ mutuo coalterant. Sed ſiue ſint inuicem cauſæ ſimpľr, ſiue nõ, nũc aũt (vt inqt) manifeſtum ꝙ utrũq; ad utrũq; ſequiˀ. ſ. aïa ad corpꝰ, & corpus ad aïam. Et hæc eſt ſecũda ratio.

*Maxime tamen ex hoc manifeſtũ fiet, Nam mania uidetur eſſe circa animam, & medici medicamẽtis curãtes corpus, atq; uictibus quibuſdam ad ipſum utentes, animam à mania liberãt. Curationibus itaq; corporis, ſimul & corporis forma ſoluitur, & anima à mania curatur. Cum ergo ſimul utraq; perſoluantur, manifeſtũ q ſibi inuicem conferant.*

Commentarium.

Confirmat quæ dixerat experientia medicorũ, & hoc proponit, & inqt, Maxie tñ ex hoc manifeſtũ fiet, ſubaudi corpus & aïam cõpati inuicem, exponit medicorũ experiẽtiã, & inqt, Nam mania, quę latine eſt inſania, vr̃ eſſe ęgritudo circa aïam ꝯtingens, & tñ medici curãtes corpus medicamẽtis, quæ græce, pharmaca dñr, atq; uictibꝰ quibuſdã, q gręce dietę appellantur, ad ipm̃ corpus utentes, animam a mania liberãt, & propterea cõcludit uĩ experientię, & inquit. Curationibus itaq; corporis, ſimul & corporis forma ſoluitur, & aïa à mania curatur. Tũc epilogat uim experiẽtiæ, & inqt. Cũ ergo ſimul utraq; ꝑſoluantur. ſ. mania ab aïa, & mala diſpõ à corpore, manifeſtũ ꝙ aïa & corpus ſibĳnuicẽ cõferãt, non qdem ſecũdũ cauſalitatem ſimpľr dictã, ſed ſcd̃ꝫ reciprocã alterationẽ. Quo uero modo aïa ſit cauſa corporis, & corpꝰ aïę, in libro de aïa diximus, nũc uero de coalteratione ſatis.

*Simul aũt manifeſtum, & quoniã uirtutibus animæ ſimiles formæ, quæ corporibus inſunt, fiant. Quare eorum, quæ in animalibus omnia ſimilia ſunt, hæc quidem ſunt eiuſdem cuiuſdam declaratur, hæc autem, non.*

Commentarium.

Ex his quę dicta ſunt, cõducit quoddã corollariũ utile, ꝙ ſuperiꝰ etiã expoſuit, & uultˀ, qđ corporeę diſpõnes aïę potentijs atq; uirtutibꝰ correſpõdeant, Nam (ut Auerroes inquit) Mẽbra cerui nõ differunt à leonis mẽbris, niſi qa aïa potẽtijs & uirtutibꝰ dr̃t ab aïa, unde inquit. Simul aũt manifeſtũ, & qm̃ uirtutibꝰ & potẽtijs aïæ formę atque diſpõnes, quæ corporibus inſunt, ſiľes fiant, atq; correſpõdeãt. Sed quoniã corꝑis diſpões alię utiles ad phyſiognomiçãdũ ſunt, alię uero nõ, iõ cõcludit hãc differẽtiam, & inqt, Quare eorũ quę in aïalibus oïa ſimilia ſunt, duplicia ſunt, hęc quidem eiuſdem cuiuſdã declaratiua, & hæ diſpõnes utiles ſunt ad phyſiognomiçandũ, hęc uero non. Huius differẽtię cã eſt, qm̃ diſpõnũ corporearum hę qcq; in aïa notant, ut pilorũ durities, pectoris dẽſitas, & cęterę id genus, hæ nihil notãt, ut qđ os ſub naribꝰ collocatũ ſit frons uero in prima capitis parte, et cętere id genus, primę quidem utiles, ſecũdę uero inutiles ſunt.

*Et quibus animalia operantur, hæ quidem propriæ uniuſcuiuſq; generis animalium paſſiones ſunt, hæ uero communes, proprijs quidem animæ operibus, propriæ corporis paſſiones ſimiles ſunt, communibus uero communes. Communes quidem ſunt iniuria, & quæ circa uenera extenſio. Iumẽtorum uel uilium communis eſt iniuria aſinorum uero atq; porcorum habitus, qui eſt circa uenerea. Proprium autem eſt, canibus quidem contumelioſum eſſe, aſinis aũt indolens.*

ἄλυπον Indolens, Iucundũ.

Commentarium.

Secundo iterum infert aliud corollarium, quòd ſuperiꝰ expoſuit, & eſt affectuum qui aïalibꝰ inſunt, talis diuiſio, qđ affectuum, quibus cætera aïalia operantur, alĳ ſunt proprĳ, hoc pacto qđ uni tm̃ generi aïalium competant. Alĳ cões. Et cõium, alĳ inſunt oïbus, Alĳ pluribus, cõis oïbus eſt, ut affectus iniurię, cõpetit enim oïbus uſq; ad lacertas, cõis uero pluribꝰ, eſt affectus ueneris, nam licet affectꝰ ueneris oïbus fere cõpetat, proprię tñ porcis, & aſinis cõpetit. Affectus proprĳ ſunt, ut canibus eſſe cõtumelioſum, et aſinis eſſe indolẽs. Hinc regula eſt qđ proprĳs aïæ affectibꝰ reſpõdẽt proprię corporis diſpoſitiones, cõibus uero cões. Hñt enim canes qd propriũ, per qđ denotatur proprius eius animæ affectus, ſiľr & aſini quid propriũ habẽt, ꝑ qđ denotatur eius aïæ, proprium. Sed quo ad uerba Ariſtote. dubitabitur, qm̃ aſinus nõ indolẽs, ſed triſtis eſt proprie, quòd Plinius octauo hiſtorię naturalis multis ſignis teſtatur. Primo quia in regionibꝰ frigidis nõ generat, & hoc propter eius naturam, quæ eſt frigida & ſicca. Secũdo qa nõ generat, niſi poſt equoctium æſtiuũ, ex eo qa eius natura ſupercaleſit, & ad coitũ red- Caꝑte 43

ditūr inſanus. Tertio q̃a non fert onera, niſi uerſus nates, quia mēbra illa pollētiora ſunt. ex his uult aſinū eſſe frigidum & ſiccum, & ſic eſſe natura triſtem, hoc idem Ariſtoteles aſſerit in ultimo de animalibꝰ. Rñſio prima eſſe pōt ꝙ græcus textus eſt corruptus & ubi alypon ſcribit, ſcribi debet lypon, hoc eſt triſte, & ſic in antiq̃s trāſlationibꝰ legitur. Vel forte alypon pro indolente accepit, nā aſinꝰ indolens, q̃m ex nullis aduerſis dolet.

*Quo igitur modo & commune, & proprium liceat diſtingui, & dictum eſt. Opus tñ eſt ad omnia multa conſuetudine, ſi quis ipſe debeat eſſe ſufficiens ad dicendū de his ſingula.*

Commentarium.

Quia proprium & cōe multifariam accipi pñt ideo, inquit, Quo igit̃ modo, & cōe, & ꝓpriū licet diſtingui primo libro dictum eſt. Ibi. n. dictū eſt ſignum propriū eē, ꝙ cōpetit oībus, & ſp̃, non tñ ſolis, ut eſſe liberale, prędęq; cōicatiuum proprium eſt leoni, q̃m cōpetit omnibus leonibus, & ſemper, nō tñ ſolis. Signū uero proprium eſt habere frōtē eleuatam, hoc. n. oībus & ſemper cōpetit. Cōe uero eſt quod non omnibus, neq; ſolis, ut eſſe iracundum, nō. n. omnibus leonibus, nec ſolis cōpetit, indifferenter. n. & leonibus, & lupis cōpetere pōt. Cū ſe itaq; excuſaſſet, addit ꝑceptū in phyſiognomonia practica, & inq̃t. Opꝰ tñ eſt ad oīa aīalium propria ſigna & affectꝰ dĳudicādos multa & lōga cōſuetudine, ac experientia, ſi quis ipſe per ſe ſine aliorum obſeruatis debent eſſe ſufficiēs ad dicendū de his affectibus ſingula ſigna. Vbi aīaduerſione dignum ſingulis aīalibus naturam tribuiſſe proprios affectꝰ, eoſq; proprĳs ſignis, ac notis in eorum corporibus ſignificaſſe, & hoc (ut Maternus inquit) pluribus rationibus, primo q̃dem ꝑꝑ cognitionem in ſe, nā affectus aīæ ſignis corporis ſpectātur, non. n. aīæ ſignis ſpectari pñt, cum aīa ſit nobis ignota. Scđo uero ob noſtrā utilitatem, niſi. n. ſigna propria eſſent affectibus correſpōdentia, inter ꝑnitioſum ſerpentem, & beneficum nō diſcerneremus. Tertio formæ & proprios affectus, & illorū propria ſigna ſortitæ ſunt ꝑꝑ cōſtellificationem in cœlo ſilem (vt. n. Hermes inquit) nullum eſt arenarum granū hic, quin propriū obtineat ſignū in cœlo, ſuſcitās ad illius incremētū, his tribus rationibus formæ in materia ſortitę ſunt & merita propria, & ſigna propria, & affectus proprios, & q̃m res ſunt innumerę, etiam ſigna, & affectꝰ ſunt innumeri. Propterea Ariſtoteles bene dixit eſſe opus multa cōſuetudine, & longa experientia, ad hoc ut ex ſignorū cōuenientia, quæ a feris accipiūtur, affectus cōſimiles diſcernamus. Quæres fortaſſe quare ex ſignis plantarū nō accipitur regula phyſiognomiçandi. Trogus & Philō ut in q̃buſdam libellis legimus, qui illis dedicātur dixerūt in operibus aīæ nutritiuæ poſſe phyſiognomonia ex plantis colligi. Nam cum uegetatiua uita cōis ſit omnibꝰ uiuētibus, ideo multa ſigna lōgęui acceperūt ex plātis, nam quibus boni ſunt capilli & firmi, hi longeui ſunt, referūtur ad plātas lōgęuas, quę folia hñt firma, ſimili rōne & in alĳs. Ariſtote. ꝟo Galenus, & alĳ nō per plātas phyſiognomiçarūt, q̃m phyſiognomonia eſt cognitio affectuum & morum aīæ, mō mores, & affectꝰ ſunt ī parte ſenſitiua, quæ dianoea appellata eſt, cōſtat autem hāc non plātis, ſed aīalibus, & hoībꝰ cōem eſſe. Quęres rurſus utrū affectus hoīs, quo eſt libidinoſus, & uenereus, ſit eiuſdem ſpēī in aſino & porco & homine. Pythagorici crediderūt affectus in feris, et hoībus omnes eſſe eiuſdem rationis, q̃m & aīa eſt eiuſdem rōnis. Peripatetici ꝟo animā differre ab aīa, ſicuti corpus à corpe, aſſerentes, dixerūt affectꝰ eſſe ſimiles, ſed nō eiuſdē rationis.

*Quoniam enim ea, quæ uidentur in corporibus, dicuntur referri in ſimilitudines, & in eas, quæ fiunt ab animalibus, & in eas, quæ fiūt ab operibus, & ideæ quædā, aliæ à caliditatibus, aliæ à frigiditatibus fiunt. Sunt autem harum quædam apparētium in corporibus, parua differentia utentis, & eodem nomine appellatæ, ut & pallores qui ſunt facti à timoribus, & laboribus. Hi enim & nomine eodem appellantur, & differentiam paruam habēt adinuicem. Parua autem differentia exiſtente, non facile eſt cognoſcere, ſed uel ex conſuetudine formæ ſuperapparentiam captātem. Eſt igitur & uelociſſimus, & optimus modus, qui eſt à ſuperapparentia, & cōtingit ſic eodem utētem multa dinoſcere, & non ſolum uniuerſaliter utile eſt, ſed etiā ad ſignorū electionem. Vnūquodq; enim electorum & dicere oportet talem, ut q̃ electum eſt, uelit.*

Cōmentarium.

Repetit Ariſto. hic modum phyſiognomiçandi, cū, uidelicet, qui ex ſuperapparentibus moribus colligebatur, & pręmittit tria pro declaratione illius, quorū primuꝫ eſt ꝙ ſimilitudinū animaliū, alię à corporibus uel operibꝰ eorū accipiuntur, aliæ a qualitatibꝰ eorū, ut à caliditate, uel frigiditate, uel cæteris id genus, inquit. Quoniam enim, & lege uerba ſuſpenſiue uſq; ibi. Eſt igitur & uelociſſimus, & reliqua, & propterea dimittatur hęc particula, q̃m enī, uſq; ibi, & legatur ſic, ea, quæ uidentur in corporibus, dicūtur referri in ſimilitudines, dico in ſimilitudines, q̃a & ī eas, quæ accipitur à corporibus ſm particulas corporum aīalium, & in eas, quæ fiunt ab operibus, ſiue moribꝰ animalium, uel affectibus, ut ſuperius dictū eſt, & ſubaudi & etiā accipiuntur à qualitatibus corporū animaliū, ꝙ ſubdiſtinguit, & inquit. Et ideæ hoc eſt ſimilitudines quæ à qualitatibus accipiūtur, duplices ſunt, q̃m quędā à caliditatibus, aliæ à frigiditatibus fiunt, hoc eſt primū. Vt breuiter dicamus ꝙ aīalia poſſunt comparari aut in diſpoſitionibus corporeis, aut in qualitatibus, ſm ꝙ eſt, ꝙ paſſionū quæ aīalibus uel hoībus competūt, quædam eodem noīe appellātur, parum differentes, ueluti pallores, q̃ à timore, & qui ab ægritudinibꝰ, quædam ſunt paſſiones nomine & re differētes ueluti pallor, qui à timore, & rubedo, quæ ab audacia exoritur, unde inquit. Sunt aūt harū quędam demōſtratio apparentium in corporibus, quæ parua differentia utuntur inter ſe, & eodem noīe appellatę, ut & pallores q̃ ſunt facti à timoribꝰ, & qui ſunt facti a laboribus hoc eſt morbis, hi enim ut inquit, & noīe eodē appellantur, & differentiam paruā habent ad inuicem. Tacuit autē aliud membrum, q̃a intelligitur per ſuum oppoſitum, manifeſtum eſt enim ꝙ aliæ paſſiones ſunt, quæ & noīe, & re differunt. Tertium qđ præmittit, eſt, ꝙ licet in paſſionibus nomine & re multū diſcrepantibus phyſiognomonia ſit formalis, in paſſionibꝰ tñ quæ parum differunt, & eodem nomine appellantur, eſt difficilis, unde inq̃t. Parua autē differentia exiſtente, non facile eſt cognoſcere per phyſiognomoniā, ſed oportet phyſiognomicum eſſe captantem, ſuperapparentiā phyſiognomicam formæ, ex multa conſuetudine, & longa experientia, ubi tamen multa differentia eſt, non tanta experientia requiritur. Aīaduerſione dignum, ꝙ qui phyſiognomiçat, debet cognoſcere aīalia omnia, e quibus ſigna ſumat, & mores eorum, ac affectꝰ, & mēbra, & membrorū diſpoſitiones, e quibus ſigna colliguntur, & propterea opus eſt multa conſuetudine, et longa experientia, ideo hodie, phyſiognomiçans non niſi ex aliorum obſeruatis phyſiognomiçat, ꝑ ſe enim nullus fere poteſt. His ſtantibus, concludit intentum, & terminat ſuſpenſionem, & inquit. Eſt igit̃ & uelociſſimus, & optimꝰ modus, qui eſt à ſuperapparētia, ac a moribus conſpicuis, declarat quo modo optimus, & utiliſſimus, & inquit. Et hoc ſubaudi, quia contingit utentem ſic eodem mō. ſ. per apparētem morē, multa dinoſcere, dico multa dinoſcere, quia non ſolum uniuerſaliter utile eſt, ſed etiam particulariter eſt utilis ad ſignorum electionem. Poſſumus. n. dicere uniuerſaliter hunc eſſe aſtutum, q̃a ſuꝑapparēs mos eſt lupinꝰ, particulariter ꝟo, q̄a hic aſſimilatur irato, dicere poſſumus hūc eſſe natura iracundum, & hoc ſubſcribit, & inquit. Vnūquodq; enim ſignorum electorum, talem eligentem oportet etiam dicere, ut quòd electum & particulariter uelit. q. d. hūc modū eſſe particulariter utilē, q̃m phyſiognomon pōt in particulari dicere, quicq̃d uult eligere, ergo licet hic modus nō ſit certus, ut ſupius ꝓbatum eſt,

tamen



tamen eſt optimus, q̄a per eum poſſumus in particulari et in uniuerſali phyſiognomiçare. Eſt etiā uelociſſimꝰ quia non requirit tantam experiētiam, ſufficit enim habere cognitionem corporeæ diſpoſitionis, quam corpus ſubit eo tempore, quo aīæ patitur affectum.

*Amplius etiam & ſecundum electionem ſignorum, & ſyllogiſmo uti, quo opus eſt, ubi utiq; contingat adiungentes, conueniētibus cōuenientia. Vt utiq;, inuerecūdus ſit, et paruiloquus, fur utiq; erit, & illiberalis, & fur quidem ſequens inuerecundiam, & paruiloquiū illiberalis. In talibus igitur cuiuſq; oportet hoc modo ſecundum conuenientiam fieri methodum.*

Secundus modus, ut primo libro diximus, phyſiognomiçandi erat per ſyllogiſmum, in quo ex multis affectibꝰ ſimul congregatis alĳ deducuntur, ueluti ſi quis ex ſignis uel ex propria cognitione nouerit aliquē eſſe ſimul inuerecūdum & paruiloquum, ex his ſimul coniunctis pōt ſyllogiçare eūdem eſſe furem & illiberalem. Furem quidem propter inuerecūdiā, illiberalem uero propter taciturnitatem, unde inquit. Amplius etiam & ſecundum electionem ſignorum eſt ſyllogiſmo uti & quo opus eſt, dico q̊ opus eſt, quia ubi contingit, adiungentes conuenientibus conuenientia, & ponit exemplum, & inquit. Vt ſi utiq; & inuerecūdus ſit, & paruiloquus, ſequitur per ſyllogiſmum ꝙ erit & fur, & illiberalis, fur quidem, ut inquit. Quia fur ſequens eſt inuerecūdiam. Illiberalis uero, quia illiberali ſequens eſt paruiloquium. Tunc epilogat, & inquit. In talibus igitur cuiuſq; oportet hoc modo ſm conuenientiā fieri methodum. Animaduerte, ꝙ in hac methodo fiūt duo proceſſus. Primus eſt in quo per ſigna accipiuntur aīę affectus, & hic fit aut ex feris, uel ex moribus cōſpicuis, uel ex cauſis naturalibus. Secūdus eſt in quo quidem ſyllogiſtica ſerie ex illis deducuntur alĳ affectus dādo par pari, & totum toti.

*Nunc aūt primum tentabo animalium diſtinguere, quæ ipſorum contingit permutari ad eſſendum fortia, & timida, & iuſta, & iniuſta. Sed prius diuidamus animalium genus in duas formas, adiungēdo unicuiq; formæ cōueniēs, ſunt. n. ſimiles.*

His reſumptis, nūc accedit ad regulas phyſiognomiçādi per ſigna propria, & iterum prius præmittit quædam. Verum antequam illa præmittat, proponit intentionem ſuā circa illa, & eſt eius intentio diuidere animalia in differētias, ad hoc, ut de moribus arguere poſſit phyſiognomon conuerſim ab uno in alterum, & hoc inquit. Nunc autem primum tentabo animalium diſtinguere, quę ipſorum contingit permutari, hoc eſt a quibus ipſorum cōtingat argui permutatim ac cōuerſim ad eſſendum fortia & timida, & iuſta, & iniuſta. ergo intētio eſt diſtinguere animalia, ut argui poſſit ab uno in aliud, quod illud ſit forte, uel iuſtum, aut timidum, uel iniuſtum præmiſſa intentione, diuidit, & ponit ordinem in dicendis, & inquit. Sed prius diuidamus animaliū genus in duas formas hoc eſt in duas accidentales differentias in marem, uidelicet, & fœminā addendo quibus mas a fœmina, & e diuerſo quo modo a mare fœmina differat, nam licet ſint ſpecie & genere ſimiles, differentia accidentali, & forma ac figura differunt: & ſic quid fœminæ proprie competat, & quid mari addetur.

*Ferarum ergo quæ educari manu aſſueſcunt, manſuetiores & molliores ſecundum animas fœminæ maribus ſunt, minus fortes, atq; nutrimēta, manuſq; aſſuetudinem magis recipiētes. Quare cū tales ſint, erūt utiq; alicubi minus iracūde maribus.*

Proſequitur differentias maris & fœminæ, & inquit. Ferarum ergo quæ educari manu aſſueſcunt, manſuetiores, & molliores ſecundū animas fœminæ maribus ſunt: minus etiam fortes, atq; nutrimenta hoc eſt educationē, manuſq; aſſuetudinem magis recipientes, & dixit. Quæ educari manu aſſueſcūt: quoniam, quæ nō poſſunt manu educari, ſunt nobis ignotæ, & ſic ignoramus an fœminæ maribus, an contra mares fœminis ſint manſuetiores, uel dixit hoc, quoniam feræ, quæ in ſyluis educātur: ſunt notæ paſtoribus & uenatoribus ut poſtea dicet. Tūc ex his dat aliam differentiam, & inquit. Quare cum tales ſint, erūt utiq; alicubi hoc eſt aliq̃ rōne fœminæ minus iracūdæ maribꝰ. Si. n. fœminæ maribus diſciplinabiliores ſint, faciliuſque educabiles, dubio procul & mitiores & minus iracundæ erunt.

*Manifeſtum autem hoc ex nobis alicubi eſt, nam cum ab ira deuincimur, cū difficultate prudentes, & maxime forte ſumus, ad nihil uſquā uerendum. Ad compellendum autem & ad agendum ferimur, ad q̃ utiq; ira impellit.*

Cum ex dictis aſſignaſſet ſecūdam differentiam, nunc probat illam ex his, quę nobis cōſtant. Experimur enim quando ſumus irati, nos eſſe minus diſciplinabiles, & minus tractabiles, ergo cōtra ſi fœminæ ſunt diſciplinabiliores maribus atq; tractabiliores, erunt mitiores, atq; minꝰ iracundę, unde inquit. Manifeſtum autem hoc ex nobis alicubi ſiue aliquando eſt, nam cum ab ira deuincimur, ſumus cum difficultate prudētes, & maxime fortes. Furor enim arma miniſtrat, ſumus dico maxime fortes, ac nihil uſq; uerendum, atq; timendum, ad compellendum autem & ad agēdū ferimur, ad quod ira impellit, ergo ꝑ oppoſitū cū fœminę ſint diſciplinabiliores, erūt mitiores.

*Videtur autem mihi, & magis mali operatiuas fieri fœminas maribus, & petulantiores, & illiberaliores, & imbecilliores. Fœminæ igitur quæ & apud nos enutriūtur, & ualde alicubi manifeſtæ ſunt. Quæ uero apud ſyluam, omnes confitētur & paſtores, & uenatores huiuſmodi eſſe, ut diximus.*

Tangit hic tertiam differentiam, & inquit. Videtur autem mihi, & magis mali operatiuas fieri fœminas maribꝰ, dico magis mali eſſe factiuas, quoniam ſunt & petulātiores, & illiberaliores, & imbecilliores maribꝰ. Cuius cā eſt, ut ſecūdo de generatione aīalium tradit̃, q̃m fœmina eſt hō occaſionatus, & ita eius anima eſt magis q̃ in uiris orbata, in actionibus defectiua magis, & in uiribus imbecillior, hac ratione hmōi potentię debitis rōnibus aīam non informant, & ideo praue actiones ſuas eligūt. Sūt aūt petulātiores, quia frigidiores, & propter eādē cām ſunt auare, oēs. n. frigidę ſunt, & tenaces, & q̃a flegmaticæ ſunt, ideo imbecilles, hæ ſunt differentiæ maris & fœminæ, & epilogat, & ſe exponit, & inquit. Fœminę igitur quæ & apud nos domeſtice enutriunt̃, & ualde alicubi. ſ. ubi diligens fuit ꝑtractatio manifeſtę ſunt, quo ad dr̃ias tactas. Quę uero ſunt apud ſyluam, oēs, vꝫ, & paſtores, & uenatores cōfitentur huiuſmodi eſſe, ut diximus, & ſic differentiæ tot & eędem in ſylueſtribus ſunt, quot & in domeſticis, & dixit has dr̃ias eſſe alicubi manifeſtas, q̃a in libris de aīalibus. Dubitabis fortaſſe, q̃m Ariſto. quatuor libro de hyſto. & primo de generatiōe aīalium, nō in oībꝰ ſylueſtribus ita eſſe aſſerit, quia nō in auibus rapacibus, neq; in aīalibus inſectis, q̄ græce entoma dñr, neq; in q̃buſdā piſcibꝰ, neq; in quadrupedibꝰ ouiperis, q̃m in his oībꝰ fœminę maribꝰ ſunt maiores, potētiores, & animoſiores. Prętera. In q̃buſdā aīalibus ſexuū fit alternatio, ut in leporibus, unde Ariſto. quinto libro de hyſtoria animalium, inquit. Leporū etiam fœmina ſæpenumero marem prior ſuperuenit, de quo Plinius libro octauo. Terentius etiā Tute lepus es, & reliqua, ergo nō ſemper mas eſt moratior et perfectior, ſic. n. mutarentur mores. Apponēſis in ſuis phyſiognomicis dicit hęc eſſe hmōi per accidēs, at Ariſto. loquitur per ſe. Quod non mihi placet, quę. n. ꝑ accñs ſunt, uniuerſam ſpeciem nō cōſequuntur. Propterea aīaduerte quędam aīalia eſſe à tota ſpē calidiſſima, ut ſpēs auiū rapacium. Hic euenit, ut mares duplr̃ ſint uſti ac ſicci, primo

ui totiꝰ generis, ſunt enim aues rapaces ex toto genere ſic cę, ſcd̃o ui ſexus, mas.n.ſemper eſt fœmina calidior, quia igiť mares rapaces nimis adurũtur.ſ.ui generis, & ui ſexꝰ ideo ſunt parui, & imbecilles, fœminæ uero ſunt ſiccę atque aduſtę propter ſpeciem, ſed propter ſexum ſunt humidæ & frigidæ, ideo ſunt temperatę, & propter hanc rationem fit, ut non ſint ita paruæ, nec ita imbecilles, ut mares. Ouipera uero quadrupeda ſunt maiora ob finẽ, ut.v₃. poſſint coitum pati, & ouorum molem ſimul ferre. De leporibus uero, ignoratur. Ferdinandus primus rex Apulię uenator maximus, & in omnibus iuſtus, & ueridicꝰ, dicebat leporum, quæ fœminæ ſunt, non eſſe maſculos, qui uero mares, non eſſe fœminas. Verum erãt nõnulli, q̃ & mares & fœminæ inueniebantur. Ego uero in uenationibus, quibꝰ tot annis uſus ſum, nũquã in hac certior factꝰ ſum, reperenĩ leporẽ ferẽtẽ ĩ utero, & hr̃e uirgã & teſtes, & hoc nõ ſemel, ſed pluries, uerum utcunq; ſit, Ariſtoteles decima particula problematum, uult differẽtias maris & fœminę eſſe hmõi, his tamen exceptis.

Probl. 5.

*At uero idem etiam manifeſtũ eſt, quoniam ꝺm unũquodq; in unoquoq; genere fœmina mare minoris capitis eſt, & anguſtioris faciei, & gracilioris colli, & pectora imbecilliora hñt, & minus coſtatæ ſunt. Et ancas, et coxas, maribus carnulẽtiores, genua aũt mollia, crura gracilia hñt, & pedes pulchriores, & corporis formam iucũdiorem utiq; magis q̃ generoſiorẽ. Neruoſæ autem minus ſunt, & molliores, humidioribus carnibus utentes. Mares uero, his omnibus contrarij, eorum enim natura eſt genere fortior, & iuſtior, quæ uero fœminæ, timidior, & iniuſtior eſt.*

Cũ dixiſſet fœminam eſſe minus fortẽ mare, minus iracũdam, & mali in oĩbus magis operatiuam, hoc ultimo ꝓbat ex diſpoſitiõe corꝑis, quæ reſpectu uirilis diſpõnis eſt quodã mõ orbata, & mãca, & qm̃ in ſuo genere eſt manca, ideo & in actionibus etiã mãca uideť, uñ inquit. At uero idẽ etiam hoc eſt eadẽ dr̃ia patet, qm̃ ꝺm unũquodque genꝰ in unoquoq; genere fœmina minoris capitis eſt, mare, & anguſtioris faciei, & gracilioris colli. Præterea etiã fœminæ pectora imbecilliora hñt, & minus coſtatæ ſunt. Præterea habent & ancas & coxas maribus carnulẽtiores, & hñt genua mollia, & crura gracilia, quę oĩa ſunt ſigna & cauſæ mollitiei, imbecillitatis, & diminutiõis. Prȩterea hñt pedes pulchriores, & corporis formã iucũdiorẽ utiq; magis quã generoſiorẽ & fortiorẽ. Prȩterea ſunt minus neruoſæ, & molliores ſunt humidioribus carnibus ſuæ naturæ idoneis utẽtes, per quæ omnia diſcurrendo p₃ fœminas in oĩbus generibus exceptis auibꝰ rapacibus & alijs, quæ diximus, eſſe minus fortes, minus iracũdas, molliores, & imbecilliores & magis orbatas eſſe, & mancas. Mares uero ijs oĩbus cõtrarij, nã eorum natura eſt genere fortior, & iuſtior, at natura quæ fœminę eſt, ꝯtra timidior, & iniuſtior eſt, & hoc, quia manca, & orbata. Patet ergo differentia propoſita.

*His ita ſe habentibus, uidetur animalium omnium leo perfectiſſimum in aſſumendo maris formam. Eſt enim habens os bene magnum, faciem uero quadratiorem, non ualde oſſeam. Superiorem autem genam non præminentem, ſed deorſum decẽter pendentem. Naſum aũt hẽt magis craſſum, quam gracilem, oculos fuluos, non ualde concauos, rotundos, non ualde proeminẽtes, magnitudinem autem moderatã, ſupercilium benemagnũ, frontem quadratam, ex medio ſubconcauam magis. Ad ſupercilia uero atq; naſum ueluti nubes ſuperſtat, & ſuperiore parte frontis, habet pilos inclinatos ueluti aſylum, caput moderatũ, collum bene magnum, craſſum moderatum. Crines flauos habens, non horridos, neque ualde criſpos, quæ circa ſcapularũ iuncturam ſunt, longe magis lata, quàm coniuncta habet, ſcapulas fortes, & pectus iuuenile, & metaphrenum latum, & bene coſtatum, & dorſum moderate. Animal eſt minus carnoſum ſecundum ancas, & coxas, Crura fortia & neruoſa habens, & baſim iuuenilem, & uniuerſum corpus articulatũ, atq; neruoſum, neq; ualde ſiccum, neq; ualde humidum. Ambulans autem tarde: & magnifice incedens, atque ſeipſum in humeris: dũ ambulat, quatiens. Quæ igitur circa corpus: talia ſunt: quæ uero circa animã, eſt capax: liberale, magnanimum: uictoriæ cupidum: manſuetum: & iuſtum, atque ea amãs, cũ q̃bus uerſatur.*

Baſim
Greſſum
Carinam

Cũ diſtingueret in marem & fœminam animal ipſum, & differentias aſſignaſſet inter illa, in hac parte præfigurare intendit uirilitatem in leone, & fœmininum ſexum in panthera. Nam in nullo animalium uirilitas magis appȩt quam in leone, in nullo etiam magis fœmininus ſexus q̃ in panthera. Virilitas autem colligi põt aut ex bonis corporis, aut ex ipſis animæ bonis, aut ex bonis fortunæ, q̃a uero leo, aut panthera nihil poſſidet, ideo tacuit demonſtrare uirilitatem ex bonis fortunæ. Bona uero corporis, quædam colliguntur ex bonitate cõpoſitionis, quædam ex bonitate cõplexiõis. Bonitas ꝯpõnis pulchritudo eſt. Bonitas uero cõplexionis ſanitas eſt, quæ ex ſanis, & bonis operationibus colligitur. Ariſto. ergo uirilitatẽ in leone oſtẽdit & ex bonis naturæ, atq; corporis, & ex bonis animæ. Sed dices leonem non eſſe decoratum naturę bonis, q̃a febricitat quaſi ex prĩcipijs naturę quartana febre, ut narrant. Mihi uidetur hoc quod fabulanť de leonis febre, nihil eſſe, cum Ariſto. de illa nullibi aliquid dixerit, nec rõ illi cõſona uř, ſi q̃dem natura nullum aĩal facit, niſi mixturæ ſuæ ſpẽi ęqualitatem hẽat, in qua ſanus ſit: Signum autem huic nobis affert leo ipſe, quẽ ferũt, cũ infirmꝰ fuerit, uenari ſymiam, qua cibatus mox cõualeſcit, aliq̃n etiam ſanguis canis potu ſanatur. Sed qm̃ dicit, ex trãſlationibꝰ fere patẽt, Ad uerba, quæ obſcure leguntur, ueniamus, dixit itaq; leonem eſſe perfectiſſimũ, nõ quidem ſimpliciter, quoniam homo eſt omniũ animalium perfectiſſimũ, ſed in aſſumendo maris formam, quoniam in eo plus uirilitatis q̃ in cæteris animalibus oſtẽditur. Gena græce eſt genys, latine mandibula etiã, accipitur q̃ pro labijs. Supcilia uero ea ſunt, quæ ſub frõte bipartito diſticta ſunt, pili autem, qui in extremo palpebrarum ambitu adherẽt, cilia dicuntur. Amplius Ariſto. per uerbũ illud bene, cũ ait, { Bene magnum, benecoſtatũ, } cõpetẽter intelligit, hoc eſt competenter magnum, & cõpetẽter coſtatum. Inſuper frõs leonis ſubcaua eſt ex medio, uerum ad ſupercilia, & ad naſum eleuata eſt, ueluti nubes, quæ eleuatio ut dicitur ſecundo priorum eſt ſignum liberalitatis. Præterea quid aſylus ſit, non clare patet, quidam dixerunt aſylum dici quaſi ſine ſuperciliorum eminentia ab a quod eſt ſine, & ſylo ſupercilio, uerum hoc uerbis Ariſtoteles non conſonat, alij aſylum in neutro genere templum, quod remus et romulus condiderunt, ad quod quicũq; cõfrigeret, ab oĩ noxa liber eſſet, uolunt ſignificare. Aſylum uero in maſculino genere tabanum eſſe tradunt, quod græce oeſtrum dicitur, unde Virgi. tertio georgi. libro.

Eſt lenis ſyleri circa illicibuſq; uirentem
Plurimus alburnum uolitans, cui nomen aſylo
Romanum eſt oeſtrum graij uertere uocantes
Aſper acerbe ſonans, quo tota exterrita ſyluis,
Diffugiunt armẽta, & hoc pacto accipiendo uerbis Ariſt. cõſonat, Metaphrenũ uero eſt totũ buſtũ a ſepto trãſuerſo ad collum, compoſitum ex pectore, & dorſo, ꝙ etiam a quibuſdam thorax dicitur, uerum an ita ſit, poſtea uidebitur. Verius. n. metaphrenum eſt ꝑs oppoſita phreno, quę ſubſcapilium dicitur, quia arcus eſt poſterior ſub ſcapulis collocatus, ut dicemꝰ. Ad hæc uerbũ baſim, greſſum etiã ſonat latine, uel carinã, quę ſpina eſt, ubi coſte colligi uñr, ut in naui uidemꝰ, hæc de ꝟbis, De excellentia & uirilitate leonis, multa ab Ariſto. ac Plinio narrantur, nam ſi ad corporis



corporis figurã, ac ꝯſtitutionẽ q̃ſpiã reſpexerit, in illa ſummam uirilitatẽ colligemꝰ, ut particulatim per ſingula mẽbra diſcurrẽdo annotauit Ariſt. Si ad aĩ mores animaduerteris, leonẽ inuenies magnanimum, ut ꝑ inceſſum Ariſto. annotauit, & Plinius. Amplius ex uſu cibi, abhorret.n. ad ſui cibi reliq̃as redire, ſed ꝑmittit accipi a quocũq;, & pręcipue ab hoĩe. Annotarũt etiã ĩ eo liberalitatẽ, qm̃ eſt ſuæ prædę cõicatiuus, & indigẽtibus ſępius ſubuenit. Narrãt etiã eũ eſſe uictorię cupidum, non enim niſi magnas feras uenať, hẽt tñ infeſtũ onagrum, qm̃ eũ ex odio uenať. Amplius eſt iuſtus manſuetus, & miſericors, qm̃ ꝓſtratis atq; ueniã petẽtibus aliq̃n parcit, ut Plinius exemplo fœminæ cuiuſdam declarauit. Eſt & bñficiorũ remunerator, ut Plinius & Solinus narrant exẽplo, cuiuſdã, qui ab eius pede uel ore remouit ſpinam. Prȩterea cętera aĩalia excellit pręſtãtia, tum oculorũ, tum oſſium. Oculorũ q̃dẽ, qm̃, ut Plinius inquit, Oĩs uis conſtat in oculis, oſſibus uero, nã colliſa ignẽ emicant, nec medullam hñt, niſi crura ut Ariſto. narrat. Hæc pauca de leone.

*Pardilis uero inter ea, quæ fortia uidẽtur eſſe, fœmineæ formæ magis eſt, quoniam non ſecundum crura, his autem cooperatur, & aliquod opus fortitudinis exercet. Eſt enim habens faciem paruam, os magnum, oculos paruos. exalbidos, exconcauos. Ipſos autem circũuagãtes magis, frontem longiorẽ magis, uerſus aures rotunda magis quam planam, collum longum ualde & gracile. Pectus non amplum & longum dorſum, anchas & coxas carnoſas. Quæ uero ſunt circa ilia, & uẽtrẽ, lenia magis. Color aũt eius uarius eſt, & totum eſt, tum inarticulatum, tum incommenſuratum. Forma igitur corꝑis talis eſt, in his aũt quæ ſecundum animam, paruum & furax, & ut omnino ſit dicere, doloſum eſt. Animalium igitur quæ uidentur fortia conuenientiora ſunt aſſumpta, & quæ maſculinæ formæ, & fœmininæ ſunt, dicta ſunt. Alia uero quæcũq; ſunt, facile utiq; eſt pertranſire. Quæcũq; uero ad phyſiognomizandũ ex animalibus conſpicere contingit in electione ſignorum dicentur.* Electio uero *ſignorum, quæ eſt ſecundum homines, ſic accipitur.*

Cum in leone figurauit uirilitatẽ, in hac ꝑte in pardili figurat fœmineitatẽ, uerum nõ ſine q̃õne eſt q̃d per pardilem intelligat, cur etiã in oſtẽdendo fœmineitatẽ nõ leænã accepit, atq; cur exẽpla beluarũ, & nõ hoĩs. Aĩaduerte igitur ſub eodẽ proximo genere ac ſub alterna ſpecie, tres eſſe ſpãliſſimas, leonem, uidelicet, pardum, & quę ex his ꝑmixta eſt, leopardus. Leo mas eſt, cuius fœmella a nõnullis leæna diciť. Pardꝰ mas ẽtiam, cuius fœmella pardilis appellatur, ſed apud Pliniũ pãthera, quæ animal eſt prorſus ferũ & maculoſum, vñ Horatius in ep̃lis. Diuerſum confuſa genus pãthera camelo. Ex his uero fiũt leopardus, ac leopardilis, cõicant autẽ hæc inter ſe uictu, coitu, moribus, & regimine, ueluti & canes, quæ diuerſorum modorũ ſunt. Nõ accepit aũt in exemplo leænam, qm̃ licet fœmina ſit, multa tñ uirilia in ea ſpectanť, quæ fœmellis nõ cõpetũt. Nec accepit hominum exẽpla, qm̃ aliud eſſe debet per ꝙ uultiſpicimus, & aliud de quo uultiſpicimus, quia ergo phyſiognomia eſt de hoĩe, & ea ꝑ quę uultiſpicimus, ſunt feræ, ideo exempla in feris, & non in hoĩbus accepit, maxime aũt in his, qm̃ in his uirilia ac fœminea magis cognoſcũtur. Tũc inquit. Pardilis uero inter ea quæ fortia uidentur eſſe, fœmineæ formæ magis eſt, non tñ ſubaudi ſcd̃m oĩa quæ habet, qm̃ nõ ſcd̃m crura, deinde narrat oĩa, & quę dicit clara ſunt trãſlationibus.

De pedibꝰ

*Quibuſcũque pedes & benenati, & magni, & articulati, & neruoſi, fortes ſunt ſecundum ea, quæ ſunt in anima, referuntur in maſculinum genus. Quicũque autem pedes paruos, graciles inarticulatos habent, plus uiſu delectabiles quam robuſtos, molles ſunt ſecundum ea, quæ ſunt in anima, referuntur in fœmininum genus.*

Fortes — Quibus pedes bñnati magni articulati & neruoſi — in maſculinũ genꝰ.

Molles — Quicũq; pedes ꝑuos graciles, inarticulatos, uiſu delectabiles — in femininũ genꝰ

Cum prepoſuiſſet agere de ſignis proprijs, quę ꝑ electionem a feris, colliguntur, in hac ꝑte proſequitur, & primo incipit ab uniuerſis pedibus, & ponit duas cõcluſiones, quarũ prima eſt. Quicũq; pedes benenatos, hoc ẽ bene tẽperatos, magnos, articulatos, & neruoſos habent, hi ſunt fortes, probatur, quoniam tales referuntur in maſculinum genus, ut ſuperius fuit ex differentia maris, & fœminę præmiſſum, ſecũda concluſio. Quicũq; pedes paruos, graciles, plus uiſu delectabiles quã robuſtos hñt, hi ſunt molles, & muliebres probatur, quia tales pedes referunť in fœmininum genus, ut ſuperius patuit. Hęc Ariſtoteles de pedibus.

De pedum digitis, & unguibus.

*Quibus pedum digiti curui, & quibus ungues curui, inuerecundi, referuntur ad aues curuorum unguium. Quibus pedum digiti coniuncti ſunt, hi pauidi, referuntur in coturnices ſtrictorum pedum lacuſtrium.*

Inuerecundi — Quibus pedũ digiti & ungues curui — in aues curuorum unguium

Pauidi — Quibꝰ pedũ digiti coniuncti — in coturnices

Cũ egiſſet de pedũ phyſiognomonia, hic agit de phyſiognomonia digitorum, & unguium, & iterũ ponit duas concluſiones, quarum prima eſt. Quibꝰ digiti pedũ, ac illorum ungues curui, hi inuerecũdi, probatur, quoniã hæc referũtur in aues inuerecũdas, quæ ſunt curuorũ, unguiũ, ut cornix, ſturnus, & coruus, & cæterę aues impudẽtes, ſecũda cõcluſio eſt. Quibꝰ pedũ digiti cõiuncti, hi ſunt pauidi, ꝓbať, q̃a referuntur ĩ coturnices, quorũ pedes lacuſtres ſunt cõiuncti & ſtricti, & tamen ſunt pauidę.

De talis

*Quibus ea, quæ circa talos ſunt, & neruoſa, & articulata ſunt, fortes ſunt ſecundum animam, referuntur in maſculinũ genus. Quicũq; talis carnoſi ſunt, & inarticulati, molles ſunt ſecundum animas, referuntur in fœmininum genus.*

Fortes — Quibus tali neruoſi & articulati — in maſculinum genus

Molles — Quibus tali carnoſi, — in fœmininum genus

Cum egiſſet de digitis, & unguib⁹, hic agit de talis, & horum partibus, & ponit concluſiones duas, quę ex uerborum tranſlatione patent.

De crurib. & tibiis

*Quicũq; tibias habent & articulatas, & neruoſas, & robuſtas, anima fortes ſunt, referuntur ad maſculinum genus, Quicunq; tibias graciles neruoſas habent, uenerei, referuntur ad aues. Quicũq; tibias ualde carnoſas habent, quaſi ad modum diruptas, odioſi, & inuerecundi, referuntur ad apparentem cõuenientiam.*










Cũ egiſſet de talis, nũc de tibijs agit, de quibus ponit tres cõcluſiones, quarũ prima eſt. Quicũq; hñt tibias articulatas, neruoſas, & robuſtas, ſunt animo fortes, probat̃, quia referuntur ad maſculinũ genus, ſecũda uero eſt. Quicũq; hñt tibias graciles, neruoſas, ſunt uenerei, probatur, quia referũtur ad aues tertia. Quicũq; hñt tibias ualde carnoſas ac ſuꝑfluas quaſi admodum diruptas, ſunt odioſi, & inuerecundi probatur, quia referuntur ad ſuperapparẽtem conuenientiam, nam caro in tibijs nec ſuperflua, nec manca eſſe debet, ſed moderata, ac commenſurata, cũ enĩ ſic bene affecta fuerit, gratũ & uerecũdum, & modeſtum ſignificat, ergo a cõtrario cũ ſuperflua fuerit, odioſum & impudẽtẽ ſignificabit. Retulit ergo ad ſuꝑapparẽtẽ decẽtiã quę eſt cõtraria huic diſpõni, ut locus ſit a ꝯtrario, hęc Ariſto. de tibijs. Verum quo ad uerba attinet, quidam inter tibias, & crura differentiam cõſtituunt, nam crus a genu initium capere, in talũq; uſq; deſinere, aiũt celſus in tertio ultimum eſt iuxta talũ ex utroq; crure paulum ſanguinis mittere. Ouidius primo metamorpho. Crura nocẽt ſentes, tibiã uero a parte anteriore uocari, os enim illud a genu ad pedẽ uſq; deſcẽdens, tibia eſt, & antiqui & præſertim Ethruſci oſſibus tibiarum muſica inſtrumẽta fecerũt, propter quod tibias uocauerunt. Horatius in arte poetica tibia non ut nunc oricalco iuncta tubæq; enula. Sed Ariſtoteli Theodoro interprete primo animalium hiſtoria ui detur tibiã id eſſe, quod gemino eſſe ſubiaceat, cuius pars prior crea, poſterior ſura nuncupantur, quæ ſura in homine & in quibuſdam auimalibus quę cauda carẽt, carnoſa eſt, uel pleniuſcula, nam ut Ariſto. ſcribit. Oẽ aĩal carẽs in ſura carne, hꝫ caudã alicui⁹ ſubę, ut pilorũ uel alio mõ, ſic itaque tibia ex ſura & crea cõgregatur. Hacten⁹ de tibis. Quo uero ad ſententiam attinet, Ariſtoteles cum diſpoſitionem illam tibiarum ad aues retuliſſet, nõ ſimpliciter id fecit, nam homo omni tempore coit, ſed quia aues tempore coitus libidinoſiores ſunt. Hæc de tibijs Ariſt. ſcribit.

De

*Quicũq; genu craſſi ſunt, cinædi, referuntur ad apparentẽ conuenientiam.*




Nunc de genu, de quo hãc affert cõcluſionẽ. Quicũq; genu craſſi ſunt cinædi, ꝓbat q̃m refert hęc diſpõ ad ei⁹ contrarium. ſ. ad apparẽtẽ cõuenientiã. Si. n apparẽs decẽtia moratum facit, cõtratia ei⁹ diſpõ cinædum faciet. Quo uero ad uba attinet, genu craſſi uno uerbo græce dicunt̃ gonycrati, ſed quid genu ſit, aperiamus. Femuri itaq; genua anneċtuntur, ubiq; uertebra eſt, qua ſedendo uel ambulãdo ita ſe fleċtit, ut litere gręce figuram hẽat, ideo uulgo fœmina & crura ſimul gãma nũcupant̃, nã reuera hoc mẽbrum in genu fleċtitur, genu dicitur a parte ſuperiori. Stati⁹ primo Thebaidos. Flexoq; genu uacua ilia tẽdũt. A parte uero ĩferiori hoc eſt retro poples appellatur. Ouidius oċtauo metamorpho. Dextroq; a poplite leuum pręſſa genu, digitis inter ſe peċtine iũċtis. L. Columella libro ſeptimo. Si dolore neruorũ claudicat, oleo & ſale genua poplitesq; & crura complicãda ſunt. Lucretius tertio libro, Brachia palpebreq; cadunt poplitesq; cubanti. Sed apud hyſtoricos etiam pro tota parte neruoſa accipitur. Liuius uigeſimoſecũdo libro, et Horati⁹ primo ſermonũ, Qui peccas minus atq; ego cum fului rutubæq; aut placidiani cõtẽto poplite miror pręlia, ſed in propoſito pro cõgregato accipitur, unde Ariſto. primo de hiſtoria commune femoris & tibię genu poplesq; eſt. Hęc de genu.

γ

De co

*Quicũq; coxas oſſeas, atq; neruoſas habent, fortes, referũtur ad marem. Quicũq; coxas oſſeas, & carnoſas habent, molles, referuntur ad fœminam.*







De coxis uo hic ponit duas ꝯcluſiões, et ꝑſpicuę ſunt, ſed quid ſit coxã, exponamus. Vbi aĩaduerſione dignũ, q ubi femora anneċtuntur, uertebrę ſunt, quę coxę dicunt̃. Celſus libro quarto. Renes uo diuerſi, q lũbis ſub imis coxis ĩhererẽt, Iuuenalis hic coxa debilis ambos ꝑdidit ille oculos. Celſus etiã libro quĩto. At cũ uulua ꝑcuſſa eſt, dolor ĩ inguinib⁹, & coxis, & femorib⁹ eſt, ſed coxa hoc ẽ os uertebræ uocat̃ etiã coxẽdix. Suetonius in uita Auguſti. Coxẽdice & femore & crure ſiniſtro, nõ ꝑinde ualebat, ut ſępe etiã ĩde claudicaret. Q aũt coxa iuncturã uertebrarũ, ſit cũ neruo uertebrã cõtinente et os q̃ ſignificet, oñdit Plinius iunior in epiſtolis, hunc dũ ſequitur, colligitq; per leue, & lubricum pauimentum fallente ueſtigio, cecidit, coxamq; fregit, quæ parum apte collocata reluctãte ętate male coijt. Cælſus etiam libro quarto. Coxis proxima ſunt genua, de oſſe intellexit, hãc quidẽ ſciã uocãt, hicq; ſciaticos appellãt, qui coxendice claudicãt. Apud Ariſto. uo coxa aliquando μηροὺς, ut hic, aliquando κοτυληδὼν appellatur, unde libro primo de hiſtoria animalium inquit. In quo autem femur uerſatur, coxa, & acetabulũ ſubaudi dicitur. Hęc de coxa.



*Quicũq; autem nates acutas quidem oſſeas habent, fortes ſunt. Quicũq; uero carnoſum, pinguis habent molles. Quicunque uero habent ſecundum modicam carnem ueluti exiccatas, malli moris ſunt: referuntur ad ſymias.*










De natib⁹ uero ponit tres cõcl'ones, quarũ Pria ẽ, Quicũq; nates acutas ac oſſeas hñt, ſunt fortes, ꝓbat̃, q̃m referunt̃ ad maſculinã genus. Scđa. Quicũq; hñt carnoſas ac pingues, ſunt molles, ꝓbat̃, qa ad gen⁹ femininũ referunt̃. Tertia. Quicũq; hñt nates ad modũ exiccatas ſm modicã carnẽ, ſunt mali moris, ꝓbat̃, qa referunt̃ ad ſymias, q̃ ſunt malorũ morũ hæc de cõcluſionib⁹. Sed quo ad uerba attinet. aĩaduerte q in græco ſcribit̃, πῶγα, & in trãſlatione ueteri peċtem, &, ut mihi uĩ. error eſt, q̃m poti⁹ pugnũ ſonat, orit̃ aũt error, q̃m pyga interdũ mẽtula dĩ, qđ ẽ rõne extreme ꝑtis pyga. n. extremã ꝑtẽ tã anteriorẽ q̃ poſteriorẽ ſignificat, & ꝓpterea nates & mẽbrũ uirile ſignificabit. trunchi. n. extremũ utrũq; ẽ. Horati⁹ prio ſmonũ, nec nũmi pareãt, aut pyga. Martialis & Antis hũs ortopygrũ, macre, hoc ẽ reċtã pygã. Mihi tñ uĩ eẽ ſcribẽdũ, πυγὴν nã πογὴ græce nates dñr, quęq; ab Ariſtotele ali. q̃n γλουτός grece, latine nates dñr. uñ prio hyſtoria ꝑtis uero excretorię, qđ ſubditũ, q̃ſi ſtrãgulũ, nates appellat̃.

De lumbis

*Qui lumboſi, ferarum amatores, referuntur ad leones, & ad canes. Videbit enim utiq; quis & canum, eos, qui ſunt ferarum amatores: lumboſos ſe habere.*




De lũbis ponit unã cõcluſionẽ, q̃ eſt. Quicũq; lũboſi ſunt, ferarũ amatores ſunt ꝓbat, qa referunt̃ ad leones & ad canes, ad canes qdẽ, qa uidebit utiq; qs & canũ eos eẽ ferarũ maxĩe amatores, q lũboſi ſunt, ut leporarij canes. Sed quo ad uerba attinet, a cinċtura ad nates lũbi uocãtur, ubi ſedes libidinis eſt Perſius cũ carmina lũbũ intrãt & tenero ſcalpunt̃ ubi intima uerſu. Et in ſacris quoq; legim⁹. Sint lũbi ueſtri ꝓcinċti, & nec. iniuria qdẽ, ibi. n. luxurię ẽ domiciliũ. Ariſto. 1. de hiſtoria, partẽ poſteriorem pari ſtruċtura ꝓcingunt, uñ nomẽ oſphys inditũ eſt. Sũt igit̃ lumboſi hoĩes, qui lumbos longos & aliqua ex parte craſſos hñt, ueluti & curſores canes, q uulgo leporarij dicuntur. Iſti. n. canes, ad hoc, ut philotheri, hoc eſt amatores ferarũ ſint, lumboſi eſſe debẽt, ut eorũ lũbi ſint oblongi, & mediocriter magni ac craſſi, & neruoſi, & duri, ut nos in canib⁹ leporarijs nõ ſemel obſeruauim⁹ peregrina enim & teucer, & falco, & tyber, & alij q̃plurimi nrorũ excellẽtiſſimorũ canũ, ita lũboſi extiterũt, & inter canes ſummã excellẽtiã habuerũt. Expertas etiã ſum ualidos canes eẽ peċtoroſos, & coxas neruoſas, & rotũdas hẽre ad modũ uiniferi. Ad pilorũ etiã duritiã caniſpices aĩaduertunt, ſunt. n. canes quorũ pili duri ſunt, fortes, hæc nos in nrĩs canib⁹ diligẽter annotauimus nũq̃. n. inuenim⁹ ualidos canes ſine his, aut horum aliqbus. Hæc de lumbis

De uentre

*Quibus ea, quæ circa uentriculum ſunt, pinguia ſunt, fortes ſunt: referuntur ad marem. Quibus autem non pinguia, molles: referuntur ad indecentiam.*







Nũc de uẽtriculo, ĩ quo cibus deuorat̃, duas ponit cõcluſiões, pria ẽ, Quicunq; hñt ea q̃ circa uẽtriculũ ſunt, pinguia, ſunt fortes. ꝓbat̃ qa ad marẽ referunt̃. Scđa cõcluſio ẽ. Quicũq; ea, q̃ circa uẽtriculũ ſunt, hñt non pinguia, ſunt molles, ꝓbat̃, qa referunt̃ ad indecẽtiã, decẽtia enĩ ẽ, ut ſint magna ad hoc ut calor circũſtãs magn⁹, & fortis ſit, q eſt roboris fundamẽtũ. Sed quo ad uerba attinet, aĩaduerte dĩiam eſſe inter uẽtrẽ & uẽtriculũ. Vẽter enĩ a ſuꝑiori ꝑte peċtore, ab ĩferiori, ilijs, & pube, a latere lateribus ipſis terminat̃ Iuuenalis. Montani quoq; uẽter adeſt abdñe tardus hicq; extẽdit̃ Ariſt. prio hiſtoriarũ uẽter ĩfra peċt⁹ eſt parte priore eiuſq; radix umblicus ẽ, appellat̃ aũt grece γαστήρ gaſter, latine uẽter. Vẽtricul⁹ uero ſiue aluus Ariſtotele auċtore prio hiſt. libr. pars eſt uẽtris in qua cib⁹ deuorat̃, uñ ita ſcribit Theodoro interꝑtæ, partem, qua cibus recipit̃, os appellam⁹, quæ græce στόμα dĩ, in quã deuoratur, uentriculũ, q̃ κοιλία uocatur, & ſic uentricul⁹ pars uentris eſt, per ea uero, quæ circa uẽtriculum ſunt intelligit latera, & peċt⁹, hæc. n. cũ pinguia ſunt, hoc eſt magna, fortitudinis nota ſunt. Haċtenus de uẽtriculo.

De dorſo

*Quibuſcunq; dorſum & bene magnum, & robuſtum, animabus fortes ſunt: referuntur ad marem. Quicunq; autem dorſum anguſtum, & imbecillum habent, molles: referũtur ad feminam*






De dorſo uero duas cõcluſiones cũ ſuis ꝓbationib⁹ affert, q̃ trãslatione clare ſunt. Verũ quo ad uerba attinet, dorſum græce νωτον, ſed in trãslationibus antiquis ſpina ſcribitur, uerius dorſum ſcribendũ eſt. dorſum uero & interſcapiliũ apud nõnullos idẽ ſignificat, dictũ quidẽ dorſum quaſi dorſum, ĩterſcapiliũ uero, q̃a inter ſcapulas, uñ uallecula illa, q̃ inter ſcapulas collocat̃, interſcapiliũ uel dorſum appellãt. Igini⁹ in deſcriptiõe urſę. In humero clarã unã. In pede de poſteriorib⁹ nouiſſimo duas. In ſummo ĩterſcapilio unã, dorſum ergo & ĩterſcapiliũ idẽ ſignificat. Sed Ariſt. ut mihi uĩ, dorſum totũ ſpatium, q̃d pectori contraponit̃ noton, hoc eſt dorſum appellat. uñ primo hiſto. dorſum pone pect⁹ eſt, cuius partes ſcapulę, & ſpina, ĩfraq; e regiõi uẽtri, lũbi hñt. uerũ de his hacten⁹.

De coſtis

*Qui uero benecoſtati ſunt, fortes anima ſunt, referũtur ad marem qui uero non coſtati, molles animabus ſunt referũtur ad fœminam. Quicunq; uero ex coſtatis, circũtumidi ſunt, ac ſi inflati eſſent, loquaces ſunt, et ſtultiloqui, referuntur ad boues & ad ranas.*










De coſtis & coſtatis tres affert cõclõnes, q̃ patẽt. Sed illud dubitatiõe dignũ eſt, q̃m loquaces & ſtultiloquos ad boues & ranas refert. De ranis q̃dẽ nemo dubitat nã garritõ atq; loquacitatẽ, oẽs ranis tribuũt. Ouidi⁹, Garrula limoſa rana coaxat aquis. De bob⁹ aũt q̃d Ariſt. inquit. Ambiguũ eſt, nõ. n. bob⁹ garrulitatẽ, & ſtultiloquiũ tribuunt. iõ, ut mihi uĩ. Ariſt. ꝑ boues tauros intellexit, q ſtultas uoces emittũt, & frequẽter mugiũt, dũ ira gliſcẽte, arenã in altũ ſpargunt. Quo uero ad rubricã attinet, pleura græce latine coſta, uel latus, dictæ quidem coſte, quia interiora cuſtodiunt, uel quia ſimul ſtant, latera uero ĩfra alas ſunt & a dextra, & ſiniſtra. Iuuenalis, Preterea lateris uigili cũ febre dolorẽ, Si cepere pati miſſum ad ſua opera morbũ. Infeſtũ credũt a numine. Eſt aũt morb⁹ is, quẽ medici pleureſim uocãt. Solẽt ĩter latera, & coſtas diſcrimẽ hoc notare, nã latera coſtis terminant̃. Et ꝓpterea apud anathomicos coſtas oſſula laterica eſſe legim⁹ q̃ latera cõterminãt, dcã q̃dẽ latera, uel q̃a ꝑ ipſa ĩteriora latẽt, uel a latitudine. Ariſt. i. hiſto. de coſtis ſcribẽs, inq̃t. Cões ãt ꝑtis ſupioris ĩferiorisq; coſte octonę, nã de hoĩbus gen⁹ turdulorũ, quos ſeptenis coſtis ferũt creari, nullius idonei auctoris teſtimonio cõſtat, & ſic coſte oſſula lateralia ſunt.

De umblico

*Quicunq; aũt maius habent id, quod ab umblico ad pectoris imum eſt, quã quod eſt ab imo pectoris ad collum, uoraces & inſenſibiles. Voraces quidem, quia uas magnum habẽt, quo ſuſcipiunt cibum. Inſenſibiles uero, quia anguſtiorem locũ habent ſenſus, compreſſumque a ſuſceptiuo cibi, ita ut ſenſus graueſcant aut propter ciborum repletiones, aut propter indigntiaam.*




De ſpatio ab umblico ad pectoris imũ nũc loquit̃. Verũ aĩaduerte, q̃ Ariſt. ab umblico, duas accepit mẽſuras, alterã q̃dẽ ab umblico ad pectinẽ. Alterã uero ab umblico ad imũ pectoris, & iuxta has duas poſuit cõclõnes, prima eſt, q̃b⁹ ſpatiũ ab umblico ad pectinẽ maius eſt q̃ ab umblico ad pect⁹ hi breuis uitæ ſunt. Affert cãm lib. ꝓblematũ, q̃m alu⁹ ĩ qua cib⁹ deuorat̃, ob ei⁹ paruitatẽ frigid⁹ eſt, ita ut nõ poſſit bñ cibũ cõcoquere, & iõ ꝑꝑ indigeſtionẽ, multarũ ſuꝑfluitatũ g̃natiuus eſt, e q̃b⁹ morbi multi emergũt, ob quos nõ diu uiuũt. Scd̃am ponit hic, & inq̃t. Quicunq; ãt maius hñt id, q̃d ab umblico ad pectoris imũ eſt, q̃ q̃d ab imo pectoris ad collũ, uoraces ſunt, & inſenſitiui, & hãc ꝓbat quo ad utrãq; ꝑtẽ, & inq̃t. Voraces q̃dẽ, q̃a uas magnũ hñt uẽtriculũ. uidelicet in quo cibũ ſuſcipiũt. At ĩ maiore q̃to maior uis eſt, maiorq; appetitus, atq; actio maior. ꝓbat ſcd̃am & inq̃t. Inſenſibiles uero, q̃a anguſtiorẽ locũ hñt ſenſus, anguſtiorẽ locũ dico cõpreſſum, uidelicet a ſuſceptiuo cibi, ita ut ſenſus graueſcãt. ſꝑ. q̃a aut graueſcunt ꝑꝑ ciborũ repletiones replente enim cibo ſenſus q̃ in corde ſunt, graueſcũt, & turbidi fiũt ꝑꝑ uapores eleuatos a cibis, & in anguſtum locũ redeũt ꝑꝑ repletionem cibi, q̃ cor cõſtringit, aut graueſcũt ꝑꝑ ĩdigentiã, uacua. n. aluo, cholera diffuſa ad ſtomachũ, ſtimulat ſenſum eius, ita, ut alij ſenſus q̃ in corde ſunt, tabeſcãt. Quare cum ſtomach⁹ quaſi ſꝑ ſit uĩ plen⁹ uel uacu⁹ ime ſenſus ſꝑ graues ſunt. Quo uero ad rubricã attinet, ὀμφαλός grece latine umblicus, hic ãt ĩ medio uẽtris ſit⁹ ẽ. Ariſt. hiſt. I. radix uẽtris umblic⁹ ẽ. Eſtq; ueluti cẽtrũ, dictuſq; quaſi umb⁹iliũ, uñ & umbo appellat̃ loc⁹ ĩ medio clipei, ex umblico aũt ĩfans ĩ utero pẽdet, ex eo ẽt nutrit̃. Vmblic⁹ multiferiã accipit̃. Virgili⁹ in priapeis rũpant̃ ꝑtor uſq; mẽtulaq; ne q̃cq̃ ſibi pulſet umblicũ. accipit̃ ẽt ꝓ medio cuiuſq; rei. Plini⁹. Vmblic⁹ Italię circa lacũ reatinũ ẽ. Et ĩ priapeis. delphos pithi⁹ orbis umblic⁹ & de libr. quoq; umblicũ Catull⁹ dici oñdit, rlaca charta r̃gie nouẽ libri. noni umblici lora rubra mẽbrana. Hec de umblico.

particula proble. 6

*Quicunq; uero pectora magna atq; articulata habẽt, animo fortes ſunt, referuntur ad marem.*




De pectore unã ponit cõclõnem cũ ſua ꝓbatiõe, q̃ oĩa clara ſunt. Quo aũt ad uerba attinet, στῆθος, aut θώραξ grece latine pectus, a iugulo uero incipit̃ pect⁹, q̃d quatuor ꝑtibus terminat̃. incipit a iugulo, deſinit in aluũ, duobuſq; lateribus cõcludit̃, ad alaſq; ſe extẽdit, dictũ, ut multi autumãt, q̃d peſſũ ſit ĩter mãmillas, nã mãmæ ĩ pectore ſunt. Martialis, Aut tibi pãnoſe depẽt pectore mãme. Ariſt. ãt uidet̃ thoracẽ alterũ facere a pectore. Hiſto. n. primo inquit. Thoracẽ eã partẽ appello, q̃ a collo ad pudẽda uſq; trunca portendit. Eodẽ libro in alio capite dicit ſi thorax ipſe ꝑte priore poſterioreue cõſtat, mox a collo ad pect⁹ priorẽ obtinet ſitũ bipartitũ, in mammas partẽ ſui utraq; exuperãs. Vñ pect⁹ (auctore Ariſtotele) ĩter lacertos hoĩ cõſtitutũ eſt, cæteris inter crura priora, latũ id eẽ in hoĩe nõne ꝑmittit̃, quũ nihil lacerti adiuncti laceribus impediant. At quadrupedib⁹, q̃ aũ ſe crura, cũ ambulant, locumq; mutãt, protendunt, pars hęc coartata eſt, uñ fit, ne quadrupedes eo loco habeant mammas, nã homini q̃ & ſpatij laxitas permittit, & carnoſa ea pars eſt, cum operiri ſedem cordis conueniat mammeque pectori afformate ſunt. Hæc de thorace, et pectore.

De metaphreno.

*Quicunq; uero metaphrenũ habẽt magnum & non carnoſum, & articulatum animabus quoq; fortes ſunt, referũtur ad marem. Quicunq; autem imbecille, & nõ carnoſum, & inarticulatũ animabus molles ſunt, referũtur ad fœminã, Quibuſcũque metaphrenũ ualde curuũ eſt, & humeri ad pectus cõcurrẽtes ſunt mali moris, referuntur ad apparentẽ conuenientiam, quoniam nõ apparent anteriora, ut debẽt apparere. Quicũq; aũt metaphrenũ ſupinũ habent, molles ſunt, & demẽtes, referuntur ad equos. Quoniã aũt neq; curuum ualde neq; concauum oportet eſſe, medium quærendum eſt benenati.*













De metaphreno, quatuor cõcluſiões ponit, q̃ ĩtelligi nõ pñt, niſi q̃d metaphrenũ ſit, exponat̃ q̃dã ꝑ metaphrenum ſcapulã uolunt ſignificare, q̃d q̃dẽ mihi non placet, nã quę dicit de metaphreno, ſcapulis nõ cõpetunt. Alij dixerũt ꝑ metaphrenũ eẽ intelligẽdũ dorſum, uel ĩter ſcapiliũ, q̃d etiã minime mihi placet, q̃m quæ Ariſt. hic dixiſſet, eſſent ſuꝑflua, ſupius. n. de dorſo dixit. Alij uoluerũt ꝑ metaphrenũ totũ thoracẽ eẽ audiendũ, ut ſuperius narrauimus, q̃d nõ cõſonat uerbis Ariſt. Galenus ergo alr̃ eo libro exponit, q̃ de interioribus inſcribit̃ uulgo, uoluit. n. pectoris imũ, q̃d a ꝑte anteriore cõterminũ ẽ ſtomacho ſiue aluo, uel uentriculo. Phrenõ a ueterib⁹ eſſe appellatũ q̃d latine idẽ eſt q̃d mẽs, nec ab rõne, q̃m dũ in eo loco ĩfirmitas aut apoſtema eſt, mẽti nomentũ inferri uidebãt, a Platonis uero t̃pe, ut inq̃t, diaphragma hoc eſt diuiſio dicta eſt. uñ Ariſto. de partibus. iij. annectitur hoc ſeptum ſiue cinctus coſtis parte ſui carnoſiore ualidioreq;, media aũt cõſtat mẽbrana exiliori, ita. n. & ad robur, & ad pretẽtũ cõmodius eſt cõtta colorẽ ſe offerẽtẽ, hoc ueluti ſobolẽ eſſe. Argumẽtũ ex ijs, quæ plerũq; accidũt, ducit̃. ubi enim ꝑꝑ uicinitatẽ attraxerint humorẽ calidũ atq; excrementũ, cõtinuo mẽtẽ, ſenſumq; plane perturbant, quã ob rẽ phrenes appellant̃ quaſi participes prudẽtię ſint, atqui nullatenus participes ſunt, ſed q̃a ꝓpinquę ſunt ijs, q̃ uim obtinẽt illã (cordi. n. ꝑtẽdunt̃) huic mẽtis mutationẽ aperiũt. patet igit̃ ex his imũ pectoris anterius, q̃d eſt ſtomacho cõterminũ eẽ phrenũ, uerũ nũc diaphragma hoc eſt diuiſio dr̃, quaten⁹ eo loco diuiduntur ſpũalia a naturalibus, quare metaphrenũ ea ꝑs poſterior eſt, q̃ phreno oppõit̃, dicta metaphrenũ hoc ẽ poſtphrenũ. Põtq; dici ſubſcapiliũ, q̃a acus eſt uerſus cincturã ſub ſcapulis cõſtitutus. Eſtq; pars ĩter ſeptũ trãſuerſum, & ĩterſcapiliũ. Hæc de metaphreno mihi uñr, de quo Ariſt. quatuor cõſtituit cõclõnes, quarũ duæ primũ ꝑſpicue ſunt, tertia uero hęc ẽ, Quibuſcũq; metaphrenũ ualde curuũ eſt, ita ut humeri ad pectus cõcurrẽtes ſint, hi ſunt mali moris, ꝓbat loco a cõtrario, & inq̃t. Referunt̃ ad apparentẽ conuenietiã, q̃ ẽ illi diſpõni cõtraria, q̃m nõ apparent anteriora ea rõne qũa debẽt appꝑere, & ita ſi apparẽs cõuenietia ĩ forma ẽ ſignũ bonoꝝ morũ, cõtraria diſpõ erit ſignũ malorũ morũ. Sed quo ad rõnes attinet, aĩaduerte q̃ hæc eſt axioma, ac dignitas in phyſiognomicis, ſi cõueniẽs cõpoſitio ẽ ſignũ bonorum morum, indebita compoſitio erit ſignũ malorũ morũ. cã uero, q̃m ſicuti corp⁹ ĩcreatura uitioſum eſt, ita & aĩa in actionibus turpis, & uitioſa erit. uñ Loxus mõſtrũ ĩ corpore, & in aĩa monſtrũ eſt. Ariſt. ad Alexãdrũ. Albedo liuida uel flaua, hoĩs deceptiui magnũ ſignũ eſt, q̃ ſi cũ hoc accidat mõſtruoſitas erit & natura, & aĩa diminut⁹, fuge ergo, ut inq̃t. Preterea eodẽ loco, caue ab hoĩe oĩ, q̃ aliquo mẽbro diminut⁹ ac mancus eſt, ueluti ab inimico, q̃m turpes ac mãchi temerarij ſunt, loquaces & ſine iudicio oĩa ꝓferẽtes. Talis fuit Therſita. unde Homer⁹, ἀμετροεπὴς καὶ ἀκριτόμυθον, hoc eſt ſine menſura locutũ & abſq; iudicio. Virgilius. Quo non deterior alter uenerat ad troiã. Homerus ergo cum Therſitã ĩ corpore mõſtrum, & turpe inueniſſet, aĩa quoq; mõſtrum eſſe dixit, hui⁹ cã eſt, ut in libris ethicorum colligit̃, q̃m actiões ſtudioſæ recte ac rõnabiles ſunt, tales autẽ exercet aĩa ꝑ corpus atq; corporis ꝑtes, tanq̃ ꝑ inſtr̃a, quare q̃b⁹ ꝑtes turpiter, ac male cõponunt̃, cũ ſpũs ꝑ ipſas ad actiones debitas ꝓficiſci non poſſint, imbecilliter mouentur, quare actiones erũt turpes & ĩbecille & obliquæ, ueluti & partes quibus aguntur, obliquæ ſunt. Sapientiores aliã cãm aſſignarunt, dixerunt. n. tales male formatos ex natali infelices eſſe factos, nec iniuria quidẽ, q̃m quia ex natali a ſuæ ſpeciei rectitudine deficit, infelix. & infortunatus exoritur quare ueluti ignis calefacit, quia ẽ ignis, & aqua humectat, quia eſt aqua, ita q̃ ex natali, naturaq; ipſa infelix eſt, ac infortunatus infelicitat oẽm hoĩem, qui ſecũ miſt⁹ eſt, nec alia rõne, niſi quia natura infelix eſt. His ergo ĩſpectis, perſpicuum eſt, oẽm malã cõpõnẽ ſedẽ eſſe ad oẽm flagitioſam diſpõnem, cõtra uero, oẽm cõmẽſuratã eẽ locum ad oẽm uirtutẽ, ꝓpterea ĩ fine cõcludit, & inq̃t. Q̃m autẽ neq; curuum ualde, neq; concauum oportet eſſe metaphrenũ, mediũ inter hæc quærendum eſt hoĩs benenati ac ingenioſi. Quarta cõcluſio hæc eſt, quib⁹ metaphrenũ ſupinũ eſt. ita cõcauũ habeatur, & facies ſit quaſi ad cœlũ, & pectus quaſi ad ſtrumã uergat, hi ſunt molles et demẽtes, ꝓbat, quia referũtur ad equos, quorũ metaphrenũ concauum eſt, ex equis. n. potiſſimũ fœmine coitus t̃pe inſanire uidentur, ut dicit Ariſt. Hactenus de metaphreno.

*Quibuſcunq; ceruix & humeri exarticulati, anima fortes ſunt, referũtur ad marẽ. Quibuſcunq; aũt humeri imbecilles, inarticulati ſunt, animabus molles ſunt, referuntur ad fœminam. Dico hæc, quæ quidẽ de pedibus, & cruribus. Quibuſcũque humeri bene ſoluti ſunt, hi anima liberales ſunt, referũtur ad apparentem formam, nam apparenti formæ liberalitas cõueniens eſt, Quibuſcunq; uero humeri difficulter ſoluti conuulſi ſunt, hi illiberales, referunt ad apparentẽ conuenientiã,*

De ceruice & humeris.




Añq̃ cõclõnes annotent̃, de rubrica agēdũ ē. Vet⁹ ergo trãslatio de muſculis ĩſcribit̃, q̃ textui gręco nõ cõſonat. Propterea aĩaduerſiõe dignũ, ꝙ epomis grece ĩterdũ clamys latine ē. Clamys uero ē ueſtis gen⁹, q̃ militib⁹ & paleſtris cõueniebat, quo in mõ eã Ariſt. nõ ſumit, interdũ ceruicē ſignificat, & hoc pcõ Ariſt. hiſtoriarũ primo ſumpſit, cũ inqt, σο"πι σθιον αυχένος πορίον ἐπωμίς; hoc eſt ꝑs poſterior colli extima ceruix appellata eſt. Inſuꝑ omi apud ueterē trãslationē ſpatule legunt̃, nõ tñ latine, nam ſpatule ſi uerbũ nr̃m ē, fruct⁹ palmarũ añq̃ apiant̃, ſignificat. ſin aũt uerbũ græcũ ſit, delitias, a ſpatalo græce, latine delitior. Sed qm̃ uulgares ſpatulas ꝓ humeris utũtur rubrica q̃tũ ad rē nõ male ſe hēret, uerũ ut prĩo de aĩalibus tradit̃, omi grece humeros ſignificat. Sit ergo rubrica de humeris & ceruice, ſed qd ceruix ſit, dicam⁹. Eſt ergo ceruix, ut Ariſt. prĩo de hyſto. placet, loc⁹ ubi caput flecti p̃t. Ceruicis.n. hęc utilitas ē, ut ad dextrũ ſiniſtrũue priorſum retrorſumq; uertat̃. Cõſtat.n. ex oſſib⁹ orbiculati uertebratis, e qb⁹ fit ad circũſpectionē facilis, hinc q flecti, nec regi p̃nt ęlogice durę ceruicis dñr. Hinc Perſi⁹. Frāge ceruices tuas: & in hac Iugũ põduſq; plerũq; ĩponit̃. Virgilius: Ergo age care pr̃ ceruici ĩponer̃ nr̃e, Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit, Huius ceruicis ꝑs anterior gula dr̃, nã collũ tã ceruicē poſteriorē, q̃ gulam anteriorē habet, ex his.n. duab⁹ cõſtat collũ circũ collũ uero a laterib⁹ duæ uene magnæ ſunt, q̃ apud Celſum fragitides nũcupant̃, ꝑ ceruicē cerebrũ ad medullã dirigit̃, et ab hoc nomen accepit hæc de ceruice. Humeri uero q græce omi dñr, ſunt e q̃bus brachia pēdent, ĳ ēt armi dñr, e quibus arma, ut ait Feſt⁹ ꝓ re dicta, qm̃ ab armis hoc eſt humeris depedēt, ut ſcutũ gladi⁹ pugio ſica, & ea, q̃b⁹ ꝓcul p̃liant̃ tela, ita moris erat apud ueteres. Virgili⁹ prĩo eneidos. Nãq; humeris de more habilē ſuſpēderat arcũ uenatrix. Sed nũc uſus obtinuit, ut armi brutoꝝ dicant̃ magis Virgil. 6. Siue ſpumãtis eq fode rat calcarib⁹ armos. Armi ēt ut pl'es dicũt ſpatia ab humeris ad cubitos dici ſolẽt, q̃ & lacerti mobiles nuncupant̃, Apud uero alios armi humeri cũ brachĳs appellant̃. Circa rem uero Ariſt. de partibus aĩalium lib. iiĳ. inqt. A collo & capite crura priora pectuſq; h̃nr, ſed homo uice pedum priorum, brachia, & quas manus dicimus, habet ſol⁹.n. aĩalium oĩum hõ erectus, ſed humeris ſunt ſubaſcelle, de q̃b⁹ Ariſto. iĳ. de aĩalium partibus ita inquit, Quorum aſcellæ titillantur, ridẽt celeriter, quia mot⁹ celeriter ad eũ locũ ꝑueniat, q licet leuiter calefaciat, tñ apit, & mẽtẽ mouet præter uoluntatem. Cã aũt cur hõ aĩalium un⁹ titillet̃, & cutis tenuitas ē, & ꝙ ſol⁹ aĩalium rideat, eſt.n. titillatio riſus ꝑ hmõi ꝑtis motũ, q̃ alã cõplet. hæc de humeris. Concluſiones uero q̃ de his ponũtur, ĩ textu patẽt. Veꝝ quo ad uerba attinet exarticulati, ualde articulati intelliguntur. Interdum.n. ex minuit, ac priuat, ut in hac dictiõe exlex. Interdum auget, & ponit, ut in hac dictione exact⁹, & ſilibus, hic itaq; auget, & cũ ait. dico hęc, quæ quidē de pedibus & crurib⁹ hæc dicit, qm̃ humeri & brachia cruribus & pedibus corr̃ndent, nã hæc oĩa motus inſtr̃a ſunt, bñ aũt ſoluti dñr humeri, qñ ab uno ad alterũ ĩtercapedo ac latitudo rõne habita ad toti⁹ corporis lõgitudinē cõmẽſurata eſt, & hoc, ut ſymetræ tradunt, ē qñ ad eã longitudinē ſubtripla eſt, q̃ eſt a ſummo capitis uertice ad pedis plãtã. Addito ſupra illa palmo, ſumẽdo primum geometrice pro uolę latitudine, ſiue pectinis man⁹, hæc.n. eſt humerorũ cõmẽſurata ſol'o. ꝙ ſi ea ĩtercapedo ad totũ ſum minori ꝓportiõe fuerit, humeri cõuulſi ac male ſoluti dicent̃. Quo uero ad ꝓbationē attinet, aĩaduerte ꝙ tertiã & quartã cõclõnem Ariſto. ꝓbauit ꝑ eõem rl'am, q̃ eſt, ꝙ formæ bñ cõſtitutæ uirt⁹, male uero ordinate uitiũ cõuenit, & iõ inqt. Nã apparẽti formæ ac bñ cõſtitutæ liberalitas cõueniẽs ē, male uero cõſtitutæ, illiberalitas, põt ẽt ꝓbari tertia cõcluſio, referẽdo ad leonē, cui⁹ humeri ſunt bñ ſoluti, beluæ uero illiberales, humeros h̃nt cõiunctos, & quaſi ad inuicē cõfuſos. Pręterea aĩaduerte ꝙ Murice⁹ phyſiognomõ egregius aliter has rõnes exponit, & nõ ab rõne, qm̃ liberales ĩ dãdo humeros ſoluũt ac dilatãt, nihil uero dare uolẽtes circa humeros ſe cõſtringũt, & ſic hæ phyſiognomoniæ ad apparentes cõueniẽtias referuntur, ſi quidē liberales humeros ampliant, illiberales conſtringunt.

*Quibus ea, quæ circa colli clauem ſunt, bene ſoluta ſunt, hi ſenſitiui. Bene.n. ſolutis exiſtentibus, quæ circa colli clauem, facile motum ſenſum ſuſcipiunt. Quibus uero, ea quæ circa colli clauem ſunt, confuſa ſunt, hi inſenſitiui. Exiſtentibus.n. male ſolutis, quæ circa colli clauem ſunt, motum ſenſuum ſuſcipere nequeunt.* De colli claue.




Añq; ad concluſiones deſcẽdam, quid ſit colli clauis exponamus, colli clauis igit̃, q̃ græce χλείς dicitur, latine ea eſt pars, q̃ thoracē a collo diuidit. Quid uero thorax ſit, ſuperius diximus, dicta clauis ꝙ collum cum thorace claudat, cognoſcit̃ uero hæc colli clauis in ea nodoſitate q̃ primo ſupra humeris & ſcapulis cõſtat, ubi collũ continuari thoraci nemo eſt, qui dubitat, ꝑ ea uero, q̃ circa clauem ſunt, ĩtelligit ſcapulas, iter quas nodoſitas illa collocatur. His expoſitis, Ariſto. ponit duas cõcluſiones, quarum primã tangit, & inquit. Quibus ea, q̃ circa colli clauē ſunt, ut ſcapule, bñ ſoluta ſunt, hi ſunt ſenſitiui, et prudẽtes, ac bñ intelligẽtes, ꝓbat Ariſto. & inqt. Bñ.n. ſolutis, ſcapulis, & cõpetẽter a colli clauæ diſtãtib⁹, facile motũ ſenſuum, hoc eſt ſpirituum ſenſitiuorum, qui mẽti ſeruiunt ſuſcipiunt, qñ.n. ſcapulæ a colli claue decenter diſcrepãt, tranſitus ſpirituum a corde ad cerebrum facilis eſt quo reddimur facile ſenſitiui prudentes, atq; ingenioſi. Secundam uero ponit, & inquit. Quibus uero ea, quæ circa clauem ſunt, confuſa ſunt, hi ſunt inſenſitiui, cuius cauſam affert,



ſam affert, & inquit. Exiſtentibus enim male ſolutis, quæ circa colli clauem ſunt, motũ ſenſuum ſuſcipere nequeũt & ſic imprudentes ſunt.

De collo

*Quicũq; collum craſſum habent, animabus fortes ſunt, referuntur ad marem. Quicunq; autem gracile, imbecilles referũtur ad fœminam. Quibus collum craſſum, & carnoſum, iracũdi, referuntur ad iracundos tauros. Quibus magnum bene, craſſum uero non ualde, magnanimi: referũtur ad leones. Quibus longum gracile: timidi ſunt: referuntur ad ceruos. Quibus breue ualde: inſidiatores: referuntur ad lupos*

magnũ uł carnoſum.




De collo ſex concluſiones ponit cum ſuis rationibus, & q̃ dicit, patẽt. Verum quo ad uerba, cũ in prima cõcluſione ait. Quibus collũ craſſum, per craſſum intelligit, nõ ratione carnoſitatis, ſed ratiõe magnitudinis oſſiũ & neruorum. Cum uero in tertia cõcluſione dicit & carnoſum intelligit magnum, non ratione neruorum & oſſium, ſed, ut exponit Rhaſes, ratione carnoſitatis, & refert hoc ad tauros nõ ſimpliciter, ſed ad tauros ad iram prouocatos, nam tunc tale collum amplum ſubeunt, & ſic refert hoc ad apparentē cõuenientiã in tauris actu iratis: & ut Rhaſes ſupplet, qui collum ita craſſum habent, in eorũ actionibus ſunt feſtini, & celeres. Cum uero in quarta concluſione dicit. Magnum bene craſſum uero non ualde, intelligit, ꝙ collum ſit temperate magnum, non ratione carnoſitatis, ſed ratione neruorum, & oſſium, & etiam temperate longum. In quinta concluſione inquit. Quibus longũ gracile timidi ſunt lõgũ gracile dico, ut in pardili dictũ eſt. refert ad ceruos, quorũ natura eſt ualde timida, et h̃nt collũ ualde lõgũ & gracile reſpectu ſui corporis. Quod uero dicit in ultima concluſione, non ſolum ad lupos refertur, ſed etiam ad morem apparentem in lupis & hominibus & cattis, cũ.n. hoies inſidiantes ſunt, colla contrahunt, & cum cattus murē inſidiari uult, etiã collũ cõtrahit, & per inſidias, fallacias intelligit, ut Cicero libro. iĳ. officiorum, propriæ doloſa expectatio ad aliquem aggrediendum inſidie dicuntur, quæ clam inſident, ut hoſtes fallãt. Aĩaduerte ꝙ collũ græce τράχηλος, aliqñ dr̃, aliqñ uero αυχή, Eſt aũt collum, ut Ariſt. inquit prĩo de hiſt. ꝙ inter pectus & faciē eſt, cuius pars prior guttur, poſterior ceruix eſt. Galen⁹. 2. technę collũ e cerebro mediãte occipite atq; nucha oriri aſſerit, & ꝓpterea uoluit collũ craſſum, & bene cõpoſitum eſſe ſignum ad oĩa bonũ, gracile uero, & male cõpoſitum, eſſe ad omnia malum, quippe cũ orti bonitas ſupra principĳ bonitate teſtetur.

*Quibus labia gracilia, & in extremis, collabĳs ſunt relaxata: ita, ui ſuperius labium ad inferius, hoc eſt collabia perpendeat: ĳ ſunt magnanimi: referuntur ad leones idem autem utiq; quis & in magnis, et fortibus canibus ſpectabit. Quibus labia gracilia dura: circa caninos dentes ſuperminentia, hi ſic ſe habentes, multigeni, referũtur ad ſues. Qui uero labia craſſa habent ſuperiuſq; inferiori ꝑpendens, fatui: referũtur et ad aſinos, & ad ſymias Qui autem ſuperius labium gingiuaſque præeminentes habent, amatores ſunt contumeliarum: referuntur ad canes.*

De labiis

ἐυγενεῖς
Generoſi
Fecundi
Multigeni




De labĳs quatuor cõcluſiones affert, cũ ſuis probationibus. Verũ quo ad uerba attinet χείλη gręce, latine labra dicuntur. Ariſt. 1. de hiſto. Labra moxa naſo habentur caro permobilis, quod autem intra maxillas & labra deſcribitur, os eſt, cuius partes palatũ & fauces ſunt. Labia etiã & labra pro eodem accipiuntur, Perſius. Nec fronte labra prolui caballino, extrema uero collabia anguli ſunt in quibus labium ſuperius, & inferius coniunguntur. Animaduerte quod ſecundam diſpoſitionem ad ſues retulit. Nam ut Plinius libro octauo inquit. Sus inter animalia multigena eſt, nam numerus fœcunditatis uſque ad uigenos eſt. Tertiam uero diſpoſitionem ad aſinos retulit, nã ut Plinius eodem libro inquit. Proprium aſinis tradũt eſſe fatuum, e quo nomen habuit. Hæc de concluſionibus ſufficiant.

Caplt. 51.
Caplt. 43

De naſo.

*Quicunque naſi ſymmum craſſum habent, ſegnes: referuntur ad boues. Qui uero naſi imum e ſummo craſſum habent, inſenſitiui, referuntur ad ſues. Qui uero naſi imum acutum habent, ſeuæ iræ ſunt, referuntur ad canes. Qui naſum rotundum habent, eorum quidem qui imum obtuſum, magnanimi, referuntur ad leones. Qui uero naſi imum gracile habent, auiculares. Quibus incuruus a fronte ducitur inuerecundi ſunt, referuntur ad coruos. Qui curuum habent, & in fronte dearticulatum, magnanimi, referuntur ad aquilas. Qui naſum concauum habent, & quæ ſunt ante frontẽ rotunda, circunferentiam autem ſuperius erectam, libidinoſi: referuntur ad gallos. Qui ſymmum habent, libidinoſi, referũtur ad ceruos. Quibus uero nares ſunt aperte, iracundi: referũtur ad paſſionem, quæ fit in ira.*































Anteq̃ cõcluſiones de naſo afferant̃, aĩaduertẽdũ, q̃ naſus grece, ῥίς dicit̃, eſt rhis hoc eſt naſus hiſt. prio pars faciei, q̃ meatũ p̄bet ſpiritui factus, ut aerẽ ꝑ ipſum et reddamus, & accipiamus, ut. ſ. cor & pulmo refrigerent̃. Incipit aũt ipſe a glabra, ſiue glabella, eſt aũt glabra, ſiue glabella interſtitiũ inter ſupcilia cõſtitutũ, qđ ſine pilis eſſe ſolet, ut Martianus capella tradit libro. i. & Plautus in aulularia. habet aũt naſus ſummũ & imũ, & medium inter hæc. Sũmũ eſt circa glabellã, glabelleq̃ cõterminũ, imũ ubi naſus delatior in nares ſe fundit. Suetonius. xii. de. xii. cęſaribus, cũ de augmẽto loquit̃. Mediocres aures naſum a ſummo eminentiorẽ ab ĩmo deductiorẽ, nares uero ſunt naſi latiores partes, ubi reſpirandi foramina uident̃. Virgilius ĩ georgicis, Collectũq̃ p̄mẽs uoluit ſub narib⁹ ignẽ. Ariſto. primo hiſt. Tum etiã ſpm̃ trahi in pectus, & inde reddi neceſſe eſt, qđ fieri nõ põt niſi naribus ſpirem⁹. Ariſto. ergo naſi phyſiognomias affert, et cõſiderat, imũ ſummũ, mediũ, totius formam, ac figuram, & eius nares, cõſiderãdo ergo naſi imũ, ponit primã cõcluſionem, & inq̃t. Quicunq; naſi imũ craſſum hñt, eo mõ, uidelicet. quo boues, hi ſunt ſegnes. ꝓbatur, qm̃ referuntur ad boues. Eſt. n. bobus ſegnities ꝓpria Plinius lib. viij. Secundã ponit, & inq̃t. Qui uero naſi imũ e ſummo craſſum hñt eo mõ quo ſus naſum hẽt inſenſitiui hoc eſt inſipientes, ꝓbat̃, quia referuntur ad ſues, quarũ ꝓpriũ eſt inſipiẽtia. uñ & in ꝓuerbio dr̃, ſus in palladẽ, qđ nõ ob aliud apud græcos ꝓuerbiũ fuit niſi, ꝓp̄ iuſipiẽtiã ſuis. Tertiã ponit, & inq̃t. Qui uero naſi imũ acutũ hñt, ſeuæ iræ ſunt, referunt̃ ad canes, quorũ, ꝓpria eſt ira. Plinius lib. viij. hęc de naſi ĩmo, de toto uero naſo inquit. Qui naſum rotũdũ hñt, multifariam ſunt, eorũ qdẽ, q imum obtuſum hñt eo mõ, quo leones, quorũ naſus tot⁹ eſt rotũdus, & eius imũ obtuſum, hi ſunt magnanimi, cuius rõnẽ affert, q̃a referunt̃ ad leones, quorũ ꝓpria eſt magnanimitas, eorũ uero, q naſi imũ gracile hñt eo mõ quo aues, quarũ naſus eſt rotũd⁹, & eius imũ gracile, hi ſunt auiculares, ut leues, mobiles, & inſtabiles, & libidinoſi. patet, q̃a referunt̃ ad aues. Deinde ponit aliã & inquit. Quibus naſus eſt rotũdus, & a fronte ꝓpe glabellã eſt curuus eo mõ quo naſus coruorũ, ij ſunt impudẽtes, ꝓbat, q̃a referunt̃ ad coruos, quorũ ꝓpria eſt impudẽtia, ut Plini⁹ lib. x. Sua. n. temeraria impudẽtia multa intelligendo romanis enũtiauit. Ponit aliã, et inq̃t. Qui naſum rotũdũ & curuũ habent circa mediũ, in fronte uero dearticulatũ, ij ſunt magnanimi. ꝓbat, quia referunt̃ ad aq̃las, naſus. n. aq̃le uerſus ſummũ eſt æqualis, & bñ fortunatus, uerſus uero mediũ eſt curuus, & aq̃le ꝓpriũ eſt magnanimitas ut ſcribit Plini⁹ lib. x. Aliã ponit et inq̃t. Qui naſum cõcauũ hñt iuxta glabellã, & rotũdũ rotũditate ꝑſpicua & ſupeminente. Circũferentiã aũt atq; curuitatẽ ſuperi⁹ erectã, eo mõ quo eſt gallorũ naſus, ij ſunt libidinoſi, ꝓbatur, q̃a referunt̃ ad gallos, uñ ꝓuerbio fert̃ de uenereis, & libidinoſis gallos eẽ indiacos, nã illos ſumme libidinoſos tradit uetuſtas. Aliã ponit, & inq̃t. Qui ſymmũ hñt, hoc ẽ naribus depſſum, ſymmo. n. cõtrari⁹ eſt ſilus, ij ſunt libidinoſi, ꝓbatur, q̃a referunt̃ ad ceruos. Cerui. n. tp̄e coitus inſani reddũtur, ut Ariſt. & Plinius narrãt. Vltimã & nonam ponit, & inq̃t. Quib⁹ uero nares ſunt ap̄te, ij ſunt iracundi, referunt̃, ut inq̃t, ad paſſionẽ, q̃ fit in ira, qui enim iraſcitur

Capit. 40.

Capit. 41

Capitu. 3.



iraſcitur, nares aperit, & dilatat, ut calor præconceptus euentetur. Hæ ſunt nouem concluſiones.

De facie

*Qui faciem carnoſam habent, pigri, referuntur ad boues. Qui faciem macilentã habẽt, ſolliciti, qui uero carnoſam, timidi, referuntur ad aſinos, & ad ceruos. Qui paruum tergus habent, puſillanimi, referuntur ad elurum: & ad ſymiam. Quibus facies magna, tardi, referuntur ad aſinos, & ad boues. Quoniam autem neq; paruam, neque magnam oportet eſſe, medius habitus utiq; erit cõueniẽs. Quibus aũt facies uidetur parumapparens, illiberales, referuntur ad ſuperapparentiam.*

Tergus faciem.

μιχϱοπϱεπές. parũapparens paruifica.



















Nũc de facie, ponit ſex cõcluſiões, ꝓ quarũ ĩtellectu aĩaduerte, q̃ facies gręce πρόσωπον dicit̃. Facies aũt in hoc a uultu diſcrepat, nã uultus uolũtas eſt, q̃ ꝓ motu animi facie oſtẽdit̃, facies uero oris ſpẽs. Saluſtius in Cathelinario. Prorſus ĩ facie, uultuq; uecordia inerat. Lucanus lib. ij. Vultus, ut facies iners cit⁹ morbus uenenũ. Noni⁹, Vultus uoluntatis indiciũ, q ꝓ uolũtatis uarietate mutat̃. Virgilius ſpem uultu ſimulat. Qđ aũt facies ſit oris ſpẽs, lege Ariſt. primo hiſto. Faciẽ partẽ eã noĩamus dũtaxat in hoĩe, q̃ caluæ ſubiecta eſt. nã piſcis, aut bouis faciem dicere non ſolemus. Quo uero ad cõcluſiones attinet, Aĩaduerte macilẽtã faciẽ eſſe ſignũ curioſitatis, atq; ſollicitudinis, qđ Ariſt. nõ ꝓbauit, qm̃ ſupponit eſſe diſpõnem hãc ad cõtrariũ referendã. Pręterea cũ inq̃t. Qui paruũ tergũ hñt ſunt puſillanimi, ꝑ tergũ faciei ſupficiẽ faciei poſteriorẽ intelligit ſupra, qua ponunt̃ aures & circunferentia barbæ. Hæc. n. cũ fuerit parua, index eſt puſillanimitatis, qm̃ diſpõ hæc ad elurum, ſiue felẽ, & ad ſymiã refert̃. eſt enim elurus ſpẽs felis. Cũ uero ait parũapparens græce dr̃ μιχϱοπϱεπής, πρέπεια. n. apparẽtia eſt, & iõ q faciẽ habet parũ apparentem eſt, illiberalis, & refert hoc ad ſuperapparentiam, nam qui nõ dat, cum nõ dare uult, aut cum dare negat, faciem paruificat, & contrahit.

De oculis

*Quibus aũt quod ab oculis eſt, ueluti ueſſiculæ dependent, amatores uini ſunt, referuntur ad paſſionẽ. Adhuc. n. uehemẽter cadẽtibus, quæ ante oculos ſunt, ueluti ueſſiculæ eminent, amatores ſomni, referuntur ad paſſionẽ. Adhuc quibus ex ſomno ſurgentibus dependent quæ ſunt in oculis, qui oculos paruos habent, puſillanimi, referuntur ad ſuperapparentiam, & ad ſymiam. Qui uero magnos habent, oculos, pigri, referũtur ad boues, igitur benenatum oportet neq; paruos, neq; magnos habere oculos. Qui uero concauos, habent, malefici, referuntur ad ſymiam. Quicunq; oculos eminentes habent, fatui referuntur & ad ſupapparentiam, & ad aſinos, quoniam autem neq; eminentium oculorum, neq; concauorum oportet eſſe, medius utiq; habitus præſtabit. Quibuſcunq; autem oculi parũ concaui ſunt: ij magnanimi referuntur ad leones. Quibus uero in plus, manſueti, referuntur ad boues.*



























De oculis nouẽ affert concluſiones,tres qdẽ ex lippitudinibus q̃ ab oculis,exeũt,& ſex ex figura oculorũ. Verũ aĩaduerte ꝙ oculus ὀφθαλμός græce dr̃,cõtinent̃ uero oculi intra genas,dicti quaſi occulti,iacẽt.n.ſub cilijs & genis. Ariſt. prio hiſt. Oculi his ſubiacẽt duo l'imo.ſ naturę officio,quorũ partes ſuperius,inferiuſue regẽtes palpebrę appellant̃. Pilos,q extremo palpebrarũ ambitui adherent ciliũ nõiamus,humor oculi interior,quo uidemus,pupilla eſt,qđ eã ambit,nigrũ dr̃,qđ poſtremo nigrũ circũdat, candidũ ſiue albugo. Pars cõis ſupioris inferioriſq; palpebræ angulus eſt quẽ duplicẽ uterq; oculus habet,alterum iuxta naſum,alterum iuxta timpora. Quo uero ad phyſiognomiã attinet,aĩaduerte,ꝙ phyſiologi ꝑ oculos multifariã aĩe mores nati ſunt,qa aut ab exeũtib⁹,aut ab eorũ ſubſtantia,aut ab eorũ colorib⁹,aut a figura,aut a põne, aut a motu aut ab eo,qđ in eis cõtinet̃,Ariſt.tñ bifariã ꝑ oculos phyſiognomiçat,qm̃ ab exeuntibus, & a figura. Præterea. Aĩaduerte ꝙ nõnũq̃ ab oculis exit nõ nihil,ueluti ueſſiculæ,q̃ græce cyſtes dñr,aliqñ lippitudines appellant̃.hę cadere pñt aut ꝑꝑ cerebri debilitatem,aut ꝑꝑ humoris ſupfluitatẽ,ſi ꝑꝑ cerebri debilitatẽ.ſic ſunt ebrij. Vinũ.n.cerebrũ(ut dicũt medici)maxime debilitat,& inde lippæ depẽdent,quare qbus lippe ab oculis defluunt, ijs cerebrũ debile eſt,& ita facile inebriant̃. Sin aũt ꝑꝑ humoris ſupfluitatẽ.lippe cadũt,uel ꝑ ſe,uel qñ ex ſomno ſurgũt,utroq; modo argumẽto nobis ſit,ut hoĩes ſint ſomni amatores. Nã,ut Galenus in techna inquit. Qui cerebrũ hñt humidũ,ij amatores ſomni ſunt, ꝑpterea inqt. Adhuc qbus ex ſomno ſurgẽtibus,depẽdent lippe,q̃ ſunt in oculis,ſubaudi ij ẽt amatores ſomni ſunt,hęc de exiſtẽtibus Ariſt.aſſerit. Attẽde tñ,ꝙ argumẽtũ phyſiognomicũ,ꝙ ab oculis accipit̃.Palemon magnifecit,ex eo, quia, oculi ſunt ueluti animi feneſtrę,Galenus etiã eo libro quẽ de craſi inſcribit,ait oculos eſſe aut cerebri partes ab eo deciſas,aut ab eo exortas. Cõſtat aũt cerebrũ potiſſimũ eſſe in moribus,eſt.n.unũ inter principalia membra, qđ eſt ſenſum atq̃ motuũ principiũ,hæc ex exeuntib⁹. De figura etiã oculorũ ſex cõcluſiones ponit. Verũ circa ſextã & nonã aĩaduerte ꝙ oculi eminẽtes,ſunt q ſimpl'r extrinſecus eminẽt,ut aſinorũ oculi,& iſti ĩdices ſunt fatuitatis q̃ eſt ꝓprietas aſini. Oculi uero parũ plus eminẽtes, ſunt oculi bouũ,q ſimpl'r extrinſecus nõ eminẽt,ſed hñt plus de eminẽtia q̃ de cõcauitate,& iſti indices ſunt mãſuetudinis,q̃ eſt bouis proprietas, Aĩaduerte philoſophos nõ eodẽ differere de oculorũ figura. Nã qdã oculorũ figurã reduxerũt ad uirtutẽ generatiuã,alij ad elemẽtarias qualitates. Democrit⁹ abderita oculos magnos oriri aſſerit ꝑꝑ humiditatẽ,q̃ cã eſt amplificationis. Herophilus ꝑꝑ ignẽ & calorẽ,calidi.n.eſt amplificare. Præterea Democritus oculũ paruũ eſſe ait,ꝑꝑ frigiditatem coartantem, alij ꝑꝑ ſiccitatem cõprimentem. Adhuc Democritus oculos eminere dicit ob humiditatem,alij ob caliditatem. Galenus hæc ad uirtutẽ formatiuam reducit,q̃ in ſemine a parentibus deducit̃,ꝑꝑ hanc cãm magnũ oculum Galenus ueluti magnũ caput,laudat mõ ſit debitę cõſtitutus figura,ſitu,longitudine,& uirtute. Sic.n.ex materię abundantia exorit̃,& ex uirtutis formatiuę bonitate,cũ uero ſitu, eminẽtia,cõtorſiõe,ſtraboſitate fuerit cõſtitutus,magnũ oculum non laudauit, paruũ etiã nõ uituperat, modo ſit bene cõſtitutus in omnibus. Ariſto.laudauit medium in omnibus,uerum de his ad medicos.

De fronte

*Qui frontem paruã habent,indiſciplinabiles referuntur ad ſues. Qui uero ualde magnam habent,tardi referuntur ad boues. Qui rotundam habent,inſenſati,referũtur ad aſinos. Qui autẽ aliquanto minus planam habent,ſagaces, referuntur ad canes. Qui uero quadrangulum commenſuratum fronti habẽt magnanimi,referuntur ad leones. Qui uero collectam habent adulatores,referuntur ad paſſionem,quæ fit. Videbit.n. utiq; quiſpiam in canibus,q, canes quando blandiuntur, collectam habent frontem. Qui uero nebuloſam habent,audaces,referuntur ad taurum & ad leonem,quoniam igitur nebuloſus habitus audaciam ſignificat. Collectus uero adulationẽ habitus utique inter hos medius,decentius ſe habet. Qui triſtem frontẽ habent meſti,referuntur ad paſſionem,quoniam meſti triſtis frõtis ſunt. Qui autem demiſſam,lementabundi,referũtur ad paſſionem,quoniam lugentes demiſſe frontis ſunt.*

Corrupte legitur in græco uerbũ ſagaces συνεφὲς Collectam Nebuloſã Trãquillã




De fronte iterum nouẽ concluſiones affert. Verũ añq̃ de his aliqd differatur,quid ſit frõs dicamus. Frõs itaq; græce μέτωπον, dicta qdẽ(auctore Varrone)frons ab oculorũ foratu,hæc qdẽ a dextra,& ſiniſtra,timporibus.a ſuperioris,capillorũ radice,ab ĩferiori uero ꝑte, ſupcilijs terminata eſt. Ariſt.hiſt.prio.pars faciei frõs.q̃ ſub ſincipite poſita,inter idipſum,& oculos eſt. Quo uero ad concluſionum



concluſionũ uerba attinet,aĩaduerte collectã frontẽ eſſe idẽ quod tenſa,uel tranquilla frons. Tranquillus.n. eſt aer, cum non agitatu uentorum huc illuc mouet̃,nebuloſa uero frons,eſt,quę admodum nubiũ huc illuc mouet̃. collecta hoc eſt tenſa,ergo adulationis index eſt. Patet.n.hoc ex paſſione,nam cũ blãdimur,tranquillam frontẽ,& collectam habemus,idem ex canibus patet,qui cum blãdiũtur.collectam frontẽ habent. Nebuloſa uero frons & turbida index eſt audaciæ,patet hoc ex tauris, & leonibus, qui cum audent,frontẽ turbant. Amplius triſtis frons eſt corrugata frons,hęc index eſt meſtitiæ. Qui.n meſtus eſt frontẽ corrugat. Demiſſa uero frons,eſt obſcura,qualis illa flentis. Contra uero,clara eſt frons hilaris,hæc de concluſionibus. Animaduerte totũ hũc textum in codicibus græcis,qui apud me ſunt,eſſe corruptum,& ideo cum legiſſem multos codices,uerba Ariſt.ita uiſa ſunt mihi,ꝙ ſi alicui alteri aliter,& quidem melius,uideretur, eius laborem non recuſarem.

De capite

*Qui caput magnũ habent,ſenſati,referuntur ad canes. Qui uero paruum,inſenſati,referuntur ad aſinos. Qui capita acuta habent,inuerecundi:referũtur ad habentes ungues curuos.*




De capite ponit tres concluſiones,uerũ anteq̃ afferantur aĩaduerte ꝙ caput græce κεφαλὴ dicitur. Eſt autẽ caput,ut placet Ariſto.hiſto.primo,id totum,qđ collo ſuſtentatur,capitis autẽ pars,quæ capillis intecta eſt,calua appellat̃. Martialis.iij. P ſiltro faciemq; leuas & dropace caluã. cui⁹ pars prior ſinciput nouiſſimæ cõſiſtere ſolita. Iuuenalis. Comedam ego flebile nati ſinciput elexi. Perſius quo uſq; tendat gñali quadam diuiſione declarat dicẽs. Mihi feſta luce coquat̃ urtica & fiſſa famoſum ſinciput aure. Inquit Ariſto. Oĩum.n.oſſium corporis ultimũ id concreſcit,& induratur. Poſterior occiput eſt. Perſius, Occipiti cęco poſtice occurrite ſanne. Solet etiã dici occipitium,ut Plautus in aulularia,quæ in occipitio quoq; habet oculos peſſima. Media inter ſinciput & occiput,uertex. Iuuenalis. Tot res ĩpoſitas capiti, quas recto uertice portat. Et ibidẽ Ariſto.uerticẽ caluæ mediũ diſcrimẽ, & æquamentũ capillorũ uocamus,qđ nõnullis geminũ eſt. Sunt.n.q facti a natura biuertices ſint. uerũ nõ oſſe, ſed capillis æquamẽto. His expoſitis.ponit cõcluſiones,primã quidẽ,cũ inquit. Qui caput magnũ hñt:ſenſati: & ꝑ magnũ caput,ĩtelligit nõ magnitudine oſſium,& carnis ſed magnitudine cõtentorum,& ꝑterea intelligit mõ ſit bñ cõſtitutũ. Pomiliões.n.capita magna hñt,& ſunt male ſenſati,qm̃ nõ bñ cõſtituta illa hñt. Et ꝑ ſenſatos,ſagaces intelligit,& refert hoc ad canes,nõ quidẽ ad oẽs ſed ad ſagaces,q ueſtigiarij dñr,ꝙ feras ueſtigijs inueniant. Põt etiam hoc referri ad cãm naturalẽ,qm̃ cũ caput fuerit magnũ,cerebrum erit magnũ,& cũ cerebrũ ſit omniũ ſenſuum principiũ,caput,ſi magnũ ſit,erit multi ſenſus. Secundã ponit,& inquit, Qui uero paruũ hñt,ſed inſenſati,probatur,qa referunt̃ ad aſinos,quorũ caput eſt paruum paruitate contẽtorũ. Tertiã ponit,& inqt. Qui capita acuta hñt eo mõ, quo corui,& cornices, ſunt inuerecundi,probat̃,qa referunt̃ ad aues q̃ curuos ungues hñt q̃ etiã acuta capita hñt,ut corui & cornices,& id genus. Aĩaduerte ꝙ phyſiologi cõſiderantes caput,tria potiſſimũ inſpexerunt,magnitudinẽ,figuram,& diſpõnem. De magnitudine itaq; dixerunt quemadmodum de pectoris magnitudine,ut.n.pectus paruũ malum eſt,ita quoq; caput paruũ,pectus aũt paruũ iõ malũ eſt qa pulmonis,et cordis domiciliũ eſt. Hæc enim mẽbra quũ dilatantur,& conſtringunt̃.loci aptitudine indigẽt. Cũ n.pectus paruũ fuerit,cor moueri nõ põt,ut decet,& ita calor naturalis ſuffocat̃,debiliſq; reddit̃. Hinc indigeſtio emergit,ex indigeſtione uero ſupfluitates,q̃ delatę ad cor,& ad pulmonem,peripleumoniã,& alios morbos generant, reddũtq; uniuerſum corpus debile. Eadem rõne & paruum caput uituperat̃,& magnũ laudatur, maxime ſi magnũ caput cum bona diſpoſitione fuerit,de qua poſtea. Cum.n.caput magnũ fuerit,aptũ redditur uirtutibus ſenſitiuis, & motiuis,a magnitudine etiam capitis oculi parui fiunt,& bñuidentes,eſt.n.cerebrũ aĩalis ſpiritus receptaculum,& propterea oculi,& potiſſimum pupilla redditur parua,& ita fortis ad recipiendũ radiũ uiſualẽ. Signũ aũt,qa cũ uidere bñ enitimur,oculos claudimus,& pupillas cõſtringimus,hæc de magnitudine. De figura uero dixit Galenus optimi capitis figurã eſſe,quæ uergit ad rotunditatẽ, ex utraq; parte leniter præſſam,nec ab rõne quidẽ,nã rotundum,ut geometre dicunt,eſt capaciſſimum. Poteſt.n. caput octo modis, in figura ſe habere, ꝑꝑ quatuor eius partes,q̃ ſunt ſinciput,et occiput,et duo timpora,dextrũ & ſiniſtrũ. Iuxta ergo timpora quadrifariam caput inueniri põt,qm̃ uel utraq; timpora creuerũt ſuperfluo tumore,uel defecerunt ualde,uel dextrũ creuit,& ſiniſtrũ defecit,uel cõtra. Iuxta uero ſinciput & occiput etiã quatuor modis ſe hẽre põt,qm̃ uel hæc ambo creuerunt,uel hæc ambo defecerunt,uel occiput defecit,& ſinciput creuit, uel contra,& ſic his octo modis caput uituperatur in figura,quare bona capitis figura eſt,ut ſinciput & occiput uergant ad rotundũ,& ſit a timporibus leuiter preſſum. Ex his ſequit̃ quid ſit caput bñ diſpoſitũ,eſt.n.caput bñ diſpoſitũ,qđ cõgregat bonã magnitudinẽ,& bonã figurã. Huius ſigna Galenus in techna aſſignauit. Hinc tollit̃ inter dicta Ariſtotelis controuerſia,nã in libro problematum laudauit caput paruũ, qđ iõ laudauit,quia ꝑ paruũ intellexit,paruitate continentiũ,q̃ tñ ſunt magna magnitudine cõtentorum hic uero laudat magnũ magnitudine contentorum,aſinorum.n.capita magna ſunt oſſiũ et carnis magnitudine. Canum uero cerebri,& ideo laudat canum caput,aſinorum uituperat. Hæc de capite.

particu. 30 Capitu. 3.

De auribus

*Qui aures paruas habẽt,ſymiales. Qui uero magnas, aſinini. uidebit autem utique quis & canum optimos moderatas aures habere.*




Nunc de auribus,uerũ anteq̃ ad concluſiones ueniã,

dicamus φ auris grece dicitur οὖς,eſt autem auris capitis pars,qua audim⁹,ita ut nulla ſpiratio deſideretur , erat.n. Alcmeõ,q capras p aures ſpirare credebat,auris pars exterior, cui auricule nomẽ ẽ,gte cõſtat ſuperiore pinna,in feriore.fibra,tota aũt ipſa ex chartilagine,carneq; cõſtituta ẽ.At pars iterior forma,anfractui cochleę ſiſis deſinit in os,qđ auriculã plane imitaĩ,in qđ quaſi nouiſſimũ uaſculum ſtrepitus deuenit. Ariſto.pterea hiſt. primo . Auriũ talẽ ponit diuiſionẽ,& phyſiognomoniã,ut aliæ ſint lenes,alię,piloſę,alię iter has mediæ.Itẽ aliæ maiores,alie parue,alie mediocres,& aut nimiũ,aut parũ,aut mediocriter arrectę,notam morũ optimorũ hñt,q̃ mediocres, atq magnæ arectæq; ultra modũ ſtultitiæ indices ſunt, aut loquacitatis. Aures bonæ ac optimorũ morũ ĩdices ut Loxus inqt,ſemicirculares ſunt,cõnexa linea ĩ medio, aliqua ex parte cõpreſſa uerſus centrũ,magnitudine mediocres,capita decẽter adherẽtes,mediocriter piloſæ , ſic enim ſignificãt uirtutẽ ſeminalẽ,q̃ eas formauit,fuiſſe pollentem,& optimã,q̃ ſi fuit bona,cætera moderate cõfecit His declaratis,ponit duas concluſiones,quarũ pria eſt,q aures paruas hñt,ſunt ſymiales,hoc eſt malorũ morũ,ut ſtolidi,fures,& libidinoſi,pbaĩ,quia referunĩ ad ſymias.Secunda uero eſt,q aures magnas hñt ſunt aſinini, hoc eſt inſipientes,pbatur,quia referunĩ ad aſinos . Hinc ſequiĩ aures medias eſſe indices bonorũ morũ,& hoc inquit. Videbit aũt utiq; quiſpiam & canũ optimos magnitudine,figura,& diſpoſitione mediocres aures habere, ut Loxus probauit.Hæc de auribus.

De colore totius, *Qui ualde nigri , timidi referuntur ad egyptios æthiopes. Qui autem albi ualde,timidi, referũtur ad mulieres. Color autem, qui confert ad fortitudinem, medius horum opus eſt ut ſit, Qui flaui ſunt, animoſi ſunt, referuntur ad leones . Qui ualde rubei ſunt, aſtuti ſunt referũtur ad uulpes. Qui uero pallidi, atq; colore turbati, timidi, referuntur ad paſſionem , quæ eſt ex timore. Qui autem ſunt mellei coloris , infrigidati ſunt, frigida autẽ difficulter mobilia: difficulter autem exiſtẽtibus mobilibus his. quæ ſunt ſecundum corpus , erunt utiq; tardi. Quibus color ruber eſt, acuti, quoniam omnia quæ ſunt ſecundum corpus, motu calefacta, erubeſcunt . Quibus uero color flammeus, maniaci, quia ea ſecundum corpus ualde calefacta, flammeum colorem habent. Qui autem a ſummũ calefacti ſunt maniaci utique ſunt.*

























Hactenus Ariſtote. phyſiognomiçauit p particulares diſpoſitiones corporis , quæ ex particularibus membris colliguntur,nunc uero per uniuerſales diſpoſitiones , ut per colorem,piloſitatem,uocẽ & id genus,& primo quidem per colores,tanquam primo nobis occurrentes. Verum antequam ad concluſiones ueniamus, de coloribus quædam communia tranſigamus.De coloribus igiĩ omnes conueniunt duos eſſe extremos album & nigrum,cæteros uero præter hos medios eſſe omnes,& finitos,albũ quidem & nigrum extremi ſunt,quoniam reſpectu uiſus alter in extremo diſgregat,alter congregat,cæteri diſgregant,& congregant magis atq; minus pro ratione propinquitatis ad hos ſecundum magis & minus.De numero uero medici colores enumerant per craſum hoc eſt cõplexionum,ut uerbis eorum utar,numero. Aſtronomi uero non una ratione,nam alĳ pro numero planetarum,alĳ pro numero regionum & climatũ,ut Maternus autumat. At Ariſto.libro de ſenſu & ſenſibili pro numero proportionum,quæ ſenſibiliter contingere poſſunt ex miſtione albi & nigri,Verum de his ad librum de ſenſu & ſenſato.

His ſuppoſitis,primam concluſionem ponit,et inquit. Qui ualde nigri,timidi,probat, quia referuntur ad ægyptios æthiopes. Medici uero cauſam præbent , quia tales ſunt melancholici, quorum proprietas eſt timiditas. Secundam ponit,& inquit. Qui uero albi ualde,etiam timidi probat,& inquit. Referuntur ad mulieres . medici uero probant ex eo,ga ſunt flegmatici,atq frigidi,quorũ affectio peculiaris eſt timor. Ex his concludit,qs color cõueniat fortitudini,& inqt,Color aũt q confert ad fortitudinem,medius horũ opus eſt,ut ſit , quoniam fortitudo eſt uirtus media audaciæ & timoris. Sed dices albũ non facit ad audaciã,& ita licet nigrum faciat ad timorẽ,cũ album non faciat ad audaciã,non uidetur φ fortitudini cõueniat color medius,dicendũ φ color medi⁹cõuenit fortitudini,nõ ga extremi conueniãt extremis fortitudinis, ſed ga medius color recedit ab albo & nigro,q̃ cõueniũt timori,qđ eſt alterũ fortitudinis extremũ , recedere uero ab altero fortitudinis extremo eſt accedere ad mediũ in quo fortitudo cõſiſtit.Deinde ponit tertiã cõcluſionem & inqt. Qui flaui ſunt,aĩoſi ſunt ,pbat,ga referunĩ ad leones,q ſunt aurei flaui,atq arenoſi.Deinde ponit quartã, & inqt. Qui ualde rubei ſunt,aſtuti ſunt,pbat,ga referuntur ad uulpes,quibus Philoſophi dant aſtutiã. Aĩaduerte non ſolum uulpem,ſed etiã cætera animalia rubea arenoſa eſſe

nosa eſſe



noſa eſſe aſtuta,ut ſunt lepus,caprea,ceruus,aper,lupus, & id genus.in his.n.cum uenati ſumus ipſa,magnas aſtutias obſeruauimus.Eſopus tñ in apologis ſemper uulpi p̃buit aſtutiã.Deinde ponit quintã concluſionẽ, & inquit Qui uero pallidi,atq; colore turbati ſunt,ita ut peccię in corpis ſupficie ueluti nubes cernantur,hi ſunt timidi,probat,quia referuntur ad paſſionem,quæ fit ex timore Loxus phyſiognomon exptiſſimus loquẽs de colore pallido,aſſerit ſe unq uirum pallidũ uidiſſe,qui nõ eſſet uitioſus,& malignus.unde Plutarchus in uita Cęſaris,inquit. Brutus Cæſari pterea ſuſpectus habebaĩ,idcirco ad amicos olim dixiſſe fertur , quidnam Craſſium uelle putatis. Haud.n.mihi magnopere placet is magnopere pallidus. Rurſus delata ad ſe de Antonio,& Dolobella calũnia φ res agnouerat,nõ hos inquit pingues crinitoſq pertimeſco,uerũ pallentes magis atq; macilentos illos Brutũ, uidelicet,& Caſſium , per q̃ daĩ intelligi nullũ eſſe hoĩem pallidũ ſine uitiorũ atq; malignitatis cumulo. Aĩaduerte pallidũ peccatũ eſſe timidum,qm̃ arguit miſturam flegmaticam,& melancholicã.Ariſt.tñ retulit ad paſſionem, quæ fit in timore,nã timore in aĩa facto corpus palleſcit cum peccĳs,& hæc rõ ſufficit phyſiognomiçanti.Rationes uero,q̃ dantur per cauſas naturales,tranſcendũt phyſiognomicam facultatem.attinent.n.ad ſuperiorem ſubalternantemq; ſcientiã,Deinde ponit ſextã,q̃ eſt,φ hoĩes colore mellis colorati,in actionibus ſint tardi,pbat,quia iſti ſunt frigidi,ſupponit.n.mellinũ colorẽ proficiſci a natura frigida,quæ nunc cõmittamus.Frigidi aũt ſunt immobiles,& tardi.unde inquit.Qui aũt ſunt mellei coloris,ſunt uia aduſtionis infrigidati,frigida aũt ſunt difficulter mobilia,difficulter aũt exiſtentibus mobilibus his ſpiritibus & humoribus,qui ſunt ſm corpus,motus qui ſunt ſm aĩam erunt tardi,ergo recte dictũ eſt,hoĩes quorũ color melleus eſt,in actionibus eſſe tardos.Deinde ponit ſeptimã concluſionem,& inquit.Quibus color ruber eſt,ĳ ſunt acuti,qm̃ rubedo fit a motu calefaciẽte,ubi uero motus calefaciẽs eſt,ibi eſt ſpirituũ ſubtilitas,& ſic ſunt acuti,uñ inqt.Qm̃ oĩa quæ ſunt ſm corpus,ut motus,humores & ſpiritibus in talibus,motu calefacta , rubeſcunt in corpore,& ita rubedo erit a poſteriori ſignũ caliditatis ſpirituũ,& p cõſequẽs ſubtilitatis.Deinde ponit octauã, & inqt,Quibus uero color ita ruber eſt,ut ſit flãmeus , ĳ ſunt maniaci,ac rabioſi,pbat,ga quæ flãmeũ colorẽ habent,habent oĩa,quæ in corpore ſunt,ualde calefacta,& ſic uia aduſtionis rabioſi uñr,& hoc ſupplet.Qui autem ad ſummũ calefacti ſunt,maniaci ita q; ſunt.Quare ualde flãmei maniaci ſunt.Eſt ergo diſcurſus,q flammeũ habẽt colorẽ,ualde calefacti ſunt uia aduſtionis,ualde calefacti ſunt maniaci,ergo qui flammei ſunt,maniaci ſunt. Dixit Loxus experiẽtia ſe obſeruaſſe hoĩem,cuius naſus & ma-
De epatico colore xille epatico colore rubent,eſſe oĩ uitio horrẽdo affectũ, ut libidine,uinolentia,crudelitate,& cęteris id genus repletum.Hæc de coloribus generatim ſufficiant.

De pectoris colore *Quibus uero,circa pectus ſuperflammeus eſt color , malæ iræ ſunt,referuntur ad paſſionem.Iratis enim, ſuperinflãmantur, quæ circa pectus.*




Nunc particulatim per colorẽ pectoris docet phyſiognomiçare.Et ponit hanc concluſionem. Quibus pect⁹, & q̃ circa pect⁹ ſupflãmeo colore affecta ſunt,ĳ ſunt male irę,pbat,quia referuntur ad paſſionem, iratis.n.ſuperinflammantur, quæ ſunt circa pectus, & notanter de pectore dixit, quoniam pectus eſt cordis, & pulmonis tectum,e quibus potiſſimum ira proficiſcitur.

*Quibus autem uenæ, quæ circa collum & timpora ſunt, amplæ ſunt,ĳ malæ iræ ſunt, referuntur ad paſſionem , quia iratis,hæc accidunt.* De colore colli & timporum




Vene circa collũ a lateribus fragitides nũcupanĩ, circa timpora uero,uenę dicantur timporũ,quibus ergo hæ utreq; amplæ,& turgidæ ſunt natura,ĳ malæ iræ ſunt,pbat ga referuntur ad paſſionem,ga iratis, hæc accidũt,uidelicet,uenarum taliũ tumores. Obſeruaui in muliere uenas colli ualde tumidas,& eã eſſe peſſimæ ac pnitioſiſſime iræ uſq adeo ut ubiq homicidiaria haberetur . Animaduerte diſpoſitionem hanc uenarum ad colores eſſe reductam,quia ex ſanguine illo uene colorantur.

*Quibus facies ſuperubeſcens eſt,uerecũdi ſunt, referuntur ad paſſionem,quia uerecundatis ſupererubeſcit facies . Quibus genæ ſupererubeſcunt,uini amatores ſunt , referuntur ad paſſionem,quia inebriatis ſupererubeſcunt genæ.* De faciei colore







De colore faciei Ariſto.duas ponit concluſiones,alterã de uniuerſa facie,alterã de maxillis,ſiue genis,quę trãſlatione patent.Alexander uero Aphrodiſius , addit duas alias ſatis pulchras.Primam quidẽ.quibus facies pallida eſt,ĳ ſunt natura timidi,refert ad cãm,quoniã in his ſanguis ſtat iuxta præcordia ob eorum timorẽ , ueluti cum quis timet hoſtem,intra menia ſtat.Secundam uero.quibus facies natura rubra eſt,ĳ & uerecũdi,& hilares ſunt. uerecũdi quidẽ,ga ſanguis tegendi cã ſuper facie ſemper perfuſus eſt,ueluti ſępe ob pudorem manu faciem tegimus.Hilares uero,ga ſanguis uoluptatibus extrinſecus occurrit,quemadmodum nos ex domicilio amico occurrimus.Loxus,ut ſuperius narrauim⁹,ut Albertus etiam refert,addit quintã cõcluſionẽ ſatis expertã,& inquit.Quibus maxille,& naſus ſuperubeſcunt natura,rubore epatico,ac purpureo,ĳ obſceniſſimis uitĳs ſp ſunt implicati.

*Quibus autem oculi ſupererubeſcunt, ſtupidi ſunt ob iram referuntur ad paſſionem, quia ab ira ſtupidi facti , erubeſcunt oculis. Quibus autem oculi ualde nigri, timidi. Color enim ualde niger timiditatem ſignificare uidetur. Quibus autẽ non ualde nigri, ſed declinant ad flauum colorem, animoſi ſunt. Quibus glauci, aut albi timidi. uidetur enim albus color timiditatem ſignificare. Quibus uero non glauci, ſed charopi , animoſi ſunt, referuntur ad leonem & ad aquilam. Quibus nigri, ſtolidi referuntur ad capras. Quibus ignei, inuerecundi, referuntur ad canes. Qui diſcoloratos oculos atque turbatos habent, timidi, referuntur ad paſſionem, quia qui timent, pallidi ſunt* De oculorum colore οἰνωποὶ Niſi Vinoſi

*colore non æquali. Qui oculos lucentes habent, libidinoſi: referuntur ad gallos, & ad coruos.*




De colore oculorũ nouẽ cõcluſiones affert. Verũ añq̃ de illis qcq̃ agaẽ, aĩaduerte ꝙ in oculo tria ſpectanẽ. Primũ ẽ humor oculi ĩterior, quo uidem⁹, q̃ pupilla dr̃. Secundũ uero ẽ, qđ pupillã ambit, dictũ a Pħis nigrũ. Tertiũ deniq; eſt, qđ poſtremo nigrũ circũdat, candidũ, ſiue albugo appellata. Cãdidũ oculi, ut Ariſt. 1. hiſto. inqt magna ex parte ſiẽ in oĩbus eſt, at qđ nigrũ dr̃, uariat. Qua rõne fit, ut hæ nouẽ cõcluſiones de nigro intelligẽde ſinc ſiqdẽ nigrũ uariat, cãdidũ uero & pupilla in oĩbus ſiẽs ſũt cur uero nigrũ uariet, ĩ libris de aĩalibus cã aſſignat & nõ ſolũ nigrũ uariat in diuerſis hoĩbus, ſed etiã in eodẽ hoĩe ꝑ ætates. Nã ut Ariſt. 5. de gñatio. aĩa. inqt. Oculi oĩum puerorũ ſtatim a partu ceſiuſculi ſunt. Poſtea uero immutanẽ in eã naturã, q̃ futura eſt, qđ in cæteris aĩalibus non euenit manifeſte, qa, ut inquit, cæteris aĩalibus oculi unicolores ſunt, ut bouũ nigri ouium aquini, aliorũ ruffi, toto gñe aut ceſij, nonnullorũ caprini, ut caprarij gñis. At hoĩum oculos uarios uerſicoloreſq; eſſe euenit, qppe cũ alij ceſij, alij flauidi alij nigri, alij caprini alij id genus. Excipit equũ, ut libro ꝓblematũ, & 1. hyſt. uñ. 5. de gñatione aĩaliũ, quã ob rẽ cæterorũ ut nulli ſuo ĩ gñe diſſidẽt, inter ſe, ſic nulli a ſeipſis differunt, qppe qui non pluſq̃ unũ colorẽ habeant ſua natura, equus maxime omniũ cæterorũ aĩaliũ uerſicolor eſt. Aliq. n. ceſij altero oculorũ naſcunẽ, qđ nulli ex cæteris beſtijs euenit manifeſte licet hoĩes nõnulli altero oculoꝝ diuerſo gignãtur. Per q̃ dat intelligere prĩo ꝙ homo ętatẽ mutat oculos. Deinde ꝙ cæterorũ aĩaliũ oculi unicolores ſint hoĩe & equo exceptis. Tertio ꝙ cũ hoĩes oculis euarient, nõ cãdido aut pupilla, ſed nigro euariant. Cã aũt cur homo ſtatim a partu oculos habet ceſios, eſt, qa partes, ut Ariſto. inqt 5. de generatione aĩalium, nuꝑ natorũ imbecilliores ſunt. Ceſeitas aũt imbecillitas eſt. In equis uero & hoĩbus ſolũ oculorũ colores uarij ſunt, qm̃ oculi ab ipſo cerebro exoriũẽ. In hoĩbus aũt & eqs cerebrũ non eiuſdẽ cõplexionis eſt, ut dr̃ia morũ teſtaẽ, ĩ hoĩb⁹. n. & equis maxĩa morũ dr̃ia cernit, in cæteris aũt nulla, aut parua, & iõ cerebrũ in cæteris eiuſdẽ nature ẽ. uerũ de numero colorũ qõ fuit. Ariſto. n. lib. ꝓblematũ tres eſſe oculorũ colores nigrum, caprinũ, & ceſium aſſerit. In primo uero de hiſtoria, ait id, qđ nigrũ dr̃, uariari, nã alijs atrũ, qđ melã græci uocant. alijs admodũ ceſium, qđ glaucõ appellãt, alijs fuluũ, qđ charopõ nũcupaẽ, alijs caprinũ, qđ ægopõ dicũt, aut oenopon. Idẽ & in. 5. de gñatione aĩaliũ, inquit. n. at hoĩum oculos uarios uerſicoloreſq; eẽ euenit, nã alij ceſij, alij fului, alij nigri, alij caprini, q̃ patet Ariſt. in libro ꝓblematũ tres feciſſe oculorũ colores in libro uero de aĩalib⁹ quatuor. Quidã tollẽdo cõtradictionẽ dixerũt tres eſſe colorũ dr̃ias oĩno abiũctos, nigrũ, ceſiũ, & hoꝝ mediũ ąurinũ uel caprinũ, cæteri uero, qa ad hos reducũtur nõ enumeranẽ. Cãm aũt horũ Empedo. & Plato, ut Calcidi⁹ in his cõmẽtarijs ſcribit, q̃ in Tymeo cõfecit, aſſignarũt, ꝙ ceſeitas ex multitudine ignis oculos clarificantis ſit. Nigredo uero ex paucitate ignis, aq̃ uero multitudine, q̃ denigratur ex igneo calore illam calefaciente. Mediũ uero ex horũ medijs. Sed Ariſt. cõtra hos obiecit ex eo, qa uiſoriũ ex aqua ſit, & qa rõni cõſẽtaneũ ẽ, ut ex eo humore ſit color oculi, ex quo ocul⁹ ꝑficiſcit, ergo cã colorũ erit ex aqueis humorib⁹, ex qb⁹ cõſtãt oculi. Sed qm̃ differere de numero colorũ, et de cauſis colorũ ꝑtinet ad altiorẽ facultatẽ, iõ his ꝑtermiſſis, ad cõcl'ones redeo. Eſt ergo pria cõcluſio, qbus oculi ſuperubeſcũt, ſtupidi ac alienabiles ob irã ſunt, & ꝑ oculos, nõ totũ. ſed nigrũ intelligit, nigrũ. n. eſt qđ enarrat, quare qb⁹ nigri oculorũ ſuperubeſcũt, ij adeo iraſcibiles ſunt, ut ob irã ſtupeãt, atq; alienẽẽ. ꝓbat, quia referunẽ ad paſſionẽ, qm̃ facti ſtupidi ob irã, erubeſcũt oculi. Obſeruauimus ẽt nos in q̃plurimis albi oculorũ uenulis ſanguĩe plenis rubeſcere, & extitiſſe ualde iracũdos. De his. n. in ꝓuerbio ferẽ, hñt in oculis ſanguinẽ, qm̃ ſunt iracundi non ferentes iniurias, quanto magis ſi nigrũ ſuperubeſceret? Scđam ponit & inquit. Quibus ãt oculi ualde nigri ſunt, ij ſunt timidi. ꝓbat qa referẽ. ad ꝓprietatẽ ſigni, color. n. ualde niger ex ſua ꝓprietate timiditatem

partiu problem

particu ꝓblema



miditatem ſignificare uidetur. Tertiã ponit etiã, et inquit. Quibus autem non ualde nigri, ſed declinant ad flauũ colorẽ, ij ſunt animoſi, probatur quia referũtur ad decentiã, decet. n. ꝙ recedit ab extremo, ſignificare aĩoſitatem atq; fortitudinem potius, q̃ timiditatem. Quartam ponit, quibus glauci, aut albi, ij ſunt timidi, probat ex proprietate ſigni, uidetur enim albus color timiditatem ſignificare. Præterea probari poteſt aliter, quoniã referuntur ad noctuas, quæ animalia timida ſunt, & oculos glaucos hoc eſt ceſios habent. Quintam ponit, & inquit. Quibus uero non glauci, ſed charopi hoc eſt fului, ij animoſi ſunt, probat, quia referuntur ad leonem & ad aquilam. Sextam ponit, & inquit. Oenopi, ſtolidi ſunt probat, quia referuntur ad capras, & per oenopos aliqui uinoſos, alij nigros expoſuerunt, alij caprinos, ſed quouis modo occurrit quęſtio, quoniam primo de hiſto. dixit caprinos notas eſſe optimorum morum, hic uero aſſerit eſſe notas ſtoliditatis, quidam dixerunt caprinos oculos, quando ſunt moderate magni, moderate humidi, moderate lucidi, eſſe optimorum morũ notas, ſignĩant enim magnanimum, rerum magnarum cupidum, & profectum, quales oculos Alexandrum habuiſſe ferunt. Præterea dicunt hos oculos interdum iracundum & uino deditum, & iactabundum, & gloriæ cupidum, quæ ſupra conditionem noſtram eſſe, ſignificare, tollitur ergo cõtradictio, quòd oculi huiuſmodi per ſe mali ſint, boni uero per accidens, alijs, uidelicet, accedentibus. Septimam ponit, & inquit. Quibus ignei, ij inuerecundi, probat quia referuntur ad canes, quorum oculi lucent, ut ignis, & ſunt inuerecundi. Octauam ponit, & inquit. Qui diſcoloratos oculos ueluti conualeſcẽtes habent, & maculis turbatos, ij ſunt timidi, probatur, quia referuntur ad paſſionem, quia qui timent, oculi eorum pallidi fiunt, & quidem colore non æquali, ſed turbido. ac maculoſo. Rhaſes uero libro ad Almanſorem ſecundo, inquit. Maculæ multæ circa pupillam in oculo apparentes, malum hominem ſignificãt, quòd ſi cum hoc oculus etiam fuerit uarius, erit deterior. Vltimam ponit, et inquit. Qui oculos lucentes hñt, ij ſunt libidinoſi, probatur, quia referuntur ad gallos, & ad coruos, in qbus oculi trãſparent. Hęc de coloribus oculorum.

De partiũ piloſitate

*Qui piloſas habent tibias, uenerei, referuntur ad hircos. Qui uero circa pectus & aluum nimium piloſitatis habent, in eiſdem opinionibus nunquam perſeuerant, referuntur ad aues, quia hæ pectus, & aluum piloſiſſimam habent. Qui pectora ualde lenia habent, aſperi, referuntur ad mulieres, quoniam igitur neque ualde piloſa, neq; lenia eſſe oportet, medius habitus optimus eſt. Qui humeros piloſos habent, nunquam in eiſdem perſeuerant, referuntur ad aues. Qui dorſum ualde piloſum habent, aſperi, referuntur ad feras. Qui uero collum retrorſum piloſum habent, liberales, referuntur ad leones. Qui autem prolixam habent barbã, animoſi, referuntur ad canes. Qui uero ſupercilia coniuncta habent, triſtes ſunt, referuntur in paßionis ſimilitudinem. Qui autem ſupercilia ante naſum diuulſa hñt, extenſa uero uſq; ad timpora, fatui ſunt, referuntur ad ſues. Qui erectos habent capillos in capite, timidi, referuntur ad paßionem. Nam & ijs, qui timidi fiunt, eriguntur. Qui capillos nimis criſpos habent, timidi, referuntur ad æthiopes, quoniam igitur & erecti, & ualde criſpi timiditatem referunt. Qui in extremitatibus erunt criſpi, ad bonum animum ſunt reducendi, referuntur autem & ad leonem. Qui frontis id quod eſt ante caput, eleuatum habent, liberales ſunt, referuntur ad leones. Qui in capite adnatos habẽt crines in frõte iuxta naſum, liberales, referuntur ad ſuperapparẽtiam, quoniam ſeruile eſt, quod apparet.*






De pilis,& capillis nunc Ariſto.agens.14.affert cõcluſiones,quæ trãſlatione perſpicuæ ſunt. Verũ aliqua uerba ſunt exponenda. Per aluũ ergo in ſecunda cõcluſione, uẽtriculum intelligit,in quo cib⁹ deuoratur, qui etiã ſtomach⁹ dicitur. In ſeptima uero ꝑ prolixam barbam, nõ pilos intelligit,ſed mẽtum,ꝙ caro cum oſſe eſt, nã pili in multis oblõgi fieri pñt pro arbitrio. In penultima concluſione cũ inquit. Qui frõtis id,quod eſt ante caput, eleuatum habent,liberales ſunt,quidam per id quod eſt ante caput,intellexerũt capillos frontis,qm̃ quando hi capilli ſunt eleuati,& euerſi,ueluti corona,ſunt ſignũ liberalitatis, alij et quidem uerius intelligunt ſuperiorem frontis partem, quę eſt ante caput,hęc enim cum eleuata eſt,index eſt liberalitatis,ſic enim refertur ad leonem. Vltima cõcluſio eſt,qui in capite adnatos habẽt crines in fronte iuxta naſum,liberales,& per crines intellexerũt quidam pilos ſuperciliorum,alij uerſus capillos,in qbuſdã.n.capilli ueluti crines deſcendunt in fronte iuxta naſum,& tales ſunt liberales, & ad ſeruiẽdũ liberaliter prõpti, probat quia referuntur ad ſuperapparẽtiam,nam ꝙ apparet de crinib⁹ hoc pacto in frõte,eſt ſeruile,hoc eſt ſignum prõptitudinis ad ſeruiẽdũ. Qui.n.libere ſeruit,atq; prõpte,crines flectit deorſum ad naſum. Hęc Ariſto. de piloſitate,& capillis.

De greſſu

*Qui longi ac tardi greſſus eſt, quãquã tarditate moleſtus, perfectiuus tamen eſt,longus enim efficacem tardus cogitabundum. Qui breuis ac tardi,moleſta ſegnitie,nec perfectiuus, breuis.n.ac tardus,inefficacem. Qui longi & celeris,minime moleſtus & perfectius eſt,quoniam celeritas expeditiuum,longitudo uero non inefficacem. Qui breuis & celeris, moleſtus eſt, & non perfectiuus.*




Hic de greſſu loqtur, et poſſunt colligi plures cõcluſiones. Potiſſimę ſunt quatuor. Prima eſt, qbus greſſus tardus lõgus,ij ſunt cõſulti & efficaces,ꝓbat,qa long⁹ greſſus ſignificat efficaciã in agẽdo. Tardus uero cogitationẽ,atq; ꝯſultationẽ, ergo qbus tardus lõgus greſſus ineſt, ij efficaces,& cõſulti. Quibus ꝟo tardus breuis, ij cõſulti ineſſicaces, conſulti quidem, quia tardus greſſus ineſt in efficaces uero,quia breuis greſſus ineſt. Tertia cõcluſio, qbus greſſus longus uelox ineſt, ij efficaces & incõſulti, ꝓbat,quia greſſus lõg⁹ efficaciã,uelox,incõſultationẽ ſignificat. Quarta cõcluſio, qb⁹ greſſus uelox breuis ineſt, ij incõſulti,& inefficaces,ꝓbat,quia uelox greſſus inconſultatiõis,breuis ꝟo in efficacię index eſt. Ariſt. tñ his verbis has innuit,& inquit. Is,q longi,& tardi greſſus eſt,ꝗquã tarditate moleſtus eſt,perfectiuus tñ eſt,lõgus.n.efficacẽ,tardus ꝟo cogitabundũ & ꝯſultũ ſignat, ergo qbus greſſus lõg⁹ tard⁹ ineſt, ij pfectiui ſunt, qm̃ efficaces & cõſulti. Quo ꝟo ad ꝟba attinet,lõg⁹greſſus dr̃ penes ſpatiũ. Tard⁹ uero penes tempus, ſtat autem greſſum ratione ſpatiũ eſſe longum,ratione uero temporis,tardum. Aliam ponit,& inquit. Is,qui eſt greſſus breuis,ac tardi, moleſta ſegnitie eſt, nec tamen perfectiu⁹, probatur, breuis.n.ac tard⁹inefficacẽ ſignificat,& ſubaudi cõſultũ,inefficacẽ q dẽ ob breuitatẽ, cõſultũ ꝟo,ob tarditatẽ. Affert aliã,& inquit. Is,qui eſt greſſus lõgi,et celeris,hoc eſt uelocis,minime moleſt⁹eſt,& eſt pfectiuus,ꝓbat, qm̃ celeritas ſignat expeditiuũ,incõſultũ tñ,lõgitudo ꝟo nõ inefficacẽ. Demũ affert aliã,et inquit. Is,qui breuis & celeris,hoc eſt uelocis greſſus eſt,moleſt⁹eſt,& nõ pfectiu⁹,qm̃ incõſult⁹, & inefficax. Hę ſunt cõcluſiones de greſſu quatuor, cęterę coniugationes ſunt impoſſibiles, non enim cõſtare poteſt lõgum cum breui,nec tardũ cũ ueloci,ut per regulam topicã habetur.

De motu partium. Galeagynes. Brachio minores Hoc ẽ pi li.

*De manus, & cubiti, & brachij motu eadẽ referuntur. Qui uero humeris rectis tẽſis inſultant, galeagynes, referuntur ad equos. Qui humeris mouentur incuruati, ij ſunt animo elati, referuntur ad leones. Qui pedibus & cruribus conuerſis ambulant,ij ſunt fœminei,referuntur ad mulieres. Qui uero corporibus circũtorquẽtes ſe,atq; fricantes,ſe ij ſunt adulatores, referuntur ad paſſionem. Qui inclinati ad dextrã ambulãt,ij cinædi,referuntur ad ſupapparẽtiã. Qui oculos ſatis mobiles hñt,ij ſunt acuti raptores,referũtur ad accipitres. Qui palpebrizãt, timidi,quoniã in oculis prima uertuntur. Qui demiſſum aſpectũ, & qui alterã palpebrã in oculis immiſſam per medium fixi aſpectus hñt, & qui cilia ſurſum tarde reducãtes, molliter intuentur, & qui palpebras immiſerũt, & omnino oẽs molliter, atq; delitioſe ſpectãtes,referũtur ad ſupapparẽtiã, & ad fœminas. Qui oculos frequẽti tpe mouẽt,quaſi permanẽtes, & tincturã albuminis in oculo hñt, intellectiui. Si enim in aliquo intellectio uehemẽter fit in anima,ſtat & uiſus*




Corporib⁹






Anteꝗ ad concluſionẽs ueniã,aiaduerte ꝙ tã pręſens, ꝗ pręcedẽs text⁹in oib⁹libris, quos legi tã gręcis ꝗ latinis,legũtur corrupte,uerũ ꝗtũ potui, eos accõmodaui, ſi ꝗs aũt melius,accõmodabit,ei⁹laborẽ nõ recuſabo. Cõcluſiones ꝟo quę in textu ponũtur,multę ſunt, pñt tñ ad nouẽ reduci,uerũ anteꝗ illas afferat,dicit. De man⁹, & cubiti,& brachij motu eadẽ referunt ſubaudi, quę de greſſu,qm̃ manus brachij & cubit⁹mot⁹põt eſſe lõgus,& breuis,tardus & uelox,iterũ põt eſſe lõgus tardus, & lõgus uelox,breuis tardus & breuis uelox: & tũc eadẽ dici pñt, qm̃ lõgus efficax,tardus cõſultus,uelox incõſultus, breuis ineſſicax dr̃. Deĩde ponit ꝯcl'ones,quarum prima eſt. Qui ꝟo humeris rectis tẽſis inſultãt,hoc eſt,irridẽt,ij ſunt galeagynes,hoc eſt brachio minores.i.puſilli ueluti q brachio minores ſunt,ut ſupius dixim⁹,ꝓbat,qa referũtur ad equos,q puſilli ſunt,& incedunt humeris rectis,& tenſis. Secũdã ponit,& inqt. Qui incuruati cũ incedũt, humeris mouent,ij ſunt aio elati,magnanimi,ac ſupbi,ꝓbat,qa referunt ad leões,qui dũ incedũt,ita humeris mouent. Tertiã affert,& inqt. Qui pedib⁹,& crurib⁹ ꝯuerſis ambulãt, hoc pacto ꝙ pedũ cuſpites dilatãt alterũ ad dextrũ,alterũ ad ſiniſtrũ,ij ſunt molles,ac fœminei,ꝓbat, qa referuntur ad mulieres,q hoc pacto ambulãt. Quartã affert, et inqt. Qui corpib⁹circũtorquẽtes ſe, atq; fricãtes ſe ſubaudi ambulãt,ij ſunt adulatores,ꝓbat,qa referunt ad paſſionẽ nã adulãtes ſic ſua corpora mouẽt. Quĩta ponit, et ĩquit. Qui inclinati ad dextrã ambulãt,ij ſunt molles,& cinędi, ꝓbat,qa referunt ad ſupapparẽtiã, nã molles ſemp ſic in dextrũ inclinati ambulãt,cui⁹ cãm aſſignam⁹, qa ſuapte natura calidu: hõ eſt,& hac de cã eſt ſtaturę rectę, eſt.n. calidi natura ſurſum eleuare,& qm̃,ut Ariſto. iqt, libro de ꝓtib⁹tertio dextrũ eſt calidi⁹ ſiniſtro,iure q uirilitatẽ hñt lat⁹dextrũ recti⁹,& magis ſurſum elatũ ducere debẽt, ergo q ambulãt ad dextrũ inclinati,eſt ſignũ ꝙ ſint humidi & frigidi molles,& fœminei,qa nõ multũ caloris hñt,recte ergo Ariſt. hos retulit ad decẽtiã, qm̃ molles ob cõplexionis frigiditatẽ & humiditatẽ ſic ambulãt. Sextã põit, et inqt. Qui oc'os ſatis mobiles hñt,ij ſunt raptores,& rapaces,& qdẽ acuti,& ſubtiles,ꝓbat,qa referunt ad accipitres,potiſſimũ ad aſtures, q oc'os pl⁹aliis accipitribus mouẽt. Septimã affert,& inqt. Qui palpebriçãt, ij ſunt timidi,ꝓbat,qa q timẽt,palpebriçãt, & ſic referunt ad paſſionẽ. Octauã põit,et iqt. Qm̃ſi oc'is mutatiões primę ſuerunt,et ĩ illis prio apparẽt,ſunt.n. qſi aĩ feneſtrę, iõ q demiſſum hñt aſpectũ,& q alterã palpebrã ĩ oc'is immiſſam, & qſi cadẽtẽ hñt,& quidem in medio fixi aſpect⁹,& qui cilia uel ſupcilia tarde reducẽtes ſurſum, molliter intuentur,& q palpebras qſi int⁹oculos immiſerũt, & oĩno oẽs q molliter atq; delitioſe quouis alio mõ ab his, qui dicti ſunt,ſpectant,omnes tales ſubaudi ſunt timidi, molles & fœminei,ꝓbat,qa referuntur ad ſuperapparẽtiã,qm̃ mollib⁹& fœmineis hęc ſupapparẽt. Pręterea ꝓbat etiã, qa referunt ad fœminas. Nonã ponit,& iqt. Qui oc'os frequẽti tpe atq; ſępi⁹mouẽt,& ipſi ſunt qſi ꝑmanẽtes,et hñt in oculo tincturã albuminis,hoc eſt & albũ oculi nõ eſt ualde clarũ,immo obſcurũ,ij ſunt intellectiui atq; ſpeculatiui,ꝓbat,qa referunt ad apparẽtiã,& ad cãm naturalẽ. Ad apparẽtiã qdẽ,qm̃ ſi in aliquo hoĩe in ei⁹aĩa intellectio uehemẽter fit ei⁹,uiſus ẽt ſtat, & fix⁹. Ad cãm ꝟo nãlẽ, qm̃ cũ cãdidũ oculi obſcurũ vr̃,eſt ſignũ humoris melancholici,et ita ſtudioſitatis,facit enim ad ſtudium humor talis. Hęc de partium motu. Cap.9.

De uoce. Contumaces. Iniurioſi. Cõuiciatores.

*Qui uoce admodum magna grauiter uociferant, contumeliatores,referũtur ad aſinos. Quicũq; uero uocant à graui incipientes,finiunt aũt in acutũ,iracũdi lugẽt,referũtur ad boues,et ad id quod uoci appet. Quicunq; aũt uocibus acutis, mollibus ac ruptis loquũtur,cinædi, referũtur ad mulieres, & ad ſupapparẽtiã. Quicũq; grauiter cõiter uocãt, ualde ac ꝑplexe,iracũdi. referũtur ad ualidos canes,et ad ſupapparẽtiã. Quicũq; molliter ſine cõtẽtiõe uocãt,mãſueti, referũtur ad oues. Quicũq; uero acute & fortiter uocant,inſant, referuntur ad capras.*






De uoce nũc ſex ponit cõcluſiones. Et primã ponit, & inqt. Qui uoce admodũ magna grauiter uociferãt, hi ſunt hybriſtę, ut mihi uidetur, hoc eſt apti ferre iniurias, probatur, qa referuntur ad aſinos, qui apti ſunt ferre iniurias. Ponit ſecundam, & inquit. Quicũq; uero uocãt a graui incipientes finiunt uero in acutũ, hi iracũdi ſunt, & lamẽtabũdi, & iracũdi lugẽt, probat, quia referuntur ad boues. Qui iracũde lamentantur, & ad id, quod uoci apparet, Qui. n. iracũde lamentantur, a graui incipiunt uoce, et in acutum deſinunt. Deinde omiſſa tertia, quę p3, inqt. Quicũq; grauiter cõiter, ac manifeſtẽ uocãt, ualde ac perplexe, hoc eſt non libere, hi ſubaudi ſunt iracundi, probatur, quia referuntur ad ualidos canes, qui hoc pacto latrant, & ad ſuperapparentiam, nã qui hac forma uocis uociferãt, iracundi ſunt, alię cõcluſiones patẽt. Alexander aphrodiſius dicit certatoris notã eſſe uocẽ grauẽ, timidi uo pro magna parte acutã, cãm affert, qa cũ timidi i pręcordijs frigidi ſint, minus aeris trahũt, & ita uocem acuũt. contra uero certatores, cũ in pręcordijs calidi ſint, aeris multũ attrahentes, uocẽ magnificant, & eadẽ rõne, ut inquit. Vox acuta mulierũ eſt, eunuchorum, & puerorũ. Acuta enim uox pficſcitur ex multa naturę humiditate, quę hijs accõmodat, q pueri, & eunuchi, & mulieres ſunt.

De ſtatura

*Qui ualde parui, hi ueloces ſunt ſanguinis enim motu, paruum locum continente, motus quoq; ualde uelociter accedũt ad ſapere. Qui uero ualde magni, hi tardi ſunt, ſanguinis. n. motu, locũ ualde magnum cõtinẽte, motus tarde accedũt ad ſape. Quicũq; paruorum ſiccis carnibus utentes, aut etiã coloribus, aut etiam corporibus, quę propter caliditatem ſuperfluunt, nihil perficiunt, exñte enim motu in paruo, & ueloci propter igneũ, nunquam ſecundum idem eſt ſapere, ſed aliud in alijs priuſquã excedens ſit, tranſit. Quicunq; uero magnorum humidis carnibus utẽtes, aut & coloribus qui propter frigiditatẽ ingenerantur, nihil perficiunt, exñte. n. motu in magno loco, et tardo propter frigiditatem, nõ permittit aliquid accedere ad ſapere. Quicũq; uero paruorũ humidis carnibus utẽtes ſunt, & coloribus pp frigiditatẽ, fiũt pfectiui, exñte. n. motu in puo, id q cũ difficultate mobile eſt, tpaturæ cõmẽſurationẽ præbuit primũ pficere. Quicũq; magnorũ duris carnibus utẽtes ſunt, & coloribus pp calitatẽ, fiũt pfectiui, & ſenſitiui, exñte. n. latiõe in magno loco, & tarda pp frigiditatẽ, nihil cõducit accedẽs ad ſape. Quicũq; uero in magnis duris carnibus utentes ſunt, & coloribus pp caliditatẽ, fiunt pfectiui et ſenſitiui. Magnitudinis. n. ſupapparẽtiã & carniũ & coloris, caliditas acquiſiuit, quare cõmẽſuratum eſſe ad pficiendũ. Magnitudinibus ergo corpa excedẽtia, aut puitatibus deficientiã quo mõ pfecta, & quo mõ imperfecta eſſe cõtingit, dictũ eſt. At horũ media natura optima atq; pfectiſſima his eſt, quibus utiq; ineſſe ſupponitur. Motus. n. nõ multi exiſtentes facilius ad mẽtem accedũt, nec etiam paulatim exiſtentes procedunt. Quare perfectiſſima ad pficiẽdũ quæ utique propoſita ſunt, & ad debentẽ ſentire moderatam oportet eſſe magnitudinem. Qui incõmẽſurati ſunt, hi aſtuti, referũtur ad paſſionẽ, & ad fœminam. Si. n. qui incommenſurati aſtuti ſunt; commenſurati utiq; iuſti erunt, & fortes. Relationem autem cõmẽſurationis ad corporum bonam motionem, & bonam natiuitatem reducendum, non autem ad maris formam: ut à principio dictum eſt.*




De ſtatura affert ſeptem concluſiones. Verũ antequam illæ exponantur, aiaduerte, q p ſtaturã intelligimus hũani corporis longitudinem, q alter altero longior, eſt quæ poteſt bifariam cõſiderari, aut ſimplr, qua. v3. hõ dr̃ magn9, aut paruus, & ſm quid qua dicitur magnus uel paruus, cũ hac, uel illa partium cõnſtitutione. De ſtatura ſimpliciter affert duas cõcluſiones, quarũ primam ponit, & inquit. Qui ualde pui ſcd̃m ſtaturam ſunt, hi ueloces ac in genio, & actionibus celeres ſunt probat rõne naturali, & inquit. Sanguinis enim ac ſpirituum ſenſitiuorum motu puum, locum inter cor, & cerebrum continente, etiam mot9 ſpũum ualde uelociter accedũt ad ſapere, etiã ad actiões. Quo uo ad rõne attinet, animaduerte q ſapere fit ex ſpirituum bonitate, boni uero ſpirit9 ſunt, qui claritate ac motu temperati ſunt, necnon & ſubtilitate, nimis eni ueloces nõ conducunt ad ſapere, mouentur enim citius q̃ op3: nimis turbidi minime, nimis q3 craſſi nequaq̃, quare claritate, motu, & ſubtilitate tẽperati ad ſapere idonei ſunt. Hinc patet rõ, nam cum in paruo corpore ſpũs, & ſanguis in puo ſpatio contineantur (eſt. n. inter cor & cerebrum parua intercapedo) ideo qui corpore parui ſunt, in actionib9 ueloces ſunt. Tunc ſecũdam affert, & inquit. Qui uo ualde magni corpore, ac ſtatura ſunt, hi ad actiones tardi ſunt, probat, & inquit. Sanguis enim motu locum ualde magnum continente, ſpirituũ ſenſitiuorum tarde accedũt ad ſapere, ac ad actiones, cæteris ergo paribus parui ad actiones, & ad ſapere ſemper ueliociores ſunt longis corporib9, unde Alexander aphrodiſius, aſſerit eos, qui corpe breues ſunt plerũq; eſſe hijs, qui ſunt longi, prudentiores, qm̃ cõpacta, atq; coartata eſt in toto corpore aĩa. In magnis uo extenſa exoluitur in ſpatium, hanc ad cauſam Homerus prudẽtẽ dicit Vlyxẽ, quia collectus erat, & breuis. Aiacẽ uero ſtultiorẽ, qm̃ longior erat, hęc de ſtatura ſimplr. Loquẽs de ſtatura ſcd̃m quid, ac nõ cæteris paribus, affert alias cõcluſiones, quarum prima ponit, & inquit. Quicũque paruorũ utentes aut ſiccis carnibus, aut etiam ſiccis coloribus, aut etiam ſiccis corporib9, quæ ſicca ſint pp caliditatem, & pp caliditatẽ ſupfluunt in calo & ſicco, hi ad ſape, & ad agendum nihil pficiunt, nec apti ſunt, probat, & inquit. Exiſtente. n. motu in paruo loco, & exiſtẽte motu ueloci propter igneum, hoc eſt pp cãm & ſiccam craſim, nunquam ſm idem eſt ſapere, ſed aliud in aliud priuſquam excedens ſit, tranſit. Coniungũtur. n. duæ cauſę mutabilitatis, altera ex parte loci, qa paruus, & ideo mot9 ſpirituũ celer eſt, altera ex parte craſis, quæ caĩa & ſicca eſt, cum. n. ſpirit9 ſunt calidi & ſicci, ac ignei, & i paruo loco, animum reddunt mutabilem, quoniam pri9 mouentur, q̃ animus in opinione firmetur. Quo uo ad uba attinet, per utentes, non intelligit in cibarijs, & edulijs, ſed ad pſtõnẽ, hõ. n. utitur carnib9, coloribus, & id genus p ſui cõſtõne, ex illis. n. pſtituitur, & dixit, aut etiã colorib9, nã l3 color non ſit ſiccus formalr, tñ eſt ſicc9 uia ſigni. Affert ſcd̃am, & inquit. Quicũq; uo magnorũ corporum humidis carnibus utentes pro ſui conſtitutione, aut etiam colorib9, qui propter frigiditatẽ generant, hi nihil proficiunt, atq; male ſe hñt ad ſapere, probat, & inquit. Exñte motu ſpirituum in magno loco, & exñte motu tardo ſpirituũ propter frigiditatem, craſis illorum, ex hac duplici cauſa, nõ pmittit motus ille aliqd accedere ad ſapere. Tertiã ponit, & inqt. Quicũq; uo puorũ corporũ humidis carnib9 utẽtes ſunt, & coloribus ad ſui cõſtitutionẽ pp friditatẽ, hi ad ſape, et ad agẽda fiunt perfectiui, probat, et inquit. Exiſtẽte. n. motu ſpirituũ in paruo loco, id. ſ. ſpũs, q cũ difficultate mobile eſt, tẽperaturę cõmẽſurationẽ præbuit primũ perficere, nã ex paruitate loci habet uelocitatem maiorem quam ſit neceſſaria, ex frigiditate craſis h3 tarditatem, ex utriſq; uero ſpiritus ipſi temperationem nacti, idonei redduntur ad agẽdum, & ad ſapere. Ponit quartam & inquit. Quicunq; magnorum duris carnibus & coloribus ad ſui conſtitutionem utẽtes, & quidem pp caliditatẽ, fiũt pfectiui, & ſenſitiui, & prudentes, probat, a pſtrario, qm̃ exñte ſpirituũ latione in magno loco et exñte latione ſpirituũ tarda pp friditatẽ, hęc ſpirituũ natura nihil ad ſape pducit, ergo qcũq; in magnis corporibus, duris carnib9 utẽtes ſunt, & etiam coloribus duris pp caliditatẽ, hi fiunt perfectiui, & ſenſitiui, ac prudentes, magnitudinis enim ſuperabundantiam, & carnis & colorum caliditas ſubaudi tẽperationẽ fecit, & acquiſiuit, redduntur. n. ſpũs apti et craſſi, quare, ut inquit. Quando hæc duo cõiunguntur, temperamentũ ſpirituum cõmenſuratũ eſſe uidetur ad pficiendum. Tunc epilogat, & inquit. Magnitudinib9 ergo corpora excedẽtia, aut paruitatibus deficiẽtia quo modo perfecta, & quo modo imperfecta eſſe cõtingat, dcm̃ eſt. At horum media natura optima, atq; perfectiſſima his hominibus eſt, quibus utiq; illa ſupponitur ineſſe. Cuius cauſam affert, & inquit. Motus enim non multi, hoc eſt nec magni, nec parui exiſtentes, facilius ad mente accedunt, nec etiã paulatim ac tarde exiſtẽtes ad mentem procedunt, ſed temperate, et proportionabiliter quare, ut cõcludit, hęc ſic mediocriter ſe hñtia perfectiſſima ſunt ad pficiẽdũ, quę utiq; propoſita ſunt, & ad debentẽ ſentire ac ſapere moderatã oportet eſſe magnitudinem, hęc de epilogo ſtature. De cõmẽſuratione uero ponit hãc cõcluſionem, q incõmenſurati ſunt corpe, hi aſtuti & doloſi ſunt, probat, qa referuntur ad paſſionẽ, qui. n. dolis utitur, corpus ſuũ incõmenſurat, & referunẽ ad fœminã, ſunt. n. fœmię doloſę, & corpe incõmẽſuratæ. Deinde ponit ſcd̃am, & utitẽ loco a pſtrario, & inqt. Si. n. q icõmẽſurati, aſtuti ac doloſi ſunt, cõmẽſurati utiq; iuſti erũt, & fortes, eſt. n. loc9 a cõtrario. S3 dices, reſpectu cui9 corp9 eſt dicendũ cõmẽſuratũ. Rñdet Ariſto. & inqt. Relationẽ aũt pmẽſurationis ad corporũ bonã motionẽ, & bonã natiuitate reducẽdũ eſt, ergo cõmẽſuratio habet bona craſi, ac bona natiuitate, nõ aũt cõmẽſuratio accipit ad maris formã, ut dictũ eſt. Sic igit bona cõmẽſuratio reſultat bõitate cõpõnis, et bõitate craſis, nõ relatiõe ad marẽ vl fœminã, nõ. n. corp9 cõmẽſuratũ eſt, qa eſt maris corp9, ſed qa cõpõne et pplone bñ inſtitutũ eſt, ſed circa ea, q dicta ſt. Plini9 uir fertiliſſim9, & Solin9 ei9 ab breuiator terminos lõgitudis, ac latitudis humani corpis nõ dũ deſcriptos eẽ teſtantẽ, qnimmo añ annos ppe mille Homerus nõ ceſſauit minora corpa mortaliũ q̃ priſca pquẽri, & pp hęc formas mirabiles Plini9, & Solin9 aliqñ inuẽtas eẽ enumerãt. Verũ phyſici lõgitudinẽ humani corporis naturalẽ ſeptẽ pedũ eẽ aſſerũt, q Hercules intra hunc terminũ fuiſſet pert9, latitudinẽ et totidẽ, nã qt9 manib9 expãſis inter digitos lõgiſſimos mod9 eſt, tãtũ eſſe cõſtat inter calceũ, & uerticẽ, hac rõne hoiem mũdũ paruũ appellarũt, q ſi circul9 fieret, eẽt pfecte ſphęric9, q̃re q hanc lõgitudinẽ excellit, hic lõg9 corpe dr̃, q uo ab hac deficit, paru9 eſt, cui9 uo latitudo, & latitudo nõ ſt eqles, is incõpoſit9 eſt, hęc de quãtitate. De cõmẽſuratiõe uo dixerunt ex qbus pte in corpe cõmẽſurato accipi poſſe tot9 & longitudinẽ, et latitudinẽ, cui9 rei exẽpla ſt, lõgitudo man9 ei ſpatio equat, q a naſi cono ẽ uſq; ad primã capitis ſuturã, & ex hoc p3 mediũ digitũ fronti equari. Preterea frõtis os, & os ſincipitis natura ẽqlia ſunt. Adhuc latitudo ab humero ad humerũ toti9 corpis lõgitudini, q eſt a uertice ad calceũ addito palmo ſubtripla eſt, palmũ dico geometrice, qlis uolg latitudo ſiue pectinis man9 eſt, inſup ſpatiũ a fonte colli ad umblicũ ẽqle ẽ ei, q ab umblico ad ſiccẽtis ſinẽ eſt Pythagoras ex Hercul9 ueſtigio ſic toti9 qtitatem ueſtigaũit, accepta. n. ueſtigij qtitate medij digiti qtitatẽ accepit, eſt. n. pedis lõgitudo ad mediũ digitũ tripla. Medi9 digit9 ſubdupl9 ad ſpatiũ man9, hoc uo ad brachiũ ſubtriplũ, brachiũ uo ẽqle ſpatio, q eſt ab altero humero ad alterũ, hoc uo ad totũ palmo addito, ut dictũ ẽ, ſubtriplũ. Quo pacto ex ueſtigio toti9 qtitate nactus ſit, ex hiſce p3. Ex his p3 q mõ Ariſt. phyſiognomonię intelligunt cũ ait parui corpore ueloces, magni uo tardi, & cũ iqt. Qui hñt oculos magnos, pigri, & ſiſia, ſemp. n. qtitatẽ reſpectu medij, & ad toti9 mẽſurã refert. Hęc de cõmẽſuratione.

De confirmatione ſignorum

*Bene aũt ſe habet, & omnia ſigna, quæcũq; prædicta ſunt, referre ad ſupapparẽtiã, & ad marẽ, et ad fœminã. Hæc. n. perfectiſſima diuiſione diſſecta ſunt, & demonſtratũ eſt maſculum fœmina & iuſtiorem, & fortiorem, atq; ut omnino ſit dicere, meliorem eſſe.*

Nunc docet confirmare ſigna, & dicit. Bene autem ſe habet, & omnia ſigna, quæcūq; prędicta ſunt, referre ad ſupapparentiam, & ad marem & ad fœminā, ſubaudi qū referri poſſunt, nõ enim ſemper referri poſſunt. Cuiꝰ rõnē dicit, & inquit. Hęc. n. ſcilicet mas & fœmina perfectisſima diuiſione diſſecta ſunt, quoniam eſt demõſtratum maſculum fœmina & iuſtiorem & fortiorem, atq;, ut omnino ſit dicere, meliorē eſſe, ergo quando bona ſigna referri poſſūnt ad marem, & mala ad fœminam, bene ſe habet, bene ētiam ſe habet, quando poſſunt referri ad ſuperapparētiā, hæc de confirmatione omnium ſignorum.

De ſignorū electiõe

*In omni autem ſignorum electione altera ſigna alteris declarāt magis manifeſte ſubiectum. Manifeſtiora autē, quæ in principaliſſimis locis fiunt, principaliſſimus uero locus eſt, qui & circa oculos, & frontem, & caput, & faciem eſt. Secundus aūt eſt, qui eſt circa pectus, & humeros, conſequenter & circa crura & pedes. Quæ uero circa aluum, minima ſunt. Omnino autem, ut ſit dicere, ea loca manifeſtiſſima ſigna præbēt, in quibus & ſapientiæ plurimæ ſuperapparentia fit.*

Nunc de electione ſignorum docet pręceptum. Vbi primo aīaduertendum ſigna bifariam eſſe, alia propria, quæ cum paſſionibus conuertūtur, ut magna extrema habere ſignū proprium eſt fortitudinis, quędam nõ propria, quæ accipiuntur ab apparēti paſſione, uel à cõtrario, & cæteris id genus. hæc enim dicuntur non propria, qm̄ nõ conuertuntur cū paſſionibus, differūt autē qm̄ propria ſunt, quibus poſitis, ponuntur & paſſiones, quarum ſunt. Sed poſitis ſignis non proprijs, ponuntur paſſiones, ut in pluribus. De ſignis ergo proprijs nõ oportet facere electionē, quia ſemper inferūt paſſionem, ſed de ſignis nõ proprijs, unde inquit. In omni aūt ſignorum electione altera ſigna alteris declarāt magis manifeſte ſubiectū, ꝓpria uero ęqliter, qm̄ unūquodq; eorum infert propriā paſſionem. Exponit ſigna manifeſtiora, & inquit. Manifeſtiora aūt, quę in principaliſſimis locis fiunt, principaliſſimus uero locꝰ eſt, qui & circa oculos, & frõtem, & caput, & faciem eſt. Secundus aūt eſt, qui circa pectus, & humeros, cõſequenter & tertius eſt & circa crura, & pedes, ultima & minima ſunt, quę circa aluū. Huiꝰ ordinis cauſam affert Ariſt. & inquit. Oīno aūt, ut ſit dicere, ea loca noſtri corporis manifeſtiſſima ſigna, ac afficaciſſima prębent nobis, in q bus fit ſuperapparentia plurimæ ſapientiæ, ut in capite, in quo eſt cerebrum, quod eſt ſenſus & motus principium, ſine quibus nõ eſt ſapere. Poſtea loco ſecūdo ſunt humeri & pectus, intra quæ eſt cor, quod eſt ſubiectū omniū ſenſuum, ſm̄ Ariſtotelem tertio loco ſunt crura & pedes, & q̄ cum his ordinantur, quæ ſunt inſtrumenta motꝰ & ſenſus & ita cerebri. Vltimo ſunt ſigna ſumpta ab aluo, in qua mēbra naturalia continentur, quæ non faciunt ad ſapere, niſi parum, quatenus ſunt cordi neceſſaria, hæc pauca Ariſtoteles docuit de ſignorum electione, quæ eſt ſignorum non propriorū, propria enim ſigna, e quouis loco accipiantur, paſſionem inferunt. Verum animaduerſione dignū uniuerſam difficultatem pendere ex iudicio, & hoc uerū eſt in aſtronomia, in medicinali facultate, et in phyſiognomica, unde ſenex iudicium autem difficile. Galenus libro ſecūdo de craſi, phyſiognomones circa iudicium errare aſſerit ob multas cauſas. Primo quia uniꝰ ſignorum fidē prębent, quod fatuum eſt, niſi fuerit proprium, ut Ariſt. inqt. Vnum. n. ſignum ab una corporis particula accipitur, ex natura autem unius particulę non reſultat natura uniuerſi hominis. Secundo, qm̄ ad ętatis ac naturæ permutationem non ſpectāt, ſigna enim interdum naturam præteritā denūtiant, & tamē phyſiognomones ea ad præſentem referunt, ut ſi ſexagenarius, piloſus ſit, non præſentem libidinem, ſed præteritam denūtiat. Tertio, quia excremēta mēbri arbitrantur arguere naturam mēbri, & decipiuntur, nā contingit membri naturā eſſe cholericam, cuius excremēta erunt flegmatica, ut docet experientia. Quarto, qm̄ quę ſignorum fortia, quæue debilia ſint, non eligunt, in quorum electione conſiſtit uniuerſum iudicium, propter hæc de electione ſint hæc præcepta. Primum, ſigna quę mores ſignificāt nõ per qualitates, ſed per proprietates, potiora ſunt, & prio loco ſunt habenda. ṽbi cauſa, ponamꝰ Socratem ſignis ſumptis a qualitatibus eſſe liberalē, utpote per colorem rubrum, & ꝑ alia ſanguinis ſigna, ſignis ṽo ſumptis à proprietate, eſſe auarū, ut quia eiꝰ humeri difficulter ſoluti ſint, & cõuulſi, uel quia eius facies paruifica ſit, dico ꝙ ſigna quæ a proprietate accipiūtur, Socrates ſit illiberalis, qm̄ potiora ſunt, inſequuntur. n. mām, quę eſt cā neceſſaria, & quidem magis quā forma. Scd̄m ſigna, quę accipiuntur a capite, uel ab eius partibꝰ, potiſſimū ab oculis, potiora ſunt ijs, quę ab alijs accipiūtur, vn̄ Apulleiꝰ totus hõ in capite, uultuq; eſt, qm̄ ibi ratio, in corde ira a ratione lõgiuſcule ſita, circa uero abdominis ſedē, deſideria, & cupidines ſunt, a ratione lõgiſſime diſſiti. Dico potiſſimū ab oculis, qm̄, ut Galenus inquit, oculi aūt ſunt cerebri pars, aut de eius ſubā ꝓducti. Præterea & potiora quę accipiuntur ab anterioribus capitis partibꝰ, qm̄, ut inquit Ariſt anterior pars potior eſt, qa plena, poſterior uero uacua, unde & ſenex primo faciem infirmi notaueris. Poſt hęc potiora ſunt, quæ a pectore, & ab humeris accipiuntur, quoniam, ut Galenus inquit, intra hęc pulmo & cor locātur. Poſt hæc ṽo à cruribus & pedibus, qm̄ per hæc cerebrum opera motus & fortitudinis exercet. Imbecillia uero ſunt, quæ a uentre colliguntur, quoniam eſt locus cibi & potus, & mēbrorum naturalium, & quibus nullus mos, nullaq; uirtus proficiſciť. Tertiū pręceptum, id eligēdum eſt pro iudicio, cui plura, & potiora ſigna concordauerint. Tu uero aīaduerte nõnullos, & quidem in hac arte, expertiſſimos dixiſſe ſigna quę ab anteriori corporis parte accipiuntur, ſemper potiora eſſe his, quæ a poſteriori colliguntur. Alij uero dixerunt ſigna ab anteriori ſumpta eſſe potiora ad eas actiones, quæ ſine ſenſu nõ fiunt, qm̄ pars anterior potior eſt in ſenſu, ſigna uero, quę a poſteriori accipiuntur, eſſe potiora ad motum & ad fortitudinem, quia ſunt membra motus propter neruos. Alij & quidem uerius dixerunt, ſigna potiora eſſe quæ accipiunť ab his mēbris, per quę exercetur paſſio, ut qm̄ ira per cor exercetur, ideo ſigna, quæ accipiuntur a corde, & ab eius partibus, potiora ſunt ad irā, ut quę a pectore, & coſtis colliguntur. Amplius quia per coxas, pedes, & brachia, & humeros exerceť fortitudo, ideo ſigna pro fortitudine ab his accepta potiora ſunt. Hęc de ſignorum electione habemꝰ. Poſt hęc Tabulas ſignorū afferamꝰ ſm̄ diuerſos auctores.

| Signa | Naturæ | Loca | |
|---|---|---|---|
| Pedes | | | |
| Neruoſi magni articulati. | Fortes | Mares | Ariſtoteles |
| Stricti parui | Molles | Fœminæ | |
| Pars interior plantę nõ cõcaua ſed ita plena, ut terrā tāgat toto ueſtigio | Verſuti | Cauſa nālis. Fœmina | Ariſtoteles prio hyſt. |
| Craſſi atq; carnoſi | Fatui | Cauſa naturalis | Ariſtote. ad Alexandrū |
| Craſſi & breues | Imbecilles | Cauſa naturalis. | Plato |
| Graciles breues | Maligni | Cauſa naturalis. | |
| Nimium prolixi | Doloſi | Cauſa naturalis | |
| Carnoſi duri | Hebetes | Cauſa naturalis | |
| Parui pulchri | Fornicatores | Proprietas ſigni | Rhaſes |
| Talus | | | |
| Neruoſus articulatus | Fortes | Mares | |
| Carnoſus informis | Molles | Fœminæ | Ariſtoteles |
| Latus | Fortes | Ad cām naturalē | |
| Tali ptes lõgę carnoſę | Stulti | Proprietas | Ariſto. ad Alexandrū |
| Calcanea gracilia | Timidi | Proprietas | Palemon |
| Vngues & pedum digiti, | | | Rhaſes |
| Pedū digiti & ungues curui | Inuerecūdi | Aues | |
| Vngues ſubtiles benecolorati | Benenati | Cauſa naturalis | Ariſtoteles |
| Pedū digiti cõiuncti | Pauidi | Coturnices | Iuniores |
| Vngues digitorum manus | | | Ariſtoteles |

Vngues



| Auctores | Signa | Naturæ | Loca |
|---|---|---|---|
| Iuniores | Vngues plani, albi molles, ſubtiles, ſubrubei, lucidi. | Ingenio apti | Ad cām naturalē |
| | Aſperi rotundi | Venerei | Ad proprietatem |
| | Valde breues | Maligni | Ad proprietatem |
| | Parui, curui | Rapaces | Aues rapaces |
| | Pūcta alba unguium | Benenati | Ad cām naturalē |
| | Puncta nigra | Inuidi | Ad cām naturalē |
| | Crura | | |
| Ariſtote | Neruoſa craſſa articulata | Fortes | Ad marem |
| | Neruoſa ſubtilia | Libidinoſi | Ad aues |
| | Craſſa informata | Inuerecundi | Ad ſupapparētiam |
| | .i. ſuræ | | |
| Plato | Tibiarum uētres craſſi | Intemperati | |
| | .i. ſuræ | | |
| | Tibiarū uētres molles | Effœminatiſſimi | |
| | Tibię graciles | Ignari | |
| Ariſtot. ad Alexandrū | Suræ pleniuſculę ueluti grauidę, | Sordidi | |
| | Moderate magnæ formatæ | Ingenioſi | |
| Pithago. | Tibię ualde piloſæ, | Libidinoſi | |
| Iuniores | Genua | | |
| | Genucraſſi | Cinædi | Ad ſupapparentiam |
| Ariſtote. | Genua ſubtilia | Timidi | Ad ſupapparētiam |
| Ariſto. ad Alexandrū | Genūa arcuata in anteriori | Effœminati | ad mulieres |
| Albertus | Genua pinguia | Timidi, liberales, | |
| Iuniores | Macra | Fortes, audaces | |
| | Coxę | | |
| Ariſtoteles | Neruoſę | Fortes | Ad marem, |
| | Carnoſę | Molles | Ad fœminas |
| | Pecten | | |
| Iuniores | Piloſum ualde | Libidinoſi & fecūdi | Ad nālē cām |
| | Pilis fere nudū | Caſti | Ad cām naturalē |
| | Nates | | |
| | Acutæ oſſeę | Fortes | Ad marem |
| Ariſtoteles | Carnoſę pingues | Molles | Ad fœminam |
| | Carne exiccatæ | Mali moris | Ad ſymias |
| | Mentula teſticuli | | |
| | Valde mentulati | Ingenio & uirtute inepti | |
| Ptolemeus | Teſticuli in lõgū pēdētes | Liberales, ad coitum īpotētes | |
| | Valde mētulati | Ad coitum impotētes fiunt | |
| | Lumbi | | |
| | Lumboſi | Ferarū amatores | Leones, canes |
| Ariſtoteles | Ilia | | Loca |
| Plato | Ilia uel hypocūdria gracilia ac præſſa | Timidi | Ranę |
| | Carnoſa | Indiſciplinabiles | |
| | Anchæ | | |
| Rhaſes | Ancharū oſſa ꝓeminētia extra, | Fortes | Maſculi |
| | Gracilia | Mulierum cupidi timidi debiles | Mulieres |
| | Ventriculus, ſtomachus | | |
| Ariſtoteles | Quę circa uētriculū pinguia | Fortes | Mares |
| | Quę circa uētriculū nõ pinguia | Molles | Mulieres |
| | Venter magnus extrinſecus proeminens | | Edaces Tardi |
| Iuniores | Paruus formatus | | Mēte dextri |
| | Piloſus ualde ab umblico infra, | Loquaces | Aues |
| | Dorſum | | |
| Ariſtoteles | Anguſtū informæ | Molles | Fœminę |
| | Magnum formatum | Fortes | Maſculi |
| Rhaſes | Amplum | Fortes Arrogātes Irreuerentes | |
| | Curuum | Immorati | |
| | Equale formatū | Cõmenſurati | Naturale |
| | Cum pilis | Inuerecundi | Beſtiæ |
| | Coſtę | | |
| Ariſtoteles | Benecoſtati | Fortes | Maſculi |
| | Anguſti & non coſtati | Molles | Fœminæ |
| | Coſtati circūtumidi, ut īflati, | loqces ſtultiloq | Boues, ranę |
| Ariſtoteles | Vmblicus | | |
| | A pectore ad umblicū intſtitiū longum | Inſenſibiles voraces | A d nālē cām |
| | Equale | Laudabiles | Naturale |
| Palemõ | Vētriculus ab vmblico ad pectꝰ carnoſus | Maleuoli | |
| | Mollis & cõpreſſus | Magnanimi magnifici, | |
| Loxus | Pectus | | |
| Ariſtoteles | Magnum formatum | Fortes | Maſculi |
| | Amplum compactum | Fortes | Leones |
| | Cum pilo | Inſtabiles animoſi | Aues |
| | Sine pilo | Inuerecundi | Fœminę |
| Plato | Carnoſum ualde | Indiſciplinabiles ignaui | |
| | Interſtitiū a iugulo ad aluū maius, q̄ a pectore ad umblicum | Prudentes | |
| | Māmę pingues deorſum pendentes in uiris | Molles Effeminati | |
| Ptolemeus | In pectoris ſiniſtro caro craſſa eleuata cū porro aut neruo cum uno aut puribꝰ pilis | Honoris Diuitiarūq; Augmentum | |
| | Metaphrenum | | |
| Ariſtoteles | Magnū nõ carnoſum formatū | Fortes | Maſculi |
| | Paruū nõ carnoſum informe | Molles | Fœminæ |
| | Curuū cū hūeris ad pectus, | Mali moris | Ad ſupapparētia |
| | Supinum | Molles demētes | Equi |
| | Ceruix humeri | | |
| Ariſtoteles | Formati magni | Fortes | Maſculi |
| | Parui informes | Molles | Fœminæ |
| | Beneſoluti | Liberales | Supapparētia |
| | Nõ bn̄ ſoluti cõuulſi | Illiberales | Supapparētia |
| | In acuto eleuati | Inſidioſi | |
| Plato | Lati | Fortes, intellectiui | |
| Virgilius Palemon | Piloſa ceruix | Liberales | Leones |
| Rhaſes | Graciles | Inſenſitiui | |
| | Manus | | |
| Iuniores | Copulati digiti | Immundi | Sues |
| | Curti & craſſi | Temerarij īmanes | |
| | Vngues lati albi ſubrufi. | Viriles | |
| | Anguſti oblongi | Feri | |
| | Obliqui īpudētes rapaces | | Rapaces aues |
| | Exigui | Veteratores | |
| | Clauis colli | | |
| Ariſtoteles | Quæ circa colli clauem bene ſoluta | Senſitiui | Naturalis cauſa |
| | Confuſa | Inſenſitiui | Naturalis cauſa |
| | Collum | | |
| Ariſtoteles | Craſſum | Fortes | Maſculi |
| | Gracile | Debiles | Fœminæ |
| | Craſſum carnoſum | Iracundi | Tauri |
| | Moderatum | Magnanimi | Leones |
| | Longum gracile | Timidi | Cerui |
| | Perbreue | Doloſi | Lupi |
| | Labia | | |
| Ariſtoteles | Gracilia collabijs relaxata. | Magnanimi | Leones |
| | Gracilia dura | Iracundi | Sues |
| | Gracilia mollia | Magnanimi | Leones |
| | Craſſa, ſupiꝰ ꝓpēdulū | Fatui | Aſini |
| | Dura gracilia ſupra caninos dētes eminētes | Fecūdi | Sues |
| | Superius euerſum gingiuis diſcopertis | Cõtumelioſi | Canes |
| | Naſus | | |
| Ariſtoteles | Extremitates craſſę | Concupiſcentes ſegnes | Boues |
| | Extremitates craſſę euerſę | Inſenſitiui | Sues |
| | Extremitates acutæ | Seuæ irę | Canes |
| | Rotūdus extremitatibꝰ obtuſis | Magnanimi | Leones |
| | Rotūdus extremitatibꝰ gracilibꝰ | Mobiles | Aues |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | leues | |
| | Incuruus a frõte duct⁹ | Inuerecũdi | Corui |
| Aquilinus | Curuus in fronte dearticulatus | Magnanimi | Aquilæ |
| | Cõcauus ĳs quæ ſunt ante frontem rotundis, circũferentiaq́ ſurſum erecta | Libidinoſi | Galli |
| | Symmus | Libidinoſi | Cerui |
| | Patens apertus | Iracundi | Paſſio |
| Ariſtot. ad Alexandrũ | Lõgus ad os protenſus | Probi, audaces | |
| Ariſtoteles | **Facies** | | |
| | Carnoſa | Pigri | Boues |
| | Macilenta | Curioſi | Cõtrarium |
| | Magna carnoſa | Timidi | Aſini cerui |
| | Faciei tergus paruum | Puſillanimi | Elurus ſymia |
| | Magna | Tardi | Boues aſini |
| | Paruifica | Illiberales | Supapparẽtia |
| Plato | Facies deorſum ſpectãs | Hippocritę Maligni | Paſſio |
| | | Rixoſi | |
| Ariſto. ad Alexandrũ | Plana ſine tumore | Inuidi | |
| Rhaſes | Facies uultui ebrĳ ſiſis | Ebrĳ | Supapparẽtia |
| | Siſis uultui irati | Iracundi | Supapparẽtia |
| | Siſis uultui uerecũdi | Verecundi | Supapparẽtia |
| | Deformis & obtorta | Malemorati | Supapparẽtia |
| | Longa | Inuerecundi | |
| Iuniores | Ex leui cauſa ſudãs | Aſtuti, libidinoſi | |
| | Valde minuta rotunda | Simplices | |
| | Longa macilenta | Audaces | |
| | Valde curua lõga macilẽta | | Malitioſi, utiles |
| | A fronte ad maxillas latior a maxillis uero ad mentum anguſtior. | | Mendaces |
| | | | Inuidi |
| | | | Rixoſi |
| Ariſto. ad Alexandrũ | **Mentum** | | |
| | Acutum | Fideles | Canes |
| | Paruum breue | Inuidi imites | Serpẽtes |
| | Quadratum | Virtuti apti | |
| Palemõn | Lõgũ v̄ſus deorſum acutũ | Verſipelles | |
| Pithago. | Rotundum | Molles | Fœminæ |
| | Caro ſub mẽto uerſus gulã, | Libidinoſi, | |
| | Mẽtũ cũ fouea uel duplex, | Libidinoſi, & min⁹ calueſcũt. | |
| Iuniores | **Barba** | | |
| | Mulier barbata | Luxurioſa | |
| | Mulier cũ barba ualde nuda | benemoratã | |
| | Barba nimis piloſa | Melancholici | Cã naturalis |
| | Beneformata | Bonæ naturæ | Cã naturalis |
| | Informis | Malę naturę | Contrarium |
| Ariſtoteles | **Exeuntia ab oculis** | | |
| | Veſiculæ ab ocuł exeũtes. | Vinolẽti | Paſſio |
| | Veſiculę añ ocłos eminẽtes. | Sõnolenti | Paſſio |
| | Poſt ſomnũ ueſiculę añ oculos. | Sõnolẽti | Paſſio |
| Ariſtoteles | **Oculi** | | |
| | Parui | Puſillanimi | Symia, appẽtia |
| | Magni | Pigri, mãſueti | Boues |
| | | Inuidi | |
| | Concaui | Malefici | Symiæ |
| | Eminentes | Fatui | Aſini |
| | Parum concaui | Magnanimi | Leones |
| | Grãdiuſculi parũ eminẽtes. | Manſueti | Boues |
| Plato | Oculi q̃rũ aptura magna. | Impudẽtes | |
| Ariſtoteles | Anguli ocłorũ iuſto lõgiore. | Malefici | |
| Ayſto prio | Anguli carnoſi narib⁹ iuncti | Malitioſi | |
| Rhaſes | Oculi oblongi | Callidi, deceptores | |
| | Magni tremuli | Mulierũ cupidi | Paſſio |
| | Parui tremuli | Pudentes, amatores tñ | |
| | Quãto maior, tãto minor malitia, & ſtultitia maior | | |
| Iuniores | Obliqui cõtorti. | Fallaces, tenaces, iracũdi, mẽdaces | |
| | Craſſi | Stolidi, timidi, puſillanimi, iuerecũdi, loq̃ces | |
| | Difformiter moti, nunc currentes nũc q̃ſcẽtes. | Temerarĳ cogitabũdi peſſimi, ſubtractores | |
| Ariſtoté. ad Alexandrũ | Oculi, uelociter moti cũ uiſu acuto, | fraudulenti latrones, | |
| | | infideles | |
| | Fixe intuentes, | cogitabũdi, & deceptiui | |
| | Scđm longum ſituati. | Monſtruoſi, deceptores, inuidi | |
| Rhaſes | **Dentes** | | |
| Rhaſes | Canini lõgi, firmi, | guloſi, iraſcibiles, mali, | canes apri |
| | Craſſi, lati | Vani, laſciui, ſimplices, | Boues |
| | | Ignari, ingenio hebetes. | Aſini |
| | **Frons** | | |
| Ariſtoteles | Valde parua | Indociles Mobiles | Sues |
| | Valde magna | Tardi | Boues |
| | Rotunda | Hebetes, inſenſati Iracundi | Aſini |
| | Aliquãto minus plana. | Sagaces | Canes |
| | Quadrata formata | Magnanimi | Leones |
| | Tenſa lucida | Adulatores | Canes bladẽtes |
| | | | Paſſio |
| | Nebuloſa | Audaces | Leones tauri |
| | Demiſſa | Triſtes | Paſſio |
| | Longa | Adulatores | Canes |
| | Eleuata | Liberales | Leones |
| Appoñ | Nimis rugoſa | Inuerecundi | |
| Ariſtoté | Frons in timporib⁹ inflata, | ſuperbi, iracũdi, ingenio rudes | |
| | **Caput** | | |
| | Magnum | Hebetes | Aſini |
| | Minutulum | Fatui | Canes |
| | Mediocre | Boni ſenſus | Naturale |
| | Acutum pineatum cacuminatumq́ | Inuerecundi Iactatores | Vnguicurui |
| Plato | Breue, globoſum | Inſipientes, imemores | |
| | Prexũ in ſupficie planũ, | Omni uitio pleni. | |
| | Oblongum, ut martellum, | prudentes, ſagaces | |
| Appoñ | Caput, in cui⁹ añriori pte cõcauitas eſt, | doloſi, iracundi. | |
| | **Aures** | | |
| Ariſtoté Iunioré | Parue | Scurriles | Symię |
| | Magnæ | Hebetes | Aſini |
| | Flaccę | Stolidi | Aſini |
| | Moderatę | Boni ſenſus | Naturale |
| Plato | Rotundæ | Indiſciplinabiles | |
| | Longę anguſtę | Inuidi | |
| | Valde capiti herẽtes | Maleuoli | |
| | Piloſæ | Bene audientes | |
| | **Color totius** | | |
| Ariſtoté | Valde niger | Timidi | Ethiopes |
| | Peralbus | Timidi | Mulieres |
| | Fuſcus | Fortes | Mediocre |
| | Flauus | Boni animi | Leones |
| | Valde rubeus uel rufus | Aſtuti, ingenioſi | Vulpes |
| | Pallidus colore turbatus | Timidi | Paſſio |
| | Mellinus | Tardi | Naturalis cã |
| | Flãmeus | Maniaci, apti, iracũdi | Paſſio |
| Lox | Pallidus | Vitioſus, malignus | |
| Ariſtoté | **Pectoris color** | | |
| | Flãmeus | Iracundi | Paſſio |
| Ariſtoté | **Timporum & colli color** | | |
| | Timporum & colli uenę amplę rubeæ | Malæ irę | Paſſio |
| | **Faciei color** | | |
| Ariſtoté | Supererubeſcens | Verecundi | Paſſio |
| | Genę ſuperubeſcẽtes | Amatores uini | Paſſio |
| Lox | Genæ & naſus rubeſcẽtes | rubore epatico | Obſceniſſim |
| | **Oculorum color** | | |
| | Supererubeſcentes | Iracundi | Paſſio |
| | Pernigri | Timidi | Coloris pprietas |
| | Nigri flauentes | Boni animi | Decentia |
| | Glauci aut albi | Timidi | Coloris pprietas |
| | Fului | Boni animi | Leones |
| | Enopi hoc eſt bilioſi | Furioſi | Capre |
| | Ignei | Inuerecũdi, iucũdi | Canes |
| | Diſcolores | Timidi | Paſſio |
| Ariſtoté | Lucentes | Luxurioſi | Galli corui |
| | **Piloſitas partium** | | |
| | | | Tibiæ |



| | | | |
|---|---|---|---|
| Ariſtoteles | Tibiæ piloſæ | Venerei | Hircus |
| | Pect⁹ & alu⁹ ualde piloſę | Mobiles i opinionib⁹ | Aues |
| Rhaſes | Nudum pectus | Aſperi | Mulieres |
| Rhaſes | Piloſi humeri | In opioníb⁹ mobiles. | Aues |
| | Dorſum ualde piloſum | Aſperi | Belue |
| | Collũ a tergo piloſum | Liberales | Leones |
| | Barba prolixa | Boni animi | Canes |
| Ariſtoté | Supercilia coniuncta | Triſtes | Paſſio |
| | Supcilia añ naſum dimiſſa ad timpora extenſa | Fatui | Sues |
| | Erecti capilli | Timidi | Paſſio |
| | Valde criſpi | Timidi | Ethiopes |
| | Criſpi in extremis | Fortes | Leones |
| | In ſupiori pte frõtis eleuati | Liberales | Leones |
| | Crines iuxta naſum adnati | Liberales | Supapparẽtia |
| | Plani capilli | Simplices | |
| | Capilli multi & denſi | | Praui |
| | **Inceſſus & motus** | | |
| | Tardus longus | Conſulti, & efficaces | |
| Ariſtoteles | Tardus breuis | Cõſulti inefficaces | |
| Appoñ | Longus uelox | Efficaces inconſulti | |
| | Breuis uelox | Inconſulti inefficaces | |
| Ariſtoté | Erectis humeris inſultãtes | Puſilli | Equi |
| | Humeris incu ruatis ambulantes | Animo elati | Leones |
| | Pedibus & cruribus conuerſis ambulãtes | Molles | Fœminæ |
| Plato | Corporibus ſe circũtorquẽtes, atq; fricãtes | Adulatores | Paſſio |
| | Inclinati ad dextrã ãbulãtes | Cinędi | Supapparẽtia |
| Appoñ | Oculi ſatis mobiles | Acuti raptores | Accipitres |
| | Palpebriçantes | Timidi | Paſſio |
| | Oculi frequenter moti cũ corporis fixione | Intellectiui | Paſſio |
| | **Vox** | | |
| | Magna grauis | Iniurioſi | Aſini |
| Ariſtoteles | A graui incipiẽs in acutum deſinens | Iracũdi lugent, | Boues |
| | Acuta mollis rupta | Cinædi | Mulieres ſupapparẽtia |
| | Grauis alta | Valde iracũdi | Validi canes |
| | Mollis ſine cõtentione | Mãſueti | Oues |
| | Acuta fortis | Inſani | Capre |
| | **Statura** | | |
| Ariſtoteles | Parui | Veloces | Naturalis cã |
| | Valde magni | Tardi | Naturalis cã |
| | Parui całę ac ſiccę nãę | Nihil pficiẽtes | Naturalis cã |
| | Parui frigidę naturæ | Perfectiui | Cã naturalis |
| | Magni frigidę naturę | Nihil pficiẽtes | Naturalis cã |
| | Magni calidę naturę | Perfectiui, ſenſitiui | Naturalis cã |
| | Incõmẽſurati, & formes | Aſtuti, & praui | Paſſio fœminæ |
| | Cõmẽſurati | Boni & ſenſitiui. | Naturale |

Hæc eſt tabula ſignorum, & naturarum, atq; locorũ, ut Ariſtotele, & alĳs auctoribus collegimus, illud tamẽ nobis teſtãdum, grecum Ariſto. codicem, e quo hęc extraximus in q̃plurimis locis eſſe corruptum, nos v̄o ita accõmodauimus, ut uiſum fuit nobis. Siquis autem melius haberet, placebit nobis, nõ enim hęc ſcripſim⁹, ut ita eſſe credamus, ſed, ut alĳ uiam ſumant benedicendi. Hęc de phyſiognomicis finis Sueſſę. 10. Decẽbris. M.D.XXI.

FINIS

# ARISTOTELIS DE ANIMALIVM MOTV

*Cum Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.*

DE ANIMALIVM *motione quæcũq; per ſingula genera illis attribuantur, & quæ diſcrimina, cauſæq; eorum, quæ ſigillatim iiſdem ipſis accidere ſoleant albi de omnibus diſputatum eſt.*

DE MOTV *autem animalium, quæcunque circa unumquodque genus ipſorum ſunt, & quæ differentiæ, & quæ cauſæ, ſingularium accidentium quæ inſunt ipſis, conſiderandum eſt de omnibus in alĳs.*

ARiſtoteles pertractatur⁹ de motu animalium generatim, quo. v3, aĩalia mouentur ſcđm locum, quatenus eſt aĩalis, ut aĩal, primo explodit, quæ nõ ſunt hic agenda de motu, ſecũdo inſinuat breuiter intentionẽ libelli præſentis. Vbi attentione dignum, q̃ de motu cõtracto ad aĩal, poſſumus loqui dupliciter generatim, non deſcendendo nec ad ſpẽm motus, nec ad genus animalis determinatum, ſed ſtando in genere motus, & aĩalis, & poſſumus loqui ſpeciatim deſcendendo & ad ſpeciem motus, ut ad uolationem, uel reptionem, uel ambulationẽ, & ad genus animalis, ut ad uolatile, aquatile, reptile, & id genus. Hanc cõſiderationem, quæ eſt de motu ſpeciatim, explodit nunc, et dicit. De motu aũt animalium, quęcũq; circa unũquodq; genus ipſorum animaliũ ſunt, hoc eſt de motu ſpeciatim contracto ad ſpeciem mot⁹, & ad genus aĩalis, et quę differentiæ ſint ipſius, & quæ cã ſingularium accidentium, quę ipſis motib⁹ ſpeciatim ſumptis inſunt, de his oĩb⁹, nõ in hoc libro ſed in alĳs cõſiderandũ eſt. i. in libro de greſſu aĩaliũ, ubi ſpeciatim de ſingulis motib⁹ ſingulorũ generũ aĩaliũ diligẽter eſt dicẽdum. Hęc ergo explodit.

*Nunc autem communis omnino explicanda cauſa, cur quocũq; motionis genere agitentur, alia enim uolatu, alia natatu, alia greſſu, alia per alios eiuſdem generis modos impellũtur.*

*Vniuerſaliter autem de communi cauſa eius, quod eſt moueri motu quocũq; (Nam hæc quidem animalium uolatione mouẽtur, hæc aũt natatione, hæc autem greſſu, hæc autem, ſecundum alios modos tales) cõſiderandum eſt nunc.*

Cum explodiſſet eam de motu cõſideratione, quę agẽda eſt in alĳs libris, nũc inſinuat intẽtionẽ pręſentis libri, & proponit ſe in hoc libro uelle agere de motu animaliũ, quo aĩalia ſecũdum locum mouentur, & de illius cã, non q̃dem, ut dictum, eſt contracto ad ſpeciem motus, nec ad determinatum genus aĩalis, ſed uniuerſaliter, ut eſt motus quo aĩal ut aĩal mouetur ſecundum locum, non enim oĩa animalia eadem motus ſpecie mouentur, nã alia quidẽ de numero animalium uolatione mouentur, alia natatione, alia greſſu, alia ſm alios mot⁹ his ſimiles, ut ſerpentes, quę reptione mouentur. Ergo huius pręſentis libri intentio nõ eſt loqui de motu, nec de cauſa mot⁹, ut cõtrahitur ad aliquam ſpẽm horũ motuũ, nec ad aliquod genus horũ aĩalium, ſed generatim de motu quo ſecundum locum aĩal perfectum mouetur, ut aĩal perfectum eſt, & de illius motus cauſa, non enim hic agitur de motu dilatationis & cõſtrictionis, quo animalia imperfecta ſe motitant circa locum, cui infixa ſunt, ut conchilia, & id gen⁹. Quo uero ad inſinuationem intẽtionis attinet, de motu quo animal mouetur ſecundum locum duplex nobis conſideratio occurrit, altera cõiter, ut non contrahitur ad differẽtias, nec ad aĩal, nec ad inſtrumentum, quo animal mouetur, & ſic de ipſo agitur in hoc libro, & in tertio de aĩa, aliter tamẽ ac aliter, nã in libro de aĩa de ipſo ſic cõmuniter ſumpto agitur principaliter ex parte animę, minus autem principaliter, & parum ex parte corporis. In hoc uero libro agiẽ de ipſo ſic cõiter accepto pricipaliter & magis ex parte corporis, minus autẽ principaliter, & parũ ex parte aĩę. Cõſideratio uero de motu ſecundũ differentias, adhuc duplex

Quæ libri intẽtio.

eſt,q̃m uel eſt ſecundum differentias ſpẽrũ motuũ, & ſic agitur in libro de generatione animalium, ibi enim agitur de ſpeciebus motus, quibus animal perfectum ſecundum locum mouetur, aut moueri poteſt. Aut eſt ſm differẽtias inſtrumentorum, quibꝰ animalia mouentur, & ſic eſt hæc cõſideratio propria libro, qui de greſſu inſcribitur, ꝑ quæ patet in hoc libro agẽdum eſſe de motu animalis, quo animal mouetur, ut animal perfectum eſt, & non de motu cõtracto aut ad ſpeciem motus, aut ad inſtrumẽtum, q̃ agit̃, & dixit de motu, quo ſcd̃m locum mouetur, quoniam animal etiã intelligi poteſt moueri alĳs generibus motus, ut alteratione, & augmẽtatione, de quibus nõ eſt præſens intentio. Hęc de intentionis inſinuatione.

*At uero iam ante præfinitum reliquimus id principiũ aliarum motionum eſſe, quod ſibĳpſi motum affert, ideq; immotum præeſſe, primariumq; mouens neceſſario ab omni motu, & agitatione uacuum eſſe, quod quidem commodum actum eſt, cũ de motu diſputabamus ſempiterno, utrum ille eſſet, necne, & ſi eſſet, ecquis eſſet. Et hoc quidem ipſum non modo ratione cõmuni proponere conuenit, ſed in ipſis etiam rebus ſingulis, & ſenſibilibus, quorum gratia communeis quærimus rationes, quas quidem ſingulis rebus accõmodari oportere iudicamus.*

*Quoniam igitur principium aliorũ motuũ eſt, quod ipſum ſeipſum mouet, huius autem, quod immobile eſt, & quoniam quod eſt primum mouẽs, neceſſarium ſit immobile eſſe, determinatum eſt prius, quando & de motu ſempiterno, utrum ſit, aut non ſit, & ſi ſit, quis ſit. Oportet aũt hoc non ſolum ratione uniuerſali accipere, ſed in ſingularibus & ſenſibilibus, quapropter & uniuerſales quærimus rationes, & ea, in quibus putamus oportere adaptare ipſas.*

Verba textũs ſunt ſuſpenſiua uſq; ibi { Quapropter & uniuerſales } In quibus primo tangit quid in alĳs dictum eſt de cauſa motus aïalium, ſecũdo oſtendit, illud nõ eſſe ſufficiens, ibi { Oportet autẽ hoc nõ ſolũ }. Tertio cõcludit illud quod eſt agendum pro ſufficiente cã motuũ animalium, & terminat ſuſpenſionẽ. De prima parte, dicit, ꝙ de uniuerſali cauſa motuũ aïalium, dictum eſt octauo libro auſcultationis phyſicę, ibi enim declarauit eſſe deueniendum ad unũ corpus ꝙ ipſum ſeipſum per ſe mouet, et nõ aliũde extrinſecus, ut cœlum. Cœlũ enim eſt corpꝰ primum omnium corporum, & primũ mobile ꝙ ſeipſum mouet, non enim ab aliquo alio exteriori corpore mouet̃, nõ enim datur aliud corpus extra cœlũ, ꝙ poſſit cœlũ mouere. Amplius eodem libro eſt declaratũ, ꝙ huius primi corporis ꝙ ſeipſum mouet, ſit altera pars. ſ. deus penitꝰ immobilis, qui eſt uniuerſalis cauſa, et qua cœlũ ſeipſum mouet, & a qua omnia aïalia mouẽtur. Cœlum. n. eſt uniuerſalis cauſa motuũ oïum ſuo primo motu, & elemẽtorũ, & aïalium, & deus cauſa eſt cœli, & eius motus, ergo deus eſt uniuerſalis cauſa omnium motuũ & elemẽtorum & animalium, mediante tñ motu cœli, ut libro illo exploratum eſt, hæc ſunt declarata, ut vl̃es cauſæ motuũ aïalium, & omniũ, unde dicit. Q̃m igitur principiũ aliorũ omniũ motuũ, ut elemẽtorũ, & animalium eſt corpus cœleſte, quod ipſum ſeipſum mouet, eſt enim cœlum ſuo primo motu cã omnium motuũ. In oï enim genere, ꝙ eſt primũ eſt cã omnium eorũ, quę ſunt in illo genere, huius aũt primi mobilis, q̃ eſt cœlũ, declaratum eſt, ꝙ illud ſit cã uñis & prima motus cœli, & mediante illo cœleſti motu omnium aliorum motuũ, qđ eſt immobile. ſ. deꝰ, qui eſt altera pars cœli, hoc eſt ſecũdũ, & ſic hæc duo libro octauo explorata ſunt, per qua habetur uniuerſalis cã omnium motuũ omnium eorũ, quę ſub luna mouentur. Cœlum enim eſt cauſa omnium ſublunariũ mediãte ſuo motu, & deꝰ cã eſt cœli, & illius motus, ergo deus eſt cauſa omnium motuũ mediante motu cœli, hæc declarata ſunt, de cã vl̃i motuum animalium. Deinde oſtendit, ꝙ hęc non ſufficiũt ꝓ perfecta ſcientia cauſarum motuum animalium, q̃m ſunt remotæ, & vl̃es cauſæ, per quas non magis ſcimꝰ animaliũ motus, q̃ elementorum. Oportet enim in unoquoq; quęſito propriã cãm quęrere, non tamen ignorare cõem, & vl̃em, & dicit. Et q̃m quòd eſt primum mouens, neceſſarium ſit immobile eſſe, determinatum eſt priꝰ, in libro octauo, q̃m & de motu ſempiterno eſt determinatum utrum ſit dabilis, aut non ſit dabilis, & ſi ſit dabilis, quis ſit ille. Oportet autem hoc ꝙ propoſuimꝰ dicere. ſ. cãm motuũ animaliũ, non ſolum vl̃i rõne accipere, per hęc, quæ dicta ſunt octauo libro. Sed in ſingularibus, & ſenſibilibus cãm motꝰ aſſignare, hoc eſt propriam, & particularẽ. Hic terminat̃ ſuſpẽſio, & quaſi dicat, cũ hęc nõ ſufficiant, ideo & vl̃es q̃rimus rões illas ſupponendo ut declaratas, & ea, in quibus putamus oportet adaptare ipſas vl̃es rões, & dixit. Et vniuerſales quærimus rões, nõ tãquã de nouo inueſtigabiles, q̃m iã octauo libro ſunt declaratę, ſed reducẽdo illas de nouo ad memoriã, & ſic in hoc libro quærimꝰ uniuerſales cauſas reducendo eas ad memoriã, & quęrimꝰ ea, in quibus putamꝰ oportere adaptare ipſas. ſ. particulares cauſas. Vel clarius, lege ſic, ideo quærimus et vl̃es rões, nõ cõiſſimas, quæ libro octauo ſunt quęſitę, nã illę ſunt nimis uniuerſales, ſed vl̃es, quę ſunt vl̃r cauſę omnium motuum animalium, ut animalia ſunt, & quærimus ea ſcilicet motus, & animalia, in quibus putamus oportere adaptare has uniuerſales cãs in hoc libro inueſtigabiles, & per hæc adhuc uoluit intentionem ſui libri magis ſpecificare. Hactenus de intentione generatim, & ſpeciatim.

*Nam uel in his ipſis conſtat fieri non poſſe, ut quicquam ad motum excitetur, niſi etiam aliquid ocietur, et per quietẽ agat.*

*Manifeſtum enim & in his, q̃ impoſſibile ſit moueri nullo quieſcente.*

Cum propoſuiſſet eius intentionem in hoc libro nũc illã exequitur, & ſumit, ꝙ in mobilibus particularibus impoſſibile eſt fieri motum, niſi aliquo quieſcente, unde dicit. Igitur manifeſtum & in his ſcilicet particularibꝰ mobilibus, ꝙ impoſſibile ſit moueri, hoc eſt fieri motũ, niſi aliquo quieſcente, ubi patet: uerbum, enim, accipi illatiue, ꝓ igit̃, eſt enim hic nõ nota cauſæ, ſed executionis nota, & ſic intelligitur apud grecos aliquando. Eſt ergo vl̃is ſuppoſitio, ꝙ impoſſibile ſit aliqđ moueri nullo quieſcẽte.

*Ac primum quidem in animalibus id compertum eſt. nam ſi membrum aliquod motũ nauat, oportet etiã aliquod ociari.*

*Primum quidem in animalibus, oportet enim ſi mouetur aliqua particularũ, quieſcere aliquam.*

Cũ accepiſſet quaſi pro proloquio, ꝙ impoſſibile ſit fieri motum nullo quieſcente, & nõ probauit, hic quaſi inductione illud probare uult, & primo quidem in aïalibꝰ, ſecundo uero in cœleſtibus, non deſunt, ꝙ uelint Ariſtotelem uelle probare, qđ ad hoc, ut animal moueatur, oportet aliquid quieſcere. Sed utcũq; ſit, annotatione dignũ, ꝙ animal moueri poteſt intelligi ſecundum totum, ita ut totum animal moueatur de loco ad locum, aut poteſt intelligi ſecundum partem, ita ut una pars integralis eiꝰ moueatur, ut manus, & non brachium, & brachium, & nõ humerus. Ariſtoteles ergo primo inducit in motu, animalis, qui eſt integralis partis quòd illa mota, altera quieſcat. ſecundo hoc idem inducit in motu animalis, qui eſt totius integri animalis. De prima parte dicit, qđ impoſſibile ſit moueri aliquid, nullo quieſcente, primum quidem patet in animalibus, & primo in motu eius, qui eſt non totiꝰ animalis, ſed partis integralis, quoniam, ut inq̃t, & ſenſu patet; oportet ſi aliqua particularum integralium mouetur, aliquam alteram quieſcere, hoc eſt non moueri eo motu, quo illa mouetur, non enim, ut poſtea diſputabimus, ſi altera mouetur, alteram oportet ſimpl'r q̃eſcere, ſed ſatis eſt ut ab eo motu q̃eſcat, q̃ altera mouetur.

Ob eãq;

*Ob eãq; rem copulæ, & nodi animalibus affiguntur, quoniam cardinis loco nodis utuntur.*

*Quapropter & iuncturæ animalibus inſunt: quẽadmodũ enim centro ututur iuncturis.*

Ex hoc qđ dixit, infert Ariſt. neceſſitatẽ iũcturarũ in mẽbris aïalis. q. d. quia non põt altera pars moueri, quin altera quieſcat, propter hoc & iuncturæ aïalibus inſunt, quibus aïalia ipſa in ꝑticularibus partium motibꝰ utãtur ut cẽtro, & medio partis motæ, & partis quieſcentis, unde dicit. Quapꝑ & in iũncturæ aïalibus inſunt, quemadmodum. n. centro aïalia utunt̃ iuncturis, hoc eſt, ꝑꝑ quã cauſam & iuncturæ animalibus in ſunt, quibus in motibꝰ partium ſuarum utant̃ ut centro, ac ut puncto medio eius partis, quæ mouetur, & eius partis quæ quieſcit. Ariſt. neceſſitatem iuncture non aliter ꝓbauit, niſi ex dictis, q̃m ſi altera pars mouetur, & altera quieſcit, oportet, ut hmõi partes ſint diuerſe, & colligate, diuerſe quidem, q̃m non eſt poſſibile ut una eadẽq; pars moueat̃, & quieſcat, colligate uero, q̃m pars mota mouet̃ a quieſcente, at mouens & motum oportet eſſe non continua, ſed colligata, & cõtigua. Eſt igitur neceſſaria iunctura, ut per eam pars a parte differat, non autem ſit penitus loco ſeparata. Manꝰ ergo brachio nõ continua eſt, q̃m cõtinuum eſt, cuius motus eſt unus, ſed continua, ac iuncta, ligataq; aliter ab eo moueri non poſſet, ſic igitur iuncturæ neceſſitatem nõ aliter Ariſt. ꝓbauit, ſed ex dictis uoluit patere. Quo uero mõ ſe habeat, ut mediũ. & centrum exemplo poſtea declarabit ex his, quæ in figuris uñr. hactenus de neceſſitate iuncture. Sed quæres utrum iunctura ſit pars aliqua diſtincta a partibus iunctis. Dicendum ſm Auer. ꝙ iunctura eſt partes ipſe naturaliter contigue, partes. n. ipſe abſolute nõ ſunt iunctura, ſed addita naturali contiguatione, qua partes iunguntur, ergo iunctura eſt partes non continue, nec mathematice coniuncte, ſed naturaliter cõtiguate inuicem. Naturalis autem cõtinuatio eſt ꝑꝑ aïam, q̃ eadẽ numero, eſt in toto, & in ſingl'is partibꝰ, ut in libris de aïa exploratũ eſt, nã licet brachiũ & armus coniungãtur in cubito ꝑ ligamẽta, tñ ligamẽta ligantur utriſq; partibꝰ nõ alĳs ligamẽtis, ſed aïæ indiuiſibilitate. De hac loq̃uit̃ Auer. in pluribus locis, aſſerẽs, ꝙ cœleſtia corpora etiam unitate aïę oïbus cõis cõſtituãt unum aïal æternum, & q̃dẽ lõge magis unum, q̃ aïal mortale, quum illud ꝑpetuo mortale aïal ꝓ tp̃e ſit unum. Qđ aïal æternum diuerſis, et uno motu mouet̃, uno q̃dẽ ab ortu ĩ occaſum, diuerſis q̃m unũquodq; cœlũ ꝓprio motu ab occaſu in ortũ. Qua rõne fit, ut nõ indocte Auer. aliq̃n appellarit iuncturam cœleſtis aïalis cõem aïam, quæ eſt ueluti pũctus coniungẽs orbes ad unũ aïal, ſic quoq; aïa in aïali mortali, ut pũctꝰ eſt, qui mẽbra ad unũ aïal ligat, hæc. n. eſt uera iunctura utrũ poſtea dicemus, ꝙ iunctura eſt neruus ligans partes mẽbri, qui neruus eſt unus & plures, quo quidẽ unus eſt, mẽbrum uno motu moueri põt, quo aũt eſt plures põt altera pars moueri, & altera quieſcere, hactenꝰ de iũctura.

*Totiuſq; partis integritas, quæ inſertum flectit nodum modo una & duplex, modo recta & flexibilis redditur, quippe quæ per ipſum nodũ in mutationem ducatur potentia, et actu.*

*Et ſit tota pars: in qua eſt iunctura: & una, & duæ: & recta, & flexa, permutata potentia, & actu: ꝑꝑ iuncturam.*

Scđo ex his, q̃ dixit de iũctura, infert cãm cuiuſdã apparẽtię in motu alicuius mẽbri totalis. Videmꝰ. n. brachiũ in cuiꝰ medio eſt iũctura, fieri unũ cũ. ſ. integro & continuo motu mouet̃: & duo, cũ altera pars mouet̃, & altera quieſcit, fieri etiã rectũ, & ꝓ arbitrio flexũ, ut obſeruatio docet, cãm aſſignat ex eo, q̃a ꝑmutat̃ ſm potẽtiã et actũ ꝑꝑ iuncturam. Cum. n. uno motu mouetur, actu unũ eſt, potentia plura, cũ uero altera eius pars mouetur, & altera quieſcit actu q̃dẽ duo eſt potẽtia unũ. At cum actu eſt rectũ, potentia eſt flexũ, & cũ actu flexũ, potentia rectum eſt. Huius apparẽtię, ut Ariſt. inq̃t, cã eſt iunctura, ꝓpter quã brachiũ aptum eſt his diuerſitatibus ꝑmutari, uñ dicit. Et ſit tota pars, uidelicet, brachiũ, in qua ẽ iũctura, & una, & duæ, & recta, et flexa, nõ quidẽ ĩmobiliter manẽs eadẽ, ſed ſm potẽtiam & actũ ꝑmutata, ꝓpter iuncturã.

*Siquidem partis, quæ flectitur, & adducitur alia nota motu fertur, alia in nodis quieſcit, ut ſi dimetientis lineæ. a. & . d. quieſcat. b. moueatur, & d. c. acquirantur.*




*Flexa autẽ & mota, hoc quidẽ ſignum mouetur, hoc aũt manet in iuncturis, quemadmodum utiq;, ſiquidẽ diametri, quæ quidem a. d. maneat, quæ autem b. moueatur, & fiat. a. g.*

Nũc declarat q̃uo iunctura ſe habeat ut mediũ partiũ & cẽtrum per exemplum in figuris, et dicit. Parte autem. ſ. brachio flexa, & mota, in ea erũt duo ſigna uel duæ partes deſignabiles, altera quidem mota & flexa, ut brachĳ pars uerſus manum, altera uero manet & quieſcit. ſ. quæ uerſus humerũ, quæ tamen coniunctę manent in iuncturis. Quod autem iſtud ſit imaginabile, exponit in figuris, & deſcribatur circulus. b. d. g. cuiꝰ diameter ſit b. d. & pũctum medium ac cẽtrum ſit. a. ſi ergo maneat ea diametri pars, quæ eſt a. d. & moueat̃ medietas diametri. ſ. b. uerſus. g. donec illa linea ſit. a. g. certum eſt alteram partẽ ad imaginationem eſſe quieſcentem ut. a. d. & alteram motam, ubi punctus a. immobilis permãſit, ergo in brachio cũ una pars mouet̃, & altera quieſcit, uno puncto medio utitur, ut duobus. Brachium enim in hoc caſu utetur illa extremitatę partis quieſcentis, quæ mediantibꝰ neruis alterã trahit, ut centro & quieſcẽte, & q̃m illa etiã eſt extremitas partis motę, brachium utetur ea, ut centro, & moto, quare utetur uno puncto, ut duobus, quoniã ut moto & ut quieſcẽte. Cauſa autẽ eſt, q̃m illę punctus licet ſit ſubto unꝰ, eſt tamen rõne duo, quo enim eſt partis motę, ſubdit rationem puncti moti, quo uero eſt partis q̃eſcentis, ſubdit rationem puncti quieſcẽtis, quare nihil prohibe idem indiuiſibile moueri & quieſccre, ut eſt partium diuerſarum,




*Sed hoc in exemplo cardo omni ratione uidetur impartibilis, atq; motum in ſeipſis, ut inquiunt, tacita cogitatione architectantur, quandoquidem res mathematicæ nullo motus genere impelluntur. At quæ copulis continentur potentia, et actu partim ſimplicia conſiſtunt, partim diſtrahuntur, cum tamẽ initiũ, quoad initium eſt, quieſcat, dum mẽbrum, quod cohæret motum expedit, uerbi gratia dum brachium mouetur, gibber quieſcit, dum lacerti motum agunt, humeri, dum tibia, genu, dum totum crus, coxendix.*

*Sed hic quidem uidetur ſecundum omnem modum indiuiſibile eſſe centrum, etenim moueri, ut aiunt, ſigunt in ipſis, nõ enim mouetur mathematicorum aliquid, ea autem, quæ in iuncturis ſunt, actu & potentia ſiunt, aliquando quidem unum, aliquando autem plura. Verumtamen, inquantum principium, quieſcit, mota particula, quæ ſubeſt, ueluti brachio moto, cubitus. toto autem membro, humerus, & crure quidem, ipſum genu, toto autem ſcelo, uertebrum.*

Plura diuiſibilia.

Tibia
Crus

Cum dixiſſet iuncturam eſſe centrum mẽbri, cuius una pars mouetur, & altera quieſcit. Ponit differentiam inter iuncturam, & centrum circuli, quoniam centrum eſt ſimpliciter indiuiſibile, iunctura eſt neruus ligans partem cũ

parte, qui eſt corpus diuiſibile, & dicit. Sed hic quidē. ſ. in circulo uidetur centrum ſcd̃m omnem modum eſſe indiuiſibile, ſubaudi iunctura uero, quæ eſt neruus, eſt diuiſibilis. Quod autem centrũ ſit indiuiſibile, probat, q̃m eſt medium eius, cuius altera pars mouetur, et altera quieſcit, nõ quidem uere, ſed ad imaginationem mathematicam, ergo eſt ſimpliciter indiuiſibile, unde inquit. Etenim moueri, ut aiunt mathematici, non uere dicitur in his, ſed figũt, non enim mouetur mathematicorum aliquid, abſtrahit. n. mathematica a motu, quare illud centrum, ꝙ eſt mediũ partis motæ & partis quieſcẽtis, cum hæc nõ ſic ſint ſm ueritatem, erit ſimpliciter indiuiſibile, iunctura uero quæ neruus eſt partes ligans, eſt diuiſibile in duas medietates, quarum altera ſe tenet cum parte mota, altera cum parte quieſcente, & propterea dicit. Ea autem, quę in iũcturis ſunt, uidelicet, nerui, ligãtes partes, actu & potentia fiũt, utputa actu quidem unum, cum integrum membrum uno motu mouetur, & tunc ſunt potentia plura. Aliquãdo ṽo plura actu, & potentia unum, cum altera pars mouetur, & altera quieſcit, patet ergo differentia. Animaduerte tamẽ ꝙ illud quod uere ligat mẽbra, eſt anima ſecundũ Auer. q̃m neruus qui ligat mẽbra, adhuc ipſe mẽbris hincinde ligat̃. Ariſto. tamen loquitur de ſenſibili iunctura, & non de anima quæ inſenſibiliter ligat. Addit tamẽ Ariſto. ꝙ ea pars membri, quæ principium ut altera moueatur, quieſcit, & dicit. Verũ tamen, ſubaudi ea pars, quæ principium, ut altera moueatur, quieſcit, mota particula, quæ ſubeſt, cuius illa eſt principium & ponit exempla, & dicit. Veluti brachio moto, cubitus quieſcit, q̃m eſt principiũ, vt illud moueatur, moto autem toto mẽbro hoc eſt brachio & armo, humerus quieſcit, quoniam humerus eſt cauſa, ut illud totum moueatur. Amplius & crure quidem moto, ipſum genu quieſcit, quoniam cauſa eſt vt illud moueatur, toto aũt ſcelo moto, uertebrũ quieſcit, quoniam eſt cauſa ut illud moueatur, ſumpſit autem ſcelum pro aggregato ex crure, & coxa. Ex quo ſequitur ꝙ neruus ligans partes mouet̃, & quieſcit, ſcd̃m enim eam medietatem, quæ ſe tenet cũ parte mẽbri quieſcẽte, quieſcit, ſm aũt eam medietatẽ, quę ſe tenet cum parte mota mouetur, nec enim eſt abſurdum idem moueri & quieſcere ſcd̃ʒ diuerſas rationes, ut dictũ eſt, quanto minus eſt abſurdum idem moueri & quieſcere ſecundum diuerſas partes, applicatus diuerſis partibꝰ habentibus diuerſas uirtutes.

Idẽ moueri & quieſcere.

*Certum igitur eſt cuiq; etiam parti opus eſſe in ſeipſa aliqd retinere, unde partis motæ initium proficiſcatur, & cui innisa eadem illa in ſumma, & per parteis moueatur.*

*Quod igitur unumquodq; & in ſeipſo oporteat habere aliquid quieſcens, unde principium erit eius, quod mouetur, & id à quo propulſum totum integrum mouebitur, & ſecũdum partes, manifeſtum eſt.*

Ex his epilogat, & duo colligit. Primum ꝙ ĩ omni animali, cum mouetur ſm alterã partẽ, & ſm alteram qeſcit, oportet ut habeat aliqd quieſcẽs, quod ſit principium ut illa pars quæ mouetur, moueatur, unde dicit. Quod igitur unũquodq;. ſ. aĩal & in ſeipſo oporteat hr̃e aliquid quieſcẽs, unde principium erit eius, quod mouetur, manifeſtũ eſt, hoc eſt primum. Scd̃m eſt. ꝙ ex dictis etiam patet, ꝙ ſit aliqua iunctura inter hęc, quæ cã eſt, ut aliq̃n totũ mẽbrum moueatur integrum utputa, cum illa membrum utitur ut una, unde dicit. Et mãifeſtum eſt, ꝙ oporteat eſſe id a quo propulſum eſt mẽbrum, quod ſubtus mouetur, qđ cauſa eſt, ut & totũ integrum, & ſcd̃m partes moueatur, aliq̃n quidem totum, cum illa utitur ut una, aliquando uero ſecũdum partem, cum ea utitur, ut duabus, hæc colligit. Quo aũt ad primum attinet, Aluernus non ob rõne dicit, ꝙ id quod quieſcit, nõ oportet ſimpliciter quieſcere, ſed ſatis eſt ut quieſcat ab eo motu, quo altera pars mouetur, uel ſi mouet̃ eo motu, ſatis eſt, ut quieſcat ab ea uelocitate, qua altera pars mouetur. Præterea colligit progreſſiuum animalis motum quo animal mouetur de uno loco ĩ alterum, eſſe motum cõpoſitũ ex tractu, & pulſu, ſemper enim cum altera pars pellitur, altera trahitur, eſt. n. pulſus motus a ſe in alterũ, tractꝰ ṽo alicuius alterius in ſeipſum. Experiẽtia aũt docet, qđ cũ una pars pellit̃, altera trahit̃, ergo motꝰ aĩalis ex his quaſi miſtꝰ eſt, ꝑꝑ eãdẽ cãm quaſi circularis motus eſt, q̃m cum aliqua pars expellitur, alia trahitur. Et ſic uidetur quaſi circularis hæc de motu quo animal mouetur ſecundũ partem, altera quieſcente.

*Immo quies omnis interna ad id præſtandum minus idonea eſt, niſi extrinſecus aliquid ſimpliciter adhibeatur, quod & qeſcat, & omni uacet motu.*

*Verum omnis quæ & in ipſo quies eſt, inſufficiens eſt, niſi aliquid ſit extra ſimpliciter quieſcẽs, & immobile.*

Cum probaſſet, ꝙ impoſſibile eſt animal moueri ſcd̃m partem, niſi altera quieſcat, nunc probat, quòd nõ poteſt moueri integrum & totũ, niſi extra ipſum ſit aliquod firmum & quieſcens, quod uel ſimpliciter non moueat̃, vel nõ eodem motu, uel nõ eadẽ uelocitate, qua animal mouetur. Et primo proponit qđ intendit, & dicit. Verũ omnis quies quę eſt in ipſo, eſt inſufficiens (non enim ſufficit niſi ad motum ſcd̃m partem) niſi aliquid ſit extra ſimpliciter quieſcens, & immobile aut ab eo motu, quo totũ aĩal mouetur, uel ab ea uelocitate, nam hoc ſufficit ad hoc, ut aĩal totum poſſit moueri.

*Ac operæpretium quidem erit accuratius æſtimare ſententiam, quam ſupra attulimus, propterea quod contemplationis genus eiuſmodi attingit, quod non ſolum animalia compræhendit, ſed ipſius etiam uniuerſi motum, & interitum. Siquidem ut intus quicquam cõdi debet, ſi ad motum animal exiturũ eſt, ita extra potius aliquid ſtatuendum eſt, in quo inſiſtẽs moueatur.*

*Dignum autem eſt ſcientes conſiderare de dicto. Habet enim cõtemplationem, non ſolum ad animalia protenſam, ſed etiam ad motum & latius. Quemadmodum enim & in ipſo oportet, aliqd immobile eſſe, ſi debet moueri, ſic adhuc magis extra animal oportet eſſe aliquid immobile, à quo propulſum mouetur, quod mouetur.*

Cum propoſuit ꝙ ad hoc, ut animal integrum moueatur, neceſſe eſt eſſe aliquid immobile extra ipſum, in quo moueatur. Oſtendit hoc qđ propoſuit, eſſe utile conſiderare, q̃m ſe extẽdit nõ ſolum ad motum aĩalis, ſed etiã ad motum cœli, & dicit. Dignum autem eſt ſciẽtes conſiderare de eo, qđ propoſuimus & diximus, propoſuimus. n. ꝙ omne animal ad hoc, ut totum integrum moueat̃, indiget quieſcente extra ipſum, hoc dignum eſt conſideratione apud oẽs ſcientes, & non tantũ apud ſcientes motum animalium, & dicit. Habet enim hoc cõtemplationem, nõ ſolum ad animalia protenſam, ſed etiam ad motum, & ad lationem totius cœli. Cuius cauſam affert, & dicit. Queadmodum enim & in ipſo cœlo ſi debet moueri oportet aliquid immobile eſſe. ſ. uniuerſam terram, quæ centrum eſt immobile, circa quod circũfertur, ſic adhuc magis extra animal oportet eſſe aliqd immobile, a quo, & ſupra quo propulſum, & pulſum mouetur aĩal ipſum, qđ mouet̃. Dixit autẽ & magis, q̃m aĩal magis egere vr̃ ſuſtinẽte, q̃ʒ cœlum. Cœlum. n. uidetur quaſi ſe ſuſtinere.

*Nam ſi tãquã ſtrato ſemper ceſſerit, ut muribus euenit, quotienſcunq; per terram, aut arenam gradiuntur, nullos habebit, progreſſus, nec greſſus peragetur, niſi terra habitu rigenti cõſiſtat: nec uolatus, aut natatus conficietur, niſi uel aer, uel mare obnixe reluctetur.*

*Si enim cæderet ſemper, utputa muribus, qui in terra, aut in arena progrediuntur, non procederet, neq; erit greßus, ſi non terra maneat, neque erit uolatio, aut natatio, ſi non aer, aut mare, reſiſtat.*

Probat

Probat, ꝙ dixerat, ab experientia motuum aĩaliũ, & dicit. Si enim id, ſupra quo aĩal mouet̃, ſemper cederet, & non ſimpl'r eſſet immobile, aut non eo motu, aut nõ uelocitate moueretur, quo animal mouetur, animal nõ procederet, nec erit greſſum, utputa muribus, qui in terra, aut in arena progrediuntur, ſi non reſiſteret aut terra, aut arena, non procedere, neq; erit greſſus, ſi non terra maneat. Præterea etiam neq; erit uolatio, aut natatio, ſi non aer auibꝰ, aut mare piſcibus reſiſtat, uel nõ moueat̃ eo motu, uel nõ ea uelocitate, patet ergo cõcluſio obſeruatione.

*Atq; id neceßario aliud ab eo eſſe debet, q. motu exercetur, totumq; à toto atq; id, quod proprie omnis motus expers eſt, in nullam eius partem receptum eſt, quod motum obit, ſin minus, idem motu deſiſtet.*

*Neceſſe eſt autem hoc alterum eſſe à moto, & totum à toto, & nullam partem eſſe eius q. mouetur, quod eſt ſic immobile, ſi autem non, non mouebitur.*

Cum per obſeruationẽ & experientiam probaſſet, qđ animal cum totum mouetur, indiget quieſcente, oſtendit, ꝙ illud quieſcẽs ſit quid diuerſum a toto animali, & ꝙ nulla pars ſit illius, & dicit. Neceſſe eſt autem hoc quieſcens eſſe alterum ab eo animali quod mouetur, & neceſſe eſt totũ illud qeſcẽs eſſe alterum a toto aĩali, ꝙ mouet̃, & neceſſe eſt qđ ſic eſt ĩmobile etiã nullã eſſe partem eiꝰ, quod mouet̃, ꝓbatur, q̃m ſi nõ eſſet diuerſuʒ a toto aĩali, qđ mouetur, uel eſſet pars integralis illius, aĩal ipſum non mouebitur, q̃m non hr̃et in quo poſſet ſeipſum pellere.

*Cuius rei teſtimonio eſſe poteſt id, quod in controuerſia uerſatur, & cõtentione, cur ſi quis extra nauigium remo, aut alio inſtrumento malum propellat, nauigium nullo negocio moturus eſt, contra ſi in eodem ſit nauigio, & id ipſum conetur, nullam mouendi facultatem habebit, nec ſi Tityus, aut Aquilones extra nauigium ſpirent, ſi modo caſus ferat, ut quis eo modo uẽtum reddat, quo pictores facere uidemus, qui ex eodem nauigio uentum mitti pingunt.*

*Teſtimonium autem huius eſt quod dubitatur, propter quid aliquando nauem quidem extrinſecus ſiquis pellat, fuſte malũ, aut aliquam aliam partium attingens, mouet facile. Si autem quis in ipſa exiſtens naui, hoc tentet facere, nõ utiq; mouebit, neq; utiq; eurus, neq; boreas ſi flaret intrinſecus ex naui, ſi accidat aliquem ſpirare eo modo, quo pictores depingunt, ex ipſa enim uentum emiſſum depingunt.*

Probatum eſt, ꝙ ſi aĩal debet moueri, eget aliquo firmo ac quieſcenti & immobili ꝙ ſit diuerſum ab ipſo, & nulla eius pars. Nunc probat hoc idem ex ſolutione cuiuſdam quęſiti, ſit enim quoddam quæſitum: quod ſolui nõ poteſt, niſi ſupponamꝰ id quod mouetur, habere aliquod firmum, quod ſit diuerſum ab ipſo, & nec in ipſo, nec aliquid eius. Primo ergo proponit quæſitum, & dicit. Teſtimonium autem huius quod dictum eſt. ſ. ꝙ omne qđ mouetur egeat quieſcente extrinſecus manente, eſt quod dubitatur, ꝑꝑ quid aliquando nauem quidem mouet facile, ſiquis extrinſecus manens in terra, & ripa attingens fuſte aut baculo malum illius, aut aliquam aliam partium. Contra uero ſi quis in ipſa naui exiſtens, hoc tentet facere attingẽs baculo aut fuſte malum uel aliam quãuis partem, non utiq; mouebit. Experientia enim docet ſi quis ex ripa firma baculo nauim pellat, mouet facile, ſi quis autem ex naui manens in naui baculo attingens puppim uel proram, & pellat, non mouet. Præterea neq; utiq; eurus, neq; boreas neq; quiuis uentus, ſi flaret intrinſecus ex naui, ut ex prora uerſus puppim, uel ex puppi uerſus prorã, eam moueret, dico ſi uentus flaret ex naui, ſi accidat uentum aliquem ſpirare eo modo, quo pictores depingũt. Depingunt enim uẽtum ſpirare ex angulis nauis. Si ergo ita ſit quòd boreas ſpiret ex altero nauis angulo uerſus alterum: utique nauim non moueret, ſunt ergo quæſita. Primum propter quid pellens nauim ex ripa mouet nauim, pellens uero nauim ex parte exiſtente in naui non mouet nauim. Secundum propter quid uentus perflans ex altera parte nauis uerſus alteram nauim non propellit perflans uero a terra uerſus nauim, propellit. Hæc enim quæſita ꝓſolui non poſſunt, niſi ſupponamus ꝙ omne quod mouet̃ egeat firmo extrinſecus manente.

*Nam ſiue leniter flatus ſpirat, ſiue ita uehementer, ut maxima uenti uis ingruat, ſiue aliud ſit, quod proijciatur, uel impellatur, neceſſe eſt primũ, ut qui impellit in ſua aliqua parte quieſcente inſiſtens id præſtet. Dein hanc ipſam partem, uel id cui pars adiungitur, quieſcere externæ rei innisum. At qui nauigium impellere uolebat, cũ ipſe in nauigio eſſet, ad ipſum quæ adhæreret, optima ratione nauigij mouendi auctor eſſe nõ poterat, quia neceßitas preſcribebat, ut id quieſceret, cuius innisu ſe ſuſtinebat, cum tamen qui extrinſecus ei uel impellendo, uel trahendo intentus erat, motus auctor eſſe poterat, quoniam terra nulla nauigij pars habetur.*

*Siue enim remiſſe proijciat ſpiritum, ſiue uehementer, ita ut uentum faciat maximum, ſiue aliquid aliud ſit proiectum aut pulſum, neceſſe eſt primum quidem ab ipſo quieſcente, aliquam eius partem propulſam pelli. Deinde iterum hanc partem, aut ipſum, aut cuiuſuis pars eſt: ad aliquid exteriorum firmatum manere. Nauim autem pellens in naui ipſe exiſtens, et firmatus ad nauim, rationabiliter non mouet nauim, quia neceſſarium eſt id, in quo firmatur, manere. Accidit autem ipſi idem eſſe q. mouetur, & id in quo formatur, extrinſecus autem pellens aut trahens, mouet, terra enim nulla pars nauis eſt.*

Hic textus in meo græco codice reperitur manens, & mutilatus, ideo animaduerte, ꝙ in antiquis tranſlationibꝰ prima pars textus legitur cum præcedenti textu, hoc pacto. Neque enim utique eurus neque boreas, ſi flaret intrinſecus ex naui, moueret, ſiue enim remiſſe proijceret ſpiritum, ſiue uehementer, adeo ut uẽtum faceret maximũ, ſiue aliquid aliud ſcilicet fuſtis aut baculus, ſit proiectum aut pulſum, moueret ſubaudi nauim manens in naui, & tunc hæc uerba legenda ſunt in dubitatione, quæ expoſitio mihi conſona eſt, propter particulam enim, quę reddit cauſam eius quod acceptum eſt in dubitatione. Poſtea ſoluit problema, & uerba reperiuntur in tranſlationibus antiquis, ſic { Sed neceſſe eſt primum quidem, & reliqua } per illã enim particulã { ſed } notatur ꝙ ſoluat quæſita, hoc pacto legendo uerba, non eſt difficultas. Si uero ṽba legantur, ut in gręco codice meo leguntur ubi nõ legit̃ ꝑticula { ſed } impoſ'e eſt illam particulam. n. reddere cãm ſed tenet̃ aduerſatiue, quod Philoponus nõ raro obſeruat in libris Ariſto. licenter. n. uerba ſunt ad ſenſum accomodanda, ut dicit. Et ſic tenendo uerbum illud, Ariſto. ſoluit, & dicit. Sed ſiue remiſſe eurus proijciat ſp̃m, ſiue uehementer ita ut uentum, & ſpiratricem faciat maximam, ſiue aliquid aliud ut fuſtis uel baculus, ſit proiectũ aut pulſum a terra in nauim per manus hominis, neceſſe eſt primum ut aliqua eius pars ab aliquo quieſcente propellat̃, aliqua eius pars dico aut proiecti ab homine, aut ipſius uẽti, deinde iterum neceſſe hanc partem quieſcentem, e qua propellitur, aut ipſum totum uẽtum proiectum, aut id cuiuſuis pars eſt, ad aliquid exteriorum formatum manere, uerbi cauſa, ſi homo ꝑ baculum pellit nauim, hõ eſt illud quieſcens e quo pellitur baculus mouens nauim, & iterũ hõ neceſſe eſt ut firmet̃ in terra, alioquin nõ poſſet baculo pellere nauĩ. Sil'i mõ & de uẽto eſt dicẽdũ, ſi. n. mouet nauim, opʒ ut ab aliquo firmo propellat̃ in nauim, ꝙ uel

ſimplr non mouet,uel nõ eo motu,uel non tanta uelocitate,nauim aũt,ut inquit,pellens ipſe exiſtens in naui,& firmatus ad nauim,rõnabilr nõ mouet nauim,quia(ut inqt) neceſſarium eſt id,in quo firmatur,manere. Modo accidit ipſi naui,ut idem ſit quod mouetur,et id in quo firmatur, quoniam omnia mouentur. Dico idem,qm̃ utraq; mouentur & eodem motu,& eadem uelocitate,mouetur enĩ baculus,& mouetur puppis ex qua firmatus pellit nauim. At ſi pellẽs ſit extrinſecus trahens, mouet, qm̃ terra nulla pars eſt nauis,neq; ipſa nauis. Patet ergo quæſita hæc ſolui non poſſe,niſi ſupponendo omne ꝙ mouetur,indigere quieſcente,ꝙ nihil ſit eius,quod mouetur. Hinc perſpicuum hunc textum eſſe obſcurum propter mutilationem, quæ in codice meo græco accidit.

*Sed quæres,an ſiquid uniuerſum agitat cœlum, tantæq; molis gubernacula ſuſtinet,omnis motus expers eſſe debeat,nec ulla cœli pars ſit,nec in cœlo condatur.*

*Dubitabit aũt utiq; aliquis, utrum ſi aliquid mouet totum cœlum,eſſe oporteat etiam immobile: & * huius aliquid eſſe ꝗ, nulla ſit cœli pars,neq; in cœlo.*

*et hoc nullã eẽ cœli pte, neq; ĩ cœlo,

Similiter uerba hæc mutillata reperiuntur in noſtro codice,& cum nõ habuerim niſi unum exemplar,uolui uidere tranſlationes ueteres,& etiam illas reperi diuerſas,in qbuſdam legũtur uerba hæc,ut uides,in alĳs reperiũtur,ut notauimus in margine, in græco uero codice leguntur ſic { Et huius nullã eſſe cœli partẽ, neq; in cœlo } Verũ Ariſtoteles poſtquam probauit oẽ quòd mouet̃ hr̃e duplex quieſcens,alterum interius ꝙ eſt pellens inſtrumenta motus,& alterum exterius,ꝙ firmum eſt,in quo pellens, & inſtr̃a firmantur,quærit utrum eodem modo ſit dicẽdum in motu cœli,& dicit. Dubitabit aũt utiq; aliqs, utrum ſi aliquid mouet totum cœlum.ſ.aggregatum ex omnibus orbibus,eſſe oporteat aliquid immobile, hoc eſt aliquod quieſcens interius & quo moueant̃ inſtr̃a mot⁹ cœleſtis. Et utrum huius quieſcẽtis oporteat eſſe aliquid adhuc exterius quieſcens,qđ nulla ſit cœli pars,neq; aliquid in cœlo exiſtens,per quę quęrere uidetur duo, primo ſi cœlum habeat quieſcẽs intrinſecus,e quo pellantur inſtr̃a,ꝑ quę cœlum mouetur ſecundo utrũ ſit quieſcens extrinſec⁹,cui quieſcẽs intrinſecus,& inſtrumentum,quibus cœlum mouetur,innitantur. Si uero uerba legantur, ut notauimus in margine,quęrit,utrum cœlum ad hoc,ut moueatur egeat aliquo immobili & quieſcẽte:& ſi eo egeat, utrũ illud ſit cœli pars,uel in ipſo cœlo. Sin aũt ſcribantur, ut leguntur in græco noſtro codice,quęrit utrum cœlũ ad hoc ut moueatur,egeat aliquo quieſcente immobili, & utrum huius oportet nullam eſſe partem cœli, nec in cœlo ipſo, quaſi dicat dato ꝙ egeat quieſcente,utrũ illius quieſcentis nulla pars ſit cœli,neq; in ipſo cœlo, ſed penitus ſcđm ſe & ſcđm partes omnino e cœlum. Hęc ſunt quę uidentur mihi eſſe dicenda,tu uero ſi codices meliores habes,hęc quę diximus melius intelligas.

*Nam ſiue idem ipſum cum mouetur,cœlum circũagit, neceſſe eſt uolubilitatem eiuſmodi conficiat rem immotam attingẽs, quæ quidem auctoris motus nulla pars ſit, atq; ſi mouẽs immotum continuo eſt,nulla itidem pars fuerit eius,quod motu tenetur, & agitatione.*

*Siue enim ipſum motum mouet ipſum, neceſſe eſt alicui immobili adhibitum mouere, & hoc nullam eſſe partem * eius ꝗ mouetur. Siue enim confeſtim immobile eſt,quod mouet,ſimiliter nullã fore partem eius quod mouetur.*

* ei⁹ qđ qđ mouet.

Pro ſolutione dubitationis Ariſto. ſumit duas propoſitiones hypotheticas,quarũ prima eſt. Si daretur aliquod corporeum quod ipſum in ſe motum moueret cœlum, ut brachium uel aliud tale, hoc tale corporeum ĩ ſe motum, non eſſet ꝑs cœli, ꝓbatur, quia tale corporeũ mouẽs cœlum,cum ſit motũ,oportet ut ſit innifum alicui quieſcenti,& ſic tale corporeum nõ poſſet eſſe pars cœli, nõ enim ſtant ſimul, quòd ſit innifum alicui quieſcenti extrinſec⁹ manenti a cœlo,& ſit pars cœli. Patet ergo quòd ſi eſſet aliquid corporeum quod motum moueret cœlum, tale corporeum non poteſt eſſe cœli pars,unde dicit. Siue enĩ ipſum corporeum motum mouet cœlum ipſum, neceſſe eſt alicui immobili, & firmo adhibitum ac innifum mouere ipſum cœlum, ut probatum eſt, & ſi ſic,neceſſe eſt nullam eſſe partem eius quod mouetur, hoc eſt cœli. Eſt ergo hypothetica,ſi eſt aliquod corporeum, quod motum mouet cœlum, tale corporeum non poteſt eſſe pars cœli moti,probatur, quia tale corporeum eſſet innifum alicui firmo extra cœlum manenti,et ſic non poteſt eſſe pars cœli,& firmo omnino extra cœlum manẽti adhibitum. Quo uero ad uerba attinet,uerbum illud { Eius quod ꝙ mouetur } in alĳs libris legitur eius quod mouet,& tunc ꝑ hoc intelligit cœlum,per excellentiam enim cœlum dicit̃ mouens,quaſi & hoc neceſſe eſt nullam eſſe partem cœli mouentis nos,hęc eſt prima hypothetica. Secunda uero eſt, ſi corporeum,quod mouet cœlum, eſt ſimpliciter qeſcẽs, nulli alteri firmo innifum, ſed ipſum in ſe eſt firmum qeſcens,& immobile, neceſſe eſt ſimiliter nullam eſſe partem eius quod mouetur,hoc eſt cœli moti,unde dicit. Siue enim confeſtim & non per reductionem id quod mouet cœlum,eſt ſimpliciter immobile,quieſcens, & firmũ, neceſſe eſt ſimiliter nullam fore partem eius,qđ mouetur. Hæc eſt ſecunda hypothetica.

*Quinetiam qui memoriæ,literiſq; hæc mandarunt,illud ſcite tradunt,per globi cõuerſionem nullam omnino partem quietem fouere,quandoquidem neceſſe eſſet uel totum quieſcere, uel facto partium diuortio illius diſtrahi continuum.*

*Et hoc recte dicũt dicentes,ꝗ circulariter motæ ſphæræ nulla manet pars. Aut.n.totam neceſſariũ erat manere aut diſtrahi continuitatem ipſius.*

Probat ſecundam hypotheticam auctoritate phyſicorum. Sphæra enim cœleſtis,ut dicunt,cũ mouetur, neceſſe eſt aut totam integram moueri, & ſic nullum quieſcẽs poteſt eſſe ipſius pars,aut ſi alia pars quieſcat,& alię mouentur neceſſe eſt cõtinuitatem cœli diſtrahi,ſepararique partem quieſcentem ab alĳs partibus,quæ mouentur,vnde dicit. Et hoc recte dicũt dicentes, qđ circulariter motæ ſphæræ nulla manet pars. Cui⁹ rei cauſam affert approbans eorum dictum,& dicit. Aut enim totam erat neceſſarium manere,& ſic non una pars quieſcit, & alię mouẽtur,aut ſi aliqua quieſcit,& aliæ mouentur, neceſſe eſt cõtinuitatæ ſphærę ipſius diſtrahi ac ſeparari,ut intelligenti ꝑ3. Per hęc uult hr̃e ſolonẽ ſecundi quęſiti, quęrebatur.n. utrũ dato qđ detur corporeũ quid immobile, qđ cœlum mouet illud eſſet aliqd cœli moti,ꝑ3 ſolutio qđ nõ põt eẽ pars cœli moti. De primo ꝟo quęſito dicemus poſtea.

*Sed cum arbitrantur uertices nulla præditos magnitudine quandam uerſandi cœli habere facultatem, & extrema, & pũcta inducunt,falſæ ſententiæ ſe auctores probant.*

*Sed quoniam polos putãt quãdã uirtutẽ habere, qui nullam hñt magnitudinẽ,ſed ſunt extrema & pũcta,nõ bñ dicunt.*

Cũ poſuit ſolonẽ ſecũdi q̃ſiti,hic ponit & refellit ſolones aliorũ. Quidã.n.dixerunt cœlũ moueri ab immobili corporeo,& illud dixerũt eẽ polos,ꝗ uidentur eẽ ſoli immobiles,finxerũt.n.polos ꝟtutẽ hr̃e, ut cœleſtis motor in mouendo cœlum firmet̃ ſuper polos,& ſic polos dixerũt eſſe illud corporeum immobile. Ariſt. ergo ſimul narrat ſolutionẽ,& illam refellit,et dicit. Sed qm̃ qdã polos putãt quãdã uirtutẽ hr̃e,ut ſup ipſis motor cœli in mouẽdo cœlum firmet̃,ꝟba ſunt ſuſpẽſiua uſq; ibi. Non bene. Cõtra obĳcit,ꝙ non poſſint eſſe poli, qm̃ poli non ſunt corpora,ſed ſt̃ extrema & pũcta axis,quę eſt diameter cœli, & hoc dicit. Qui nullã hñt magnitudinẽ, ſed ſt̃ extrema diametri,& pũcta q̃ axẽ mundi terminat,qa inquã ita eſt nõ bñ dicũt,& hic terminat̃ ſuſpẽſio. Eſt ergo prima rõ pol⁹ eſt indiuiſibilis, eſt indiuiſibilis,ergo non poteſt eſſe illud corporeũ,in cui⁹ uirtute cœleſtis motor firmetur in mouendo cœlum.

*Nam fieri non poteſt, ut quicquam ad huiuſmodi uerticum naturam pertineat.*

*Cum hoc enim nulla ſubſtãtia eſt alicuius talium.*

Propter illud ꝟbum,enim,uerba hæc pñt legi, ut reddãt cãm quare indiuiſibile nõ põt habere uirtutẽ,ut in eo cœleſtis motor firmetur,& lege ſic,dico nullũ indiuiſibile habere uirtutẽ,qm̃ cũ hoc.ſ.indiuiſibili nulla ſubã hoc eſt uirt⁹ eſt alicuius taliũ,ſupra quorũ uirtutes motor firmari poſſit. Melius aũt puto,ut hic ponatur ſecũda ratio, & tunc lege,enim pro etiam,hoc pacto, ad hoc etiã accedit ſubaudi,ꝙ alicuius talium polorum nulla ſubã ſit, nã poli ſunt accidentia imaginaria,quorũ nulla eſt ſubã,quę poſſit eſſe ſubiectum uirtutis.

*Et motus unus à duobus rebus agatur, ſed illi duos conſtituunt uertices.*

*Et moueri ſecundum unum motũ à duobus, impoſſibile eſt, polos autem duos faciunt.*

Tertio refellit hãc ſolonẽ,quia idem moueri uno motu a duob⁹motoribus,eſt impoſſibile. Modo illi faciũt duos polos tanquã duos motores,ergo nõ bene dicũt. Sed dubitabis,qm̃ proceſſiuus motus aĩalis à plurib⁹ eſt,in hoĩe enim a duobus pedibus,in alĳs a quatuor pedibus, dicendum ꝙ iſti motores inſtr̃arĳ ſunt ſubordinati adinuicẽ ut alter alteri ſubſeruiat,at poli ſunt ęquales, alter alteri nec ſubſeruiẽs,nec ſubordinat⁹,& ꝓpterea ceſſat dubitatio.

*Ex hoc diſceptationum genere adduci poteris, ut exiſtimes aliquid omnino ita ſtatui oportere ad uniuerſam naturã, ut terra ad animãtes habetur, & quæ per eaſdem ipſas animãtes motus conficiunt ſuos.*

*Quod igitur aliquid ſe habeat & ad totam naturam ſic,quẽadmodum terra ad animalia, & mota per ipſa ex talibus utiq; quis dubitabit.*

Sed cõtra prędicta dubitat,& hoc, ut introducat aliã ſolutionem,quã intẽdit etiã cõfutare. Et dubitatio eſt,qm̃ ita aliqd debet ſe hr̃e ad cœlũ,ꝙ eſt tota natura, ſicut terra ſe habet ad aĩal ꝙ eſt pars naturæ, & etiã ita quędã debent ſe habere ad totã naturã,quæ eſt cœlum,ſicut quædam mota.ſ.brachia uel tibię,quę ſunt inſtr̃a motus ſe habẽt ad ipſa aĩalia quę ſunt ꝑs naturæ,ſed terra eſt illud firmum ſupra quo mouent̃ aĩalia,& tibię illa inſtr̃a,quę aĩalia firmant in terra,ergo eodem modo de cœlo, quod eſt tota natura. Dicendum erit,unde dicit. Quod igit̃ aliquid ſe habeat & ad totã naturã ſic, queãdmodũ terra ad aĩalia,quę ſunt partes naturę,& ſubaudi quędam ſe habeant ad cœlum ꝙ eſt tota natura, & mota per ipſa aĩalia ſe habent ad ipſa aĩalia.ſ.tibię uel brachia,ex duabus talib⁹ ſimilitudinibus utiq; dubitabit, & cogetur ponere quędã ſimilia de cœlo,qualia hęc ſunt de ipſis aĩalibus. Hæc eſt dubitatio,q̃ Ariſtote. introduxit,ut narret ſcđam poſitionem de ipſo cœlo.

*At qui fabuloſe comminiſcuntur Atlãtem in terra pedes fixos habere,uidentur ex ſuo ipſorum commẽto fabulam finxiſſe,perinde,ac ille dimetiens linea ſit, & circũ uertices cœlũ torqueat,hoc autem ipſum recta euenit ratiõe, quoniam terra per quietem conſiſtit perpetuam.*

*Fabularĳ autem, qui Atlantem faciunt in terra tenere pedes,uidentur utiq; ab intelligentia dixiſſe fabulam, ꝗ hic ueluti diameter exiſtat, & uertat cœlum circa polos,hoc autem accidit per cauſam,quia terra manet.*

Narrata dubitatione,nunc narrat poſitionem poetarũ, & allegoriçat illam,& deinde eam ſic allegoriçatam etiã refutat. Poetæ itaq; finxerunt Atlantẽ gigãtẽ uaſtiſſimũ, qui pedes in terra tenens,& cœlum humeris ſuſtinẽs,uertit cœlum brachĳs ab ortu in occaſum, & ſic cõcedũt inſtrumenta motus ſcilicet brachia, & firmũ externũ.ſ.terram,interpræratur autem fabulam,ꝙ iſti uelint dicere, & intelligere per brachia diametrum exeũtem ab ortu in occaſum & tranſeuntem per centrum terrę, ꝙ diameter iſte uertatur,& uertat cœlum terra exiſtente immobili, ſupra qua firmatur,unde dicit. Fabularĳ aũt,qui Atlãtẽ fingũt in terra tenere pedes,brachia uero ad ortũ & occaſum, uidentur utiq; ab hac intelligentia ac allegoria dixiſſe fabulam,ꝙ hic Atlas ueluti diameter exiſtat exiẽs a cẽtro terrę ad ortũ,& uertat cœlũ circa polos, uidetur aũt hæc interpretatio per cãm facta,qm̃ terra manet immobilis circa quam cœlum uertitur,ueluti circa firmum. Hæc eſt fabula,& interpretatio,ꝑ q̃ uult hr̃e ſecundã ſolutionẽ.ſ.ꝙ cœlũ in ſui motu indiget quieſcente,uidelicet terra.

*Verũtamen huiuſce ſententiæ adſtipulatores neceſſario confirmare debent eos ipſos uertices nullam uniuerſi partẽ eſſe.*

*Sed hæc dicentibus, neceſſarium eſt dicere ipſum,nullam eſſe partem totius.*

Obĳcit nũc contra ſolutionem hanc primo quidẽ,qm̃ ſi terra eſſet illud firmum,quo cœli motor indiget ut moueat cœlum,cum terra non pars ſit totius cœli qđ mouetur,tunc ipſum firmum nulla erit pars totius cœli moti,cuius contrarium dixerunt,q̃re terra non poteſt poni firmũ, ſupra quo motor cœli firmetur.

*Addo illud etiam,quod robur, motoriſq; niſus ad rem quieſcentem æquabiliter reſpondere debet,nam roboris, & facultatis magnitudo eſt,qua ſic id,quod quieſcit, poteſt quieſcere, ut id quod mouet,poteſt mouere, atq; neceſſario quædam proportio ut contrariæ motionis,ita quietis animo concipitur,motuſque aut facultates per exuperantiam uincuntur.*

*Ad hæc oportet uirtutem æquari mouentis, & eam quæ eſt, manentis. Eſt enim multitudo uirtutis & potentiæ, ſecundum quam manet,ꝗ manet, quemadmodum etiam ſecundum quam mouet,quod mouet. Et eſt quædã proportio,ex neceſſitate quẽadmodum cõtrariorum motuũ,ſic & quietum, & æquales, impaſſibiles ab inuicẽ,obtinentur aũt ſecundum exceſſum.*

Hic adducit ſcđam rationem,pro cuius declaratiõe ſumit primo hãc ſuppoſitionẽ,ꝙ ſi aliquod mouens mouet aliquod mobile ſupra aliquo firmo,uerbi cauſa, ut ſit aĩal mouet tibias ſupra terrã,uirtus mouẽtis tibias ſupra terrã, & uirtus terræ qeſcentis,ſupra qua aĩal mouet tibias, ſunt comparabiles ſecundum proportionem, hoc eſt ſecũdum magis & minus. Circa hanc ſuppoſitionem primo ponit ipſam,& dicit. Adhuc oportet uirtutem mouentis & uirtutẽ eam quæ eſt manẽtis oportet ęquari hoc eſt cõparabiles eſſe ſecundum magis & minus,per æquari enim cõparabiles intelligit. Et qm̃ poſſet quis dicere,ipſum quieſcẽs in quieſcẽdo nullã habere uirtutem, ideo exponit ꝙ quieſcẽs in quieſcẽdo uirtutẽ habeat, ſicut & mouẽs uirtutem habet,& dicit Eſt enim multitudo uirtutis & potẽtiæ ꝑ quam manet quod manet, queãdmodũ etiã eſt multitudo ꝟtutis,per q̃ mouet qđ mouet,ergo nõ ab rõne dictũ eſt uirtutẽ mouẽtis,& uirtutẽ quieſcẽtis eſſe cõparabiles ſcđm magis,& minus. Et quia dixit has uirtutes ęquari,exponit,quid ipſe uelit pro ęquari,& dicit. Et hæc ęqualitas non eſt ſm quantitatem æqualem,ſed eſt quædã proportio,ex neceſſitate quemadmodum contrariorum motuum,ita & quietum: qm̃ agẽs oportet exuperare patiẽs, ſi debeat actio uenire ad finem, ſic quietum ſunt uirtutes, hoc pacto quod unum quieſcit ſecundum maiorem uirtutem,alterum uero ſecundum minorem uirtutem,ꝑ quæ uult habere quòd ſicut motus ſunt comparabiles ſecundum magis & minus inter ſe & ad quietes, ita qetes ſunt comparabiles ſecundum magis & minus et ad motus. Verũ, cũ quieſcẽs ĩ uirtute cõparat̃ ad qeſcẽs, cõparatio eſt ſimplex,qm̃ ſimplr alterũ erit alteri aut eq̃le aut mai⁹ aut

minus. At cum q̄ſcēs cõparatur ad mouēs comparatio erit cõpoſita qm̄ quieſcēs habebit in q̄ſcendo æqualem virtutem ad eā q̄ habet mouens in mouendo, aut maiorē, aut minorem, hæc eſt expoſitio ſuppõnis. Hęc eſt prima ſuppoſitio. Deinde ponit ſcđam ſuppõnē & eſt, ꝙ quemadmodum uirtus mouētis, & uirtus moti, ſi debeat actio ꝓficiſci, nõ debet eſſe ęqualis, ſic uirtus mouētis & uirtus q̄ſcentis, ſi debet mouens mouere aliq̄d in illo quieſcēti, nõ debēt eſſe ęquales, unde dicit. Et ęquales uirtutis mouentis & moti ſunt impaſſibiles ab inuicem, ſed altera obtinet alteram ſecūdum exceſſum, ſi debeat altera mouere alterā, ergo eodem modo uirtus mouentis & uirtꝰ quieſcētis, nõ debent eſſe ęquales, non enim mouēs poſſet aliq̄d mouere in illo quieſcenti, & cū uirtus q̄ſcētis nõ poſſit eſſe minor uirtute mouētis, nam ſi eſſet minor, mouēs mouendo aliquid in illo moueret ſimul quieſcēs, & illud qđ mouet, in illo quieſcēti, ergo opꝫ ut ſit maior, quare uult habere hanc ſuppõnem, qđ uirtus quieſcentis debet eſſe maior in q̄ſcendo, quā uirtus mouētis in mouēdo. Quo q̄dem ad cõparationē attinet, aīaduerte, ꝙ Ariſto. uelle uidetur qđ ab ęqualibus nõ proueniat actio, cuius cõtrariū aſſerit libro de generatione aīalium quarto, ubi aſſerit ꝙ ab ęquali & a minori prouenit actio & reactio. Libro q̊ de generatione aptiſſime idē tradit, dicendum qđ hic loquitur in motu locali puro, in motu locali puro ab ęqualibus nõ ꝓuenit actio, ſecus in alteratione.

De reactione.

cap. 3.

*Quapropter ſiue Atlas, ſiue mouens quid aliud ſit ex ijs, quæ intra continētur, nihilominus oportet quietem reluctari, quam terra obtinet, aut terra de medio, ſuoq; ipſius loco diuelleretur. Vt enim impellēs impellit, ſic impulſum impelletur, atque adeo per tantūdem roboris. Sed primum quieſcens, hoc eſt Atlas motum parit, idcirco robur maius, & uehementius erit, quam æquabilis, & quieti par ſit. Eodemq; modo ſe habebit robur eius, quod tam etſi mouetur, tñ ipſe non mouet, atq; oportebit tantum facultatis ſupereſſe terræ in quieſcendo, quātū uniuerſo cœlo, illiuſq; motori. Quod ſi hoc fieri nequit, nulla itidē facultas ſuppetit, qua cœlum ab aliqua eiuſmodi re intus condita motus incitationem nanciſcatur.*

*Quapropter ſiue Atlas, ſiue aliquid tale alterum ſit, quod mouet aliquid eorum, quæ ſunt in terra intus, non oportet cõtratendere manſione magna, quam terra cõtingat manere, aut mouebitur terra à medio, atq; ex loco, ſicut enim pellens pellit, ſic pulſum pellitur & ſimiliter ſecundum uirtutem. Mouet autem quieſcens primum, quare maior et amplior, uirtus, aut ſimilis & æqualis erit quietis. Similiter autem & moti quidē, non mouentis autem, tantam ergo oportet eſſe uirtutem terræ in quieſcendo quantam tunc totum cœlum habet, & mouens ipſum. Si autem hoc eſt impoſſibile, impoſſibile eſt & cœlū moueri ab aliquo tali eorum quæ terra intus.*

Ex ſuppoſitionibus argumentaſ, qđ ſi mouēs cœlum firmaſ in terra ad hoc, ut moueat cœlū, terra erit ęq̄lis ꝟtutis in quieſcendo, uel maioris quā primum mouens cœlū ſcilicet deꝰ in mouēdo, & q̄ ſit cœlū ſimul. Et ꝑ deductione ꝯñtię primo infert ex ſuppõnibꝰ qđ ſiue Atlas moueat cœlū ſcđm poetas, ſiue aliud, illud nõ põt mouere cœlū firmādo ſe in terra, qm̄ potētia terrę māſiua erit ęq̄lis uel maior potentię illius motiuę, & dicit. Quapropter ſiue Atlas ſiue aliq̄d tale alterū ſit. ſ. aīa mundi, quod mouet aliquid eorū, quę ſunt intꝰ hoc eſt in terra, aut ipſam terram totam, nõ oportet cõtratēdere manſione magis q̄ terra cõtingat manere, ita ut illud ſit fortius in mouēdo quā terra in manēdo ut ex ſuppõnibus pꝫ: aut ſi erit fortiꝰ in mouēdo quā terra in manēdo, pellet terrā a medio, & terra mouebiſ a proprio loco & a medio, probaſ conſequētia, qm̄ ſicut Atlas pellens cœlū firmando ſe in terra pellet, ſic & ęquali uirtute pulſum cœlum pelletur, & ſimilr̄ & ęquali uirtute qua Atlas pellet cœlum, quare ſubaudi cœlū, pulſum pellet terrā tanta pulſione, quāta pellitur ab Atlāte, Verum ergo eſt, qđ ſi aliquid mouet cœlū firmando ſe in terra, qđ terra debet eſſe maioris aut ęqualis uirtutis ī q̄ſcendo quā illud mouēs cœlū in mouendo, ſumatur ergo iſtud ut maior, & addaſ minor, ſed quieſcēs primū. ſ. deus, q̇ immobilis mouet cœlū, mouet cœlū firmādo ſe in terra apud eos. Quare ſequiſ cõcl’o, qđ uirtꝰ q̄etis terrę māſiuę erit maior et amplior, aut ſimilis & ęqualis uirtuti dei motiuę, ſilr̄ aūt erit ęqualis aut amplior uirtuti cœli moti quidem a deo, non mouētis aūt deū, & ſic uirtus manſiua terrę erit æqualis uirtuti cœli moti, & dei mouētis ſimul uel maior, & hoc infert. d. Tātam ergo oportet eſſe uirtutem terrę in q̄ſcēdo quātam tūc totum cœlum habet & mouens ipſum. Si aūt, ut inq̄t, hoc ē impoſſibile, q̄a reuera eſt impoſſe, nā terra q̄ſcit ſua grauitate mõ uirtus grauitatis nõ eſt ęqualis aut maior ꝟtute motoris cœleſtis, ergo impoſſe eſt & cœlum moueri ab aliquo tali eorū, q̄ ſunt intꝰ in terra, qđ. ſ. firmet ſe ī terra ſi debeat cœlū mouere.

*Sed tamen quæſtio exiſtit de partium cœleſtium cõuerſionibus, quam ut inſtitutæ iam diſputationis propriam, & cognatam æſtimare poteris, nam ſiquis motionis ui terræ quetē exceſſerit, certum eſt illum e medio eam diuulſurum, nec minus cõſtat robur, a quo ipſa uis proficiſcitur, in infinitum non excurſurum, cum neq; terra infinita ſit, ac propterea ne ipſa quidem terræ grauitas eiuſmodi fuerit. Sed cum id, quod fieri nõ poſſit, multipliciter dicatur, propterea quod non eodem modo aſſerimus fieri non poſſe, ut uox à nobis cernatur, quo ea ſunt, quæ in luna conſiſtunt, cum alterum ex neceſſitate ſit, alterum quāuis ſuapte natura aſpectu pateat, id tñ nūquā cernitur.*

*Eſt autem quædam dubitatio circa motus partium cœli, quam, ut exiſtentem propriam dictis, conſiderabit utiq; quis. Si enim quis excedat uirtute motus terræ quietem, palam q; mouebit ipſam à medio. Et uirtus autem à qua ipſa potentia eſt, q; nõ infinita ſit, manifeſtum eſt. Neq; enim quæ terræ ineſt, infinita eſt, ueluti neq; grauitas. Quoniā autem impoſſe dicitur multipl’r, nõ. n. ſimiliter dicimus eſſe impoſſe uocem uideri à nobis, & eos, qui ſunt ſupra luna. Hoc quidē. n. ex neceſſitate, illud autē aptū uideri, non uidebitur eſſe.*

Sed circa dicta occurrit dubitatio, dictū eſt enim qđ uirtꝰ cœleſtis motoris motiua eſt maior q̄ uirtus terrę māſiua, qm̄ dixit qđ grauitas quę eſt uirtus terræ manſiua eſt minor uirtute primi motoris. Dubitat cõtra hoc Ariſtote. qm̄ hoc cõceſſo, cœlum & eiꝰ motꝰ diſſoluerētur. Pro deductiõe ergo cõſequētię, accipit tres ſuppõnes, primo tñ proponit qualis dubitatio hæc ſit, & dicit. Eſt aūt q̄dam dubitatio circa motꝰ partiū cœli, & circa motum totiꝰ cœli, q̄, ut exiſtētē ꝓpriā dictis, cõſiderabit utiq; q̄s, ſic igiſ patet qđ dubitatio dāda nõ eſt extra ꝓpoſitum, ſed ſatis propria his, quæ dicta ſunt. Propoſita uero qualitate oīs dubitationis, accipit tres ſuppoſitiões, quarum prima eſt, qđ ſi aliquis motor in ſua uirtute motiua excedat terram in ſua uirtute māſiua, mouebit terrā ipſam e medio, hanc nõ probat, ſed fuit ſuperiꝰ probata, unde dicit. Siquis enī excedat uirtute motꝰ hoc in uirtute mouēdi terræ quietē, hoc eſt terram in quieſcendo, palam qđ mouebit ipſam e medio, hæc eſt ſuppõ prima. Deinde dat ſcđam, et eſt, qđ motor cœli a quo eſt potētia motiua cœli, & ipſius terræ nõ eſt infinita, probat, qm̄ neq; potentia māſiua terræ eſt infinita in reſiſtēdo, et ſic nec illa erit infinita in mouēdo, & dicit. Et uirtus autē ſ. motor cœleſtis a qua eſt ipſa potētia pulſiua terræ a medio, quòd non infinita ſit in pellēdo, manifeſtum eſt, ex eo, quia neque uirtus terræ manſiua quæ terræ ineſt, infinita eſt in manendo, & reſiſtendo, ueluti neq; grauitas, per quā terra manet, ut dictū eſt. Quo uero ad ſuppoſitionem attinet, aīaduerte ꝙ Ariſt. nõ dicit uirtutem dei eſſe finitam, ſed dicit qđ nõ eſt infinita in pellendo terram, eſſet enim illa pulſio momētaria, ideo uult ꝙ ſit finita in pellendo, qm̄ terra eſt finita etiā ut pellatur, hęc eſt ſecunda ſuppõ. Tertia ꝟo eſt, ꝙ duplex eſt impoſſe, alterū ſimpl’r, ut uocē uideri, alterū per accñs, qm̄ aptum eſt eſſe tale, ſed propter aliquod impediens, nunq̄ erit tale, ut ſtellę paruę, quę ſunt ſupra lunā, uiſibiles quidem ſunt per ſe, qm̄ lucidę, impoſſe aūt eſt illas uideri, qm̄ diſtātes nõ pñt uideri, & ſic impedimēto accidēte, impoſſe eſt uideri. Dicit, qm̄ aūt impoſſibile dr̄ multipl’r, nõ enim ſimpl’r dicimus eſſe impoſſe uocē uideri a nobis, & eos planetas uel eas ſtellas, quę ſunt ſupra lunam, nam hoc q̄dē ſcilicet uocē uideri & ſimpl’r nõ uidebiſ, qm̄ nec uidebiſ, nec eſt aptū uideri, illud aūt. ſ. ſydus paruum ſupra lunam aptum uideri non uidebitur propter impedimentum diſtātię. Et ꝟba hæc ſuſpenſiue legantur uſq; ad textum ſequētem. Per hāc igitur ſuppoſitionē uult habere ꝙ cœlum eſt de neceſſitate ſimpl’r incorruptibile.

De uirtute dei.

*Cœlum uero immortale, & nequaquam diſſolubile ex neceſſitate arbitramur. At ſi hæc recipiatur ratio, non ex neceſſitate id putabitur, ſiquidem motus maior ſuapte natura eſſe, atq; cõtingere poteſt, eum dico à quo terra quieſcit, & eū à quo ignis, & ſummum corpus uoluitur. Itaq; ſi in rebus facultates uehementiores ijs, quas cœlum, & terra obtinent, reperientur, cœlum & terra diſſipabuntur à uehementiore facultate, quam ea ſit, quam utrūq; obtinet.*

*Cœlum itaq; incorruptibile eſſe, & indiſſolubile putamus ex neceſſitate, accidit autem ſecundum hanc rationem, non ex neceſſitate. Aptum enim erit, & continget eſſe motum maiorē; & eo à quo quieſcit terra, & eo à quo mouentur ignis, & quod ſurſum corpus. Si igitur motus exceſſi ſint, diſſoluentur hæc ab inuicem.*

Itaq; autē

His ſuppoſitionibus ſtātibꝰ, vr̄ mihi qđ Ariſto. nūc cõponat dubitationē, et formeſ ſic. Si uirtus cœli motiua eſt maior ꝟtute terrę māſiua, cœlū et oīa diſſolueńſ, probaſ, qm̄ ſi uirtꝰ cœli motiua. ſ. primus motor eſt maior uirtute terrę māſiua, uirtꝰ illa motoris erit maior, et ea uirtute qua terra eſt apta moueri, et ea uirtute qua ignis in ſua ſphęra, & cœlum ſunt apti moueri. Vltra, ſi uirtꝰ motoris eſt maior his uirtutibus, motus ille, quo terra eſt apta moueri, & motꝰ ignis & cœli erit maior quā ignis & cœlū ſunt apti moueri, & ſic deſtrueſ proportio aptitudinum mobilium ad potentiā motiuam, & ſic ulterius illa deſtructa, deſtruitur cœlū & terra & oīa, uñ dicit. Cœlū itaq; incorruptibile eſſe, & indiſſolubile putamꝰ ex neceſſitate ſimpl’r, qm̄ caret materia & ꝯtrario, & hoc ſupponendū eſt ex tertia ſuppõne priꝰ poſita, accidit aūt ſcđm hāc rõnē priꝰ ꝯceſſam (cõcedebaſ. n. uirtutē motoris cœleſtis eſſe maiorem uirtute māſiua terrę) cœlū nõ ex neceſſitate eſſe īcorruptibile, ac indiſſolubile. Eſt ergo enthymema, ſi id qđ dictū eſt (. ſ. qđ uirtꝰ motoris cœli ſit maior uirtute māſiua t̄re,) ſit uerū, accidit cœlū nõ eſſe ſimpl’r incorruptibile, ꝓbat ꝯñtiā, & dicit. Aptū. n. erit diſſolui, & ꝯtinget eſſe motum maiorē, & eo, e quo quieſcit terra, & eo a quo mouentur ignis, & corpꝰ cœleſte, qđ ſurſum eſt. Si igitur cõtingit eſſe motꝰ maiores his motibus, quibus hæc mouentur, cõtingit mobilia diſſolui. Cœlū enim & ignem moueri uelocius quā ſint apta moueri eſt illa eſſe diſſolubilia, oē. n. qđ accidit alicui cõtra naturalem aptitudinem, eſt illi mortale & pernitioſum, & hoc dicit. Si igiſ motꝰ ignis cœli & terræ exceſſi ſint, hoc eſt ſint maiores q̄ apti ſunt eē, hæc oīa diſſoluenſ inuicē. Põt ergo a primo ad ultimū rõ ſic formari, ſi uirtꝰ cœleſtis motoris eſt maior uirtute māſiua terrę, ꝑ ſuppõnē primā, mouebit terrā e loco ꝓprio illiꝰ, ſi mouebit terrā, uirtus motoris erit maior q̄ req̄rat motꝰ cœli, qm̄ erit motiua cœli & terrę & ignis, & nõ tm̄ cœli, et ſi uirtꝰ motoris erit maior q̄ req̄rat motus illorum, cõtingit illos motus fieri uelociores, q̄ modo ſint, et ſi cõtingit eos eſſe uelociores, tūc cœlum & terra & ignis erūt diſſolubilia, qm̄ cõtingit accidere illis aliq̄d contra naturalē aptitudinem illorū, hoc. n. eſt corrūpi. At hoc eſt cõtra tertiā ſuppoſitionem, ubi ſupponit cœlum ſimpliciter eſſe incorruptibile. Ex his patet ratio, & patet qđ de ſuppoſitionibus illis duæ ſunt neceſſariæ, tertia q̄dē, ut oſtēdatur illud ad quod deducit ratio, eſſe cõtra ſuppõnē illā, ex prima, quæ eſt quaſi primū antecedēs. Secūda uero nõ eſt neceſſaria ad rõnē, ſed eſt bona in ſe, & poſita ad bñ, & ad eū q̄ quęreret q̄ta ſit motoris ad potētiam māſiuā terrę. Hæc expoſitio fuit mihi difficilis, q̄a uerba ſunt obſcura.

Vis ratiõis tota.

*Sin tales non ſint, poſſint tamen eſſe (infinitum enim haud incidit, quia nullum corpus in infinitum dimanat) profecto cõtingere poterit cœlum diſſolui. Quid enim impedimenti interuenit, quominus id conſequatur? ſiquidem non poteſt non eſſe. At non poſſe non eſſe minime eſt, niſi contrariū ſit neceſſarium. De huiuſmodi ambiguitate alia inſtituetur oratio.*

*Si autem non ſint quidem, contingant autem eſſe (infinitum enim non contingit, propterea quia corpus non contingit infinitum eſſe) continget itaq; diſſolui cœlum. Quid enim prohibet hoc accidere? ſiq̄dē nõ impoſſibile eſt, nõ impoſſe aūt, ſi non oppoſitū neceſſariū eſt. Sed de hac dubõne alter ſit ſermo.*

Dat quādam ſolutionem, & reprobat illam. Sol’o eſt qđ terra põt pelli a motore cœli, & cœlū et ignis uelociꝰ moueri poſſunt, nunquā tamen accidit ut ſit totum hoc, multa enim ſunt poſſibilia, quæ nõ erunt. Obijcit Ariſto. qm̄ licet hæc nõ ſint diſſolubilia, ſaltem poſſunt eſſe, qm̄ eius oppoſitū nõ eſt neceſſarium. Fortaſſe dices, qđ terra ideo nõ põt pelli, qm̄ eius uirtus māſiua eſt infinita. Contra obijcit, qm̄ terra eſt finita, ergo eius uirtus manſiua eſt finita, procedit autē, ſic primo ſumit ſol’onē eorū, ſecundo interponit quaſi cām ſol’onis & remouet illam. Tertio infert cõtra ſol’onem, & dicit. Si autem non ſint q̄dem motꝰ terrę, & motus ignis & cœli ueloci ores, ſed cõtingunt eſſe, contingit utiq; cœlum diſſolui ſaltem de poſſibili, non enim dici põt ꝙ terra non moueſ a ſuo loco a motore cœleſti, q̄a ſua uirtus manſiua eſt infinita. Cuius cām dicit. Infinitum enim in uirtute non cõtingit eſſe ipſam terram, propterea ꝙ corpꝰ nullum cõtingit eſſe infinitū, ut tertio phyſicorū patet, & primo de cœlo. Quare terrę uirtꝰ māſiua nõ põt eſſe infinita, ergo ſaltem de poſſibili contingit cœlū diſſolui, & hoc probat, & dicit. Quid enim probat hoc accidere aliquando, ſiq̄dem hoc nõ impoſſe eſt, eſt autem non impoſſibile ſi ſuū oppoſitum non ſit neceſſariū, ſic igiſ uirtus rõnis eſt, ſi motus illorum pñt eſſe ueloci ores quā ſint, contingit aliquando illa diſſolui, qm̄ impoſſe nihil prohibet aliquando accidere, uerū remittit rē ad librū de cœlo, & ad librū octauum phyſicorum.

*Sed utrum extra id, quod mouetur, quicquam collocandum eſt immotū, & quieſcēs, quod nulla eius pars ſit, an ſecus.*

*Vtrum autem oportet immobile eſſe aliquid, & quieſcēs extra id, quod mouetur, nulla exiſtens illius, quod mouetur pars, aut non? & hoc, utrum & in omni ſic exiſtere neceſſariū ſit.*

Quoniam in dubitationibus motis proceſſit diſputatiuę, nūc reſumit dubitationes uniuerſalius, & proprie in q̄bus eſt tota difficultas, & dicit. Vtrū aūt oportet eſſe aliq̄d īmobile ac quieſcēs in motu cuiuſcūq; aīalis, in q̊ aīal mouēdo ſe firmeſ, ita ut illud quieſcens ſit extra aīal, & nulla illius pars. Eſt ergo prima pars quęſtionis utrū in oī motu aīalis requiratur q̄ſcens, qđ nihil ſit illius, uel non? Præterea dato qđ in motu animaliū iſtud ſit neceſſariū, utrū ſit neceſſariū in motu cœli, & hoc dicit. Et hoc, hoc eſt, ſi cõcedaſ hoc in aīalibus, utrū hoc idē concedēdū ſit & in oī ideſt in motu totius cœli, ita ut ſic exiſtere ſit neceſſariū in motu cœli, ut in motu animalium.

*Et ſi hoc dederimus,an neceſſe eſt in uniuerſo ita ſe rem habere? forte enim per abſurdum uideri poterit, ſi circũuectionis origo intus habeatur.*

*Fortaße enim uidebitur utiq; inconueniens eſſe,ſi principiũ motus in terra intus ſit.*

Reſpondet ad ſecundam & dicit, ꝙ uidetur abſurdum motorem cœleſtem egere terra,in qua ſe firmet,ad hoc ut moueat cœlum,qm̃ tunc nõ eſſet primus motus ſimpliciter immobilis,cum in mouendo depẽderet a terra,unde inquit.Fortaſſe enim uidebitur utiꝗ incõueniens eſſe, ſi prĩcipium motus intus e terra ſit,& ſic nõ oportet , ut primꝰ motor in mouendo,egeat terra, alioquin primꝰ motor nõ eſſet ſimpl'r immobilis,cũ depẽderet aliũde in mouẽdo.

*Quapropter iſtam probantibus ſententiam Homerus recte cecinisse uideri poteſt.*
*Sed neq; ſupremum in terram deducere cœlo.*
*Veſtra iouem uis ulla queat,non Dique,Deæq;*
*Aniſi quãquam,at librabimini ſimul omnes.*
*Nam id,quod agitatione,& motu uacuum eſt , à nemine moueri poteſt.*

*Quapropter uidebitur utiq; his ſic exiſtimantibus bene dixiſſe Homerum. Sed non utiq; ammouebitur de cœlo in terram iouem ſupræmum omnium. Neq; ſi ualde laborauerint, appræhendere omnes dij omneſq; deæ.*
*Omnino enim immobile à nullo.contingit moueri.*

Quod deus ſit omnino immobilis, & ſimpliciter in ſui actione independens,ꝓbat uerificando Homeri ꝟba,& dicit.Quapropter uidebit̃ utiq; his ſic exiſtimãtibꝰ , & dicẽtibus deum eſſe ſimpliciter immobilem,& indepẽdentem bene dixiſſe Homerum,qui ad uerbum ſic ait.Sed nõ utique ammouebunt de cœlo in terram iouem ſupræmũ omnium,etiã ſi ualde laborauerint eum apprehẽdere oẽs dij omneſq; deæ,cauſam affert huius ꝙ Homerus inqt. Omnino enim immobile a nullo contingit moueri , & ſic primus motor in mouendo cœlum non indiget aliquo corpore quieſcente,in quo ſe firmet, ſic enim ab eo aut moueretur,aut dependeret.

*Vnde ſi ex principio pendet immoto , quæ olim propoſita eſt controuerſia,explicabitur, utrum contingat cœli coaugmẽtationem dißipari necne.*

*Vnde ſoluitur & dubitatio diu dicta,utrum contingat , aut non cõtingat dißolui cœli conſtitutionem ? ſi ſit ex immobili principio ortum.*

Aluernus non imperitꝰs Ariſto. expoſitor refert hæc ad dubitationem quæ prius in hoc libro tacta eſt,dicebat̃ enim ſi motor cœli ſit maioris uirtutis in mouendo q̃ uirtus terræ in quieſcendo,motor cœli mouebit terram, & ſi terra mouebitur,diſſoluentur omnia.Reſpondet,ut Aluernus autumat,ꝙ cœlum licet procedat à deo,non diſſoluetur propter hanc rationem,quoniam licet uirtus dei ĩ mouendo maior ſit quã uirtus terræ in quieſcendo,tamẽ non oportet,ut illam moueat eam enim tũc moueret, ſi nõ poſſet cœlum mouere niſi firmaret ſe aut pedes ſuos in terra. Ego uero arbitror Ariſtotelem hæc uerba non ad dubitationẽ in hoc libro tactam retuliſſe,ſed ad eã, quã libro de cœlo cum Platone diſputauit.Dubitauit enim utrũ cœlũ hoc eſt mundus ſit factus,ubi Plato dixit, qđ eſt factꝰ de nouo per generationem,cõtra quam opinionem Ariſtoteles diſputauit,& probauit qđ ſi mundus per uerã generationẽ de nouo eſſet factus,iterum corrumperetur. Ad hãc ergo dubitationem,ut arbitror,cõuertit mentem, & dicit. Vnde ſoluitur,et dubitatio diu dicta.ſ.libro de cœlo,utrũ contigat, aut non contingat diſſolui cœli conſtitutionẽ, dato qđ cœlum ſit a deo cõſtitutum,et ab immobili principio ortũ , qm̃ ex quo fuit ortum ab immobili principio, & non per generationem nouam, ſed ab eterno ſcđm eius opinionem,nõ oportet,ut diſſoluatur . Propter duo enim non diſſoluitur,& quia nõ ꝑ generationẽ uerã factũ fuit, & ꝗa fuit ortum ab immobili principio , e quo nihil niſi ęternũ oritur,uerũ de his in librum de cœlo. Hæc expoſitio uidet̃ mihi cõſona,propter uerbum illud diu,qđ gręce eſt πάλαι,qđ aduerbium eſt tꝑis ſatis remoti.

*Sed enim huiuſmodi immotum principium non modo,in animalibus condendum eſt,uerum etiam in ijs,quæ per locum motu cientur,ea deſigno,quæcũq; ſeipſa moueant. Siquidem alia pars debet moueri,alia quieſcere,cui id , quod mouetur , innisum motum perficit,ut ſit illud ſit pars quæ mouetur,nam altera innititur,altera quieſcit.*

*In animalibus autem , non ſolum ſic immobile oportet eſſe, ſed etiam in ipſis,quæ mouentur ſecundũ locum , quæcunq; mouent ipſa ſeipſa. Oportet enim ipſorum hoc quidem moueri,hoc autem quieſcere,cui firmatum motum, quod mouetur,ueluti ſi aliqua pars moueatur,firmatur.n.alteri quaſi manẽti,altera.*

Nunc diſſoluit dubitationem quãtũ ad primam partẽ, quæ eſt de aĩalibus,& uult qđ aĩa indigeant duplici quieſcenti exteriori ꝓ motu eorum totali, & interiori ꝓ motu eorũ partiali.& dicit.Et lege ſic.In aĩalibus aũt,quęcũꝗ mouentur ſcđm locũ,& quęcũꝗ mouent ipſa ſeipſa, hoc eſt quæ ſunt aĩalia ꝑfecta,quę ꝓceſsiua aĩalia dñr,nõ ſolum ſic.ſ.extrinſecum immobile oportet eſſe in quo ſe firmẽt,cũ mouẽtur,ſed opꝫ ſic immobile eſſe in ipſis,qm̃ cũ mouentur nõ tota,ſed altera pars mouet alterã , opꝫ ipſorum aĩaliũ,hoc ꝗdem moueri,utputa crus, hoc aũt qeſcere;hoc dico cui crus qđ mouetur firmatum eſt.ſ.coxã , ſi ergo crus mouetur,& nõ totũ animal,oportet id cui crus firmatum eſt quieſcere , ueluti,ut inquit . Si aliqua pars moueatur ; oportet alteram quieſcere,cuiꝰ cauſam affert, & inquit,Firmatur enim altera pars , quę mouetur alteri quaſi manenti & quieſcenti.

*Inanima tamen in contentionem uenire poſſunt , utrum hæc quoq; neceßario in ſeipſis omnia principium quieſcendi,& mouendi habeant,& in aliqua re extra quieſcẽte inſiſtant.*

*De inanimatis autem quæcũq; mouentur , dubitabit utique aliqnis,utrum omnia habeant in ipſis & quieſcens,& mouẽs, & aliquid eorum , quæ extrinſecus quieſcunt , cui firmentur neceſſario hæc.*

Tertio quærit utrũ inaĩata,ut elementa uel miſta,quæ mouentur a prædominãte elẽnto habeãt illud duplex firmum.ſ.internum,& externum,& dicit . De inaĩatis autẽ, quæcũq; mouentur,dubitabit utiq; aliꝗs,utrũ oĩa habeãt in ipſis mouẽs & quieſcẽs,& hoc pro motu partis ab alia parte,& utrum pro motũ totali habeant aliqd eorũ, quæ extrinſecus quieſcũt,cui firmentur neceſſario hęc ſubaudi ſi debeãt integra moueri.Quo ꝟo ad ꝟba attinet,dixit. De inanimatis quęcũꝗ mouentur,ꝑꝑ terrã , quę nõ mouetur,ſed aer aqua & ignis,de his.n.quęrit.

*An id fieri nequeat, ut ignis,ut terra,ut aliud , quod anima orbatum ſit.* In inanimis quidem haud contingit,ut & quieſcẽs res ſit,ſed in ipſis plane animalibus, à quibus inanima motum nãciſcuntur,inanima enim omnia pulſu agitantur externo,atque principium omnium,quæ ita agitãtur eſt, ut illa ſeipſa moueant.Et hæc quidem omnia, quæ de animantibus & inanimis dicere habuimus,neceſſario probant illa & in ſeipſis,& extra rẽ quieſcẽtẽ habere,qua ſe ſuſtẽtent,& firment,

*An impoßibile eſt,puta ignem , aut terram,aut inanimatorum aliquid , ſed à quibus primis mouentur hæc .* Omnia enim ab alio mouentur inanimata , principium autem omnium,quæ ſic mouentur , eſt ipſa ſeipſa eſſe mouentia . De talibus autem animalibus,omnia hæc dicta ſunt,neceſſe eſt, & ipſa in ſeipſis habere quieſcens,& extra,cui firmentur.

Soluit,& uult , ꝙ inaĩata nec pro eorum motu habent quieſcens externũ,cui in eorum motu firmẽtur, nec internum,cui altera pars firmetur in ſui motu, quieſcens ꝗdem externum,non hñt niſi , quę mouẽtur à ſeipſis proprijs inſtrumentis,ut tibijs,uel alis, uel ſcardis. At elemẽta nõ a ſeipſis,ſed a generãte mouentur,ut nunc ſupponat̃ , quieſcens uero internum nõ habent,niſi, quæ habẽt motorem corporeum internum,e quo altera pars moueatur. At elemẽta nõ hñt intra ſe talem corporeum motorem, & quo altera pars moueat̃,ſunt.n.cõtinua, quorum motus unus eſt,unde dicit . An impol'e eſt inanimata hr̃e hoc duplex quieſcẽs,puta ignẽ,aut terram ſi terra moueretur,aut inanimatorum aliquod,ſed hæc hñt iſtud duplex quieſcens, a quibus ſeipſis primis ꝓprijſꝗ organis mouẽtur, ut ſunt aĩalia,quæ a ſeipſis proprijs inſtrumentis motiuis mouentur.Cãm autem quare inaĩata iſtud duplex quieſcẽs non habent,aſsignat,& dicit.Oĩa.n.inaĩata ab alio mouẽtur, utputa a generãte,& nullum eorum mouetur proprijs inſtrumẽtis motus.Sed principium & cã,ut inꝗt,oĩum eorum,quæ ſic mouentur ex duplici illo quieſcente,eſt ipſa eſſe ſeipſa mouentia ab interno motore,& proprijs inſtrumentis.De talibus aũt aĩalibus , quæ hoc pacto mouẽtur oĩa hęc dicta ſunt,& probata,ideo ↄcludit , ꝙ neceſſe ſit ipſa habere duplex quieſcens,& in ſeipſis,& extra,cui firmẽtur,cum proprijs inſtrumẽtis mouẽtur.

*At uero incertum eſt an quicquam ſuperius ſit, quod primũ mouet,& omnino de huiuſmodi initio alia ſuſcipienda oratio. Animalia quæ motu aguntur, omnia externæ parti incubantia id præſtant cum ſpirant,& expirãt, nihil enim intereſt magnũ proijcias pondus,an paruum,quod quidem faciũt qui deſpuũt, qui tußiunt,qui ſpirant,& qui expirant.*

*Si autem aliquod eſt ſuperius & primum mouens , immanifeſtum eſt,eſtq; de huiuſmodi principio alius ſermo . Animalia autem quæcũq; mouẽtur,omnia exterioribus inniſa mouẽtur, & reſpirantia,& expirãtia. Nihil enim differt magnum proijcere pondus aut paruum,q quidem faciunt,ſpuentia, et tußientia,& inſpirantia,& expirantia.*

His declaratis,aĩaduertit nos ut intelligamus quid ex dictis nõ eſt manifeſtum,& quid eſt manifeſtũ, & dicit. Sed ſi aliquod eſt ſupręmum & primum mouens totiꝰ machinam,in hoc libro immanifeſtũ eſt,eſtꝗ de huiuſmodi, principio alius ſermo,ut libro phyſicorum,id ꝟo ꝙ manifeſtum eſt,in hoc libro eſt,ꝙ aĩalia quæcunq; mouentur, oĩa inniſa ac firmata exterioribus manentibꝰ mouẽtur,dico omnia,qm̃ & reſpirãtia,& inſpirantia. Nam differt nihil ea proijcere magnum uel paruum pondus corporeũ, & illud firmare in aliquo manenti, ꝙ quidẽ faciunt ſpuẽtia,& tuſsientia,& inſpirantia & expirãtia,hæc.n.omnia habẽt corpus uaſtum,qm̃ hñt pulmonẽ,qui non ineſt niſi aĩalibus multi caloris, & quæ tuſsiũt magna corpora habent propter magnitudinem calidi , ergo hæc ſiue magna ſiue parua ſit,non mouentur,niſi firment̃ in aliquo qeſcente,& dixit notant̃ de his aĩalibꝰ magnis, qm̃ parua firmari in aliquo non eſt dubiũ.Quo ad uerba attinet,aĩaduerte ꝙ omnia tuſsientia ſunt aĩalia magna,qm̃ non tuſsiũt, niſi deſcenſu flegmatis a cerebro,hoc autẽ ſit propter cerebrum magnum, quibus autem ineſt cerebrũ magnum, inſunt & pulmo & cor ualde calida, & ſic non animalia eſſent tuſsientia,niſi ſint magna.

Tuſsientia aĩalia magna.

*Sed in controuerſiam quoq; trahitur,utrum in animali duntaxat cum per locum mouetur,quippiam debeat quieſcere , an etiam cum ex ſe alteraſcit,& auctum recipit. De prima formatione,& interitu longe alia afferenda eſt præceptio,ſi enim primus motus generationis,& interitus is eſt,quem expoſuimus, hæc ipſa profecto cauſa explicabitur aliarum omnium motionum,& eo quidem magis : quod ut primus ille motus cauſa in uniuerſo,ſic in animali,poſtquam abſolutum eſt,ſtatuitur.*

*Vtrum autem in eo ſolo quod ſecundum locum ſeipſum mouet,oporteat aliquid manere,aut in eo quod alteratur, et à ſeipſo augetur? De ea autem generatione,quæ eſt à principio,& de corruptione,alia ratio eſt.Si enim primus motus quem quidem dicimus,generationis & corruptionis eſt , hic cauſa utiq; erit, & aliorum motuum omnium. Quemadmodũ autem in toto,& in animali primus motus iſte eſt,cũ perficiatur.*

Quęrit poſt hæc utrum in alijs motibꝰ requiratur aliqd manens,ut principium mouendi alterum , ꝙ ſit quieſcẽs, & primo quærit,& dicit.Vtrum aũt in eo ſolo quod ſecũdum locum ſeipſum mouet , oporteat aliqd manere uelut motor corporeus quieſcens cui alterum innitatur,aut etiã in eo ꝙ alteratur & a ſeipſo augetur tale ſit reperire. Reſpondet & primo de generatione,& dicit, ꝙ in generatione non eſt reperire tale quieſcens , quod mouet alterum, qm̃ generatio eſt primus motus omnium motuum,ꝗ aĩali inſunt, & qm̃ eſt primus motus in aĩali ideo in eo nõ eſt dare partem generãtem cui pars genita innitatur, quoniã nihil generat ſe nec ſecundum totũ,neꝗ ſm̃ partẽ. Quod enim generatur nõ eſt,qđ autem generat,eſt, modo nihil ſimul eſt & non eſt,neq; ſcđm totum, neꝗ ſcđm partem, ergo in generatione non poteſt dari tale immobile , unde dicit.De ea autem generatione, quæ eſt a principio , quæ uocatur mundi & rerum oĩum origo,& de corruptione q̃ erit ultima,alia ratio eſt,ſubaudi a generatione particulari,quæ eſt aĩalis.Cãm affert,& inquit. Si enim primꝰ motus,quem nos dicimus primum motum , generationis & corruptionis eſt,hoc eſt.Si primus motus totius eſt generatio,per quã mundus primo motꝰ fuit ad eſſe,hic motus, quę prima generatio eſt , erit cã & aliorum motuum omnium,quoniam primũ , in oĩ genere eſt cã aliorum in illo genere,& locutus eſt conditionaliter, qm̃ ſcđm eius opinionem primus motꝰ eſt circulatio cœli,ſed quemadmodum eſt in toto,ſi illud generaretur , ita & in aĩali primus motus iſte eſt,qui generationis eſt,cũ reuera aĩal generet̃, & perficiatur.Ex hoc uult habere,qđ generatio eſt primꝰ motꝰ aĩalis,& ſic nullũ præſupponit in aĩali,& ita nõ poteſt ſupponere quieſcẽs quod ſit neceſſarium generationi, neꝗ externum,neꝗ internum.

*Quapropter auctonis etiam & alterationis , ſi modo idem ſibijpſi cauſa eſſe poterit. Quod ſi motus per locum alios non præceſſerit,neceſſe non eſt aliquid ſtatui quieſcens in ijs,quæ ex ſe tum in alterationem incidunt , tum partium auctionem recipiunt.Prima quidem auctionis , & alterationis genera alia ab re,& per alias inducuntur.*

*Quare & augmentationis,ſiquidem ipſum fiat ſibijpſi cauſa & alterationis . Si autem non , non erit neceſſarium .* Primæ autem augmentationes & alterationes ab alio fiunt , & per alias cauſas.

Soluit de alijs motibus,& vult qđ ſi aĩalia intra ſe habent principium auctionis,hñt etiã principium alterationis,qm̃ illudmet qđ eſt principium augmentationis utputa calidum eſt principium alterationis.ſ.digeſtionis , tale aũt principium erit quieſcẽs & immobile eo motu,q̃ mouet,& ſic in talibus eſt dare aliqd qeſcẽs,unde dicit.Quare & augmentationis eſt dare aliquod quieſcẽs, & immobile motu quo mouet , ſiquidem ipſum quod augetur fiat ſibijpſi cauſa,& alterationis & digeſtionis,loquor cõditionaliter,qm̃ ſi non hẽt principium ſuæ alterationis , nec habet principium ſuæ actionis,uerum in libro de generatione dictum eſt,qđ aĩal augetur a ſe,& alteratur a ſe,qđ hic omitto.Exponit aũt qđ dixit, eſſe intelligendum non de prima alteratione,& de prima auctione,quibꝰ augetur

& alteratur embrion, ſed de alteratione & auctione, quæ inſunt aīalibus iam perfectis, unde dicit. Primę autem augmentationes & alterationes ab alio motore externo fiūt & per alias cauſas, qm̄ iſtę ſunt a motore externo. Ex his patet, ꝙ animalia & plantæ quæ augentur, & alterātur a ſeipſis, hn̄t intra ſe principium horū motuū, & hoc Ariſt. appellat qeſcens, manens, & fixum, hoc.n. eſt aut aīa, aut uirtus animæ, quæ auget, & alterat inaugmentata & inalterata, ſaltem illa auctione uel alteratione, aut nō eo gradu, quatenus enim non augetur ea auctione, nec alteratur ea alteratione, uel non eo gradu, dicitur hæc uirtus immobilis & quieſcens.

*Cum tamen fieri non poßit, ut idem ſibijpſi generationis, & interitus cauſa ſit, motor enim rem mobilem, effector opificium præcurrere debet, nihil autē ſeipſo prius, & antiquius eſt. De anima utrum illa moueatur necne, & ſi moueatur, quomodo id contingat, proxime in ijs libris diſputauimus, quibus naturam illius complexi ſumus.*

*Generationis autem & corruptionis nequaquam poßibile eſt ipſum ſibijpſi cauſam eſſe ullum. Præexiſtere enim oportet ei quod mouetur mouens, & generans ei, q. generatur. Ipſum autem ſeipſo nihil eſt prius eſt. De aīa uero ſiue moueatur aut non, & ſi monetur, quomodo mouetur, prius dictum eſt in his, quæ de ipſa determinata ſunt.*

Repetit ſolutionē de generatiōe, qm̄ prima ſolutio fuit ex cōditione, & ſil̄itudine ad motum generationis, quæ eſt totius mundi, & dicit. Generationis aūt & corruptionis nequaquam poſſibile eſt ipſum ſibijpſi cām ullū eſſe. Cuiꝰ cām repetit, & dicit. Præexiſtere enim opꝫ ei quod mouet mouens, nihil enim nihil mouere pōt, & generans oportet ut preexiſtat ei, qđ generatur. At nihil eſt ſeipſo prius ſcd̄m eſſe & non eſſe, ergo nihil pōt a ſeipſo generari. Non ergo dat internum mouens ad generationem, ꝙ quieſcat ab eo motu, quo generat, uel ab eo gradu, quare ſi non datur internum, bene poteſt dari externum qeſcēs, qm̄ generans quieſcit a generatione illa, qua generat. Poſſet quis dicere, Plato poſuit aīaꝫ moueri a ſeipſa, ideo quæri pōt utrum habeat intra ſe quieſcens internum. Rn̄det, & inquit. Sed de aīa quidem ſiue moueatur, ſiue non, & ſi mouet, quo modo mouetur, prius dictum eſt in libro primo de aīa, ubi dictum eſt ipſam nō moueri niſi ꝑ accidēs motu corporis. Ideo nō oportet q̄rere de motore animæ. Patet igitur ex his Ariſtotelē in talibus motibus per quieſcēs internū intellexiſſe mouēs, ꝙ uel ſimpliciter non mouet, nō eo motu, quo alterū mouet, uel nō eo gradu, quo alterum mouet. In motu locali hoc eſt mēbrum, cui alterū per iuncturam īnititur, in alijs motibus hoc eſt motor, qui alterat, uel auget alterum. Hæc ſunt quæ habemus ab Ariſtotele de quieſcente particula, ubi primo queri ſolet, utrū in omni motu oportet intelligere quieſcens, q̄ rē oportet prius dilucidare, ut eam Ariſto. expoſuit. Poſtea oportet dubitare de multis. Quieſcēs hic apud Ariſto. ut mihi uidetur, uno modo accipitur pro motore, qui aut ſimpliciter nō mouetur, aut nō eodem motu quo mouet, aut non eadem parte, uel nō eadem uelocitate, uel nō eodem gradu uelocitatis motus. Alio mō accipitur quieſcēs pro firmo corpore, cui alterum ꝙ mouetur innititur in ſui motu, & utrūqꝫ duplex eſt, externū, cui firmatur id ꝙ mouetur, ac innitit, ſi debeat moueri, & hoc dicit quieſcēs uel ſimpliciter, uel qa nō mouetur eodem motu, quo mouet illud, qđ in ipſo firmatur, uel nō eadem parte, uel nō eadē uelocitate, uel nō eodem gradu uelocitatis. Quia uero eſt corpus, aptū natū moueri, ideo dici pōt quieſcēs, aliud eſt internum quieſcens, & iſtud eſt membrum corporeū, quod mouet alterū mēbrum ſibi cōiunctum, & inniſum, ut brachium manum, & armus brachium, & humerus armū, & totum animal oēs partes, & hoc dr̄ quieſcēs, qm̄ eſt corpus aptū moueri, non tn̄ mouet eo motu quo alterū mouet, uel nō eadē parte, uel nō eadem uelocitate uel nō eodem gradu uelocitatis. Quieſcēs qđ ſumitur primo modo pro motore, nō proprie dicitur quieſcēs, ſimpl'r.n. immobile nō dr̄ quieſcens, pōt tn̄ dici quieſcens ſcd̄m rationem qua dicitur non moueri. Tūc Ariſt. in toto hoc ꝓceſſu, ut mihi uidet, uoluit, ꝙ loquēdo de qeſcēte accepto pro firmo corpore, cui alterū innititur & firmatur ī ſuo motu, ſolum in aīalibus habet locum. Nā in eis reperitur utrūqꝫ ſcilicet externum, & internum, nam aīal dupl'r ſe mouere poteſt, Aut ſecundum totum, & ſic in ſui motu opꝫ intelligere firmum, cui inſtr̄a motus innitantur, & firmentur, ut deduxit Ariſtoteles in oībꝰ animalibus, quę de loco ad locum mouentur ſiue per aerem, ſiue ꝑ aquā ſiue ꝑ terram, Aut pōt ſe mouere ſcd̄m partem alijs non motis eo motu uel nō eadē parte, uel nō eadem uelocitate uel nō eodem gradu uelocitatis, et ſic in tali motu oportet intelligere internum quieſcēs, ꝙ eſt altera pars aīalis, cui per iuncturā pars quæ mouet cōiuncta ſit, & firmata & inniſa. Et hoc Ariſto. declarauit exēplis & rōnibus ſatis in textu. Hoc duplex firmum corporeū explodit Ariſto. a motu cœli, et a motu elementorum. Motor.n. cœleſtis in mouēdo cœlū non indiget firmo externo, cui inſtr̄a motꝰ innitant, ac firmentur, alioquin deus in mouendo dependeret ab aliquo externo, nec cœlum in mouendo aliquam ſui partē, eget aliquo qeſcente firmo interno, cui ꝑ iuncturam pars mota cōiungatur innitatur ac firmetur, eſt enim cœlum cōtinuum ſimpl'r, & unum. Explodit etiam hoc duplex firmū a motu elementorum, & qm̄ nō mouentur ab interno motore per inſtr̄a aliqua inniſa ac firmata alicui firmo, ſed a generante, nec altera pars mouet alterā per iuncturā ſibi inniſam, & firmatam, cū unūquodqꝫ eorū ſit ſimpl'r cōtinuū, in alijs autem motibus .ſ. alteratione, generatione, & augmentatione, nō opꝫ intelligere qeſcens pro firmo, cui motor firmet inſtr̄a motus, qm̄ hoc nemo dixit, ideo ad illud explodēdum nō deuenit Ariſto. hæc dixit ſumēdo qeſcens pro firmo corporeo. At ſi quieſcēs ſumitur pro motore, qui aut nō mouetur ſimpl'r, aut nō motu quo mouet, aut nō uelocitate qua mouet, aut nō eodem gradu uelocitatis, ſic cogitur dicere in oī motu oportere intelligere qeſcēs uel externum, uel internum. In motu cœleſti primus motor eſt ſimpl'r immobilis, in motu aīalis aīa eſt, quę mouet mediātibus ſpiritibꝰ tranſmiſſis a corde ad mēbra. In motu generationis, licet nō detur internꝰ motor, datur externus .ſ. generās. In alteratione aūt & augmētatione animatorum datur externus, & internus, externus quidē motor reſpectu primarū alterationū, et augmētationum, quę embrioni inſunt, internus uero eſt aīa alterans mēbra mediāte corde. Et ſic patet ꝙ ſumēdo quieſcens pro motore, qui nō mouet ſimpl'r aut nō eo motu quo mouet, in omni motu opꝫ intelligere qeſcens, nō enim eſt motus ſine motore, nec intelligi poteſt aliqd moueri, niſi ab aliquo motore. Hæc habemus ab Ariſto. in ſumma. Verum Candauenſis multa quærit, quorum primū eſt utrū primꝰ motor in mouēdo cœlū indigeat aliquo quieſcēte corporeo, qđ nec ſit pars cœli, nec aliqd cœli. Tenet Ioānes Cādauēſis, ꝙ primus motor in mouēdo cœlum indiget aliq̄ quieſcente corporeo .ſ. terra, qđ nihil cœli eſt, nō quidē, ut primus motor in mouēdo firmet ſe in illo, ſed ut rō motꝰ ſaluetur, quę eſt, ut ſe habeat reſpectu alicuius aliter q̄ꝫ priꝰ. Cum enim cœlum moueatur, oportet, ut cœlum reſpectu alicuiꝰ fixi, ac manentis, ſe habeat cōtinue aliter q̄ꝫ prius, & qm̄ iſtud non poteſt eſſe aliqd cœli, qm̄ iſtud reſpectu alterius adhuc ſe hr̄et aliter q̄ꝫ prius, & cū non poſſit eſſe extra cœlum, qm̄ extra cœlum nihil eſt, erit ergo intra cœlum, & qm̄ hoc nō pōt eſſe indiuiſibile, qm̄ reſpectu indiuiſibilis ſemper eſt eadem habitudo, & non alia atque alia, ergo eſt corporeum, & cū non poſſit eſſe aer aut aq̄, aut ignis, ergo terra. Per hæc concludit ꝙ primus motor indiget terra in mouendo cœlum, non ut in illa ſe firmet, aut ſua inſtr̄a cōſtituat, ſed, ut cœlum reſpectu illius aliter ſe habeat q̄ꝫ priꝰ. Sed pace ſua dixerim, hęc poſitio primo Ariſto. aduerſatur, qui ī textu aſſerit primū motorē auctoritate Homeri mouere independenter, ſi ergo in mouēdo indiget aliquo, quauis ratione illo indigeat, deficit, & mācū & dependens erit. Dicere enim deū in ſua actione indigere exteriore quouis eſt cōtra Peripateticos & ꝯtra lucē. Veritatis. Præterea errauit cū uoluit illud cētrū eſſe naturale, & non punctū, falſum enim eſt ꝙ reſpectu indiuiſibilis cētri circulꝰ ſemper ſe habeat eadē habitudine, qm̄ ſi linea .c.o. ferat uerſus .b. pūctum immobilē terminum lineæ .o.b. donec fiat una linea, cōtinuo angulus .c.o.b. ſit minor, ergo poteſt cœlum ſe hr̄e aliter quā prius, dato ꝙ centrū eius ſit indiuiſibile. Videtur ergo mihi eſſe dicendum, ꝙ primus motor nō pōt cœlū mouere ſine centro medio, qm̄ eſt de rōne formali motus circularis eſſe circa mediū, modo deꝰ nō poteſt facere motum ſine eo ꝙ eſt de ratione eius formali, ſicut nec albū ſine albedine, nec hominem ſine rōnali. Nō tamē ſequtur ergo deus ad hoc ut moueat cœlū indiget cētro, qm̄ indigere dicit depēdentiā, & imperfectionem in indigente. Aliquid.n. egere alio eſt dependere ab illo in ſua actione in aliquo genere cauſæ. Deū autē non poſſe facere aliquid ſine alio, nō eſt indigere illo, ſed eſt effectum eē non poſſe ſine illo, ideo pace tanti uiri dixerim, nūquā cōcederem deum egere aliquo exteriori pro ſui actione, licet concederem deum non poſſe multa facere ſine alio, quando illud eſt de rōne formali effectus, non aūt cauſa, qua deꝰ dependeat. Secūdo quęrit utrum uirtus primi motoris ſit maior in mouendo cœlum quā uirtus terrę in quieſcendo. Quod quidem uirtus primi motoris ſit abſolute maior q̄ uirtus terrę, nemo dubitat, uirtꝰ terrę; nemo dubitat, uirtus enim terræ grauitas eſt, quę finita eſt, uirtus dei eſt eſſentia infinita, ideo comparatiua quęſtio eſt, vꝫ, utrū uirtꝰ primi motoris in mouendo cœlum, ſit maior uirtute terrę in quieſcēdo. Candauenſis vr̄ uelle ꝙ ſic, qa uirtꝰ primi motoris in mouendo cœlum eſt infinita, uirtus ꝟo terrę in qeſcēdo eſt finita. Amplius uirtus terrę in qeſcendo depēdet a uirtute cœli ī mouēdo cœlum, quieſcit.n. terra a ſua grauitate, qm̄ deꝰ mouet cœlum circulariter, & nūquā de loco ad locum. Ego ꝟo ſaluo meliori iudicio, dicerē ꝙ uirtutē aliquā eſſe maiorem abſolute uel cōparatiue pōt eſſe intenſiue, & extenſiue, intenſiue qdē primus motor abſolute & in mouēdo cœlum a maiore uirtute mouet, q̄ ſit uirtꝰ a qua quieſcit terra, extenſiue & comparatiue ſunt ęquales ſm philoſophiā Ariſt. ꝙ tenet terrā eſſe ęternā ſm totum, qm̄ deus nō eſt magis ęternus in mouēdo cœlū quā terra in quieſcēdo, utrūq; enim ſemper quieſcit, & ꝑ hęc delentur rōnes Ioānis, cōcludūt enim uirtutē primi motoris eſſe maiorē in mouēdo intēſiue quā ſit uirtꝰ terrę in qeſcendo, cum hoc tn̄ ſtat eas eſſe ęquales extēſiue. Quęrit tertio utrū in inanimata in ſuis motibꝰ indigeant qeſcenti. Et Candauenſis reſpōdet bn̄, ꝙ nō indigent qeſcenti ī ſuis motibus, quibus innitantur aut tota aut aliqua pars, nec internum nec externum, ut probatū eſt in textu. Indigent autē quieſcēti, ut termino ad quē mouētur, alioquin fruſtra mouerent, niſi uenirēt ad locum immobilē, in quo quieſcāt, dico immobilem aut ſimpl'r, aut ſecūdum quid, ut ſuperius dictum eſt. Hęc ſunt quę de quieſcenti Ariſtoteles & alij ſcripſerunt.

Vtrū ī omni motu oportet ītelligere quieſcēs.

Pō Cādauenſis.

Refutatio




ꝓpria pō.

Secūda qō utrū uirtus primi motoris ſit maior uirtute terræ,

*Sed cum inanima omnia ab alijs motu cieātur (de primo autem, eodemq; perpetuo mobili, qua ratione motu incitetur, & quo pacto princeps motor agitet in principis philoſophiæ commentarijs diſputauimus) reliquum eſt, ut explicemus, quomodo anima motum corpori afferat, & quodnā initium ſtatuendū ſit motionis animalium.*

*Quoniam autem inanimata omnia mouentur ab altero. De primo uero moto, atq; ſemper moto, quo modo mouetur, et qualiter ipſum mouet primum mouens, determinatum eſt prius in his, quæ de prima philoſophia, reliquū eſt cōſiderare, quo modo aīa mouet corpus, & quid ſit principiū motus in aīali.*

Cum dixiſſet, qūo omne qđ mouetur indiget quieſcēte, & quomō non, & quæ indigeāt, & quę nō, nunc accedit ad pertractandum de principio motus, qui ſit in aīalibus, quę ſeipſa mouent de loco ad locū, & explodit duo ab eius cōſideratione, aīata quidem, nō enim uult dicere de principio, unde moueatur inanimata, qm̄ illa nō mouētur a ſe, ſed ab externo motore, & primum motū, qm̄ unde, & a quo moueatur primum mobile, in libro phicorūꝫ dictū eſt, unde reſtat, ut ſolum de principio, a quo animalia mouentur, dicamus, inquit. Qm̄ inanimata oīa mouentur ab altero ac ab externo motore, ideo de principio horum, nihil nūc dicēdum. De primo uero moto, atqꝫ ſempꝑ moto, quo modo mouetur, & qualiter ipſum mouet primū mouēs, determinatū eſt priꝰ in ijs, quę de prima phīa, reliquum eſt ꝯſiderare de motore aīaliū, q̄ modo aīa mouet corpus & quid ſit principiū motus in aīali.

*Siquidem animata cām afferunt motui aliorū, præterquam ipſius uniuerſi cōuerſioni, modo illa mutuos non præſtent motus, quoniam inter ſe colliduntur.*

*Aliorum enim præter totius motum, animata cauſa motus ſunt (quæcunq; non mouentur ab inuicem) propter id quod offenduntur ab alijs.*

Poſſet quis dicere, ſi non uis dicere de motu inaīatorū naturali, & de principio illius, cur nō dicēdū de motu inanimatorum uiolēto, aſſignat huiꝰ rei cām, & inquit. Aliorum enim præter totius motū .ſ. pręter motum cœli, aīata ipſa cauſa motus ſunt, dico aliorum, quęcūqꝫ non mouentur abinuicē .ſ. natura, ſed ui, quia ergo aīalia ſunt cā motuum uiolentorum, ab aīalibus enim proijcitur graue ſurſum, & aqua, & fugat aer, & ignis pellit, ideo idem principium eſt illorum, & idem finis, quo aīalia illa mouent. Quo uero ad rē attinet, aīaduerte ꝙ licet motus proiectorum pro maiori parte ſit ab animalibus, tn̄ poteſt aliquod inanimatū uiolenter moueri ab inaīato, ut uentus mouet a media aeris regione, & fulgur ab extinctione nubium, ſatis autem eſt intelligere quod Ariſtote. dicit, eſſe uerum pro maiori parte.

*Quapropter omnes eorum motiones exitum habent, animatorum enim ſunt, quandoquidē animalia omnia alicuius rei cauſa & mouent, & mouentur, ita ut hoc ipſum conſtituatur exitus cuiuſq; motionis.*

*Quapropter & terminum habent omnes ipſorum motus, etenim & qui animatorum. Omnia enim animalia & mouent, & mouentur alicuius gratia. Quare hoc erit ipſis cuiuſlibet motus finis, quod eſt cuius gratia.*

Quod uero motuum proiectorum, non ſit quęrendum aliud principium, nec alium finem, exponit, qa motꝰ proiectorum oēs hn̄t finem, & terminum, ſicut & aīalia ipſos agentes finem intendunt, dicit. Quapropter & terminum habent omnes motus ipſorum inanimatorum, quę ui mouentur ab animalibꝰ, etenim & qui animalium motꝰ ſunt, finē hn̄t, modo iſti motus ſunt quodam modo ipſorū aīalium, ergo habent finem. Cauſam affert, et inquit. Omnia enim aīalia & mouent, & mouentur alicuius gratia, ergo in mouendo ui ipſa inanimata, hoc idem erit illis inanimatis finis cuiuſlibet motus, quod eſt cuiꝰ gratia & finis aīalis mouentis, ergo non oportet aliter & ſeorſum agere de motu uiolento inanimatorum, qm̄ ille reducitur ad motū aīalium, & ideo ab eodem principio & gratia eiꝰ finis eſt, quem intendit aīal mouens.

*At uidemus cogitationem, uiſum, uolūtatem, ſelectionē, cu-*

*piditatem animalibus motum afferre. Hæc autem omnia ad mẽtem referuntur, & appetitionem, uiſum enim, et ſenſus eãdem, quam mens obtinent ſedem, cum omnia iudicandi, & ſtatuendi facultatem habeãt, attamen eo diſcriminum genere ſeparãtur, quæ alio tradidimus loco. Voluntas ira cupiditas appetitioni redduntur. Selectio cõmunis eſt cogitationis, & appetitionis.*

Dianoea Intellectus Appetitũ Cõcupiã

*Videmus autem mouere animal dianoeam, & phantaſiam & electionem, & uoluntatem, & appetitum. Hæc tamen omnia reducuntur in intellectum, & appetitum, etenim phantaſia & ſenſus, intellectiui eundem locum habẽt. Iudicatiua enim omnia ſunt, differunt autem ſecundum differentias, quæ in alijs dictæ ſunt. Volũtas autem, & ira, & concupiſcentia omnia appetitus ſunt. Electio autem communis eſt intellectiui & appetitiui.*

Exponit nunc omnia a quibus uidentur animalia moueri, & continuetur ſic. Inaĩata mouentur ab aĩalibus, ſed aĩal uidemus moueri ab intellectu & phãtaſia, & electione, & uolũtate, & appetitu ſiue cõcupiſcentia, oẽ enim principium a quo moueri uideť aĩal, eſt aliquod horum. Quo ṽo ad uerba attinet, hic Ariſt. inter dianoeam & intellectum nullam facit differentiã, deinde reducit hæc ad duo principia. ſ. ad intellectum, & appetitum, & dicit. Hęc tñ omnia reducuntur in duo, hoc eſt in intellectum, & appetitum, nõ ꝙ phantaſia & ſenſus ſint intellectus, ſed quoniam phantaſia & ſenſus habent eundem intellectiui locum in illis in quibus ſunt, eſt enim phantaſia in brutis intellectus, ut in nobis intellectus eſt intellectus. Enumerauit uero ſenſum, nõ quòd ſenſus ſit principium motus, ſed quatenus eſt principium mot⁹ phantaſtici, a quo aĩalia mouẽtur. Quod uero ſubeant eãdẽ rõnem, perſuadet, & inqt. Iudicatiua enĩ oĩa ſunt, & ſic quo iudicatiua ſunt, ſubeũt rationem intellectus, differunt autem ſecundum differentias dictas in libro de anima. Sic igitur oẽs potentiæ cognoſcitiuæ reducuntur ad intellectum. Deĩde reducit oẽs appetitiuas ad unam, & dicit. Volũtas autem & ira & cõcupiſcentia, omnia ſunt appetitus, & uno nomine appetitus dici poſſunt, licet in hominibus appetitus uolũtas ſit, ſed in brutis appetitus. Electio uero reducitur ad utrũq; ſcilicet ad appetitiuum, & intellectiuum, quoniam electio eſt quidam appetitus, non quicũq; ſed eius, quod concluſum eſt per ſyllogiſmum deliberatiuum, ac deliberationẽ ipſam, & ſic reducitur ad utrũq;. Hæc dicuntur principia motus aĩalis, ſed mota, ac ab erroribus concitata.

*Quapropter id etiam, quod ſeligi poteſt, tale erit, cum non omne rationale ſeligi queat, ſed rerum agendarum finis eſt, idcirco is, qui ita mouet, commodi, & boni rationem obtinet. immo non omnis honeſtus eſt, nam quoad gratia huius, alius eſt, & quoad finis eſt rerum, quæ rei alterius gratia ſunt, eatenus mouet. Bonũ quoq; emẽtitũ boni locum tenet, atq; iucundum tale etiã eſt, quãdoquidem illud ementitum bonum eſt.*

*Quare & appetibile, non omne autem intelligibile appetibile eſt, ſed id quod eſt operabilium finis. Idcirco tale eſt bonorum, quod mouet, ſed non omne bonum eſt, inquantũ enim gratia huius aliud, & inquãtum eſt finis eorum, quæ alterius, gratia exiſtunt, hic mouet. Oportet autem ponere & apparẽs bonum, boni locũ habere, & delectabile, apparẽs. n. eſt bonũ.*

Cum dixiſſet, e quo principio, qđ mouetur, aĩalia mouentur nũc exponit, e quo principio illud principium mouetur, & quid eſt motor immobilis in motu aĩalium. Eſt enim in motu aĩalium (vt dictum eſt) duplex mot⁹ principium alterum mouẽs motum, & iſtud eſt intellect⁹, & appetitus, uel electio. Alterum mouẽs immobile, e quo illud principium moueť. Cũ igitur dixiſſet de principio moto, nunc de principio immobili agit, & cõcludit quaſi ex dictis, ꝙ illud ſit appetibile, nam ſi principium motũ eſt intellectus & appetitus, cum iſtud moueatur ab appetibili, igitur principiũ immobile erit appetibile, & qm̃ oẽ appetibile eſt intelligibile, nullus enim appetitus ferť ſupra ignotum. Supponens ergo appetibile, qđ intellectum & appetitum mouet eſſe intelligibile, exponit quale intelligibile, & dicit. Non omne autem intelligibile appetibile eſt, qm̃ non ſpeculabile. Speculabile enim intelligibile eſt, & tñ non eſt appetibile, ſub rõne ſpeculabilis, aut intelligibilis, ſed illud intelligibile eſt appetibile, quod eſt operabilium & actionum finis. Finis enim mouet appetitum agentis. Hinc concludit ꝙ tale appetibile qđ mouet ſit bonum, et ita uult habere qđ intelligibile qđ mouet ut appetibile, ſit bonum. Deinde exponit quale bonum, nõ. n. oẽ bonũ, ut inquit, eſt qđ mouet, multa enim ſunt bona, quæ non mouent appetitum, qm̃ non appræhenduntur, ut bona, iõ dicit. Illud bonum mouere, ut appetibile, qđ eſt finis, & quod mouet ut finis, & lege enim pro ſed, hoc pacto, ſed inquantum gratia huius eſt aliud, & pro id eſt, inquantũ eſt finis eorum, quę alterius gratia exiſtit, hic ideſt ad hãc rationem mouet. Sic igitur quod mouet immobile, eſt appetibile, ergo intelligible, & non oẽ intelligibile, ſed quod eſt finis operabilium, hoc eſt bonũ, ergo intelligibile mouet, quo eſt bonum, & nõ quo eſt omne bonum, ſed ea ratione qua eſt bonum & finis. Quare appetibile quod mouet immobile, mouet quo eſt bonum ut finis. Sed dices an bonum ut finis ſit ſimpliciter bonum, Reſpõdendo, inqt, oportet autem ponere & apparens bonum & delectabile habere locum boni, apparens enim bonum eſt bonũ ſaltẽ appetenti, & ſic bonũ quod mouet ut finis ſatis eſt, ut ſit uel ſimpliciter bonum uel apparẽt bonum. Animaduerte quòd per intelligibile, intelligit indifferenter cognoſcibile ſiue phantaſticum, quod eſt brutorum, ſiue intellectuale, quod eſt hominum, nam & per intellectum indifferenter intellexit & phãtaſiam, quæ mouet bruta, & intellectum proprie, qui mouet homines.

*Conſtat igitur mobile perpetuũ, partim ſimili modo à primo agitari motore, ut ſingula animalia ab re appetibili, partim alio modo. Ergo perpetuum obtinet motum, cum animaliũ impulſus exitu terminetur, & fine, id enim quod perpetuũ eſt, pulchrum habetur, & quod re uera eſt, & prius, bonum ſtatuitur, nec modo eſt, modo non eſt, ac omnino diuinius, atq; nobilius eſt, quam ut quicquam aliud prius ſe habeat.*

*Quare manifeſtum eſt, quoniam eſt quidem inquantum ſimiliter mouetur, quod ſemper mouetur, à ſemper mouente, & animalium unumquodq;, eſt autem ut aliter, idcirco & hæc ſemper mouentur. Motus autem animalium habet finem, ſempiternum autem bonum, & uere & primo bonum, & nõ aliquando quidem, aliquando autem non, diuinius, & honorabilius eſt, quam ut ſit prius.* aũt ub

Ex his cõcludit per ordinem quædam, quorum primũ eſt, quòd animalia quæ mouentur, quædam ſemper mouẽtur, & uniformiter, & inuariabiliter, ut cœleſtia, quæ ideo ſemper mouentur, quia ſimiliter a mouente ſemper, cu⁹ finis eſt inuariabilis, mouentur. Quædam nec ſemper, nec eodem modo, qm̃ non mouentur a mouente ſemper, & finis ob quem mouentur, uariabilis eſt, qm̃ nũc bonum eſt, nunc non bonum, nunc apparet bonum, nũc nõ apparet, et hoc pacto mouentur aĩalia terrena, unde inquit. Quare manifeſtum eſt, quoniam eſt quidem & animalium unumquodq;, quod ſemper mouetur, inquãtum ſimilr̃ mouetur a ſemper mouente, ut unumquodq; animalium cœleſtiũ, quatenus enim mouetur a ſemper mouente, ſemper cœlũ mouetur, quatenus etiam mouetur a motore eũdem, finẽ ſemper ſilr̃ intendente, ſemper & uniformiter moueť. De⁹ enim intendens ſemper bonum uniuerſi, cum illud inuariabiliter intẽdat, ſemper inuariabiliter eodem modo mouet, & quia eſt ſemper mouens, cœlum ſemper moueť. Aĩalia igitur cœleſtia mouentur ſemper, & ſimiliter, ſemꝑ quidẽ

a mouẽte

amouente ſempiterno, ſilr̃ uero, quia a mouente ſilr̃ eãdẽ intentionem habente. Semper enim intendit bonũ uniuerſi, quòd fieri nõ põt, niſi motu, ut credit Ariſt. Deinde ponit qualr̃ mouentur terrena aĩalia, & dicit. Eſt autem unũ quodq; animalium moueri ut aliter, & nõ ſemper, ut aĩal terrenum. Mouetur enim a motore nõ ſempiterno, ideo nõ mouetur ſemper, & a motore uariabili, qui nũc unũ nunc alium finem intendit, & ſic non ſimiliter. Propterea concludit dr̃iam horum, & inquit. Idcirco & hęc ſemper mouentur & uniformiter. ſ. animalia cœleſtia, motus aũt aĩalium terrenorum hẽt finem, & ſic nõ ſemper mouẽtur, terrena aĩalia nec uniformiter. Huius differentię cãm affert, & legať cauſaliter particula aũt hoc pacto, qm̃ ſempiternum bonum, & uere bonum eſt, & primo bonũ, & nõ aliquando quidem, aliquando aũt non diuinius & honorabilius eſt, quã, ut ſit prius, ſed eſt uniforme et ſemper ęquale, bonum uero terrenum nec eſt uere bonũ, nec primo bonũ, & aliqñ qdẽ, aliqñ non eſt bonũ. Quo itaq; ad dr̃iã attinet, motor cœleſtis eſt ſempiternus, qm̃ ſeparatus a corpore & magnitudine, ideo ſemper mouet, eſt inuariabilis ĩ intentione, non enim nunc intendit unum finem nũc aliũ, nec finem quem intendit, intendit nũc magis nunc min⁹, ſed eodem modo ſemper, ideo animalia cœleſtia mouẽtur ſemper, & uniformiter, ſemper quidem, quo mouentur a mouente ſemper, uniformiter ṽo, quo mouentur a mouente ſemper intendente unum finem & eodẽ modo. ſ. bonũ uniuerſi. At animalia terna contra, non mouentur ſemper, quoniam uel eorum motor non eſt ſemper, uel non ſemꝑ illis ineſt, ut moueat, nec uniformiter, qm̃ motor eorũ uariabilis eſt in ſui intentione, nunc enim unum finem nunc alium intẽdit, & finem quem intendit nũc magis, nũc minus intendit. Hæc Ariſto. credidit, quæ an uera ſint libro octauo phyſicorum refutauimus.

*Et certe primum immotum mouet, ſed animal appetitio mouet, quæ ipſa etiã ſi moueatur, non tñ per locum mouetur.*

*Quod igitur primum eſt, non motum mouet, appetitum autem motum mouet, ultimum uero eorum, quæ mouentur, nõ neceſſe eſt mouere aliquid.*

Secundo concludit ordinem in mouentibus & motis in aĩali, & dicit. Quod igitur eſt primũ mouens. ſ. appetibile mouet & non mouetur, qm̃ mouet, ut finis, qui a nullo mouetur. Appetitiuũ autem mouet, ſed motum ab appetibili & primo mouente. Vltimum uero eorum quæ mouentur. ſ. corpus aĩalis, quod ultimo mouetur ab appetitiuo, & anima appetente, non neceſſe eſt mouere aliquid, alioquin eſſet procedere in infinitum, dico non neceſſe, qm̃ ſi mouet aliud, ut lapidem uel baculum, hoc per accidẽs eſt, per ſe autem non neceſſe eſt mouere aliquid. Patet ergo ordo in mouentibus & motis in ipſo animali.

*Ex his compertum eſt, idq; optima ratione, impulſum eorũ, quæ oriuntur, ultimum eorum eſſe, quæ prodeunt, animal enim motu agitur, & ingreditur uel appetitione, uel optione, alteratione tamen aliqua facta per ſenſum, aut uiſum.*

*Manifeſtum autem ex his etiam, ꝙ rationabiliter latio ultima factorũ eſt in his, quæ fiunt. Mouetur enim & procedit animal appetitu, aut electione, alterato aliquo, ſecundũ ſenſum aut phantaſiam.*

Tertio cõcludit, ꝙ in aĩalibus generabilibus, latio eſt ultima motio, eorum motuũ, quæ fiunt, in his quæ fiũt, dixit in his quæ fiunt, excludẽdo aĩalia cœleſtia, quæ nec ipſa, nec eorum motus fiunt de nouo, probat, quoniã animal mouetur & procedit de loco ad locũ appetitu, ut bruta, aut electione ut homines, & hoc non niſi alterato aliq̃ interno motore, aut ſecundũ ſenſum, hoc eſt alteratione ſenſuali, aut ẜm phantaſiam, hoc eſt alteratione phantaſtica: Quo quidẽ aĩal mouetur & procedit appetitu uel electione: motus localis eſt poſt generationem animalis, nõ enim poteſt aĩal appetere, aut eligere, niſi fuerit prius genitum, & perfectum exiſtẽs. Quo uero appetitio, & electio non poſſunt ineſſe aĩali, niſi præalterato principio, quod eſt in ipſo ſenſuali, aut phãtaſtica alteratione. motus localis ſequitur alterationẽ, quare recte ultima eſt latio in aĩalibus generabilibus, prima uero & unica eſt in animalib⁹ cœleſtibus, ut dictum eſt.

*Qui intelligit quodammodo in actionem nunc incũbit, nunc non incũbit, & mouetur, nunc non mouetur, eodem ſane modo de rebus ſtatuendum uidetur, quæ immotæ cogitatione compræhenduntur, & ratiocinatione colliguntur.*

*Quo modo autem intelligens, quandoq; quidem operatur, quandoq; autem non operatur, & mouetur, quandoq; autẽ nõ mouetur dicẽdum. Videtur enim ſimiliter accidere, ut & de immobilibus, intelligentibus & ſyllogizantibus.*

Hactenus de principijs mouentibus, nunc uero proponit dicere, de mõ, quo ex illis principijs aĩal mouetur, & primo proponit hoc, et dicit. Quo modo autem intelligẽs quandoq; quidem operatur, quãdoq; autem non operať, & qũo aliquando moueť, quandoq; autem nõ mouetur, dicendum eſt. Quo uero ad rem attinet, animaduerte ꝙ aĩalia dupliciter mouentur, & ad agendum, & ad locum, ideo hæc utraq; propoſuit, qũo aſſequatur aĩal, ad agendum quidem, cum inquit Quo modo aũt intelligẽs quandoque operatur, quandoq; aũt non operatur. Ad locũ uero, cum ait. & qũo qñq; quidem moueť, quãdoq; autem, non mouetur. Propoſita intentione, tãgit modum generatim, & dicit. Quod ita mouetur ad agẽdum, & de loco ad locum, ueluti intelligens, & ſyllogiçans intelligit et ſyllogiçat de immobilibus, hoc eſt de ſpeculabilibus. Speculabilia. n. immobilia uocat, qm̃ nec ſunt operabilia, nec uariabilia, & dicit. Videť enim ſimilr̃ accidere intelligẽti, ꝙ mouetur ad agendum, & de loco ad locum, ut accidit intelligentibus & ſyllogiçantibus propria quęſita de ipſis immobilibus. Quo uero ad ſimilitudinem attinet, animaduerte ꝙ ſicut in ſpeculabilibus ſpeculatiu⁹ intellect⁹ omnia reducit ad ens, qm̃ omnia ſpeculatur, ut habent rationem entis, ſic intellectus practicus omnia, quę agit, reducit ad bonum, qm̃ omnia agit, quatenus uidẽtur bona. Amplius ſicut ſpeculatiuus ex ratione entis ſyllogiçat de ſpeculabilibus, ſic practicus de oĩbus operabilibus ſyllogiçat ex rõne boni. Præterea ſicut in ſpeculabilib⁹ eſt deuenire ad aliquod complexum, ad qđ alia reducuntur, ut de eodem nõ uerificantur ſimul eſſe & non eſſe, ita in operabilibus deueniendũ eſt ad hoc cõplexum finis eſt appetendus. Adhuc ſicut ſpeculatiuus intellectus cũ ſpeculatiue ſyllogiçat primo accipit propoſitionem uniuerſalem, deinde aliam ſub illa, ut ex illis cõcludat quęſitum, ſic practicus intellect⁹ primo accipit unã propõnem indeterminatam, deinde ſub illa accipit unam particularem, ut concludat ꝙ quęrebatur, eſſe agendũ, uel de loco ad locũ eſſe mouendum, recte ergo intellectũ practicũ ad agendum cõparauit ſpeculatiuo ad ſpeculandum.

*Verum in his contemplatio finis eſt, nam ut duas homo percepit propoſitiones concluſiones concluſionem excogitauit, eãdẽq; compoſuit, ſed in ijs, quæ geruntur, duabus à propoſitionibus concluſio ducitur, quæ eadem actio eſt.*

*Sed ibi quidem ſpeculatio finis eſt (cum enim duas propoſitiones intellexerit, concluſionem intellexit, & cõpoſuit) hic aũt ex duabus propõnibus, concluſio quæ fit operatio eſt.*

Cũ poſuiſſet cõuenientiã inter intellm̃ ſpeculatiuũ ſyllogiçantem, & practicũ ſyllogiçantẽ, nũc ponit dr̃iam, et uult ꝙ in ſyllõ, quo utitur intellectus ſpeculatiuus, finis eſt ſcire, & ſpeculari, & nihil aliud, qm̃ ex cõcluſione nihil aliud relinquitur niſi ſcire. In ſyllõ ṽo, quo utitur practicus, finis eſt, operatio, unde dicit. Sed ibi quidẽ in ſyllogiſmo facto ab intellectu ſpeculatiuo finis eſt ſpeculatio, ſcia & ueritas. Cui⁹ cãm exponit, & inquit. Cũ enim

intellectus ſpeculatiuus duas propoſitiones intellexerit, concluſionem compoſuit, & intellexit, & non quærit ultra, & ſic finis eſt ueritas, & ſcientia, & nihil aliud. Hic autem ſ. in ſyll'o facto ab intellectu practico cõcluſio, quæ fit ex duabus propoſitionibus, operatio eſt, & per operationem, non ſemper executionem intelligit, ſed deliberationẽ ad exequendũ interdum, aliqñ executionem, hæc enim quæritur in tali ſyllogiſmo, & non ſcire.

*Vt cum nouerit cuiq; homini incedendum eſſe, & ipſe homo primo quoq; tempore incedit. Item ſi nulli incedendum ſit homini, & ipſe homo confeſtim quieſcit, & hoc utrũq; efficit, niſi ab aliquo uel prohibeatur, uel ad aliud cogatur. Commoda res conficienda, ædes commodæ, ædes primo quoque tempore architectatur.*

*Veluti cum intellexit quod omni homini ſit ambulãdum, ipſe autem q ſit homo, ambulat confeſtim. Si autem q nulli homini nunc ambulãdum ſit, ipſe autem q ſit homo, ſtatim quieſcit. Et hæc ambo operatur, ſi non aliquid prohibeat, aut cõpellat, eſſe faciendum, niſi bonum, domus autem bonum, domum facit ſtatim.*

Exemplificat, & dicit. Veluti cum intellexit q̇s ꝙ omni homini ſit ambulãdum pp cãs notas, & intellexit, quòd ipſe ſit hõ, his intellectis, ambulat confeſtim, hoc eſt primum exẽplũ in ſyll'o affirmatiuo, dat ſcd̃m in ſyll'o negatiuo & dicit. Si aũt intellexit, ꝙ nulli homini nũc ambulandum ſit, & intellexit ꝙ ipſe ſit hõ, ſtatim quieſcit. Addit qđ hæc ambo exequitur ac operatur, ſi nõ aliqd prohibeat, aut copellat eſſe faciendum, nam ſubaudi, ſi intellexit non eſſe faciendum niſi bonũ, & intellexit ꝙ dom⁹ ſit bonum, domum facit ſtatim, niſi prohibeatur. Quo uero ad ſyll'os attinet, animaduerte, ꝙ in his ſyll'is cõcluſio nõ eſt deliberatio, ſed executio, qm̃ homo propoſitiones illas intelligit, mox eius concluſio ſimul eſt operatio, & deliberatio. At in conſultatione, finis non eſt operatio, ſed deliberatio, ad quam ſequitur executio. Ideo exempla hæc fuerunt aſtricta ad deliberationem coniunctam cum operatione, uerum utroq; modo ſyllogiſmus practicus dicit, ſed de hoc infra diligentius.

*Integmenti indigeo, id cuius indigeo mihi conficiendum, tunicæ indigeo, tunica conficienda eſt, ita concluſio, quæ eſt tunica conficienda, actio, & functio erit. Quinetiam ſumpto initio à re, quæ principium operis eſt, agit, ut ſi tunica fuerit, neceſſe eſt principium antegreſſum eſſe, unumq; aliud conſequitur, & ſtatim alterum conficitur. Ex his probatum uolumus concluſionem eſſe notionem,*

*Tegumento indigeo, ueſtimentum eſt tegumentum, ueſtimento indigeo, quo indigeo eſt faciendum, ueſtimento indigeo, ueſtimentum eſt faciendum. Et concluſio, quæ eſt, ueſtimentum eſt faciendum, operatio eſt. Operatur autem à principio, ſi ueſtimentum erit, neceſſie eſt eſſe hoc, ſi hoc, hoc, & hoc eſt primum à quo operatur ſtatim. Quod igitur operatio ſit concluſio, manifeſtum eſt.*

Dedit exẽpla in ſyllogiſmis in quibus finis et cõcluſio eſt deliberatio & operatio ſimul, hic dat exẽplum in ſyllogiſmis, in quibus deliberatio præcedit operationem, & dicit. Tegumẽto indigeo, ut propter frigus, & hyemẽ, ueſtimentum eſt tegumentum, ergo ueſtimento indigeo, hic eſt ſyllogiſmus deliberationis. Deinde tangit ſyllogiſmũ, cuius concluſio eſt deliberatio cõiuncta operationi, & dicit. Quo indigeo faciendum, ueſtimẽto indigeo, ut fuit cõcluſum, ergo ueſtimentum eſt faciendum, ubi p3, qđ concluſio quæ eſt, ueſtimentum eſt faciẽdum, operatio eſt deliberationi cõiuncta. Modum uero operandi exponit, & uult qđ ſyllogiſmo practico operans proficiſcitur uſq; ad illud, quod eſt principium operationis, uerbi cã, ſi faciendum eſt ueſtimentum, habendum eſt pannum, ſi hñdum eſt pannum, habenda eſt pecunia, ſi hñda eſt pecunia, enumeranda eſt mercatori, operatio ergo faciendi ueſtimentum incipit a numeratione pecuniæ, & hoc dicit, licet obſcure, operatur autem qui operatur non ab eo, a quo concluſit eſſe operandum, ſed a principio operationis, quæ eſt enumeratio pecuniæ, uerbi cauſa, ſi ueſtimentum erit faciẽdum, neceſſe eſt eſſe hoc. ſ. hr̃e pannum, ſi hoc eſt neceſſe ſcilicet habere pannũ, neceſſe eſt eſſe hoc. ſ. enumerare pecuniam mercatori, & hoc eſt primum, a quo operans operatur ſtatim, & ſic patet aliud eſſe primum in intentione, & aliud in executione. Primum enim in intentione eſt facere ueſtimentum, primum uero in executione eſt ultimũ in intentione, ut enumerare pecuniam mercatori. Tũc epilogat, & inquit. Quod igitur operatio ſit concluſio ſyllogiſmi practici manifeſtum eſt.

*Propoſitiones, quæ actionem afferunt ex duplici genere cõnectuntur, rei commodæ, & eius, quæ fieri poßit.*

*Propoſitiones autem factiuæ per duas ſpecies fiunt, & per bonum, & per poßibile.*

Hic dat loca propõnum, quibus utitur practicus, & ut inquit Ariſto. primo rhetoricorum magnorum ad Alexandrum, duo ſunt loca, quibus ſyllogiçamus agenda, bonũ eſt poſ'e. Niſi enim quòd intendis, ſit poſ'e, non ſyllogiçamus eſſe agendum, nec de illo eſt deliberatio, & ſi probamus aliquid eſſe agendum, utimur loco a bono, eſt. n. primum principiũ in practicis ſyll'is, bona ſunt agenda. Quare cum aliquid eſt bonum, et nobis poſ'e, id oẽ eſt agendũ, & hoc proloquium oẽs ſyll'i practici ſupponunt, & per hoc proloquium propoſitiones oẽs probantur, quot ꝟo locis, probetur aliquid eſſe bonum, in ludicris nr̃is rhetoricis diximus. Quærunt hic utrum cõcl'o ſyllogiſmi practici ſit operatio, uidetur qđ non: qm̃ deliberatio præcedit operationem, ſed deliberatio eſt concluſio alicuius ſyll'i practici, ergo non ſemper operatio eſt concluſio ſyllogiſmi practici. Aluernus & Candauẽſis uiri peripatetici pariter aſſerũt qđ ſyll'i practici proxima & immediata concluſio non eſt operatio, ſed cognitio operabilis, ut qđ ueſtimentum eſt faciendum, qm̃ ſicut in naturalibus motus & terminus motus ſunt eiuſdẽ generis, ita in motu rõnis. Sed ſyllogiſmus practicus eſt cognitio quędam, & de genere cognitionis intellectualis, ergo concluſio debet eſſe de genere cognitionis, & ſic eſt cognitio operabilis. Prętere intell's practicus non operatur niſi mediãte appetitu. Appetitus aũt ſequitur cognitionẽ, hæc autem nõ eſt niſi per ſyll'm ad concluſionem, ergo non põt appetitus deliberare, niſi prius ſit per ſyll'm concluſa deliberatio, & in hoc habetur cognitio operabilis, unde ſiqs ſyllogiçet omni homini eſt ambulandum. Ipſe ſum homo, ex his non ſtatim habetur operatio, quę eſt ambulare, ſed cognitio operabilis, ex qua poſtea mouet̃ appetitus ad huiuſmodi operationem, & demum ſequitur operatio illa. Poſſum⁹ ergo dicere, qđ operatio non eſt concluſio immediata & proxima ſyll'i practici. Ariſto. autem uolens noĩare principalem & finalẽ concluſionem practici ſyllogiſmi, aut operationem eſſe concluſionem, quoniam illa eſt finaliter intenta, nam practici licet habeant aliquã cognitionem, illa tamen finaliter eſt propter opus.

Queſtio an conc ſyll'i pr ctici ſit peratio

*Vt qui diſputant, & interrogant, hi enim compertiorẽ omittunt propoſitionem, alteram uero proponunt, ut cogitatio quæ præeſt, nihil conſideret, ita in rebus, quæ geruntur accidit, ut ſi commodo ſit homini incedere, certe non immoratur in agnoſcendo ſe hominem eſſe.*

*Quemadmodum autem interrogantium quidam, ſic alteram propoſitionem, eam quæ eſt manifeſta, intellectus inſiſtens non conſiderat, ut ſi ambulare eſt bonum homini, q ipſe ſit hõ, non iam immoratur.*

Dixit qđ practicus, ut eligat operationem ſyllogiçat ꝑ duas propõnes, ne q̃s credat, ꝙ ſemper hoc faciat, oñdit ꝙ operationem concludit interdum enthymematice una propõne aſſumpta, altera uerò, quæ mãifeſta ẽ, nõ expreſſa, ſed ſuppoſita, & dicit. Quemadmodum aũt interrogãtiũ qdã, alterã propõnẽ ſupponunt, & interrogant a rñdente illã, quę forte poſſet ab eo negari, ſic practic⁹ ſyllogiçãs opõnẽ alterã propõnẽ, v3, eã quę manifeſta eſt, intellectus inſiſtens non conſiderat, ſed alterã tm̃, quæ uidetur cõſideratiõe digna, ut ſi ambulare ſit bonum hoĩ ꝙ ipſe hõ ſit, nõ iam immoratur, quia omnibus p3, ideo illa aſſumpta. ſ. ambulare eſt bonum hoĩ, mox ambulat, niſi impediatur, quare pro electione non ſemper utitur practicus utraq; propõne, ſed altera tantum.

*Quæcũq; igitur alia, nulla ratiocinatione duce, agimus, celeriter agimus, nam poſtquam actionem, quæ cuius rei gratia notatur, ſuſcepit uel ſenſu, uel uiſo, mente, quãprimum actione, cuius deſiderio flagrabat, fungitur, propterea q loco interrogationis, uel notionis munus appetitionis præſtatur. Cupiditas mihi dictat ebibendũ eſſe, tum uel ſenſus, uel uiſum, uel mẽs ſubdit hocce potulentũ eſſe, confeſtim illud hauritur.*

*Quapropter & quæcũq; alia non ratiocinãtes operamur, celeriter operamur, nam cũ operatur aut ſenſu ad id, cuius gratia, aut phantaſia, aut intellectu, quod appetit ſtatim facit. Pro interrogatiõe. n. aut intellectiõe, appetitu fit actio. Potabile mihi concupiſcẽtia dicit, hoc aũt eſſe potabile ſenſus dixit, aut phãtaſia, aut intellectus mox bibit.*

Hic docet qũo bruta opant̃, cũ nõ ſyll'o practico opõnẽ ꝯcludãt. Et primo declarat ꝙ nos aliqñ ſine practico ſyll'o opamur, loco illius utẽtes ſenſu, aut phãtaſia, aut intell'u, & dicit. Quapp & quęcũq; alia opabilia nõ rõcinãtes practico ſyll'o opamur, celeriter opamur, & ꝙ celeriter probat, & inqt. Nã cũ id ꝙ appetit, hõ nõ ſyll'o practico, ſed aut ſenſu, aut phãtaſia, aut intell'u ad id cui⁹ gr̃a eſt, opat̃, ſtatĩ facit, qm̃ ſola cognitiõe uſus eſt, & nõ rõcinatione, & hoc inqt. Pro interrogatiõe. n. aut intellectione, hoc eſt loco diſcurſus et interrogatiõis actio fit ab homine appetitu ſolo dictãte, & nõ intell'u ſyllogiçãte. Exẽplũ affert: & inqt. Potabile mihi cõcupiſcẽtia dicit, & appetit⁹, ſitio. n. hoc aũt eſſe potabile ſenſus dixit, aut phãtaſia, aut intell's, mox bibit. Ecce ꝙ fit opatio, & nõ pręceſſit ſyll's practicus, ſed appetit⁹ elegit utẽs ſenſu, aut phãtaſia, aut intellectu demonſtrãte quod eſt præſens, eſſe illud appetibile, ꝙ appetitus concupiſcit.

*Ita animalia impetum capiunt uel ad motũ, uel ad actionẽ.*

*Sic igitur ad motũ & ad operationẽ animalia impelluntur,*

Ex his ꝯcludit modũ, q̇ ad motũ & ad opõnẽ mouent̃ aĩalia, et dicit. Sic igit̃ ad motũ et ad opõnẽ aĩalia ĩpellũtur. Per appetitũ. n. deſiderãt potabile, ꝑ ſenſu3 aut phãtaſiã oñdit hoc eẽ fontẽ, & potabile, mox opant̃, et hac rõne irrõnabilia dñr, qm̃ opantur ſine p̃cedẽte diſcurſu.

*Et cum appetitio præcipua cauſa motus ſit, eademq; excitetur uel per ſenſum, uel per uiſum, & notionem. & qui agunt, partim cupiditate, aut ira, partim appetitione, aut uoluntate concitantur, accidit, ut alia faciant, alia, agant.*

*Verum ultima quidem cauſa exiſtente eius quod eſt moueri, appetitu. Et hoc facto aut per ſenſum, aut per phantaſiam, & intellectionem, & appetentium operari, hæc quidem per cõcupiſcentiam aut irã, hæc aũt per electionem aut uoluntatem, hæc quidem faciunt, hæc aũt operantur.*

Hic tãdẽ oñdit, ꝙ ultima cã mouendi eſt appetit⁹, aut mot⁹ a rõne, aut mot⁹ a ſenſu uel phãtaſia, & ſumit quaſi tria, ut inferat quartũ, & dicit. Verũ ultima qdẽ cã exñte appetitu ei⁹ ꝙ eſt moueri & opari, ut ſupponit q̃ſi ꝑ ſe notũ, hæc eſt prima, dat ſecũdam, & inquit. Et hoc facto in actu, & moto ac actuato aut ꝑ ſenſum, aut ꝑ phãtaſiã, & intellectionẽ demr̃antẽ, hoc eſſe illud appetibile, ꝙ appetit, hæc ẽ ſecũda, quę p3, qm̃ dato ꝙ appetit⁹ appetat potabile, niſi ſenſus ſibi demõſtret, hoc eſt potabile, uel phantaſia, nõ bibet aĩal. Dat tertiã, & dicit. Et eorũ quæ appetũt opari, alia qdẽ ꝑ appetitũ ſenſualẽ, v3, ꝑ concupiſcentiã & iram appetũt, alia ꝑ uolũtatẽ & electionẽ, q̃ ſũt appetit⁹ ĩtellectuales, iõ aĩalia hęc qdẽ faciũt. ſ. appetitu ſenſuali actuato ꝑ ſenſum uel phãtaſiã, hæc aũt opant̃ appetitu intellectuali actuato ꝑ intellectum et ſyll'm. Quare ultima cã mouẽdi eſt appetitus nõ ſimpl'r, ſed ut actuato ab aliqua uirtute cognoſcitiua, quæ ſibi demõſtrat, hoc eſſe illud appetibile, quod appetit. Hæc de cauſis, & de modo quo aĩalia ſe mouẽt ex illis cauſis.

*Non aliter, quam ea opera, quæ non alieno impulſu, ſed ſua ſponte agitari uiſuntur paruo excitato motu, laxis rotis, ſeque mutuo trudentibus, & quadrigæ, quæ ab auriga agitatæ ſtatim mouent, & rurſus in orbem uerſantur, quoniã inæqualibus utuntur rotis, minor enim quaſi cardo euadit, ut in cylindris fit, ita moueri animalia confirmamus, quippe quæ hiſce inſtrumentis ornentur, & machinationibus inſtruãtur, hoc eſt neruorum, oßiumq; natura. quandoquidem oſſa tanquam ligna, & ferrum ſunt, nerui tanquam rotæ, quibus laxatis, & remißis motus agitur.*

*Quemadmodum autem automata mouentur, paruo motu facto, cum ſoluuntur, atque ſeinuicem pelluntur ſtreblæ. Et currus, quem qui in eo inſidet, mouet in rectum, & circulariter mouetur, propterea quod inequales habet rotas. Minor enim quaſi centrum fit, ſicut in cylindris, ſic & animalia mouentur, habent enim inſtrumenta huiuſmodi: & eam, quæ neruorum naturam, & eam, quæ oßium eſt hæc quidem ut ligna, & ferrum. Nerui autem ut ſtreblæ, quibus ſolutis, & contractis mouentur.*

αὐτόματα. per ſe facientia. Strebla Torculare Vinculũ Cylidrus

Hacten⁹ de principijs motus egit, nũc uult agere de inſtrumẽtis, tam primario, ꝙ alia mouet, q̃3 ſecundarijs, quę ab illo mouent̃, ꝓcedit autem per ſil'itudinẽ ad currũ, cũ quo quãtũ ad unũ magis aĩal vr̃ cõuenire, & etiã ꝑ ſil'itudinẽ aut ea quæ, dñr ꝑ ſe mota, cũ qb⁹ quãtũ ad aliã rõnẽ uident̃ etiã magis ꝯuenire. Pro intellectu ꝟo eorũ quæ dicit aĩaduerte qđ Ariſto ſumit exẽplũ ab artificialib⁹ quæ mouentur ueluti fecit ſecũdo de aĩa. Artificiale. n. magnã vr̃ hr̃e ſil'itudinẽ cũ aĩali, eſtq; nobis notius. Eſt aũt artificiale motũ duplex, alterũ, cui⁹ motor extrinſecus nõ cernitur, ut horologiũ & id gen⁹, hmõi artificiale, ꝙ a ſe moueat̃, græci automaton appellãt, quaſi ꝑ ſeipſum faciẽs, et motũ. Alterũ eſt, cui⁹ motor extrinſecus appet, ut currus, & cætera id genus. Ariſt. ergo ſumit ſil'itudinẽ ab utroq;, & declarat inſtr̃a, qbus aĩal mouet̃, & dicit. Quẽadmodũ autem automata mouent̃ ꝑuo motu facto. ſ. cũ ſoluuntur ſtreblæ, & cũ ſtreblæ ſe pellunt, ꝟba hæc ſuſpẽſiua ſunt uſque ibi. { Sic & aĩalia. } Quo tñ ad ꝟba attinet, ꝑ automata machinas artificiales intelligit, quæ ab ſeipſis uidentur moueri, cũ nõ appareat extern⁹ motor, ut horologia, molendini, q ſine aq̃s uẽto mouent̃, & naues, & id gen⁹, oĩa hæc automata q̃ſi per ſeipſa motũ faciẽtia dñr a gręcis, propriæ tñ Ariſt. horologia intellexit. Per ſtreblas gręce latine torcularia uel uincula, qb⁹ parant̃ horologia intelligit, ideo uult qđ ꝑuo motu facto ex ſol'one ſtreblarũ hęc mouent̃. Hęc eſt prima cõparatio, ĩ q̃ aĩal vr̃ maxime ſimile automatis, qm̃ hoc, qđ ſicut ĩ automatis motor nõ patet, ita in aĩalibus primus motor non patet. Deinde ponit ſcd̃am, & cõtinuet̃ ſuſpenſio hoc pacto, & ſicut curr⁹ quẽ auriga, qui ĩ eo inſidet mouet in rectũ, propterea qđ inæquales habeat rotas. ſ. maiores, & minores. Minores q̇dem, quę ſunt ueluti uertices axis curri. Maiores ꝟo circa uertiges cõſtitutas, eſt. n. minor rotula, in cui⁹ medio ꝟtex eſt, ueluti cẽtrũ rotulę maioris. Dico minorẽ rotulam eſſe

ueluti centrum maioris rotulę,ſicut in cylindris,in quibus rotula minor,ut centrum eſt rotulæ maioris. Et licet cylindrus multipl'r accipi ſoleat, hic pro horologio accepit. Tunc terminat ſuſpenſionẽ,& complet ſĩl'itudinem.q.d. ſicut hęc ita ſe hñt ĩ inſtrumẽtis motꝰ: ſic & aĩalia mouẽtur ſuis inſtrumentis. Cuius cãm exponit,& dicit.Habent enim inſtrumenta huiuſmodi quæ ſunt curri, & eam naturam quæ neruorũ eſt,nerui enim ſimiles ſunt chordis curri,quibus equus ligatur ligno,& habent eam naturã quæ eſt oſſium,ut ſunt ligna & ferrum,cui ligatur equus. Amplius nerui in aĩalibus ſunt ut ſtrablæ in horologijs, quibus ſolutis,& contractis mouentur animalia. Quo autem ad comparationem attinet,aĩaduerte,ꝙ in aĩali ſunt omnia ſimilia,quæ curro inſunt,ĩ aĩali enim eſt aliquid,quòd eſt ſimile aurigę v3,anima,& aliquid ꝙ eſt equo ſĩl'e, v3 ꝙ quidem mouet & mouet̃, ut cor,ꝙ eſt principale inſtrumentũ cætera mouẽs,inquantum ab alio mouetur, & aliquid qđ eſt ſimile ligno,v3,oſſa, & aliquid quod eſt ſĩl'e chordis,v3,neruos,nã ut currus mouet̃ tractis & diſſolutis chordis,ita aĩal neruis.Hęc de cõparationibus.

*Verũtamen in operibus quæ ſua ſponte mouentur, & in quadrigis nulla ſuboritur alteratio, etiam ſi in orbem idem uertatur. Cõtra in animali idem tum ampliari, tum diminui, & faciem corporis uariare põt, partibus ex calore augeſcentibus, & iterum ſeſe adſtringentibus ob frigus, iiſdẽq; alterationem contrahentibus.*

*Verum in automatis, & curribus non eſt alteratio, quãuis idem circulo moueatur.In animali autẽ poteſt idem & maius, & minus fieri, & figuras imitare, augmentatis partibus propter caliditatem, & iterum contractis atque alteratis propter frigiditatem.*

Quia accepit quandã conuenientiã inter artificiał'r mota,& animalia,nũc aſſignat dr̃iam, ut colligatur modus quo inſtr̃a aĩalis mouentur a principali inſtr̃o,& dicit. Verũ in automatis et curribus nõ eſt alteratio de nouo facta in inſtr̃is motus,nec ad calidũ nec ad frigidũ, ꝙ̃ his idẽ, & eadẽ axis circulo moueat̃. In aĩali aũt idẽ mẽbrũ põt fieri maius & minus,& figuras ꝑmutare,augmentatis partibus ꝓꝑ cał'itatẽ miſſam ad ipſas, & iterũ cõtractis ac alteratis ꝓꝑ frigiditatẽ,hoc eſt ꝓꝑ cõtractionẽ calidi ad locũ vñ uenit,per frigiditatem.n.intelligit retractionem calidi. Quo aũt ad dr̃iam hanc aĩaduerte,qđ in aĩali cũ ſpiritus calidus diffunditur,& dilatatur, mẽbrũ mouetur extẽſione,ut brachium cũ uer ſpũs calidus cõtrahit̃, facta frigiditate mẽbrum cõtrahitur.

*Viſa, ſenſus, & conſignatæ in animo notiones commouent, ſenſus enim cum alterationes quædam ſint, confeſtim inducuntur. Viſum, & notio rerum agendarũ uim obtinent, etenim ſpecies uel caloris, uel frigoris, & rei uel iucũdæ, uel formidabilis mẽte ꝑcepta quodãmodo talis agnoſcitur, qualis res quæq; eſt.*

*Alterant autem phantaſiæ, & ſenſus, & intellectiones. Senſus quidem, nam ſtatim ſunt alterationes quædam exiſtẽtes, phãtaſia uero & intellectio hñt rerum uirtutẽ. Aliquo.n.modo ſpecies intellecta calidi, aut frigidi, aut iucundi aut triſtis, talis quidẽ existens eſt, qualis quidem & rerum unaqueq;.*

Cũ dediſſet dr̃iam inter inſtr̃a quibus mouentur machinę artificiales,& inſtr̃a,quibus mouentur aĩalia,& dixit. Q₂ inſtr̃a q̃bus aĩalia mouentur,extẽdunt̃, & cõtrahunt̃, alteratione,nã diffuſione ſpirituũ & caloris extenduntur, cõtractione ꝟo caloris,cõtrahuntur, & quieſcũt. Nunc uult declarare,cãm alterationis mẽbrorũ,& declarare,ex qua cã,mẽbra alterant̃ ad cał'm,& ad fridũ,pro cuiꝰ deductione,ut mihi vr̃,cõſtituit ꝓloquia,quorũ primũ eſt,phãtaſię,ſenſus,& intellectiones alterãt corꝑa nr̃a, & mẽbra aliqñ ad calidũ, aliqñ ad fridũ,& ad alias qualitates, & hoc proponit,& inquit. Alterãt autẽ phãtaſiæ, & ſenſus, & intellectiones corpora noſtra,& mẽbra. Et ꝑ phantaſias phãtaſmata, quę actu mouẽt ſenſum phantaſticũ intelligit,per ſenſum etiã,ſpẽm rei ſenſibilis,quę actu mouet ſenſum,& per intellectionẽ notionem intelligit,quę actu mouent intell'm,ꝓbat ſuppõnẽ,& dicit. Senſus q̃dẽ, hoc eſt ſpẽs ſenſibilis actu mouens ſenſum,alterat, q̃m ſtatim ſpẽs ſic actu mouẽtes ſenſoria alterationes quędã ſunt exiſtẽtes,& iõ ſpẽs calidi actu mouẽs tactoriũ, calefacit,ſpecies frigidi,frigefacit,ſpẽs rei dulcis actu mouẽs guſtatorium,ſapit,& ſic de alijs,& de hoc parua qõ eẽ vr̃,ut poſtea dicemus,ſecũdo hoc idẽ ꝓbat de intellectiõe,& imaginatiõe,& dicit.Phãtaſia ꝟo,& intellectio, hoc eſt phãtaſma actu mouẽs phãtaſticũ ſenſum, & notio actu mouens intell'm hñt rerũ,ex q̃bꝰ ſunt cauſatę,uirtutẽ, ut phãtaſma calidi uirtutẽ calidi, phãtaſma frigidi uirtutẽ frigidi, & hoc inq̃t. Aliq̃.n.mõ ſpẽs intellecta cal'i,aut fridi,aut iucũdi,aut triſtis,talis quidem eſt,nõ quidẽ in alterãdo in tell'm,ſed ĩ alterãdo nos,qualis q̃dẽ & rerũ unaqueq; eſt, ex q̃ orit̃. Per quę dat intelligere, ꝙ uirtꝰ cãę aliq̃ mõ reſeruat̃ in ſuo effectu,ueluti effectꝰ quodã mõ h3 eſſe ĩ ſua cã. At cũ ſpẽs rei ſenſibilis,uel intelligibilis effectꝰ ſit,& ſenſibile uel intelligibile ſit cã,iõ uirtus rei ſenſibilis uel intelligibilis reſeruat̃ in eiꝰ ſpẽ,q̃re põt alťare,ſicͭ ipm̃ ſenſibile. Ex q̃ p3 aliqđ nõ formał'r cał'm poſſe calefacer̃, ut ſpẽs calidi,quatenus ꝟtutẽ ſeruat ſuæ cãę. Eſt tñ dr̃ia inter ſpẽs intellectuales,& phãtaſticas,ſiue ſenſuales, q̃m ſpẽs intellectuales nõ alterãt ꝑ ſe,ſed quatenꝰ nõ pñt actu intellectũ ĩ eẽ,niſi phãtaſmata illi corrñdẽtia actu moueãt phãtaſticũ ſenſoriũ,& ſic ꝑ accidẽs alterant.

An ſpecies uiuerent,

*Idcirco notione ſolum affecti tum horrore, tũ metu perculſi uidemur, atq; hæc oĩa ꝑturbatiões, alteratiõeſq; haberi debẽt.*

*Quapropter & tremunt, et timent intelligentes ſolum; hæc autẽ omnia paßiones & alterationes ſunt.*

Quod dixerat,ꝓbat ꝑ experiẽtia,nam aliqui nihil timoroſi uidentes,ſed ſolũ timoroſi q̃c̃ꝗ phãtaſiantes, aut intelligẽtes,tremũt,& timent,mõ timere,& tremere, & oĩa id genꝰ paſſiões,& alterationes ſt̃,hęc aũt nõ fierent, niſi ſpẽs uirtutẽ eã hr̃ent,cuiꝰ ſunt ſpẽs. Spẽs enim & phãtaſma rei timoroſę,timorem efficit in nobis, & phãtaſma,rei non timoroſæ,in nobis audaciam facit.

*Partium corporis, quæ per alterationem uariãtur, aliæ augeſcunt, aliæ decreſcunt.*

*Alteratis autem in corpore, hæc quidem maiora, hæc autem minora fiunt.*

Hoc eſt ſcđm ꝓloquiũ,qđ ſupponit,et dicit. Alťatis ãt in corꝑe nr̃o mẽbris ꝑ ſpẽs,& phãtaſmata,hęc q̃dẽ maiora fiũt,hoc ẽ extẽdunt̃,utpote,ĩ q̃bꝰ diffundit̃ calidum, & ſpũs,hęc autẽ minora fiunt & cõtrahuntur, a q̃bꝰ calidũ ad cor retrahit̃,& ĩ quibus ꝑ retractionẽ calidi frigiditas remanet.Per quę dat Ariſto.intelligere mẽbra alterari ad calidum uel frigidum a ſpeciebus & phantaſmatibus per uiam ſequele ac concomitantiæ.Nam cum pro phãtaſma imaginamur nobis eſſe mouẽdũ,cor mittit ſpũs & calorẽ ad mẽbra motus,& ſic extenduntur ad motum,cum uero imaginamur nobis eſſe quieſcendum, cor retrahit calidu3 a mẽbris,& depauperatis calore,& ſpiritu,quieſcũt, ergo phãtaſię & ſenſus nõ mõ alterãt per uiã cauſæ,efficiendo cał'm,uel frigidum,ſed per uiã cõcomitãtiæ. Eſt.n.cor naturaliter ordinatum,& cõcomitans motũ imaginationis, mouetur enim ad agẽdum cor naturaliter illud,quod præparat ad motum ſenſitiuũ & phãtaſticũ,ut poſtea Ariſto. declarabit,q̃m cor & mẽbra naturaliter ſunt ut mota & paſſiua,aĩa ſentiẽs uel imaginans naturaliter,ut actiua,et ſic pro neceſſitate operationis ſit cor miniſtrat naturaliter ſpiritus & calorẽ ad locum uel ad membrum,quod eſt illius operationis inſtr̃m.Hic eſt ſecundus modus, quo aĩa alterat mẽbra,primꝰ quidem, ut uirtutem gerit ſuę cauſæ, ſecundus uero,ut perfectio cordis ordinati ad adminiſtrãdum pro neceſſitate oꝑationis.

Alius modus ꝑ quẽ alterãt ſpecies.

Nec uero

*Nec uero dubium eſt, quin parua admodum initio facta mutatione, in corꝑe multiplices ẽ lõginquo uarietates ſuboriãtur, ut cum per themonem paululum tralatum longe diuerſa proræ poſitio uiſitur.*

*Quod autem parua mutatio facta in principio magnas & multas faciat differentias deinceps non immanifeſtum, ut gubernaculo ſecundum prauum quid tranſpoſito, magna proræ fit tranſpoſitio.*

Hic põt cõſtitui tertiũ ꝓloquiũ,ex q̃ uult hr̃e,q̃uo alterant̃ mẽbra & corpus ex imaginatiõe & ſenſu, & uult ꝙ tertio mõ fieri põt alteratio ab imaginatiõe & ſenſu, inq̃tũ accidit ꝑ illas fieri mutationẽ in principio, ꝙ eſt cor, nã cũ q̃s triſtat̃,cor patit̃,& ſic mouet̃ ſanguis ad cor, & mẽbra depauꝑata ſanguine frigeſcũt,ſi cõcipimꝰ gaudiũ & letitiã,ſic cor gaudẽs ſpũs, & calorẽ diffundit ad exteriora,& remanet frigidum,& exteriora calida, ergo tertiꝰ modus eſt inquantũ ex imaginatione & ſenſu accidit fieri ĩmutationẽ aliq̃ licet paruã in principio.ſ.corde, & dicit.Q₂ aũt ꝑua mutatio facta ĩ prĩcipio magnas & multas faciat differẽtias deinceps in cõſequẽtibꝰ, nõ ĩmanifeſtum,ut gubernaculo nauis eſt themone parũ tranſpoſito magna trãſmutatio fit in tota naui & in prora, & hoc nõ ob aliud niſi q̃a themo eſt principiũ motus nauis.

*Idem quoq; efficitur uel per calorẽ, uel per frigus, uel ꝑ rem eiuſdem generis aliam, nam quoties in cor alteratio inducitur (etiã ſi in exigua eiuſdẽ uiſceris parte, quæ ſenſu minus pateat alteratio excitetur) toties multiplices corꝑis facies annotãtur ẽ rubore, pallore, horrore, tremore, et rebus eiuſmodi cõtrarijs.*

*Adhuc aũt ſecundum cał'itatẽ aut frigiditatẽ aut ſecũdũ aliã talem paßionem. Cum.n.fit alteratio circa cor, & in ipſo ſecundum magnitudinẽ, hæc in ſenſibili corporis ꝑte magnam facit differentiam in ruboribus, & palloribus, & tremoribus, & timoribus, & in horum contrarijs.*

Cũ ꝓbauit ꝓloquiũ ſigno ſumpto a themone nauis,et ĩ motu locali, hoc idẽ ꝓbat nũc obſeruatione & expiẽtia ſumpta a re ipſa,& dicit. Adhuc aũt modica facta alteratione in corde,ſ̃m caliditatẽ,aut friditatẽ, aut ſcđm aliã talẽ paſſionẽ,ex re ipſa p3, ꝙ magna fit mutatio ĩ exteriorib9,cuiꝰ expõnẽ inq̃t.Cũ.n.fit alteratio circa cor, & in ipſo corde ſcđm aliq̃ magnitudinẽ notabił'r apparẽs, hæc alteratio ĩ ſenſibili & exteriori ꝑte corꝑis magnã facit differẽtiã ĩ ruboribus,et palloribꝰ,& tremoribꝰ,& timoribꝰ, & in horũ cõtrarijs,& nõ ob aliud eſt iſtud, niſi q̃m cor eſt prĩcipiũ cuiꝰ alťatio dilatat̃ ualde ĩ prĩcipiatis.Per quę dat ĩtelliger̃ tertiũ modũ, q̃ ſenſus et imaginatiões alťant nos,hoc.n.faciũt q̃tenꝰ nob imaginãtibꝰ aut ſentiẽtibꝰ,cor patit̃,& alterat̃,ꝑ cuiꝰ alterationẽ fit alteratio ĩ exterioribus mẽbris,quę pẽdẽt a corde ut Ariſto.declarauit.

Tertio modus q̃ imaginatio & ſenſus alterãt nos.

*Ergo initium motionis, quẽadmodũ præcepimus, res cõſectãda, & declinãda eſt, in iis tñ, q̃ geri, adminiſtrariq; poßint. Calor aũt, et frigus neceſſario earũ notionẽ, atq; uiſum cõſectãtur, q̃a res triſtifica euitari, iucũda affectari ſolet. Verũtñ tenuibus in rebus id ualde obſcurũ eſt, triſtificæ.n.iucũdæq; res fere oẽs cũ frigore, aut calore occurrũt, q̃ q̃dẽ ex aĩorũ noſtrorum ꝑturbationibus colligitur. Et.n.audacia, pauor, cõcubitus, & alij in corꝑe ſuboriẽtes motus triſtifici, iucũdiue ſunt partim in certis mẽbris, partim in toto corꝑe, idq; cũ calore, aut frigore.*

*Adhuc aũt principiũ motus ut dictum eſt, eſt perſequibile et fugibile. Sed horum intellectionem atq; phantaſiã caliditas, & frigiditas ſequuntur. Triſtabile enim fugibile, iucundum perſequibile eſt. Sed licet ualde lateat circa parua hoc accidere, tamẽ ſunt triſtabilia & iucunda omnia fere cũ frigiditate aliqua atque caliditate. Hoc aũt palam ex paßionibus, audaciæ enim & timores & uenerij motus, atq; cætera corporea triſtabilia, & iucunda, hæc quidem ſecundum partem cum caliditate & frigiditate ſunt, hæc autem ſecundum totum corpus.*

Tertio idẽ ꝓbat ex ꝑte obiectorũ,& dicit. Adhuc aũt principiũ motꝰ,ut dcm̃ eſt,eſt ꝑſeq̃bile & fugibile, ꝑſeq̃bile q̃dẽ aſſequẽdi,fugibile aũt fugiẽdi. Sed horũ intellectionẽ atq; phãtaſiã cał'itas,& friditas ſequunt̃,ergo ſpecies,& phãtaſiæ ſunt principia alterationis.Q₂ aũt intellectio & phãtaſia ꝑſeq̃biliũ & fugibiliũ calefaciãt, & infrigidẽt,ꝓbat,q̃m,ut inquit,fugibile eſt triſtabile, ꝑſeq̃bile eſt iucũdũ, mõ licet lateat circa ꝑua triſtabilia et ꝑua iucũda hoc accidere,tñ oĩa triſtabilia, & iucũda fere cũ frigiditate aliqua,atq; cał'itate ſunt & dixit fere ꝓꝑ iucũda & triſtia intellectualia, quę nõ niſi ꝑ accñs alterant, & hoc ꝓbat ex paſſionibus,quas inferũt,& dicit. Hoc autẽ palã ex paſſionibus,quas inferũt, audaciæ.n.& timores, & motꝰ ſiue paſſiones ueneręę,atq; cætera corꝑea triſtabilia,& iucũda,hęc q̃dẽ ſcđm ꝑtẽ corꝑis cũ caliditate & frigiditate ſunt,hæc aũt ſecundũ totum corpus. Cũ.n.triſtabile ſub ratione triſtabilis appręhẽdit̃,ſi arduũ ſit,ilico totꝰ ſpũs frigeſcit,& totũ fere corpꝰ ad frigidũ alterat̃,ſi aũt nõ ita arduũ,ꝑ ꝑte idẽ efficit,iterũ cũ iucũdũ appræhẽdit̃ ſub rõne iucũdi,mox ſpũs exardeſcit,& alterat̃ corpꝰ ad calidũ,totũ q̃dẽ,ſi magnũ,ſ̃m ꝑtẽ ꝟo,ſi ꝑuũ ſit.

*At memoria, & ſpẽs ex uſu eiuſmodi motuum, quaſi ſpectorũ nũc magis, nunc minus cauſæ eorum ipſorum ſunt.*

*Prætered memoriæ, & ſpes, huiuſmodi idolis utentes, aliqñ quidẽ minus, aliqñ autem magis cauſa horum ſunt.*

Quarto idem probat, ex eo q̃a memoriæ & ſpes cauſa ſunt calidi & frigidi,inquantum utuntur atq; cõiungunt̃ idolis,& ſpẽbus delectabilium ac triſtabiliũ, ergo a fortiori ſpẽs ipſæ triſtabiliũ & delectabilium cauſa erũt calefaciẽdi & infrigidãdi,non quidem ęqualiter,ſed aliquando magis,aliquando minus,unde dicit. Præterea memorię pręteritorũ,et ſpẽs futurorũ utẽtes hm̃õi idolis.ſ.triſtabilium,uel delectabilium, quę aut pręterierũt, aut futura ſunt,aliqñ minus,aliqñ magis horũ cã ſt̃.ſ.calefaciẽdi & frigefaciẽdi corpus. Quo q̃dẽ ad rõnẽ attinet, aĩaduerte ꝙ memoria,ut libro de memoria dcm̃ eſt, certa acceptio eſt eiꝰ,ꝙ priꝰ appręhẽſum eſt,ideo memoria uirtutẽ h3 eiꝰ, ꝙ priꝰ appręhẽſum eſt,eſt.n.illiꝰ ſpẽs,ſed ſpẽs calidi,ut dictum eſt uirtutẽ h3 calefaciendi,& alterandi corpꝰ, ergo memoria quatenus illa ſpecie utitur, aut illi coniungitur, eãdem uirtutem habebit. Spes ꝟo, ut Ariſto. deſcribit ſecundo rhetoricorum,eſt expectatio magni boni futuri,& hoc non eſt niſi cũ appręhenſione illius,& ita cũ delectatione,diximus autẽ delectationẽ eſſe cum caliditate,quare ſpes inquantũ coniungit̃ ſpẽbꝰ delectabiliũ, alterat corpus ad calidũ.Quo ꝟo ad uerba attinet,dixit aliqñ magis aliqñ minus,primo ex parte paſſi, nã aliqui ſunt magis, aliqui minus diſpoſiti ad calidũ uel frigidũ. Melãcholici q̃dem ad triſtitiam & ad frigidum magis diſpoſiti ſunt, ſanguinei ad lætitiam & gaudium,ſecũdo ex ꝑte ſpẽi,q̃m fortius in uno q̃ꝗ in altero imprimitur ſpẽs,ob iſtas cauſas aliq magis,aliqui minus alterantur.

Memoria & ſpes alterant.

*Ratio igitur exigit, ut tam interiores partes formentur, quam partium inſtrumentariarum initia commutentur ex concretis mollia, & ſoluta, ex mollibus & ſolutis cõcreta, & mollia uicißim, & dura.*

*Quare rationabiliter iam condita ſunt quæ intus, & quæ circa principia organicarum partium, permutantia ex condenſatis, humida, ex humidis condenſata, & mollia & dura ex inuicem.*

His ſuppoſitionibus ſtãtibꝰ, ꝯcludit primo diſpõnẽ ꝑtiũ corꝑis aĩalis eſſe optime a natura inſtitutam, & dicit. Quare rationabiliter iam a natura cõdita ſunt quæ intus, ut cerebrum & cor,& cætera uiſcera, ut alterum alterum iuuet & contemperet,& ſeruiat,& etiam optime condita ſunt & quę circa principia organicarum partium, ut ſunt

iuncturę, & nerui, & chordę, & musculi, & lacerti, & cætere ſeruientium ad motũ, ſunt dico optime cõſtituta a natura, ut permutare ſe poſſint, ex cõdenſatis & frigidis, ad humida & cal'a. Cerebrũ.n. refrigerat cor, & humectat, ex humidis & calidis condenſata & frigida, cor.n. calefacit cerebrũ, & ut poſſint fieri & mollia, hoc eſt extenſa, & dura, hoc eſt contracta ex inuicem, ad hoc enim iũcturæ ſunt ordinatæ cum ligamentis, & neruis. Quo aũt ad diſpoſitionẽ corporis aı̃alis attinet, aı̃aduerte in corpore aı̃alis eſſe duplicẽ aptitudinem naturalem, altera quę pẽdet ex mẽbris principalibus, quæ ita ſunt ordinata, ut poſſint calefacere, frigefacere, humectare, & exiccare pro neceſſitate operandi. Cor.n. ita eſt optime ordinatum, ut ſi fuerit neceſſarium actioni aut operationi, quã intẽdit aı̃a, calefacere mẽbra, mox ſpũs mittit ad calefaciendum. Si autem fuerit neceſſarium operationi, quã intendit aı̃a, frigefacere, mox retrahendo calorem & ſpũs, infrigidat ipſum, etiam cerebrum. Mẽbra ꝟo exteriora, & a corde elõgata ita a natura ordinata ſunt, ut mox ꝑ neceſſitate operationis, ꝗ intendit aı̃a alterationem a mẽbris principalibꝰ ſuſcipiant ad calidum, & ad frigidũ. Meruerũt aũt membra principalia, & mẽbra minus principalia hanc naturalem diſpoſitionem ac aptitudinem, ut eſſent aı̃ę perfectibilia, & inſtr̃a, nec alia ratio eſt, niſi ꝗa ſunt ab aı̃a apta perfici, & operibus illius apta fiunt, & aı̃a apta perficere, & uti illis, ut inſtrumentis ad ſuas oꝑationes. Hęc de diſpoſitionibus, & aptitudinibus.

In corpore animalis duplex aptitudo.

*Quæ cum ita commutentur, & uis quoq; agendi, & patiendi ea natura prædita ſit, quam ſæpe indicauimus, cum accidit aliud patibile, aliud agens eſſe, & nihil ex ijs deſideretur, quæ ad formam, et quid res ſit pertineant, primo quoq; tẽpore aliud agit, aliud patitur.*

*His autem accidentibus in hunc modum, & adhuc paſſiuo & actiuo talem naturam habentibus, qualem cõpluribus locis diximus, cum opus fuerit, ut ſit hoc quidem actiuum, hoc autẽ paſſiuum, nihilq; deficiat eorum, quæ in utriuſq; ratione ſunt, confeſtim hoc quidẽ facit, hoc aũt patitur.*

Cũ concluſit ex ꝑte ꝑtiũ deſeruiẽtium oꝑõnibꝰ aı̃ę naturalẽ duplicẽ aptitudinẽ, alteram in mẽbris, ꝗ ſunt inſtr̃a motꝰ, in recipiendo alterationẽ a principalibus, pro neceſſitate oꝑationis, quã intendit aı̃a, alterã in mẽbris principalibꝰ, in alterãdo illa mẽbra pro neceſſitate oꝑõnis ꝗ aı̃a intẽdit, nũc dat modũ q̃uo aı̃al moueat̃, & corꝑe, & mẽbris utat̃, & dicit. His aũt diſpõnibus naturalibꝰ accñtibꝰ in mẽbris in hunc modũ, quẽ diximus & adhuc paſſiuo & actiuo talẽ naturã hñtibꝰ qualẽ cõpluribus locis diximꝰ, in ꝗbꝰ diximꝰ, ꝙ talẽ hñt naturã, ut illud agat, & hoc patiat̃, nec ob aliud, niſi ex natura, qua alterũ alterius eſt perfectio, cũ opus fuerit, ut hoc ꝗdẽ ſit actiuũ & agat. ſ. aı̃a, hoc aũt paſſiuũ & patiat̃. ſ. corpꝰ, & nihil deficit eorũ, quæ neceſſaria ſunt in rõne, qua alterũ eſt actiuũ, alterũ paſſiuũ, ita ut ex ꝑte aı̃ę nõ deficiat intẽtio, ex ꝑte corporis nõ deficiat ꝑticula, uel nõ ſit impeditũ, ꝯfeſtim hoc ꝗdẽ facit. ſ. aı̃a, hoc aũt patit̃. ſ. corpꝰ, & ſic ſeꝗt̃ motꝰ, cũ enim aı̃a motũ intẽdit, mox cor mittit calorẽ & ſpiritum ad mẽbra motꝰ, & illa ꝯfeſtim ſeſe extẽdẽtia mouẽtur, cũ intẽdit ꝗetẽ, mox cor retrahit calorẽ & ſpm̃, & quieſcũt.

*Ob eãq; rem ſimul, ut ita dixerim, homo intelligit incedendũ eẽ, & incedit, niſi forte aliud impedimẽto ſit. Inſtrumẽtariæ ꝗdẽ ꝑtes cõgrue affectiões præparãt, appetitio affectiões, appetitionẽ uiſum, hoc aũt uel ex ſenſu, uel ex notione efficitur, ſiľq; & celeriter ipſa res euenit, quoniã principiũ agendi, & patiendi inter ea refertur, quæ mutuam habeant naturam.*

*Quapropter ſimul, ut ita dicam, intelligit, ꝗ ambulandum ſit, & ambulat, niſi alterũ quid impediat. Organicas enim partes paſſiones decenter parant, appetitus autem paſſiones, appetitum autem phantaſia, hæc aũt fit, aut per intellectum, aut per ſenſum. Simul autem & cito, quia factiuum & paſſiuum adinuicem ſunt ſecundum naturam.*

Cũ cõcluſit modũ q̃ aı̃a mouet corpus, cõcludit ordinem, q̃ corpus ad motum proficit̃, & dicit. Quaꝑꝑ ſimul, ut ita dicã aı̃al intelligit, ꝙ ambulãdum ſit, & ambulat, et dixit, ut ita dicã, qm̃ nõ ſemꝑ cũ intelligit eſſe mouendũ mouet̃, niſi ĩtellectionẽ illã ſequat̃ uolũtas, uel dixit ſiľ ut ita dicã, qm̃ reuera prius intelligit ꝗ̃ moueat̃, ſed dr̃ illa fieri ſimul, qm̃ nõ mediat tẽpus, ſi uolũtas adſit, quin moueat̃, niſi alterum ꝗd impediat. Cãm affert & exponit ordinem in partibus ad executionẽ motꝰ, & dicit. Organicas.n. partes paſſiões quę ſunt in aı̃a decẽter parãt ad calidum & ad frigidũ pro neceſſitate operandi, ut dcm̃ eſt, corde mandante, & retrahẽte ſpiritũ & calorẽ, uel de per ſe paſſiones alterãt mẽbra ad calidũ & frigidum pro neceſſitate agẽdi, ut dictum eſt. Diximus enim ꝙ paſſiones alterã, ꝗa paſſiones talium, & quia ad ipſas ſequit̃ alteratio in principio, per ꝙ alterant̃ cætera quæ ab illo principio ſunt. Sic igitur paſſiones alterant mẽbra motꝰ, & parãt illa alterationibus ad calidũ & ad frigidũ pro neceſſitate, dixit decẽter. Qm̃ ita tenet ut nihil deſit pro diſpoſitione. Appetitus ꝟo parat paſſiones, ex ipſo.n. ſequuntur paſſiones in nobis, ut patet. Appetitũ autẽ putat phantaſia, quæ oſtendit illi hoc eſſe, ꝙ quęrit, & optat, phãtaſia autẽ hæc fit, & præparatur per ſenſum, e qua exteriꝰ mouetur, aut ꝑ intellectum ſyllogiçãtem, ergo hoc ordine fit motus. Exponit autem cur ſimul & cito quaſi in nõ perſpecto tꝑe hæc fiant, & dicit. Simul aũt & cito hæc omnia fiunt, ut in feris, & uelocibus leporibus, qm̃ aı̃a & corpꝰ paſſiuũ & factiuũ adinuicem ſunt ẜm naturã. Ex his q̃ hic Ariſto. dixit, patere põt, ꝙ paſſiones nr̃ę, quę in aı̃a nr̃a ſunt, parãt inſtr̃a motꝰ alterãdo illa ad calidũ ut extẽdant̃, & ad frigidũ, ut cõtrahant̃, dupľr tũ ꝑ ſe, ut ſunt effectꝰ eorũ, q̃ tales alterationes faciunt, tũ faciẽdo alterationẽ in corde ꝙ eſt principiũ ex q̃ alia alterari poſſunt. Q₂ aũt paſſiões ꝑ ſe alterare poſſint mẽbra nr̃a, Auicẽna cõfirmat̃, ꝗ uoluit, ꝙ nõ mõ aı̃a nr̃a affecta fortibꝰ paſſionibꝰ poſſit alterare propria mẽbra, ꝗbꝰ intẽdit uti ad ſuas oꝑõnes, ſed corꝑa aliena, ut ſexto nãliũ expoſuit potiſſimum ſi aı̃a fuerit cœleſti uirtute bñ cõſtituta, narrat enim hãc aı̃aꝫ poſſe nutu oı̃a euertere, uerũ de his alibi. Scd̃o pꝫ, ꝙ ordo q̃ aı̃a mouet corpꝰ nr̃ꝫ eſt, ut paſſiões, in ipſa factę parẽt mẽbra motꝰ ad caľm, ut extẽdant̃, ad frigidũ, ut retrahant̃, uel ꝗeſcãt, paſſiones ꝟo, in aı̃a inducũtur ab appetitu, appetitꝰ inducit̃ a phantaſia, quę illi oñdit, hoc eſſe ꝙ appetit. Phantaſia uero inducitur in brutis a ſenſu, in hoı̃bꝰ a ſenſu, & ab intellectu rõcinãte, ergo hoc pacto motus ex aı̃a in corpꝰ fit, & hoc ordine, nã primo ſenſus uel intellectꝰ mouet phãtaſiã, phãtaſia mota mouet appetitũ, appetitus motꝰ, alterat aı̃am ad paſſiones, aı̃a alterata ad paſſiones, alterat mẽbra & ſic mox motꝰ fit.

An paſſiones poſſint alterare corpus.

Ordo in motu.

*Princeps animalium motor neceſſario in aliquo initio ſitus eſſe debet.*

*Mouẽs aũt aı̃al & primũ, neceſſe eſt eẽ in aliquo prı̃cipio.*

His declaratis de motu, & ordine, & mõ q̃ aı̃a mouet aı̃alis corpꝰ, hic uult inueſtigare ꝗd eſt inter mẽbra aı̃alis corporis primũ, & principale inſtr̃m, & ſumit quędã ꝗ̃ſi proloquia, ut ex illis inferat ꝙ quærit, & primũ ꝙ aſſumit, eſt: ꝙ illud ꝙ eſt primum mouens animal, debet eſſe in aliquo principio, & per principium intelligit aliquã partem principalẽ, quæ ſit principium alicuius uel aliquarum operationum. Hęc eſt prima ſuppoſitio.

*Quinetiam expoſuimus copulam ipſam alterius partis initium eſſe, alterius exitum.*

*Iunctura uero, ꝗ ſit huius quidem principium huius autem finis, dictum eſt.*

Secunda ſuppoſitio, eſt, iunctura, eſt principium & finis, principium quidem partis quæ mouetur, & finis partis mouẽtis, ut dictum eſt, & hoc dicit. Iunctura ꝟo, ꝙ ſit huius quidem principium. ſ. partis motę, huius aũt finis. ſ. partis mouentis, dictũ eſt. Hæc ſecũda ſuppõ.

*Propterea efficitur, ut natura eiuſmodi copula modo tãquã re ſingulari, modo tanquam duplici utatur, cum enim ex uno loco in alium motus agitur, neceſſitas cogit, ut extrema altera nota quieſcat, altera moueatur, quandoquidem pauloante probauimus id, ꝗ motum parit, in re quieſcente ſe ſuſtinere.*

*Quapropter & eſt quidem ut uno, eſt autem ut duobus naturam uti ipſa: cum enim moueatur hinc, neceſſe eſt hoc quidem extremorum ſignorum quieſcere, hoc autẽ moueri. Quod enim id, quod quieſcit, oporteat id eſſe, cui firmetur id, quod mouetur, dictum eſt prius.*

Qua iunctura eſt principium & finis, Ariſto. uerificat, ꝙ aı̃a ea utatur aliquando, ut uno, aliquando, ut duobus, & dicit. Quapropter ſubaudi quia iunctura eſt principiũ & finis, ideo & eſt quidem naturam ea uti, ut uno, eſt autem, ut ea utatur, ut duobus, & exponit qñ ea utit̃, ut duobus, & quando, ut uno, & dicit. Cũ.n. altera pars moueat̃ hinc, hoc eſt ex altera parte. ꝟ. g. brachiũ ex humero, neceſſe eſt extremorum ſignorum, ideſt extremarum partiũ, quæ iunctura ligantur, hanc quidem quieſcere. ſ. humerũ, qui mouet, hanc moueri. ſ. brachium. Cuius cãm affert, & inquit. Quod enim id quod quieſcit. ſ. humerum oporteat id eſſe, cui firmetur id, quod mouetur. ſ. brachium, dictum eſt prius, quare iunctura, cum altera pars mouetur, altera quieſcit, ea natura utitur, ut duobus, cum totum & omnes partes ſimul mouent̃ ea natura utitur, ut una. Hæc ſuperius ſunt expoſita.

*Itaq; extrema brachij pars mouetur, & non mouet, cum tamen gibberis inflexu pars, hoc eſt manus moueatur, quæ ſane cum toto brachio agitatur.*

*Mouetur igitur & non mouet extremum brachij, eius autẽ quæ eſt in cubito, iuncturæ, hoc quidem mouetur in ipſo toto moto, hoc autem mouet.*

Secundo concludit, dr̃iam inter iuncturam & ultimũ motum, & dicit. Mouetur igitur & non mouet extremũ brachij, quod eſt in his, quæ mouentur, ultimum ueluti ultima particula digiti ita mouetur ꝙ nullam aliã aı̃alis partem moueat, at eius iuncturę, quæ eſt in cubito ligans ultimã ꝑtẽ cũ prima, hoc quidem mouet̃ in ipſo toto moto, hoc eſt cũ tota ultima pars mouetur, hoc aũt mouet, pars enim quæ ſe tenet cum parte mota, mouetur pars autem, quæ ſe tenet cum parte mouente, mouet. Et ſic patet dr̃ia inter iuncturã & partẽ motã ultimo.

*Atq; etiam neceſſario aliquid conſtituendum eſt, quod facultate quidem ſingulare ſignum habeatur, ſed actu duplex, idcirco ſi animal brachium eſſet, in gibbere profecto mouentis animæ originem locandam exiſtimaremus.*

*Neceſſe autem aliquid eſſe & immobile, quod quidem dicimus et potẽtia quidem unum eſſe ſignum, actu autem fieri duo, ut ſi aı̃al eẽt brachiũ, hic alicubi aı̃æ mouẽs principiũ eſſet.*

Tertia ſuppoſitio, in toto animali moto neceſſe eſt aliquid eſſe, & immobile, quod quidem dicimus potentia et ſubͦto unũ ſignũ eẽ, actu ꝟo & rõne, eſſe plura ſigna, fierique duo ĩ q̃ prı̃cipiũ ꝙ eſt ipſa aı̃a reſideat, ut cor. Cor.n. immobile exñs, ꝗ̃tenꝰ nõ mouet̃ motibꝰ ꝑtiũ, q̃ ab ipſo mouent̃, potẽtia & ſubͦto, eſt unũ ſignũ, & inquãtũ eſt unũ, aı̃al moueri põt uno motu totali de loco ad locũ, actu ꝟo et rõne fit duo, qm̃ cũ aı̃alis altera ꝑs mouet̃, altera ꝗeſcit cor reſpectu ꝑtis ꝗeſcẽtis dr̃ ꝗeſcere, reſpectu ꝑtis motæ dr̃ moueri, & ſic ſubdit rõnẽ duorũ, & hoc exponit ꝑ exẽplũ dcm̃ de brachio, & inꝗt. Vt ſi aı̃al eẽt brachiũ, hic. ſ. ĩ brachio eſſet principiũ aı̃ę, & nõ ĩ oı̃ ꝑte, ſed alicubi, hoc eſt in iunctura, et hoc, ꝗa ẽ una ſubͦto, plures rõne, et actu. Eodem modo oportet exiſtimare animam in aı̃ali eſſe in ea parte, quę põt ſubͦto eſſe una rõne, & actu plures. Quare tertia ſuppoſitio ſit, ꝙ in aı̃ali moto eſt aliꝗd immobile, quod eſt unum ſubiecto, & plura ratiõe, ueluti ĩ brachio, in quo oportet animam eſſe.

*Et certe ut brachium ad gibberem ſe habet, ita cõtingit inanima quædam, quorum de genere eſt bacillum, ſe ad manum habere, ut ſi bacillum moueat, perſpicuum ſit animam in neutro extremo conſiſtere, neq; in extrema rei motæ parte, hoc eſt manu, neq; in altero principio, hoc eſt bacillo.*

*Quoniam autem contingit & ad manum aliquod inanimatorum ſic ſe habere, ut ſi moueat baculũ manus, manifeſtũ, quoniam in extremorũ neutro anima inerit, neq; in extremo eius, quod mouetur, neq; in altero principio.*

Hic põt ꝯſtitui q̃rta ſuppõ, & eſt, ꝙ aı̃a nõ reſideat in iũctura, q̃ ſiľ ponit, & ꝓbat a quodã ſiľi, & dicit. Qm̃ aũt cõtigit, & ad manũ aliꝙ inaı̃atorũ ita ſe hr̃e, ut ſe habet brachiũ ad armũ, ut ſi manꝰ moueat baculũ, nã baculꝰ ſe hꝫ, ut brachiũ, & manꝰ ut armꝰ, manifeſtũ, ut inꝗt, eſt qm̃ in extremorum neutro anima inerit, neꝗ̃ in extremo eius, ꝙ mouetur. ſ. baculi, neꝗ̃ in altero prı̃cipio. ſ. in extremo manus, ut tanquã per ſe notum relinquit.

*Hoc.n. præ manu tũ ſummã, tũ infimã obtinet partẽ, ut hac ſaltẽ cã, niſi principium animæ mouens in bacillo condatur, neque in manu fuerit, nã ſumma ipſius manus ꝑs ita ad brachiale comparatur, ut hæc pars ad gibberem.*

*Etenim lignum hẽt & principiũ & finẽ ad manum. Quare ꝑꝑ hoc, ſi non in baculo principiũ mouẽs, ꝗ eſt ab anima, ineſt, neq; in manu. Similiter.n. ſe habet & extremum manus ad iuncturam, & hæc pars ad cubitum.*

Carpos Iunctura

Accepit ſiľitudinẽ, & dixit, ꝙ ita ſe hr̃e põt aliquod inaı̃atorũ ad manũ, ut ſe hẽt manus ad cubitũ, hãc ſimilitudinẽ ꝓbat, & deinde cõcludit ſuppõnẽ, & dicit. Et.n. lignũ, hoc eſt baculus, hẽt et principiũ & finẽ ad manum ergo eodẽ modo ſe hẽt, ut manus ad cubitum, & ſic bona fuit ſimilitudo: uerificata ſimilitudine concludit, ſuppõnẽ iterũ, & dicit. Quare ꝑꝑ hãc ſiľitudinẽ, ſi nõ eſt in baculo principiũ & uirtus motiua, q̃ eſt ab aı̃a: neꝗ̃ in manu erit. cuiꝰ rõnẽ repetit, & inꝗt. Siľr.n. ſe hẽt ad extremũ manus ad iũcturã: qua cõiũgit̃ baculo, et hęc pars. ſ. manꝰ ad cubitũ. Quo uero ad uerba attinet, iũctura gręce ẽ carpos, latine tum fructus, tum iũctura manus, uerũ hic pro amplexu quo manus baculum tenet, accepit.

Iunctura Carpos

*Propterea ꝗ nihil differunt ꝑtes, quæ coaluerint ab ijs, quæ nõ eiuſmodi ſunt, quippe cum ipſum bacillum ut ꝑs ſeparabilis, euadit. Itaq; neceſſe eſt illius ſedẽ nulla origine cõtineri, quæ alterius ſit finis, neq; ſi aliud cũ eo magis cõtinẽs ſit, ut principiũ extremæ bacili ꝑtis in manu huius in brachiale. Quod ſi in manu id non ſit, nimirum in parte habebitur ſuperiore, atq; etiam gibbere quieſcente tota inferior pars, q̃ tñ cõtinẽs ſit, mouetur.*

*Differũt aũt nihil quæ adnata ſunt, ab his, quæ nõ ſunt adnata. Fit.n. ut auferibilis pars, baculus. Neceſſe ergo in nullo eſſe principio, ꝗ ſit alterius finis, neq; ſi quid magis extra eſſet, ut extremi baculi, in manu principiũ eſſet, neq; huius iũctura. Si.n. neq; in manu, quia ſuperius adhuc principium eſt, neque hic. Adhuc enim cubito manente, mouetur totum continuum, ꝗ eſt deorſum.*

Remouet dubiũ, qm̃ poſſet dici, ꝙ non eſt ſimile de baculo ad manũ, & de manu ad cubitum, qm̃ manus eſt adnata cubito, nõ ſic baculꝰ manui, unde dicit. Differũt aũt nihil, q̃ adnata ſt̃, ab his, quę nõ adnata, quãtũ ad hoc ꝙ eſt nõ eſſe ſubͦtũ ꝟtutis motiuę, qm̃ ſiue adnata ꝑs ſit, ſiue auferibilis, nullo mõ extremũ eiꝰ, põt eẽ ſubͦm uirtutis motiuę. Præterea baculꝰ fit, ut pars auferibilis, ueluti manus auferibilis eſt a brachio. Ideo cõcludit ſuppõnẽ, & dicit.

Neceſſe ergo in nullo eſſe principio uirtutem ipſam motiuam, qđ ſit alterius finis. Dices fortaſſe, ꝙ uirtus motiua eſt in cubito, qm̄ eſt magis intra quã ſit manus, obĳcit cõtra, & dicit. Quod neq; eſt dicendum qđ huius principiũ ſit in iunctura. ſ. cubito, quia aliquid extremi baculi eſt magis extra, & hoc inquit. Neque, hoc eſt, ſicut neq; in manu principium motiuum eſſet, ſiquid ut extremi baculi, magis extra eſſet, quam ſit brachium ipſi cubito, ſic neque principium motus huius. ſ. brachĳ eſt in iunctura cubiti. Huius rei cãm affert & dicit. Si. n. neq; in manu eſt, qm̄ adhuc ē principiũ & pars ſuperior ad illam, neq; hic ſcilicet in cubito erit uirtus motiua, qm̄ cubitum hʒ partẽ adhuc ſuperiorem. Et quia quis poſſet dicere cubitũ non eſſet principium brachĳ, q̃a nõ habet uirtutem motiuam in ſe, obĳcit, & dicit. Adhuc. n. cubito manente, mouet̃ totum continuum qđ eſt deorſum, ergo licet in cubito non ſit uirtus motiua primo, eſt tamen mouens uirtute primi mẽbri, & ſic põt eſſe mouens, licet in cubito nõ ſit primo, & per ſe, ac principaliter motiua uirtus. Ex his patet, ꝙ uirtus motiua principaliter nec eſt in iunctura, neq; in partibus per iuncturam ligatis.

*Sed cum ſimiliter cor ad membra tam dextra, quã ſiniſtra ſe habeat, & per partes, contraria membra ita agantur, ut neq; ex perpetua quiete ſiniſtræ partis dextra moueatur, neq; è contrario fiat, cum exordium à ſuperiore ambarum partium loco ſemper ducatur, neceſſe eſt medio pectoris, hoc eſt cordi ipſam animæ mouentis originem reddi, quandoquidem amborum extremorum medium eſt ultimum.*

*Quoniam autem ſimiliter ſe habet à ſiniſtris & à dextris, & contraria ſimul mouentur, ut non ſit inquieſcendo dextrũ, moueri ſiniſtrum neq; in eo q̃ eſt quieſcendum hoc, illud, ſemper autem in ſuperiori ad ambo, eſt principium, neceſſe eſt in medio eſſe principium animæ mouẽtis. Amborum enim extremorum medium ultimum eſt.*

Cum probauit ꝙ uirtus motiua aĩę principal'r nõ ſit in iunctura, nũc uult ↄcludere ꝙ uirtus motiua ſit in medio, & poteſt hic qđ dicit, eſſe quinta ſuppõ, & procedit enthymematice, aſſumptis tribus in ãnte. Primum ꝙ motiua aĩę uirtus ſimiliter & ęqual'r eſt a ſiniſtris, & a dextris, non enim ut ſupponit appropinquat magis dextris quam ſiniſtris. Secundum, dextrũ & ſiniſtrum, quę ↄtraria ſunt ſecundum ſitum, aliq̃n ſimul mouentur, & aliq̃n ſubaudi ſimul quieſcunt, dico ſimul quieſcũt, ut non ſit in quieſcẽdo dextrum & moueri ſiniſtrũ, neq; econtrario ſit in quieſcendo hoc. ſ. ſiniſtrum & moueri hoc. ſ. dextrum. Tertiũ eſt qđ prĩcipium debet eſſe in ſuperiori, & digniori loco, & membro priori ad ambo. ſ. ad dextrum & ſiniſtrũ, his ſtantibus, concludit, neceſſe eſt in medio eſſe principium animæ mouentis. Cuius cãm affert, & inquit, Amborũ. n. extremorũ. ſ. dextri & ſiniſtri mediũ ē ultimũ, ē. n. ultimũ dextri, & ultimũ ſiniſtri, & locꝰ prior & dignior utroq;.

*Et hoc ipſum æque cõparatur ad motiones ſuperiorum, & inferiorum partium, ut ad lacertorum & crurum, quorum origo eſt ſpina capitis, in ĳs tñ, quibus ille dorſum perreptat.*

*Similiter autem ſe habet ad motus hoc, & ad eos, qui à ſurſum, & deorſum, ut ad eos q̃ à capite ſpinæ in hñtibus ſpinã.*

Sexta ſuppoſitio põt hic cõſtitui, qđ uirtus motiua ſit in medio ſuperioris, & inferioris, & dicit. Sed hoc mediũ quod eſt dextri, & ſiniſtri ſimiliter ſe habet ad motus illorum, & ad eos motus, qui ſunt a loco ſurſum uerſus locũ deorſum, ut ad eos motꝰ, q̃ ſunt a capite ſpinę uerſus deorſum in hñtibꝰ ſpinam. Quo ꝟo ad uerba attinet, ſpina gręce eſt rachia, modo richia ſpina, & dorſum dr̃, & fortaſſe per rachiam partem inferiorẽ intellexit, quę ſecũdum longitudinẽ opponitur capiti, ut eſt pars ſub umblico uerſus femur, & pars retro uerſus nates, tibiæ. n. non intelligunt̃ de partibus inferioribus, ut dictum eſt libello de iuuentute & ſenectute, & tũc lege & ad eos qui a capite ad eos q̃ ſunt ſpinæ, intelligendo per ſpinam partem inferiorẽ non connumeratis tibĳs, ut eo libello exploratum eſt.

Rachia

*Quod quidem omni etiam ratione probatur, ſentientẽ enim facultatem hic locari oportere cenſemus, ita ut hoc loco, quo principium continetur, ſenſus opera alteratione affecto & immutato, partes proximæ adiuuent extentæ, & contractæ, atq; ita neceſſario uel propter hanc ipſam cauſam motus animalibus agitur.*

*Et rationabiliter hoc accidet, etenim ſenſitiuum hic eſſe dicimus, ut alterato, propter ſenſum loco, qui eſt circa principium, & permutato, habitæ permutentur & extenſæ & cõtractæ ꝑtes, ut ex neceſſitate ꝑꝑ hæc fiat motus in animalibus.*

Quę dixit probat, ex eo qm̄ in loco medio eſt primum ſenſitiuum, qđ eſt principium alterationis, ſenſitiuum enĩ collocatum eſt in medio, ut poſſit eſſe æque alterans partes ad extenſionem mittendo calidũ, & ad contractionẽ mittendo frigidum, & dicit. Et rationabiliter hoc qđ dictum eſt uirtutem. ſ. motiuam eſſe in medio, accidet, etenĩ ſenſitiuum hic in medio eſſe dicimus, & rõnabil'r ſenſitiuum hic eſt, ut alterato ꝑꝑ ſenſum ibi exñtẽ loco, qui eſt circa principium & in ipſo principio, & permutato a paſſionibus in aĩa ab appetitu emergentibus, partes habitæ, & inuicẽ conſequẽtes, & per iuncturas ligatæ, & extenſę & contractę permutentur, extenſę quidem permutẽtur ad motum, contractæ uero, permutentur ad quietem, ut propter hæc. ſ. extẽſionem & cõtractionẽ ex neceſſitate fiat motus in animalibus, per quę dat intelligere uirtutẽ motiuam debere eſſe in medio, q̃a ibi reſidet uirtus ſenſitiua, quæ altera pro neceſſitate mẽbra motꝰ, & dat intelligere cãʒ ꝑꝑ q̃ uirtus ſenſitiua ſit ibi, & eſt, ut cõuenienter poſſit mẽbra alterare pro neceſſitate oꝑandi.

*Media ſane corporis pars, quæ quidem cor eſt, & in eo diffuſi ſpiritus, quãquã una eſt; actu tamen plura reddatur neceſſe eſt, propterea q̃ lacerti, & crura per partes motum nãciſcuntur ab initio, & alteris quieſcentibus, altera mouentur, exempli gratia in. a. b. c. ipſum. b. mouetur autem. a. certe aliq̃d debet quieſcere, ſi aliud mouendum eſt, aliud moturum. A. igitur, quod unum poteſtate eſt, duo erit, itaq; neceſſe eſt non punctum, ſed quandam eſſe magnitudinem.*

*Hanc autem mediam corporis partem, potentia quidẽ unã, actu uero neceſſe eſt fieri plures. Etenim ſimul mouentur membra à principio, & altero quieſcente, alterum mouetur. Dico autem ut in. a. b. g. ipſum. b. mouetur, & mouetur. a. At uero oportet etiam aliquid quieſcere, ſi debeat hoc quidem moueri, hoc autem mouere, unũ ergo potentia eſt exiſtens ipſum. a. b. g. actu uero duo erit. Quare neceſſe eſt nõ punctum, ſed magnitudinem aliquam eſſe.*




Sexta ſuppoſitio eſſe põt hoc, & intelligitur ſic. Hæc pars media in qua reſidet uirtꝰ motiua & ſenſitiua, non eſt ſimpliciter una, nec ſimpl'r indiuiſibilis, & poteſt per hanc partem mediã ipſe intelligere cor, & poteſt intelligere totum thoracẽ. Thorax enim eſt a ſepto trãſuerſo ſpatium uſque ad collum ante & retro, intra quòd cor cõtinetur, non tñ ſe exponit. Videtur ergo mihi ꝙ thoracẽ intelligat, qm̄ nondum uenit ad limitatum medium, oſtendit ergo qđ hic locus medius dextri ſiniſtri inferioris & ſuperioris nõ ſit indiuiſibile, nec unũ ſimpl'r, et dicit. Hanc aũt mediã corporis partem, quæ inter dextrũ & ſiniſtrũ, & ſurſum & deorſum eſt, potentia quidẽ & uirtute unam, actu uero & actione ac operatione plures neceſſe eſt fieri, & hoc probat, & inquit. Etenim ſimul mẽbra eius, & illius partes poſſunt ſimul moueri a principio exiſtente in ea, & poteſt altero quieſcente, alterum moueri, exponit ꝙ dixerat in terminis, & inquit. Dico autem ita eſſe in hac parte media, ut in hac magnitudine, quę eſt. a. b. g. in qua contingit, ut ipſum. b. meatur, & hoc quia mouetur a. Amplius etiam, ut inquit, oportet alterum quieſcere, ſi debeat hoc quidem moueri, hoc autem mouere, qm̄ mouens q̃ieſcit, ſaltem quia non mouetur eo motu uel non ea uelocitate, uel non eo gradu, tunc concludit, unum ergo potentia & uirtute eſt exiſtens. a. b. g. medium actu uero duo erit, & actione, quatenus poteſt una pars quieſcere, & altera moueri, altera mouere, & altera moueri, & ſic cõcludit qđ neceſſe eſt ſit non punctum eſſe hoc medium, ſed magnitudinem, & omnia hæc poſſunt intelligi de corde, & de thorace, ut patet, eſt enim thorax mediũ ſuperioris & inferioris, & deſtri, & ſiniſtri.

*Verum contingit. c. per partes cum. b. moueri, ut neceſſe ſit utrũq; originis genus partium, quæ in. a. impelluntur, motum agere. Oportet igitur præter hæc principia aliud quicquã mouens eſſe, quod nullum ſubeat motum. Innitantur extrema, & principia membrorum eorum quæ uiciſſim in. a. mouentur, ut ſi qui ſint qui ex dorſi inniſu crura moueant. Enimuero id, q̃ utraq; mouet, neceſſario eſt, hoc nimirum anima erit, quæ quidem licet ab hac magnitudine ſit diuerſa, tñ in ea collocatur.*

*At uero contingit. g. ſimul cum. b. moueri: quare neceſſe eſt ambo principia eorum quæ ſunt in. a. b. g. mota mouere. Oportet igitur aliquid eſſe præter hæc alterum mouens, & non motũ. Firmantur enim extrema & principia, quæ ſunt in. a. b. g. eorum quæ mouentur adinuicem, ueluti ſi aliqui ſcapulas contra tenẽtes moueãt crura, ſed mouens ambo neceſſe eſt eſſe unũ. Hoc autem eſt anima, alterum quidem exiſtens à magnitudine tali, in qua ipſa exiſtit,*

Cũ oſtẽdit, qđ ĩ illa parte media cõtingit, ut altera ꝑs moueatur & altera quieſcat, altera moueat, & altera moueatur, & propter hoc non poteſt eſſe una ſimpliciter, nũc oſtendit, qđ oẽs partes poſſunt eſſe mouentes, quæ erant motæ, & ſic totum eſt unum actione, & operatione aliq̃n, & dicit. At uero contingit. g. ſimul cum. b medio moueri, & contingebat. a. etiam ſimul moueri cum. b. ideo cõcludit. Quare neceſſe eſt ambo principia & extrema quæ ſunt in. a. b. g. ut ſunt. a. g. mota ſimul cum. b. medio in caſu, mouere ſaltem alias partes ſibi colligatas. Tunc concludit qđ præter has partes oportet eſſe aliquod alterum quod ſit mouens, & nõ motum, & cauſam affert, qm̄ opʒ ut extrema & principia quę ſunt in. a. b. g. eorum quę mouentur adinuicem, firmentur in illo principio, & ſic non debet eſſe motum ſaltem eodem motu, uel non eadẽ uelocitate. Et ponit exemplum, ueluti ſi aliqui ſcapulas cõtra crura tenentem ſurſum, moueant, crura, in hoc caſu, crura mouentur, ſcapulæ quieſcunt, dicit tñ quod illud qđ mouet ambo. ſ. ſcapulas & crura neceſſe eſt eſſe unũ, & tale unum mouens (ut inquit) eſt anima alterum quidem exiſtens ab hac media magnitudine, in qua ipſa exiſtit. Iſtæ ſunt ſuppoſitiones, in quibus, non opʒ immorari, qm̄ ſunt declarata ſatis abinde in libro de iuuẽtute & ſenectute.

*Sed è ratiõe, quæ probat motionis cauſam, appetitio eſt medium, q̃ mobile mouet. In animatis plane corporibus, aliquod eiuſmodi corpus ineſſe debet. Ergo id, quod mouetur, nec mouere poteſt, alienas uires pati ualet.*

*Secundum rationem igitur quæ dicit cauſam motus, eſt appetitus mediũ q̃ motũ mouet. In animatis aũt corporibus oportet eſſe corpus tale, q̃ quidem motũ quidem, non natum autem mouere, poteſt pati ab altera uirtute.*

His ſuppoſitionibus, nunc uult inueſtigare inſtrumentale principium in motu, ex ſuppoſitionibus enim habitum eſt eſſe unum mẽbrum quod eſt in medio, principale, in q̃ reſidet aĩa, qđ mẽbrũ uirtute unum eſt, operatione plura, non tñ indiuiſibile, & hoc uoluit hr̃e ex ſuppoſitionibus, nunc accedit ad declarandum inſtr̃ale prĩcipium motus, quod eſt inſtrumentum aĩę, & illius mẽbri in quo aĩa reſidet. Et primo repetit quæ dicta ſunt de effectiuo prĩcipio motus, & de partibus ſimpl'r motis, & dicit. Secũdum rationem igitur eam, quæ dicit cãm motꝰ effectiuam, eſt appetitus cauſa quæ mouet, qui appetitus eſt medium, quod motum ab appetibili, mouet aĩal, hoc eſt primum eorum, quæ dicta ſunt. Repetit ſecũdum, & dicit. In animatis autem corporibus oportet eſſe tale quoddam corpus, quod quidem motum quidem, non natum autem mouere ulteriores partes, poteſt pati ab altera uirtute ſuperioris membri, & hæc ſunt extremales corporis partes, ut ultimę partes manus & pedum, ſunt enim motę tm̄, & non aptę mouere alias partes, cum nõ dentur partes ulteriores, hoc eſt ſecundum eorum, quæ dicta ſunt.

*Mouens item neceſſario quadam facultate, & uigore niti debet eoq; magis, q̃ animalia omnia partim natiuum hunc ſpiritum hñt, partim eo uigent, atq; alio præcepimus loco quenã ratio ſalutis eiuſmodi ſpiritus ſit.*

*Mouens itaq; neceſſarium eſt habere quandam potentiam & uirtutem, omnia autem animalia mouentur, & habent ſpiritum cõplantatum & uirtutem propter ipſum. Quæ uero ſeruatio ſpiritus cõplantati ſit, dictum eſt in alĳs.*

His epilogatis, & ſuppoſitis, nunc accedit ad rem propoſitam & ponit hanc concluſionem, uidelicet, qđ ſpũs cõplãtatus ſit inſtrumentum & primum mouens inſtrumentarie, & ratiocinatur ſic, omne mouens neceſſe eſt hr̃e aliquod inſtr̃m, cui inſit uirtus & potentia illius mouentis, omnia animalia, mouentur, et hñt ſpiritum innatũ cui ineſt uirtus & potentia motus, ergo ſpiritus innatus eſt inſtrumentum, uñ ſyl'ſ recte formatus debet eſſe iſte, id cui ineſt uirtus principal'r mouentis, eſt inſtr̃m illius, ſpiritui cõplantato ineſt uirtus principalis mouentis, ergo eſt inſtrumentum animæ & cordis inquit. Mouens itaq; principale neceſſarium eſt habere quandam potentiam & uirtutem, hoc eſt quoddam, cui ineſt uirtus & potentia ſua, hæc eſt uis maioris. Deinde ponit uim minoris, & dicit. Omnia autem animalia mouentur, & habent ſpiritum cõplantatum & ex principĳs generationis inſitum, & hñt uirtutem motus propter ipſum ſpiritum, ergo ſubaudi ſpiritus innatus eſt inſtrumentum motus. Quo uero ad rẽ attinet, per ſpiritum innatum, intelligit in animalibus quæ ſanguinem hñt, tenuiſſimam eius partem, quæ tenuitate, & raritate uirtutem hẽt, per quã põt mouere aliud & impellere, & per quam poteſt moueri & impelli, ueluti uentꝰ qui ſui tenuitate, & ſui raritate, facile impellitur, & fortiter impellit. In animalibus uero, quæ non hñt ſanguinẽ, ſpiritus eſt aer complantatus, ut libro de ſomno dictũ eſt, qui aer eſt pars tenuiſſima eius, quòd in talibus aĩalibus ſe habet ut ſanguis, & qm̄ ſpũs reſoluitur propter motus, & inſtauratur, ideo de modo quo inſtauratur, & quæ ſit eius conſeruatio, dicit ſe dixiſſe in libro de generatione aĩalium, ubi docuit qđ ſpiritus ſeruatur & inſtauratur alimẽto, quo & ſanguis inſtauratur.

*At enim uidetur ille ipſe ſpiritus æque ad uitalem originem ſe habere, ut nota in copulis expræſſa quæ impellit, & impellitur ad rem omnino immobilem, ſed quando principium alĳs in corde locatur, alĳs in eo, quod cordi proportione redditur, ideo natiuus quoq; ſpiritus in eodem uidetur ſedem tenere.*

*Hoc autem ad principium animale ſil'r ſe habere uiſum eſt, ueluti in iuncturis ſignum, q̃ mouet & mouetur, ad immobile.*

*Quia uero principiū his qdē in corde, his aūt in proportionali eſt, propterea & ſpūs cōplantatus hic uidetur eſſe.*

Secunda cōcluſio ponit, inſtrumentale principiū motus aīalis eſt in corde, probatur, ita ſe habet ſpūs ad aīale principium, ſicut ſignum iuncturale ad principium ei⁹ qđ mouet iuncturam, ſed ſubaudi iuncturale ſignum & principium e quo mouetur ſunt ſimul in eodem, ergo animale principium, & ſpiritus ſunt in eodem, ſed principium aīale eſt in corde uel uicario, ergo & ſpiritus erit in corde, dicit. Hoc aūt. ſ. ſpiritus ad principium animale quod eſt, aīa, ſimilr ſe habere uiſum eſt, ueluti ſignum qđ eſt in iuncturis, quod mouet & mouetur, ſe habet id eius principiū immobile, tunc adde, ſed ſignum iuncturale, & principiū illius ſunt in eodem, ergo ſubaudi, ſpiritus, & principium animale ſunt in eodem, tunc procedit ultra, & dicit. Quia uero principiū animale. ſ. aīa, his quidem in corde, his autē in proportionali eſt, & ideo concludit, ꝙ hic ſcilicet in corde ſit ſpiritus complantatus, uel in proportionali.

*Aliaq; omnino inſtituenda oratio, utrum eiuſmodi ſpiritus idem ſit, an ſemper diuerſus efficiatur. Idem de reliquis etiam partibus decernendum eſt.*

*Vtrum uero ſpiritus idem ſit ſemper, aut fiat ſemper alter, ſit ſermo alius, idem enim eſt & de alijs partibus.*

Excuſat ſe a quadam quęſtione, & dicit. Vtrum uero ſpiritus idem numero ſit ſemper a principio generationis uſq; ad finem uitæ, aut continuo & ſemper fiat alter atq; alter, ſit ſermo alius de re hac. Idem enim ſermo & ratio eſt de ſpiritu, ſicut de alijs partibus, qm̄ ſicut illæ fluunt et refluunt ſecundum materiam, & manent ſecundum formam, ſic ſpiritus manet ſecundum formam, & fluit & refluit ſicut materiam, de hoc abunde in libro de generatione & corruptione.

*Quippe cum apposite ad uim mouendi, uigoriſq; afferendi ſe habeant. Motionum opera ſunt pulſus, & tractus, idcirco inſtrumentum & augeſcat, & corripiatur par eſt, talis autem ſpiritus natura, nam in immenſum contrahitur, atq; etiā coactrix, & eandem ob cauſam impultrix eſt, & ad ignea grauitatem, ad contria leuitatem obtinet.*

*Videtur autem ſe habens ſcite ad id, quod eſt motiuum, & uirtutem exiſtens. Nam opera motuum pulſio & tractio ſunt. Quare oportet inſtrumentum, & augeri poſſe, & contrahi. Talis autem eſt ſpiritus natura, etenim ſine uiolentia contracta & tractiua, & pulſiua eſt pp eandem cauſam, & habet & grauitatem ad ignea, & leuitatem ad contraria.*

Oſtendit, ꝙ ſpūs ex parte eius naturę ſit accommodatiſſimum inſtrumentum cordis & animę. Et hoc ꝓponit, & dicit. Videtur autem ſpiritus ſe habens ſcite & accomodate ad illud ꝙ eſt motiuum. ſ. aīa, & ad illud ꝙ uirtutem habet ab anima. ſ. cor, ꝙ uirtutem exhibet membris uirtute animę affert cām, & dicit. Nam opera motuū ſunt pulſio, & tractio, ſemper. n. cum animal mouetur, cor pellit mēbra, & trahit membra, eſt enim motus animalis quoddam cōpoſitum ex mēbrorum tractio eſt & pulſione, ut probatum eſt. Hinc concludit, ꝙ oportet inſtrumentum eſſe tale, ut augeri poſſit, & hoc, ut mēbra pellātur ac extendantur, & tale, ut contrahi poſſit, & hoc ut mēbra trahantur. Talis autem eſt natura ſpiritus, & enim ſine uiolētia contracta eſſe poteſt, & tractiua & pulſiua propter eādem cām, qm̄ eſt tenuiſſima & rariſſima pars ſanguinis, & præterea ſpirit⁹ habet grauitatem ad ignea leuia, & ſic eſt aptus deſcendere facile, ut ſeruiat mēbris inferis, & habet leuitatem ad grauia, & ita poteſt aſcendere facile, ut ſeruiat mēbris ſuperis, ergo ſpūs eſt accōmodatiſſimū inſtrumentum cordi & animæ, & ratione qualitatis aptitudinalis, & ratione qualitatis motiuæ.

*Enimuero id, quod motionem per locum, non per alterationem allaturum eſt, debet uel grauitatem, uel leuitatem habere, quandoquidem naturalia corpora per exuperantiā inter ſe primas tenet, leue in infimum deprimitur à grauiori domitū, graue ad ſummum contendit ab leuiori expugnatum. Qua parte, quæ tamen moueatur, anima moueret, & quam ob cauſam, tradidimus.*

*Oportet autem quod debet mouere, nō alteratione tale eſſe, obtinent enim ſeinuicem ſecundum exceſſum naturalia corpora, leue quidem deorſum à grauiori deuictum, graue autem ſurſum à leuiori: Qua igitur parte mota, anima mouet dictum eſt, & propter quam cauſam.*

Dixit ꝙ ſpiritus dicitur eſſe grauis & leuis, poſſet quis credere, ꝙ ſpūs ſit grauis & leuis alteratione, quę fieret, inſpiſſatione a frigido, et rarefactione a calido, ideo oñdit, ꝙ ſpiritus non dicitur grauis & leuis, inquantum alterať & fit denſus a frigido & grauis, aut leuis inquantum rare fit a calido, ſed ſui natura eſt talis, ueluti aer, qa ſpecie eſt leuis & grauis, leuis ad aquam & terram, grauis ad ignē. Spūs. n. licet ſit alterabilis ad denſum & rarum, tñ ſui ſpecie ac natura eſt talis, vñ dicit. Oportet aūt ꝙ debet mouere inſtraliter oē mēbrum & ſurſum & deorſum, & ſeruire mēbris ſuperis, et inferis nō alteratiōe tale eſſe, ſed principalr a ſpecie, & ab eius natura eſſe graue & leue. Affert cauſam, qm̄ quæ ſunt talia alteratione, & corpora naturalia, quę alteratione fiunt nunc grauia, nunc leuia, obtinēt ſeinuicem, & detinent ſecundum exceſſum, nam leue deuictum a grauiori corpore detineť deorſum, graue aūt deuictū a leuiori detinetur ſurſum, at ſpūs nec ſurſum nec deorſum detinetur, ſed ſurſum ſtans, naturaliter ibi manet, deorſum etiam ſtans naturaliter ibi ſtat, ergo natura eſt graue & leue. Quo ad rōnē attinet, aīaduerte ꝙ illud ꝙ eſt graue ex alteratione ut ex cōdēſatione facta a frigido, uel leue ex rarefactione facta a calido, ui ſtat in contrario loco, & detētum ab eo, qđ ipſum excedit, graue. n. ui ſtat ſurſum, & leue, ui ſtat deorſum. At ſpiritus nec ſurſum nec deorſum ſtat ui, immo ubiq; natura ſtat, modo ibi ſit neceſſitas ſtandi, ideo ſpūs eſt natura grauis & leuis, & ſic patet, ꝙ dictum eſt. Epilogat & dicit, qua igiť pte mota, mouet anima, quoniam corde & ſpū, & propter quā cauſam, qm̄ propter appetitum, dictum eſt.

*Animal ſane ita conſtitutum eſſe iudicare debemus, ut ciuitatem legibus bene inſtructam, & tēperatam. In hac enim poſtquam adminiſtrationis ratio ſemel inſtituta eſt, nihil oportet abſentem principem rebus ſingulis, quæ gerātur, intereſſe, immo uero quiſque officijs fungitur ſuis, ut mandatum eſt, & aliud poſt aliud ex conſuetudine adminiſtratur, et inſtituto. In animalibus hoc ipſum tum per naturam efficitur, tum quod ſingula, quæ ita conſtituantur, ad munera ſua exequenda probe affecta ſunt. Quocirca opus non eſt in quoq; mēbro animam ineſſe, ſed cum in certo principio conſiſtat, & reliqua mēbra, q̄ illi adiungantur, uiuūt, atq; officia per naturam obeunt ſua.*

*Exiſtimandum autem conſtare animal quemadmodum ciuitatem bene legibus rectam. In ciuitate enim cum ſemel ſtabilitus fuerit ordo, nihil opus eſt ſeparato monarcho, quem oportet adeſſe per ſingula eorum, quæ fiunt, ſed ciuis unuſquiſque facit ſua, ut ordinatum eſt, fitq; hoc poſt hoc propter conſuetudinem. In animalibus autem hoc idem propter naturam fit, & quia natum unumquodque ſic conſtantium, facere proprius opus. Quare non oportet in unoquoque eſſe animam, ſed in quodā principio corporis exiſtente, hæc quidem ſuprauiuere, quo apta ſunt, hæc aūt facere opus proprium pp naturam.*

Dixit ꝙ aīa ſecundum potentias ſenſitiuam et motiuā non eſt in ſingulis partibus, ſed in corde, Poſſet aūt hoc uideri ambiguum, qm̄ nō vr̄ mēbrum poſſe eſſe, aut operari niſi aīa ſit ſibi pręſens ſm oēs potētias, pp hoc Ariſto. ſilitudine ſumpta a principe, q in ciuitate unus exñs, optime cūcta gubernat, oñdit hoc non eſſe abſurdum de aīa, & dicit. Exiſtimandū autem eſt cōſtare aīal quēadmodum ciuitatē bene legibus rectā, & exponit qūo, & quare, & dicit. In ciuitate. n. cum ſemel a principe ſtabilitus eſt ordo, non opus eſt ſeparato monarcho a ſingulis ciuibus, ut cū ciues uoluerint agere, quæ iuxta leges agēda ſunt, ut adſit per ſingula eorum quæ fiunt, & ſemper cū fiunt, ſed ipſe ciuis unuſquis facit ſua, ut ſibi per leges ordinatū eſt. Fit aūt hoc poſt hoc, & ordinate pp legem, & cōſuetudinem a principe ipſis promulgatā. In aīalibus ṽo hoc idē nō lege aut conſuetudine, ſed pp naturā fit, hoc eſt, qa natum eſt unūquodq; mēbrum ſic de numero cōſtantiū, & conſtitutorum a natura facere proprium opus. Ex his cōcludit propoſitum, et dicit. Quare nō op; in unoq; mēbro aīam eſſe ſm oēs ſuas potētias, ſed ipſa exñte in q̊dā principio. ſ. corde, op; hęc qdē ſuprauiuere, quo apta ſunt uiuere, hæc autem facere opus propriū, quo pp naturā apta ſunt facere. Eſt tñ hæc dr̄ia, qđ liceť aīa non inſit ſingulis partibus ſecundum oēm potētiam. ſ. ſenſitiuā & motiuam, tñ ſm ſubſtātiā, & eſſentiam ſingulis partib⁹ ineſt, ut libello de iuuentute dictum eſt.

*Expoſuimus quemadmodum animalia uoluntarijs ſeſe mouerent rationibus & quas ob cauſas.*

*Quo modo igitur moueantur uoluntarijs motibus animalia, & propter quas cauſas, dictum eſt.*

Epilogat, ea quæ dixit de motibus, & dicit. Quo modo igitur moueanť uoluntarijs motibus animalia, & propter quas cauſas, dictum eſt, & per uoluntarios, appetitiuos, quorum principium principale mouens, non natura, ſed appetitus eſt, intelligit, & dixit, propter quas cauſas, quoniam dictæ ſunt oēs cauſæ & factiuæ, & finales, & principales & inſtrumentariæ.

*Atqui non deſunt quædam partes, quæ inuitis etiam motionibus agitentur, cum plurimæ non uoluntarijs agitentur. Motiones inuitas intelligo, qualeis cordis, & mēbri genitalis, qa ſæpenumero ex occurſu rei illa ſeſe mouent, quāquā mens nihil interea decernat, & ſtatuat. Non uoluntarias deſigno, qualeis ſomnum, uigiliam, ſpirationem, & reliquas eiuſdem generis, quandoquidem nulli horum ſimpliciter aut uiſum, aut appetitio præeſt.*

*Mouentur autem & aliquibus inuoluntarijs ſecundū quaſdam partium, plurimis non uoluntarijs. Dico autem inuoluntarios quidem, ut eum qui cordis, & etiam eum, qui pudendi. Multotiens enim apparente aliquo, non tamen iubente intellectu, mouentur. Non uoluntarios autem, ut ſomnum, & uigiliā, & reſpirationem, & quicūq; alij tales ſunt, nullius. n. horum ſimpliciter domina eſt, aut phātaſia, aut appetitus.*

Cum dixit de motibus animalium uoluntarijs, nūc de inuoluntarijs proponit dicere, ubi aīaduerte, qđ mot⁹, qui animalibus inſunt, quidam ſunt inuoluntarij, qui ideo inuoluntarij ſunt, qm̄ partes illis mouentur, etiam contra appetitum & uoluntatem, & iſti ſunt motus locales naturaliter partibus aliquibus inexiſtentes, ut arrectio uirge, pulſus cordis, obſcitatio, & id genus. Alij ſunt motus uoluntarij, quorum principium eſt appetitus, & iſti non inſunt contra appetitum, ſed eorum cā eſt appetitus. Alij ſunt nō uoluntarij, qui nec ſimplr inſunt contra appetitū, nec ſimpliciter inſunt ſecundum appetitum, ut ſomnus & uigilia, reſpiratio & id genus, de uoluntarijs dictum eſt in hoc libro, de non uoluntarijs dictum eſt proprijs libellis, de reſpiratione dictum eſt proprio libello, & de ſomno & uigilia proprio libello, reſtat ſolum dicere de inuoluntarijs, et eorum cauſis, unde dicit. Mouentur aūt animalia & aliquibus motibus inuoluntarijs ſecundum nonnullas ptes, & mouentur aīalia motibus non uoluntarijs, & lōge pluribus, quā inuoluntarijs, mot⁹. n. inuoluntarij pauci ſunt, non uoluntarij, longe plures. Exponit aūt hæc, & dicit. Dico aūt inuoluntarios quidem, ut eum motū, qui eſt cordis. ſ. pulſus, & etiam eum qui pudendi, ut arrectio uirgę. Multotiens. n. apparente aliquo delectabili, nō tñ iubente intellectu, mouentur & cor, & uirga. Cor quidem non tm̄ pulſu, ſed ſaltu, ut in timoribus, & amoribus, uirga ṽo ab apparenti delectabili, ſunt ergo iſti inuolūtarij, qm̄ cōtra uoluntatem, & ſecundum naturam facti. Exponit deinde qui ſint non uoluntarij, & dicit. Non uoluntarios autem dico, ut ſomnum, & uigiliam & reſpirationem, & quicūq; alij tales ſunt, ut tuſſis, & ſternutamenta, quæ prohiberi pñt. Reddit cām cur nō uoluntarij dicantur, & dicit. Nullius enim horum ſimpliciter domina eſt, aut phantaſia, aut appetitus, ſed ſunt partim & partim, quodammodo mixti motus, & ſic nec ſimpliciter naturales, nec ſimpliciter uoluntarij.

*Sed cum neceſſe ſit animalia naturali quadam uariari alteratione, ideo neceſſe eſt per occurſum rei illa commoueri. Partium quæ alterationem contrahunt, aliæ augentur, aliæ diminuuntur, propterea non ex motu, & commutatione innatæ mutationes mutuo ſe ſequuntur, & continentur.*

*Sed quoniam neceſſe eſt alterari animalia, naturali alteratione. Alteratis autem partibus, hæc quidem augeri, hæc autē diminui, quare moueri iam atque mutari, ut natæ ſunt habere mutationem adinuicem.*

Aſſignat cām talium motuū, & uult cām eſſe naturalē alterationem qua partes aīalis ſunt aptę alterari. Cū. n. tales motus pendeant ab alterationibus, quibus partes naturaliter ſunt aptę alterari, ergo ſi alterationes ſunt naturales, & partes naturaliter illis alterabiles, ſequitur, ut motus tales pēdētes a talibus: naturaliter, & inuolūtariæ inſint, unde dicit. Sed qm̄ neceſſe eſt alterari animalia naturali alteratione, alteratis aūt partibus naturali alteratione, neceſſe eſt hæc quidē augeri ut uirga, ſit alterata eſt ad calm uētoſum, hęc aūt diminui, ut ſi alterata erit ad frigidum. Quare neceſſe eſt illis alterationibus partes moueri, modo quo natæ ſunt hr̄e mutationem adinuicem, accedente ergo calido ad uirgam, cum illa ſit apta moueri arrectionis motu, arrigetur, accedēte frigido ad cor, & repellente calidum, cum calidum cordis ſit aptū ſaltare, ſaltat cor. Quare cum alterationes, quæ ſunt cauſæ, & partes, quæ ſunt ſubiecta, ſint naturalia, motus q ex his ſunt, erunt inuoluntarij.

*Naturales uero motionum cauſæ & partium prædictarum inuiti impulſus excitantur, ut alteratio inciderit. Si quidem notio, & uiſum, ut ſupra docuimus, agenteis pariunt affectiones, quia rerum agentium imagines effingunt, & afferunt.*

*Cauſæ autem motuū naturales, caliditas & frigiditas, quæ extrinſecus & intrinſecus, occurrunt, ſunt, & præter rationē facti motus dictarum partium, alteratione occurrēte fiunt. Intellectio. n. & phantaſia, ut dictum eſt prius, factiua paſſionum afferunt, ſpecies enim factiuorum afferunt.*

Dixit motus illarum partium eſſe naturales, & inuoluntarios, quo pendent ab alterationibus naturalibus illarū partium, nūc dat cām alterationum, & dicit. Cauſæ autē motuū hoc eſt alterationum naturales ſunt frigiditas & caliditas, quæ extrinſecus a continente, & intrinſec⁹ a corde ſpūs mittente, occurrūt, occurrunt dico, & fiunt dicti motus alterationis dictarum partium pręter rōnē & uoluntatē, naturaliter alteratione incidente, & int⁹ & extra, nam cum calidum & frigidum occurrunt, intellectus & phantaſia afferūt ea, quæ paſſiones afferunt, qm̄ afferunt

ſpecies, eorum quæ alterationis factiua ſunt.ſ.calidi, & frigidi, nã cum intellectus aut phantaſia cognoſcit delectabile, affert ſpecieꝫ delectabilis, at ſpẽs delectabilis uirtute ſuæ cauſæ eſt factiua calidi in ſubiecto apto recipere. Similiter cum triſtabile, intellectus illud cognoſcẽs, recipit ſpeciem triſtabilis, & cum ſpecies triſtabilis ſit effectiua frigidi uirtute ſuæ cauſæ, alterat ad frigidum. Patet ergo alterationes eſſe naturales, & ita partes moueri motibus ꝗbus aptæ ſunt moueri, eſt naturale.

*Inter omneis autem partes cor, et genitale potiſſimum id ꝑſpicue agunt, quia utrũq; mẽbrum, tanquam a biũctum eſt aĩal. Ac huiuſce quidem rei cauſam aſſerimus humorem, qui in utroque uitalis continetur. In corde quam ob rem id fiat, cauſa pacet, quia ſenſuum principatus ei deſertur, in genitali membro, quoniã tale ſignum eſt, ex eodem enim ipſo uis genitalis ſeminis quaſi animal quoddam promitur.*

*Maxime autem partium hæ faciunt manifeſte, quoniã utraque partium ut animal ſeparatum eſt. Horum autem cauſa eſt, quia hñt humiditatẽ uitalẽ, cor quidem, manifeſtum, propter q̃ cauſam, principia enim habet ſenſuum, pars autem genitalis, quia talis eſt ſignum, etenim exit ex ipſa, uelut animal quoddã ſeminis uirtus.*

Hic declarat, ꝙ inter ꝑtes corporis maxime cor & uirga motibꝰ inuoluntarijs ſunt aptę moueri, cor quidẽ, quia intra ſe habet ſpiritum, quĩ eſt inſtrumẽtum oĩs motus, & uidetur, quoddã animal ſeparatum pp̄ hoc, uirga ꝟo uidetur aĩal ſeparatũ, ꝗa hꝫ uirtutẽ humidi ſpermatici, ex qua fit animal, & ſic cũ hæ partes ſint, ut aĩalia fere, maxime ſunt aptę moueri, unde dicit. Maxime aũt partium nr̃i corporis: hæ.ſ.cor, & uirga faciunt hos motus inuoluntarios manifeſte, qm̃ utraq; ꝑtium eſt ueluti quoddam animal ſeparatum, & de per ſe. Cuius cãm affert, ꝗa hñt humiditatem uitalem animalificam. Cor quidem manifeſtũ eſt pp̄ quã cãm uitalem & animalificam uirtutem hꝫ, qm̃ habet ſpiritus, qui ſunt principia ſenſus & motus, & ſic habet intra ſe omnia requiſita ad aĩal, qm̃ animam, & ſpiritum, ꝗ eſt inſtr̃m animæ, & ſic eſt aptum moueri. Virga autem et pars genitalis, qm̃ eſt ſignũ aĩalis, nam ex ipſa exit uirtus ſeminis, quæ eſt uelut animal, & ſic detinet de rõne animalis quicquã, adeo ut fiat apta moueri. Quare ĩter ꝑtes noſtri corporis hæ maximæ mobiles ſunt, qm̃ maxime participãt rõnem aĩalitatis, cor inquãtum cõtinet omnia quæ animalis ſunt, uirga, & teſtes, prout aĩalis ſunt factiua, & ſpermatis, quod eſt poteſtate animal.

*Optima igitur ratione motiunculæ à partibus ad initium, & ab initio ad partes contendunt, atq; ita ſe mutuo petunt.*

*Motus autem & principio à partibus, & partibus à principio rationabiliter accidunt.*

Cum declarauit ꝙ motus harum partium pendent ab alterationibus naturaliter occurrentibus, & quibus & ꝑtes naturaliter ſunt alterabiles, in parte iſta uult oñdere q̃ modo ſe hñt alterationes ad cor, & ad partes minus principales, & dicit ꝙ iſtę alterationes ita ſe hñt ꝙ fluunt & refluunt a corde ad partes extremas, & a partibꝰ extremis ad cor, & ab una parte extrema ad aliam, & hoc pertrãſitus, & uias ordinatas a natura inter hæc, & primo proponit hoc ſecundo exponit, dicit. Motus autem iſti alteratiui, quibus partes alterantur naturaliter, & accidunt principio.ſ.cordi uenientes a partibus, & accidunt partibus uenientes a principio.ſ.corde, & hęc eſt cõcluſio.

*Siquidem.a.initium intelligi debet, propterea motiunculæ pro ratione ſingulorum elemẽtorum, quæ adſcripſimus, ad initium perueniunt, & ab initio, q, mouetur, & commutatur, qñquidem poteſtate.b.initium multa eſt, ad.b. & .c. ad.c.b. autẽ & c.ad.b. & .c.a b.ad.c. non poſtea itur, ſed a b.ad.a. ut ad initium pergitur, ab.a. uero ad.c. ut ab initio.*

*Oportet enim intelligere ipſum.a.principium. Motus igitur ſecundum unumquodq; elementorum ſubſcriptorum pertingunt, & à principio moto & permutato. Quoniam multa potentia eſt principium, ipſius quidem.b.ad.b.ipſius autem.g.ad.g. quod autem amborum eſt, ad ambo. Ab ipſo autem.b.ad g.propterea quia ab ipſo.b.ad.a.uenit ut ad principiũ, ab.a. autem ad.g.ut à principio.*




Quod alterationes ueniãt a corde ad partes extremas, & a partibus extremis ad cor, & ab una parte extrema ad alterã ꝑ exemplum oſtendit deſcriptum in triangulo cuiꝰ conus ſit.a.et principiũ, ꝙ eſt cor, ꝑtes alterabiles uiſoriũ, & auditorium, uiæ ꝟo ſint, ad uiſorium quidem.a.b.ad auditorium uero.a.g.tũc dicit. Oportet.n.intelligere ipſum a.principium.ſ.cor: cætera uero ordinant, in triangulo, ut dictum eſt, tunc dicit. Motus igitur hoc eſt alterationes, ꝗbus partes naturaliter alterãtur ab ipſo corde intrinſecus, ſecundum unumquodq; elementorum ſubſcriptorum in triangulo pertingunt, ut ab.a.in.b. & ab.a.in.g. pertingũt dico a principio moto & permutato.ſ.corde, ꝙ permutatur, & alteratur a paſſionibus, uel ſpeciebus, ut dictũ eſt. Affert cãm, & dicit. Qm̃ principium eſt uirtute & potẽtia multa, ipſius quidem alterationis.b.eſt principiũ ut fluat ad.b.ipſius autem alterationis.g.eſt principiũ, ut fluat ad g.alteratio ꝟo quę eſt ad ambo, principium eſt, ut fluat ad ambo, & hoc per debitas uias, & meatus, & uenas. Declarat deinde, qũo alteratio fluat ab ipſo.g.in.b. & ab ipſo.b.in.g. & imaginatur ꝙ ab uno horum extremorum fluit in alterũ, inquantum redit ad cor, & dicit. Ab ipſo autem.b.fluit altatio ad.g.qm̃ ab ipſo.b.redit, & uenit.ad.a.cor: ut ad principium, poſtquã autem redit.in.a.ab.a.ut.a.principio, fluit in.g.non ergo poteſt alteratio ab ipſo b.fluere in.g.uel econtrario, niſi redeat alteratio & ſpiritꝰ ad cor. Patet ergo modus fluxus & refluxus, quo a corde intrinſecus manente fluat in partes extremas, ſimili ratione patere poteſt modus quo ab exterioribus, alteratiões poſſunt fluere ad cor, per eaſdem enim uias alterationes ueniũt ad cor, per quas a corde uadunt ad partes.

*Præterea in iiſdem percipiendis aliquando motus ſub oritur, qui præter rationem partes occupat, aliquando non ſuboritur. Cauſa inde ducitur, quod patibilis materia, modo non ſubſternitur, modo non tanta, aut talis ſubſternitur, ut motum nauare poſſit.*

*Cur autem quandoq; quidem eadẽ intelligentibus fiant mo-*





*tus præter rationem in partibus, quandoq; autem non? Cauſa eſt, quoniam aliquando ineſt paſſiua materia, quandoq; autem non tanta, aut non talis.*

Remouet pulchrũ dubium, & eſt, cur præſente eodem delectabili diuerſis hoĩbus illud intelligẽtibus, alteri motꝰ fit uirgę, alteri ꝟo nõ. Ampliꝰ pręſente eodem uoluptifico uno tp̃e fit motus uirgę, altero tp̃e nõ, & hoc ꝓponit, & dicit. Cur aũt qñq; q̃dẽ eadẽ intelligẽtibꝰ.ſ.eadẽ uoluptifica, fiãt motus in partibꝰ, ꝗ ſunt p̃ter rõnẽ, ut arrectio, & cordis ſaltus, qñq; autẽ nõ. Aſſignat cãm, & dicit. Cauſa eſt, qm̃ aliqñ ineſt nobꝭ paſſiua materia, hoc eſt diſpõ debita in quãto & q̃li, & ĩ gradũ ſufficiẽtibus ut particula ſit apta ſuſcipere motũ, qñq; aũt, nõ ĩeſt, uel nõ tãta, uel nõ talis. Virga.n.aliqñ non arrigitur, quoniam deficit materia ſꝑmatica uentoſa, quę facit & diſponit ad arrectionẽ.

*De partibus per ſingula animalium genera, et de anima diſputauimus, item cauſas ſenſus, & ſenſilium, memoriæ, & reminiſcentiæ, ſomni, & uigiliæ, communiſq; animalium motionis reddidimus. Reliquum eſt, ut ortus perſequamur.*

*De partibus igitur uniuſcuiuſq; animalium, & de anima. Adhuc autẽ & de ſenſu, & memoria, et cõi motu, diximus cauſas, reliquum aũt eſt de generatione dicere.*

Epilogat, ex quo epilogo patet ſciam de aĩa, ſaltẽ quo ad eã partem, quæ eſt naturalis, eſſe partẽ ſcientię de aĩalibus. Patet etiam micra phyſica, hoc eſt parua naturalia eẽ partes librorum de aĩalibus. Patet etiã ordo aliquo modo inter hos libros, utrũ in hoc libro excuſatum me uolo, nam in exẽplari meo gręco reperi innumeros errores, nec potui habere plura exẽplaria, licet omni diligentia perquiſierim. Ideo ſi lector reperies aliquos errores, potius corruptioni librorum aſcribas, quam negligentiæ meæ. Maxime cum commentaria hæc potius ad meam quã ad aliorum utilitatem confecerim.

Finis Piſis tertio Maij. M.D.XXI.

## ARISTOTELIS DE LONGITVDINE, ET Breuitate uitæ Libellus cũ Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.

*CVr autem animantium aliæ plus temporis, aliæ minus uiuant, atque omnino cur uita longa ſit aut breuis, cauſas conſideremus addecet.*

*DE eo autem quod eſt, hæc quidem eſſe longe uitæ animalium, hæc autem breuis uitæ, & de uitæ totaliter longitudine & breuitate, conſiderandum cauſas.*

CIrca librum preſentem, Ariſto. ut optimus rhetor, primo pręmittit exordium, ſecundo accedit ad narrationẽ. In exordio primo inſinuat intẽtionem, & dicit, uelle ſe de cauſis dicere, cur animalium alia lõgeua, alia minꝰ uiuacia ſint, & non modo de animalibus, ſed etiam de omnibꝰ uiuentibus uniuerſaliter cauſas proponit dicere, cur alia lõgeua, alia breuis uitæ ſint. Quare inſinuat duo alterũ ſpeciatim.ſ.cur animalium alia longę uitę, alia breuis ſint. Alterum uero generatim, cur uiuẽtium quorũcũq; alia longę, alia breuis uitæ ſint unde dicit. De eo aũt, ꝙ eſt, hæc quidem animalium, eſſe longę uitę, hęc autẽ breuis uitæ, hoc eſt primum, & totaliter, hoc eſt ul̃r de uitæ longitudine & breuitate, non ſolum animalium, ſed etiam quorũcũq; uiuentium, ut plantarum, conſiderandum eſt cauſas, dixit autem {. Conſiderãdum eſt cãs, } qm̃ alia eſſe longæ, alia breuis uitæ ſupponit tanquã per ſe notum, ut poſtea dicemus. Cauſas uero perquirere oportet, quæ ſunt ignotæ, propoſuit autem inſinuando intentione minꝰ commune, & poſtea uniuerſalius, qm̃ ut rhetor inſinuat, cuius oratio procedere debet ad accrementum.

*Sed enim ita ordiendum eſt, ut contemplationis initium ſumatur dubitando de his (non enim certum eſt) utrum diuerſa ſit an eadem cunctis animantibus ac plantis cauſa, cur illarũ quædam diu, quædam parum uiuant, & harum aliæ annua, aliæ diuturniore uita fruantur.*

*Principium autem conſiderationis neceſſarium primo, ex eo q, eſt dubitare de ipſis (non enim eſt palam) utrũ alia, an eadem cauſa omnibus animalibus & plantis, eius quod eſt hæc quidem eſſe longæ uitæ, hæc autem breuis, etenim plantarum has quidem pauci temporis, has autem multum durabilem habere uitam.*

Inſinuata intentione, nunc legentes, aut auditores facit attentos, & primo oſtendendo, ea quæ dicturꝰ eſt eſſe magna, atq; difficilia. Attentos.n.facimus ut Ariſto. inquit, cum magna, cum ſua, cum noua, cum iocũda promittimꝰ, ſecundo uero oſtendendo eſſe noua, atq; iocunda. De primo dupliciter hæc, quæ propoſuit, eſſe difficilia oſtendit, primo ex parte differentiæ generũ, ſecundo ex parte differentiæ ſpecierum. Ex parte dr̃iæ generũ quidem, qm̃ non eſt perſpicuum utrum eadem ſit cã longę uel breuis uitæ ĩ animalibus, quæ eſt in plantis, & econtrario, & hoc inq̃t. Principium autem cõſiderationis neceſſarium primo erit ex eo qđ eſt dubitare de ipſis, qm̃ nõ eſt palam utrũ alia, an eadem cã oĩbus aĩalibus, & plantis ſit, eius quod eſt, hæc quidem eſſe longę uitæ, hæc autem breuis, & quoniam in plantis hæc differentia magis latet, qm̃ minus a nobis eſt obſeruabilis, addit hãc differentiam eſſe ueram etiam in plantis, & inquit. Etenim plantarum ſupple neceſſarium eſt has quidem eſſe pauci temporis, has autem multum durabilẽ habere uitam, eſt ergo propoſita intẽtio magna ex parte dr̃ię generum.

*Præterea, utrum natura conſtantium eadem ſint lõgæua & natura incolumia, an diſtincta ſint. Et utrum eadem ſint uitæ breuis & ualetudinaria, an per aliquos quidem morbos corpora quæ natura ualetudinaria ſunt ad eorum naturam accedant quæ breuiore uita frui ſolẽt, per aliquos uero ualetudinaria eſſe quæ longæua ſunt nihil obſtet.*

*Adhuc autem, utrum eadem quæ longæ uitæ, & quæ ſecundum naturam ſana natura conſtantium, an ſeparata ſunt. Et quod breuis uitæ, & languoroſum, aut ſecũdum quoſdam quidem languores appropinquant languoroſa ſecundum naturam corpora ijs quæ breuis uitæ, ſecundum quoſdã aũt nihil prohibet languoroſos, longæ uitæ exiſtentes,*

Ex parte ꝟo eorum, quæ ſunt eiuſdem generis, etiã difficultas patet. Eſt enim quęſtio, utrum eorum uiuentium, q̃ natura conſtant, eadem ſint, longę uitæ, quæ ſunt ſecundũ naturam ſana, an ſeparata hęc ſint, atq; differant, adeo, ꝙ ſint corpora aliqua natura ipſa ſimpl'r ſana, quę ſint breuis uitæ, & non longeua. Similiter eſt quęſtio etiam utrum quod eſt breuis uitæ ſit languoroſum, & econtrario corpus natura languoroſum ſit breuis uitę. Eſt etiam quæſtio an ſint, quædam corpora ægrota naturaliter ſm quoſdam languores, quæ appropinquant ijs corporibus quæ ſunt breuis uitæ, ſecundum quoſdam ꝟo alios morbos nihil prohibet languoroſa eſſe longæ uitæ exiſtentia, hæc eſt difficultas ex parte eorum, quę ſunt eiuſdem generis. Quo uero ad uerba attinet, Ariſto. per natura ſana, intelligit, quę Galenus in techna intellexit.ſ.corpora a principijs natura non apta ægrotare, quæ appellat ſimpliciter ſana. Eſt enim corpꝰ ſanum ſimpl'r, quod ex principijs generationis eſt ineptum ægritudinibus. Vtrum ꝟo tale cor- Simpl'r ſana corpa.

pus ſit ſimpliciter temperatum, Ariſto. nõ curat, ipſe enim per corpora natura ſana intelligit illa, quæ per ętatẽ unq̃, aut raro ægrotant, cum ex principijs generationis ſint minus ægrotare apta, utrum ꝟo hæc ſint tẽperata, uel non: Ariſto, nõ curat: cum ad qõnem nihil cõferat. Adiecit ꝟo Ariſto. { natura conſtantium, } qm̄ nonnulli crediderũt corpora ſimpl'r, ſana poſſe fieri arte. Ad tollendum hoc, uerbum illud addidit, per languoroſa ꝟo corpora intelligit quę apta ſunt ægrotare ex prĩcipijs generationis, quę que ex leui cauſa occurrente egrotant, ut Herodicus fuiſſe fertur, quemadmodum Ariſto. inquit primo rhetoricorũ. Ille. n. ut ſanus eſſet, quibus homines utunẽ, ijs oĩbus, aut plurimis abſtinebat. erat. n. corpus ex principijs naturę aptum facile ex omni leui cã ęgrotare, tale corpus appellat Druſianus monachus ęgrum ſimpl'r. Per corpora ꝟo, quę ex principijs naturę, ſunt apta ægrotare quibuſdam ęgritudinibus, intelligit ea, quæ ex principijs generationis, cõtrahunt, quoſdam morbos a uirtute parentum, aut ſtellarum, aut aliarum cauſarum. Naſcuntur enim quædã corpora ex principijs generationis parata incurrere podagras, alia calculum, alia lepram, alia febres, alia alias, ideo eſt difficultas an ſint quædam corpora apta ægrotare q̃buſdam morbis ex principijs generationis ꝓpagatis, quæ non obſtantibus illis morbis, poſſint eſſe longęua, ut dicit̃ de podagra, & de malo hemorroidum, & cæteris id genus. Alia uero quibuſdam ægrotari apta, non ſint longæua, ut quę naſcerẽtur epileptica, uel parata febricitare. Patet ergo ex his, ꝙ ex parte eorum, quæ ſunt eiuſdem generis tribus modis propoſita intentio eſt magna, primo utrũ quęcũq; a natura ſint apta permanere ſana, omnia ſint lõgęua. Secundo utrũ a natura apta ægrotare quauis ęgritudine ſint breuis uitę. Tertio utrum aliqua ægrotari apta quibuſdam morbis ſint longæua, aliqua uero quibuſdam alijs, ſint breuis uitę. Patet ergo propoſitæ intentionis magnitudo. Quo ꝟo ad cõſtructionẽ attinet, aĩaduerte, ꝙ Ariſto. mutat in adiectiuis gen⁹, dicit. n. aut ſecundũ quoſdam quidem languores appropinquant languoroſa, poſtea dicit. Nihil prohibet languoroſos eſſe ubi primo loquitur in neutro genere, in ſecundo loquitur in maſculino. Intellige ergo primum ad corpora relatum, ſecũdum ꝟo ad hoĩes, nõ tñ eſſet error, ſi utrũq; in genere neutro legeret̃, ea. n. ꝯſtructione gręci utunt̃, nos ꝟo non.

Quæ languoroſa corpa. Herodicus

Quæ corpa ex principijs natura ſunt certis morbis languida.

Intẽtionis magnitudo.

De cõſtructione.

*De ſomno igitur & uigilia, dictum eſt prius, de uita uero & morte, ſimiliter & de morbo & ſanitate quod quidẽ ad naturalem attineat philoſophiam: dicendum poſterius. Nunc autem de cauſa cur altera longam, altera breuem uitam agant, quemadmodum iam diximus, tractandum eſt.*

*De ſomno igitur & uigilia, dictum eſt prius, de uita autem & morte, dicendum eſt poſterius, ſimiliter autem & de languore & ſanitate, quantum attinet ad naturalem philoſophiam. Nunc autẽ de cauſa eius quod eſt hæc quidẽ eſſe lõgæ uitæ, hæc aũt breuis uitæ, ſicut dictum eſt prius, cõſiderandum.*

Cum fecit attentos ex magnitudine rei propoſitę, nũc facit attentos ex iocunditate, & nouitate. Sunt. n. iocũda, quæ ordinatę ponũtur primo rhetoricorum, ideo ordinat præſentem intentionem ad præcedentia, & ad ſequẽtia, innuens hanc intentionem eſſe quid noui, cum ſit alia ab his, quę olim dicta ſunt, unde inquit. De ſomno igit̃ & uigilia, dictum eſt pri⁹, uita autem & morte dicendũ eſt poſterius. Similiter autem dicendum eſt poſterius de languore & ſanitate, non quidem ſpeciatim, ſed quantum attinet ad philoſophiam naturalem, ſpeciatim enim de ea agit medicus. Nunc aũt de cauſa eius, quod eſt eſſe, hæc quidem longæ uitę, hæc autem breuis uitæ, ſicut prius propoſuimus. Conſiderandum eſt, in quibus patet ex ordine iocunditas, ex additione ꝟo ad ea, quę dixim⁹, nouitas Tacuit autem alios libellos, ut de ſenſu, & ſenſibili, de memoria & reminiſcentia & de alijs, quoniam intellexit per illud uerbum de ſomno & uigilia, qm̄ omnes huic quaſi adminiculi ſupponuntur. Hęc de exordio.

*Sane hac differentia genera tota à totis generibus, et eorum quæ ſub una ſpecie collocantur alia ab alijs: differunt. Generatim differre dico, ut hominem ab equo, nam genus hominum, uiuacius eſt, quam equorum. Speciatim, ut hominem ab homine, eorum. n. hominum qui locorum intercapedine ſeiuncti ſunt, alij uita ſunt longiore, alij breuiore, qui enim in calidis degunt regionibus, diutius, qui in algidis, minus uiuere aſſolent. Quin immo ex hiſce qui eundem tenent locum, nõnulli pari modo ea ipſa inter ſe diſcrepant differentia.*

*Sunt autem habentia differentiam hanc, & tota ad tota genera, & eorum quæ ſub una ſpecie, alia ad alia. Dico autem ſecundum genus quidem differre, ut hominem ab equo, longioris enim uitæ genus hominum, quam quod equorum. Secũdum ſpeciem autem, hominem ab homine, ſunt enim homines, hi quidem longæ uitæ, hi autem breuis uitæ, alteri ſecũdum altera loca diſtantes, quæ enim in calidis gentium, longioris uitæ, quæ autem in frigidis, breuioris uitæ. Et eundem autem locum habitãtiũ: differunt ſimiliter aliqui hac differentia abinuicem.*

Verba hæc poſſunt eſſe de exordio, & pñt de narratione intelligi. In græcis codicibus de exordio intelligi uidẽtur. Leguntur. n. ſic { Adhuc aũt hñtia drĩam hanc, & tota ad tota genera. } q. d. Nũc aũt de cã eius, quod eſt hęc quidem eſſe longæ uitæ, hæc autem breuis uitę, ſicut dictum eſt prius, conſiderandum eſt. Adhuc autem conſiderandum eſt habentia drĩam hanc, & tota genera ad tota genera, & eorum quæ ſub una ſpecie alia ad alia. q. d. non ſolum eſt conſiderandum cauſas cur alia uiuacia alia breuis uitę ſint. Sed etiam conſiderandum eſt ea, quorum tota genera ad tota hanc drĩam hñt, & ea, quorum ſpẽs ad ſpẽs talem hñt drĩã, hęc aũt addit, ut faciat attentos, oſtẽdens hæc iocunda eſſe, non ſolum ordine, ſed rerum nouitate. Sed qm̄ in trãſlationibus antiquis uerba hæc legunt̃ alio modo. ſ. quaſi expoſitiuę, ideo uidẽtur de narratione. Ideo uidetur, ꝙ antequam exequatur intentionẽ propoſitam præmittat duas animalium drĩas penes longeuũ, & eſſe breuis uitæ. Primam quidem penes totum genus, ſecundam uero penes ſpeciem. Penes genus quidem dicit, dico autem ſecundũ genus quidem differre, ut hominem ab equo, quatenus genus hominum longioris uitę eſt, q̃ genus equorum. Accepit autem gen⁹ pro ſpecie, modo quo philoſophi morales utuntur, penes ſpeciem uero, ut hominem ab homine, ſunt. n. hoĩes hi quidem longæ uitæ, hi autem breuis uitæ, utpote alteri ac diſtantes ſecundum loca. Nam quæ gentium in calidis locis degunt, ſunt longioris uitæ, quæ autem degunt in frigidis, ſunt breuioris uitæ, & ſic penes locum in eadem hominum ſpecie alij ſunt uitæ longioris, alij breuioris. Amplius in eodem loco alij uiuũt longius, alij breuius, hæ ſunt animalium differentiæ, quas pręmittit. Sed cur pręmittat has drĩas, dicamus, nã quæſtio ſi eſt, ſemper præcedit quæſtionem ꝓꝑ quid eſt, cũ ergo propoſuit aſſignare cauſas, drĩarum uitæ penes longitudinem, & breuitatem, decebat prius exponere ita eſſe, ꝙ alia aĩalia uiuunt longius, alia breuius, et in eadẽ quoq; ſpecie penes diuerſa loca, et in eodem loco penes diuerſas naturas, hac ratione has drĩas præmittit. Ex his patere poteſt, aſtronomiæ incertitudo circa annos uitæ. Nam ſiue annos uitæ ſumpſerimus ex apheſi atq; amacheſi, ut Ptolomeus docet, ſiue ex annimenſore, quem arabes alchocoden uocãt, ac ilegium, impoſ'e aſtronomum eſt certitudinẽ hr̃e, qm̄ differentię locorum ſunt aſtronomis incertę. Nõ enim aliquis aſtronomus, docuit aphetam æthiopũ alios annos hr̃e, alios aphetam ſytharum, alios hominum, qui in medijs locis uiuunt. Ptolome⁹. n. ſcribens in Alexãdria unicuiq; gradui aphelis conſtituit annũ, ꝙ non eſt uerum apud omnes regiones. Nec annimenſor, ſiue alchocoden arabum eſt promittens annos eodem modo in omnibus regionibus: ideo de annis uitæ aſtronomi non poſſunt certa dicere. Philoſophi autem ſolum uniuerſaliter has drĩas tradunt, ſpeciatim uero eas aſſignare, non eſt philoſophi.

Contra aſtronomos de annis uitæ.

*Porro ſumere conuenit: quid ſit inter ea quæ natura conſtant quod facile corrumpatur, & quid quod ægre.*

*Oportet autẽ accipere: quid facile corruptibile in natura connſtantibus, & quid non facile corruptibile.*

Nunc, ut mihi uidetur, accedit ad narrationẽ: & primo ſumit quid ſit facile corruptibile: & quid non facile corruptibile: nam, ut Philoponus notauit primo de generatione, qui doctrinã tradit, definitiones, & ſuppoſitiones ſibi conſtituit. Deinde ex illis demonſtrat cõcluſiones. & hoc proponit, cum inquit. Oportet autem accipere, in natura conſtantibus, hoc eſt in rebus ipſis naturalibus, primo qd facile corruptibile, & quid non facile corruptibile, & ſic hęc ſumit, ut definitiones.

*Nam ignis & aqua, & quæ his cognata ſunt: cum eandem facultatem minime habeant, ſibi mutuo cauſæ ſunt generationis atq; corruptionis. Proinde ſingula quoq; alia quæ ex hiſce ſunt atque conſtant, & non ex multis per congeriem uti domus: eorum naturam participent ratio congrua exiſtit.*

*Ignis enim & aqua & his cognata: non habentia eandem uirtutem, exiſtunt generationis & corruptionis cauſa ſibijnuicem. Quare & quælibet aliorum ex his exiſtentia & conſtituta, participare horum naturam rationabile: quæcunq; non compoſitione ex multis ſunt ut domus.*

Anteq̃ definiat quid facile, quidue difficile corruptibile ſit, reſumit breuibus cauſam corruptionis rerum, & primo quidem in ſubſtantijs. Secundo uero in accidentibus: & quoniam ſubſtãtiæ alię ſunt ſimplices, ut elemẽta, aliæ ex elemẽtis miſtæ. Exponit primo cauſas corruptionis in elementis, deinde in miſtis. De prima parte dicit, ꝙ elemẽta ſunt inuicem corruptibilia, quoniam ſunt inuicem contraria. unde dicit. Ignis. n. & aqua, & alia elemẽta cognita his. ſ. aer, & terra nõ habentia eandẽ uirtutem, ſed exiſtentia contraria, ꝗ ſunt generationis, & corruptionis cauſa ſibijnuicem, ũ ſecundo de generatione dictũ eſt. Tacuit autem materiam: quoniã non poſſunt elemẽta eſſe cõtraria: niſi cõueniant in materia: ſic igit̃ elementa inuicẽ ſunt corruptibilia: quoniã ſunt cõtraria. De ſecũda parte dicit, ꝙ miſta, quæ non cõgregatione ex elemẽtis ſunt, ut domus ex lignis & lapidibus cõgregatione ſit, corruptibilia ſunt, quoniam conſtant ex elemẽtis. unde dicit. Quare & quęlibet aliorũ ex his elemẽtis exiſtentia cõſtituta, quæcũq; ex elemẽtis conſtant, non ut domus cõpoſitione ac cõgregatione ex multis cõſtat, participare horũ naturam rationabile eſt: dico participare horꝫ naturã. ſ. quo ad corruptionem, hoc eſt ut ſint corruptibilia: quia conſtant ex elemẽtis: quæ per ſe corruptibilia ſunt. Ex his ſequitur ꝙ elemẽta ſunt corruptibilia, quia habẽt cõtraria: miſta uero, quoniam cõſtant ex elemẽtis contrarijs. Sed quæres, utrum omne miſtũ ſit corruptibile ab intrinſeco, uidet̃ ꝙ ſic, quoniam Ariſtot. ait miſta corrũpi, quoniam conſtãt ex contrarijs. ergo omne miſtũ ab intrinſeco eſt corruptibile. Ex alio uidet̃ ꝙ nõ corrũpatur niſi applicet̃ ſibi corrumpens, ut ſi aurũ eſſet uniforme in toto, & unius rationis in ſingulis partibus. Dicẽdum ꝙ nihil põt corrũpi in ſubſtãtijs, niſi applicet̃ corrumpens, utrũ hæc eſt differentia inter elemẽtum, & miſtũ, ꝙ miſtũ ab intrinſeco habet duas cauſas inclinãtes ad corruptionẽ. ſ. materiã, & contraria ex quibus cõſtat. At elemẽtum ab intrinſeco habet unam tantũ. ſ. materiam cõmunem: & ideo miſta dicũtur ab intrinſeco corruptibilia, elemẽta uero ab extrinſeco: nõ quidem miſta ab intrinſeco: ꝙ corrũpi poſſint ſine corrũpente, ſed quia potius cauſa intrinſeca ſunt corruptibilia quam ratione extrinſeca: elemẽta uero ab extrinſeco: non ꝙ ab intrinſeco non ſint corruptibilia, ſed quoniã potius cauſa extrinſeca corrumpuntur.

Dubiũ

*Sed de cæteris: alia ratio eſt. Plurimis enim ex hiſce quæ ſunt, peculiares competunt corruptiones: ceu ſciẽtiæ, ſanitati, morbo, & eiuſmodi: quippe quæ corrumpi ſoleant: etiam non corruptis ſuſceptiuis, ſed ſeruatis, quandoquidem ignorãtiam, reminiſcentia atque diſciplina corrumpere ſolent: ſcientiam, obliuio & deceptio. Per accidens tamen: cæterorum corruptiones, rerum naturalium interitus ſequũtur. nam cum animalia ipſa intereunt: eorundem & ſanitas & ſcientia corrumpitur.*

*De alijs igitur: alia ratio. Sunt enim & propriæ corruptiones multis entium: ut ſcientiæ, ſanitati, & ægritudini: hæc enim corrumpuntur: etiam non corruptis ſuſceptiuis: ſed ſaluatis. ut ignorantiæ quidem corruptio, reminiſcentia & eruditio: ſcientiæ autem, obliuio & deceptio. Secundum accidens autem conſequuntur naturalia: aliorum corruptiones. corruptis enim animalibus: corrumpuntur & ſcientia & ſanitas quæ in animalibus.*

Hactenus de cauſis corruptionis ſubſtantiarum: nunc de cauſis corruptionis accidentiũ. Vbi animaduertendũ, ꝙ accidentium alia habẽt cõtraria, alia uero non habent contraria, habẽt cõtraria ut ſciẽtia, ſanitas, & ægritudo: contraria enim ſciẽtiæ ſunt obliuio, & ignorantia. ſanitas uero, & ægritudo inuicẽ contrariæ ſunt. dimẽſiones uero & figuræ accidẽtia ſunt: quæ non habẽt cõtraria. Tunc Ariſtot. uult ꝙ accidẽtia, quę habẽt contraria, dupliciter corrumpuntur. Vno modo aduenięte in eodem ſubiecto ſuo cõtrario, & ſic corrũpuntur ſaluato eorum ſubiecto. Alio modo corrũpuntur, conſecutiue. ſ. eorꝫ ſubiecto corrupto. At accidẽtia: quæ non habẽt cõtrarium uno modo tantum corrũpuntur. ſ. eorũ ſubiecto corrupto. unde dicit. De alijs igitur eſt alia corruptionis ratio, & per alia intelligit, quæ nec ſunt miſta, nec elemẽta, ſed ſunt accidẽtia: & per igitur, non illationis uim, ſed aduerſationis ſumit, utputa igitur pro aũt. Exponit aũt quomodo ſit alia corruptionis ratio: & dicit. Sunt. n. & ꝓpriæ, & per ſe corruptiones multis eorꝫ entium ſ. oĩbus, quibus correſpondet cõtrarium: ut ſciẽtiæ, ſanitati, & ægritudini. ſ. aduẽtu contrarijs in eodẽ ſubiecto: nam hæc corrũpuntur, ut inquit, etiam non corruptis ſuſceptiuis, ſed ſaluatis eorum ſubiectis: ut ignorãtiæ quidẽ corruptio eſt reminiſcẽtia, & eruditio. Duplex. n. ignorantia eſt, altera, quæ ex obliuione prioris ſciẽtiæ facta eſt in aĩa, & hæc tollit̃ per reminiſcẽtiam. Altera ex diſpoſitione contraria inducta aut abs te, aut a malis præceptoribus: & hęc tollit̃ per eruditionem inductã a bonis pręceptoribus. Sed dices, nũquid ignorantię corruptio ſit reminiſcẽtia uel eruditio: uidet̃ ꝙ nõ, qm̄ reminiſcẽtia uel eruditio manet, corruptio ignorãtiæ abeſt. Dicẽdum ꝙ tales ꝓpoſitiones ſunt intelligẽdę cauſaliter, ſicut illa tonitruũ eſt extinctio ignis in nubibus. Corrumpitur. n. ignorãtia aduẽtu reminiſcentiæ uel eruditionis: ideo ſubſcribit ſcientiæ aũt. ſ. corruptio eſt obliuio, & deceptio: põt. n. deleri ſcientia ab aĩa alicuius obliuione, aut deceptione facta ab aliquo ſyllogiſmo deceptorio, ut pluries fit ſic igit̃ uno modo accidẽtia corrũpi poſſunt a contrarijs. Deinde aſſignat ſm̃ modum, & inquit. Secundũ accidẽs aũt corruptiones aliorꝫ accidentium a ſubſtãtijs, conſequunt̃ naturalia, hoc eſt corruptiones ſubiectorũ, quæ ſunt entia naturalia, & corruptibilia. Cuius cauſam affert. Corruptis. n. animalibus corrũpuntur ſcientia, & ſanitas, quæ erant in animalibus: & ſic patet, ꝙ accidentia, quæ cõtrarium habent, dupliciter corrumpi poſſunt. Vno modo per ſe aduentu contrarij in eodem ſubiecto, & ſic corrumpuntur ſaluatis ſubiectis: alio modo per accidens, & ſic corrumpuntur corruptis ſubiectis: ex quo ſequitur ꝙ accidentia: quæ non habent contrarium uno modo tantum corrumpuntur ſcilicet per accidens ſubiectis eorum corruptis.

*Quocirca: & de anima per hæc ratiocinari quiſpiam profecto poteſt. Nam ſi anima haudquaquàm natura ſubſiſtat, ſed ut ſcientia in anima ſic & anima in corpore ſit: erit nimirum ipſius quædam etiam alia corruptio præter eam qua, cum corpus interit, corrumpi ſolet. Quare, cum nulla talis eſſe uideatur: alio ſane pacto cum corpore inijt ſocietatem.*

*Quapropter: & de anima ratiocinabitur quis utique, ex his. Si enim eſt non natura, ſed quemadmodum ſcientia in anima ſic & anima in corpore: erit utique ipſius & alia corruptio præter corruptionem qua corrumpitur corrupto corpore. Quare, quoniam non uidetur eſſe talis: aliter utique ſe habebit ad corporis communionem.*

Sed dubitat de anima, quo modo corrũpatur: nã cum non ſit elementum, nec miſtũ naturale, ſed ſit ad corpus, ut ſcientia ad animam, tunc anima poterit dupl'r corrumpi. ſ. corruptione per ſe. ſ. aduentu contrarij in eodem ſubiecto eius ſubiecto ſaluato, & per accidens corrupto eius ſubiecto corpore: quod falſum eſt, qm̃ nõ corrũpitur niſi per accidens corrupto ſubiecto, unde dicit. Et de anima rationabitur quis utiq; ex his, quæ nunc dicta ſunt, nam ſi non eſt natura. ſ. nec miſtũ, nec elementum: ſed quẽadmodum ſcientia eſt in anima: ſic & anima eſt in corpore, ſi inꝗ ſic eſt, erit utiq; ipſius & alia corruptio. ſ. propria aduentũ contrarij præter corruptionem, qua corrumpit̃ corrupto corpore. Rñdet, ꝙ anima non ita ad corpus ſe habet, ut ſcientia ad animam, qm̃ anima eſt corporis ſubſtãtialis perfectio: ſcientia uero eſt animę accidẽtalis: & ſic anima non põt per ſe corrumpi, niſi toto corpore animato corrupto. Præterea ſcientia habet contrarium per ſe in eodem ſubiecto: anima ſolum per accidens, unde dicit. Quare qm̃ non uidet̃ eſſe anima talis. ſ. ut ſcientia ad animam, aliter utiq; ſe habebit ad corporis unionem hoc eſt totalitatem: qm̃ anima eſt pars ſubſtãtialis totius animati: & prima perfectio corporis: ſcientia uero non ſic ſe habet ad ipſam animam. Ex his accipiunt̃ duo. Primum ꝙ ſcientia corrumpat̃ corruptis animalibus, qđ eſſe non põt, niſi anima corrumpat̃: habet̃ ſecundo ꝙ anima corrumpatur, cuius ſcientia eſt perfectio, & ſic uidet̃ ꝙ intellectiua anima corrumpat̃ corrupto corpore: hic. n. locus ualde fauet his, qui animi mortalitatẽ ſuſtinent de mente Ariſto. Secundo principaliter dubitatur quot ſint modi corruptionis. Tertio quomodo ſcientia in intellectu habituata poſſit per obliuionẽ, & per deceptionem ab intellectu deſinere: cum habitus ſcientiæ non depẽdeat ab organis ſenſitiuus, niſi in fieri, non autem in facto eſſe. Aluerniata ad primam dicit, ꝙ Ariſtot. non de intellectiua anima loquit̃, ſed de ſenſitiua atq; uegetatiua: qđ quidem mihi uidetur difficile, cum loquat̃ de ea anima: cuius ſciẽtia eſt perfectio, quę eſſe non poteſt niſi intellectiua. Propterea uidetur mihi ꝙ Ariſtote. hæc, quæ de anima dicit, non aſſerendo dicat, ſed ſolum exemplificando, ut oſtendat, non omne qđ ita ad corpus ſe habet, ut ſciẽtia ad animam poſſit corrumpi dupliciter, nam dato ꝙ anima ſit corruptibilis, anima ſe habet ad corpus, ut ſcientia ad animam, & tamen ſolum per accidens corrumpitur. ſ. corrupto ſubiecto: & non per ſe a proprio cõtrario, ſimiliter id qđ de ſcientia dicit, ut exemplum eſſe dictũ intelligas. ſ. ut oſtendat aliquid corrumpi poſſe corrupto ſubiecto. Quæ non intelligentes prophani ſumpſerunt errandi occaſionem: omnia enim quæ hic dicit Ariſto. ut exẽpla eſſe dicta intelligendum eſt, non quidem, ut ita ſint, ſed ut ſentiant, qui diſcunt. Ad ſecundam reſpondent iuniores ꝙ quatuor modis aliquid corrumpi poteſt, aut a contrario, ut calidum a frigido: aut a ratione ſubiecti, ueluti formæ quæ corruptione ſubiectorum corrumpũtur, aut defectu conſeruãtis, ut lumen corrumpitur in medio defectu corporis lucidi, aut defectu diſpoſitionis per quam conſeruabatur in ſubiecto, ut formæ ſubſtantiales defectu diſpoſitionum, quibus in materia conſeruabantur. Ariſto. autem duos tantum modos corrumpẽdi innuit, alterum per ſe. ſ. a contrario, alterum per accidens. ſ. corruptione alterius. Quę uero corrumpuntur per ſe a contrario, ſunt duplicia, uel quia ipſa habent contraria, ut elementa & accidentia habentia contrarium: uel quia componunt̃ ex contrarijs, ut miſta: quę corrumpunt̃ per accidens, hæc corrumpunt̃ alijs corruptis, per quę conſeruabant̃ ſiue ſint ſubiecta, ſiue agentia conſeruantia, ſiue diſpoſitiones conſeruatiue: hęc Ariſto. de modis corrũpendi. Quo modo uero ſcientia, quæ eſt habitus intellectus per obliuionem corrumpi poſſit, res difficilis eſt, qm̃ ſcientia põt remanere per unũ diem in intellectu abſq; actuali memoria, & per duos, & ſic per mille, ergo omnino memoria deleta illa ſtabit in intellectu. ergo poſtꝗ ſemel ſciẽtia in intellectu facta eſt, ut habitus, etiam omni memoria deleta in parte ſenſitiua, ipſa uidetur remanere: cum non dependeat a ſenſibus niſi in fieri, non autem in facto. Propterea quidam concedunt totum, dicunt tamen ꝙ per obliuionem pro tanto ſciẽtia corrumpatur, pro quanto intellectus non poteſt exire in actum conſiderandi: ſiquidem cõſiderandi actus indiget non ſolum intellectuali habitu, ſed phantaſiandi, intellectus. n. intelligendo neceſſario phantaſma ſpeculat̃: patet ergo ꝙ obliuione facta in phantaſtica, deſtruitur ſcientia non ſimpl'r, ſed ſm actum, quatenus ſcientia remanet ſm habitum, non tñ exibilem ad actum: quo in modo Plato habitus in anima puerorum eſſe autumat, non exibiles tñ ad actũ, niſi ſedatis motibus. Alij dixerunt ꝙ ſcientia, quę in intellectu habitus eſt nõ ſolum quo ad exitum in actũ dependet a phantaſtica memoria: ſed etiam ſimpl'r ineſſe, & conſeruatione: & tunc patet ꝙ ſcientia per obliuionẽ deſtruitur. Verum animaduertendũ ꝙ in parte intellectiua nihil habituat̃, habitus. n. fit in potentia, quæ ad actus neutraliter ſe habet, ut dicit̃ ſecundo Ethicorꝝ. In potẽtia enim quæ in contrarium ſe habet, nunꝗ habitus fit, ut lapis ad motũ ſurſum nunquã habitum habebit, nec in potentia ex ſua natura prona fit habitus, non enim lapis ad motum deorſum habitũ acquiret ſi decies milies deorſum ferat̃. ergo ſolum in his potẽtijs habitus fit, quæ ad actus neutraliter ſe habẽt. Ex his accipit̃, ꝙ intellectus non põt ex conſiderandi actibus habitum acquirere ſcientificum: cum ad ſcientiam natural'r ſe habeat ut ad ...us perfectionem. Habitus ergo & memoria fiet ex parte eius potẽtiæ: quæ ad ſcientiã neutraliter ſe habet: hæc autẽ eſt ſenſitiua. In hac enim ex frequẽtatis actibus conſiderãdi fit habitus, qui dicit̃ memoria: quæ delet̃ primo mutatione organi: cum enim organum continuo alteret̃, deletur aliquãdo memoria. Secundo aduẽtu nouarũ nutrimenti partiũ, prioribus defluentibus. Tertio aduentu uaporꝝ ac exhalationũ, prioribus deletis. Tunc dico ꝙ cũ in intellectu ſpecies nõ conſeruent̃ niſi memoria atq; habitu facto in parte ſenſitiua: qm̃ in parte intellectiua nõ eſt memoria, neq; habitus, ideo obliuione facta in ſenſibus: deſinit ſcientia in intellectu. Quomodo uero per deceptionẽ ſcientia deleri poſſit, quidã dicunt ꝙ delet̃ per deceptionem quatenus deceptio ex ſyllogiſmis ſophiſticis urgentibus fit, & ita tandem intellectus deceptus parti contrariæ adheret, & ſic tollit̃ ſcientia: non enim eſt ſcire ſine fide: atq; aſſenſu. Animaduerte tñ ꝙ in ſciẽtia eſt materiale & formale, materiale quidẽ eſt ipſa cõcluſio, cui per demonſtrationẽ intellectus aſſentit, formale uero, eſt illã credere per demõſtrationem. Dico igitur ꝙ per ſyllogiſmos deceptiuos ſcientia deleri poteſt quo ad eius formale: & hoc ſufficit. Quo uero ad materiale ſtat ſcientiam remanere, etiam ſyllogiſmis deceptiuis urgentibus.

Digreſſio pulchra.

De co ruptio ne ſci

*Sed fortaſſe quæret quiſpiam, idque optima ratione: utrum quod corruptibile eſt id alicubi a corruptione uindicari queat, ceu ignis ſupero in loco ubi contrarium nullum eſt.*

*Forte autem utique quis dubitabit rationabiliter: utrum eſt ubi incorruptibile erit, quod corruptibile, ut ignis ſurſum, ubi non eſt contrarium.*

Cum egit de cauſis corruptionis, in parte iſta, accedit ad declarãdũ quid facile, quidue difficile corruptibile ſit. Pro cuius declaratione primo dubitat, deinde ſoluendo dubõnẽ, declarat quid ſit facile ꝗdue difficile corruptibile. Quãtũ ad primã partẽ quęrit, utrũ ſit aliquis locus, ubi ſimpliciter, atque natura corruptibile poſſit eſſe ꝑpetuũ. unde inquit. Forte aũt utique quis dubitabit rõnabiliter utrũ ſubaudi ſit aliquis locus, ubi quod eſt corruptibile ſimpl'r, atque ſui natura, erit incorruptibile atque ꝑpetuũ. Argumẽtat̃ ꝙ ſic, qm̃ ignis ſurſum eſt ꝑpetuus, & tñ ignis eſt ſui natura corruptibil'. Quod aũt ignis ſurſum ſit ꝑpetuus ꝓbat, qm̃ ibi nullũ eſt cõtrariũ, a quo corrũpat̃. & potiſſimũ ignis, qui tãgit cœli cõcauũ. unde inquit. Vt ignis ſurſum. q. d. uidet̃ ꝙ ſic, ut ignis ſurſum, ubi non eſt cõtrariũ, hoc eſt qm̃ ibi nullũ eſt cõtrariũ, a quo corrũpi poſſit. Simile argumẽtũ fieri ſolet de partibus terræ cẽtralibus, nam cũ illis nullũ agens applicari poſſit contrariũ, uidentur perpetuæ, quæ tamen ſunt corruptibiles.

*Quæ enim contrariis inſunt, per accidens corrumpi ſolent, eo ꝙ illa intereant. tolluntur enim contraria, a ſeſe. At contrariorum quæ in ſubſtantiis ſunt, nullum per accidens corrumpi poteſt, propterea ꝙ ſubſtantia de nullo ſubiecto prædicatur. Quare fieri non poterit, ut id corrumpatur quod contrario caret, aut in eo loco eſt ubi nullum eſt contrarium. Quid enim erit quod uim habeat corrumpendi, ſi quidem a contrariis unis corrumpi quidquam contingat, contrarium autem non inſit, aut omnino, aut hic?*

*Corrumpuntur enim quæ quidem inſunt contrariis, ſecundum accidens, eo ꝙ illa corrumpuntur. interimuntur enim contraria, abinuicem. Secundum accidens autem nullum contrariorum in ſubſtantiis, corrumpitur, propterea ꝙ de nullo ſubiecto prædicatur ſubſtantia. Quare cui non eſt contrarium, et ubi non eſt, impoſſibile utique erit corrumpi. Quid enim erit corrumpens, ſi quidem a contrariis quidem corrumpi accidit ſolis, hoc autem non exiſtit, aut totaliter, aut hic?*

Mouet. q. & argumẽtatus eſt ad partẽ affirmatiuã breui ad modũ rõne, & quidã uix intelligibili, nunc rõnẽ illã exponit: & ſumit duas ꝓpõnes quaſi unũ ãñs, deinde infert qõnis partẽ affirmatiuã. Prima igit̃ ꝓpõ eſt, ꝗcũq; inſunt contrariis corrũpuntur ꝑ accñs corruptione illorꝝ contrariorũ, uerbi cauſa, quęcũque inſunt calido, & frigido, corrũpuntur cũ calidũ uel frigidũ corrũpit̃, ut ſi dulce inſit calido, corrupto calido, dulce corrũpit̃, & ſi amarũ ineſt frigido, amarũ corrũpit̃ corruptiõe frigidi. ꝓbat̃, qm̃ cõtraria per ſe inuicẽ corrũpuntur, ergo quæ inſunt ipſis contrariis corrũpentur per accidens corruptione illorũ, unde dicit. Corrũpuntur enim quæ quidẽ inſunt contrariis, ſm accñs, eo ꝙ illa contraria corrũpunt̃. Cãm affert, & dicit. Interimũtur. n. contraria ab inuicẽ per ſe, ergo quæ illis inſunt, corrũpentur per accñs. ſecunda ꝓpõ eſt, ſubm ſiue materia contrariorum nec per ſe nec per accidẽs corrũpitur, ꝓbatur, qm̃ tale ſubiectũ cõe de nullo ſubiecto prædicat̃, corruptione cuius ſaltẽ per accñs corrumpi poſſit, unde dicit. Secũdũ accidens aũt nullũ contrariorũ in ſubſtãtiis, corrũpit̃, & tu intellige trãſpoſite ſic, ſm accidens aũt ſuba, quæ eſt ſubm cõtrariorũ non corrũpit̃. Cuius cãm affert, & inquit. Propterea ꝙ de nullo ſubiecto ꝑdicatur ſuba, quæ eſt contrariorũ ſubm, corruptione, cuius corrũpi poſſit. Et intelligit per ſubam cõem materiã quæ eſt cõe ſubtũ contrariorũ. Materia. n. cõis neq; per ſe, neque per accidens corrũpitur, qm̃ nullũ ſubm habet, rõne cuius dici poſſit corrũpi. Ex his infert, ꝙ illud, cui non eſt contrariũ, uel ſi eſt contrarium, in eo loco ubi non habet cõtrariũ, impoſ'e eſt corrũpi. Cuius cãm affert, & inquit. Quid. n. erit corrũpens. q. d. nullũ ſiquidẽ a ſolis contrariis accidit unũquodq; corrũpi. hoc aũt. ſ. cõtrariũ non exiſtit, non exiſtit dico, aut oĩno, aut in eo loco, ergo non poteſt corrũpi. Sic igitur ex dictis habemus ꝙ illud quod non habet contrariũ, aut ſi habet, eſt in aliquo loco, ubi non habet, tale eſt perpetuũ in illo loco, ſed ſupplẽda eſt rõ, ſed ignis in ꝓprio loco, aut non habet cõtrariũ, aut ſi habet, ibi non habet, ergo ignis in proprio loco non eſt corruptibilis. Simili ratione fieri poteſt argumentũ de partibus centralibus terræ. Quo uero ad rationẽ attinet, animaduerte ꝙ illarum propoſitionũ prima uidet̃ neceſſaria ad rationem. ſecunda uero eſt addita ad pleniorem expoſitionem prime.

*An hoc, partim uerum eſt, partim non uerum?*

*An hoc, ſic quidem uerum eſt, ſic autem non.*

Rñdet ad. q. & uult, ꝙ aliquòd ſua natura corruptibile ſimpliciter, & oĩ loco eſt corruptibile, ſic uero eſt incorruptibile, dũ ſibi locus non uertitur ad contrariũ, uer. gra. locatũ. ſ. ignis in ꝓpria ſphera eſt ſua natura, ac ſimpliciter corruptibilis, eſt tñ incorruptibilis, qm̃ difficilis corruptionis, qm̃ tãdiu ꝗdiu locus non efficitur ſibi contrarius, tãdiu permanet, cũ uero locus ei fit extraneus, ac contrarius, ignis corrumpitur. Quo uero modo locus ille fieri poſſit extraneus locato, poſtea dicemus.

*Fieri enim nequit, ut ei quod materiam habeat, non inſit modo quodam contrarium. nam ut omnino inſit caliditas aut rectitudo aut arbor, fieri poteſt, ut alicubi ſit, nõ poteſt. alioqui, effectus eſſent ſeparati.*

*Impoſſibile enim, materiam habenti non exiſtere aliqualiter contrarium. nã omnino quidem ineſſe calidum aut rectum, contingit, alibi autem eſt impoſſibile eſſe, aut calidum, aut rectum, aut album. erunt enim paſſiones ſeparatæ.*

Nunc exponit ſolonẽ, & primo ꝓbat, ꝙ oẽ corruptibile ſui natura neceſſario corrũpetur, ut prima pars ſolutionis dicebat, Secundo exponit ſecũdã partẽ ſolotionis. ſ. ꝙ põt aliquid ſimpliciter corruptibile eſſe difficilis corruptionis in aliquo loco. Pro expõne priæ partis ſumit unã ſuppõnẽ, ꝙ oẽ hñs materiã, habet aliquo pacto contrariũ. ꝓbat qm̃ oẽ hñs materiam, contingit habere aut calidum, aut rectum, aut albũ, aut aliquod, cui reſpondet aliquod contrarium, cuius ratio eſt, qm̃ hæc non niſi materiæ inſunt, cũ non poſſint eſſe ſeparata a materia, & hoc inquit. Impoſſibile. n. eſt materiã habenti non exiſtere aliqualiter contrarium, qm̃ ut dicit, oĩno contingit ei, quod materiam habet, ineſſe aut calidũ aut rectũ, aut ſubaudi album, aut dulce aut aliquod contrariorũ, ut patet diſcurrendo per oĩa, quæ materiã hñt, nã nõ poterit reperiri aliquod eorũ, cui non inſit aliquod cõtrariorũ, & hoc ꝓbat, qm̃ impoſ'e eſt calidum aut rectum, aut albũ eſſe alibi ꝗ in ipſa materia uel in his, quę materiã habẽt, alioquin talia contraria erunt paſſiones ſeparatæ a materia, quod eſt ridiculũ. Sic igitur patet, ꝙ oĩ habenti materiã ineſt aliquod contrarium, hoc eſt ineſt aliqua paſſio cui reſpõdet contrariũ. Quo uero ad uerba attinet, dixit { Aliqualiter cõtrarium } qm̃ oportet, ut ipſi inſit aliquid, cui rñdet per ſe contrarium, uel ſaltẽ aliquo mõ. ſ. priuatiuũ. Verbũ { aũt } cum inquit { Alibi aũt eſſe } pro qm̃ intelligẽdũ eſt, uerbum autem πού, hoc eſt, alibi interpretandum. Ex his accipitur ſuppoſitio ꝙ omne habens materiam, habet aliquo modo contrarium ſcilicet aut poſitiuum, aut priuatiuum, per ſe, aut per accidens ſaltem.

*Si igitur quando actiuum & patibile ſimul ſunt, ſemper alterum agit, alterum patitur, fieri non poteſt quin fiat mutatio.*

*Si igitur quando ſimul fuerit factiuum & paſſiuum, hoc quidem ſemper facit, hoc autem patitur, impoſſibile non permutari.*

Ex hac ſuppoſitione ꝓbat, ꝙ oẽ habens materiam eſt corruptibile, & ſyll's eſt, oẽ illud, in quo inſunt factiuum & paſſiuum eſt ſimpliciter corruptibile. Omne hñs materiam eſt illud, in quo inſunt factiuum & paſſiuum, paſſiuũ

quidē mſteria, factiuum uero contrarium, ergo omne habens materiam eſt ſimpliciter corruptibile, unde dicit. Si igitur qñ ſimul in aliquo fuerint factiuum, & paſſiuum, hoc quidem ſemper, hoc eſt neceſſario facit, hoc aũt neceſſario patitur, ſubaudi minorem, ſed in habenti materiã inſunt factiuũ & paſſiuũ, ergo hñs materiã impoſſe eſt nõ permutari, & ſic aliquando neceſſario corrumpetur.

*Prætered, & excrementa fieri neceſſe eſt. at excrementum, contrarii rationem ſubit. ſemper enim mutatio, e contrario fit. excrementum autem reliquiæ prioris eſt.*

*Adhuc etiam neceſſe eſt ſuperfluum facere (ſuperfluum autem, contrarium) ex cõtrario enim, ſemper permutatio. ſuperfluum autem reliquiæ prioris.*

Hic ponit ſecundã rõnem ad idē, & ſylls põt cõponi hypothetice ſic, ſi contrarium neceſſe eſt facere in ſuum contrarium, neceſſe eſt oē hñs contrarium aliqñ pati ab eius contrario, ergo neceſſario aliqñ corrũpetur. inquit. Adhuc aũt neceſſe eſt ſuperfluũ facere, exponit autē quid per ſuperfluũ intelligat, & inquit. Superfluũ autē intelligo cõtrarium, & eſt ratio, quoniam duorũ contrariorum ſemper alterum eſt maius & ſuperfluum, & alterum minus & exceſſum, probat antecedens, & dicit. Ex contrario. n. ſemper permutatio eſt, per hæc uult habere añs, ꝙ contrarium neceſſe eſt ſemper facere in ſuũ contrariũ. ergo omne hñs materiã aliqñ patietꝛ à ſuo cõtrario. Addit, ꝙ hęc rõ, quæ ꝑcedit ex ipſo contrario, quod eſt ſuperfluum, eſt reliquiæ prioris. ſ. rationis, quoniã prima ratio ꝑcedebat ex factiuo et paſſiuo: hęc ãt ſolũ ex ipõ facere.

*Quod ſi quicquid actu contrarium eſt ambigeretur, eſſetne uel hic incorruptibile, an non ſed ab eo quod continet corrumperetur?*

*Si autem omne expelletur quod actu contrarium, & hic corruptibile utique erit.*

Sed contra hæc dubitat, nã ſi oē corruptibile neceſſario corrũpetur, oportebit, ꝙ ignis in ſuo loco oĩno corrũpatur, queritur ergo a quo corrũpatꝛ: unde inquit. Si autē omne expelletꝛ neceſſario, quod actu cõtrariũ ſubaudi alicui eſt, & hic, hoc eſt ergo ignis hic. ſ. in ꝑprio loco corruptibile utique erit aliquando ſubaudiēdũ ergo rõni, ignis in proprio loco aliquando corrumpetur, a quo igitur corrumpetur: utrum a contrario.

*Si ergo id quod continet ſit ſatis cõmittendæ corruptioni numero eorum quæ dicta ſunt, adſcribatur. ſin minus, ineſſe quippiam quod ſit actu contrarium, & excrementitiam materiam aggigni, ſuppoſuiſſe operæprecium eſt.*

*An non, ſed à continēte corrumpitur? Siquidem ſit ſufficiēs, ex dictis. ſi autem non, ſupponere oportet ꝙ ineſt aliquid actu contrarium, & ſuperfluum fit.*

Rñdet ꝙ ignis in proprio loco non a cõtrario, ſed a cõtinente corrũpitur, qm̃, ut ex dictis patet, continēs aliqñ eſt ſufficiens corrũpere cõtentũ. Quod aũt continens ſit ſufficiens corrũpere aliqñ contentũ, ꝓbat, qm̃ ſi non ſufficeret, oporteret ſupponere in naturali loco alicuius naturalis corporis, aliqñ fieri aliquod cõtrariũ, & ſuperfluum potens locatum corrũpere, quod tãquã falſum derelinqt. unde dicit. An non. ſ. corrũpitur a cõtrario, ſed a continēte aliqñ corrũpitur ignis ipſe, ſiquidē cõtinens aliquãdo ſubaudi ſufficiens ſit, ut ex dictis patet, corrũpere cõtentũ. Quod ꝓbat, & dicit. Si aũt non eſt ſufficiens cõtinēs aliqñ corrũpere cõtẽtũ, ſupponere oportet ꝙ in loco corporis naturalis ineſt aliquid actu, et formaliter contrariũ, quod etiã ſuperfluum ſit, quaſi excedens corpus contentum, & potens illud corrũpere. hoc relinquit Ariſt. tanꝗ̃ falſum, qm̃ manifeſtũ eſt per ſe, ꝙ in naturali loco corporis phyſici nullũ contrariũ formaliter reperitur, qm̃ uel illi eſſet uiolenter, uel naturaliter. non naturaliter, qm̃ unus locus non põt eſſe naturalis duobus cõtrariis, nec uiolenter, quia ab aliquo uiolentante eſſet tale contrariũ motũ ad illũ locum, modo non uidetur quid eſſet mouens illud contrarium ad locũ illũ. Quare oportet dicere locatũ corrumpi a continente, non quidē quo eſt contento formalr̃ contrariũ, ſed quo eſt illi uirtualiter cõtrariũ hoc eſt quo de nouo fit illi ſuperfluũ, & contrariũ uirtualiter, ut dicemus. Sed quæres quõ continens ſit contrariũ contento, uidetur. n. ꝙ non, qm̃ tunc poſſet totus ignis aliqñ corrũpi facto cœlo ſibi contrario. Prætereа cœlũ non uidetur ꝙ poſſit fieri aliqñ contrariũ alicui, dicēdũ ꝙ nũꝗ̃ cœlum poteſt fieri toti igni contrariũ nec formaliter nec uirtualiter, ſed bene alicui parti eius, quod continet, ſaltē uirtualiter. Cũ. n. per motũ cœli & lumen adducitur aliqua ſtella, uel aliqua conſtellificatio contraria alicui parti ignis contenti, tunc cœlũ illi parti fit ſuperfluũ & contrarium ſaltem uirtualiter, non poteſt autē conſtellificatio illa uirtualiter eſſe contraria toti igni, ut docent aſtronomi, nulla. n. conſtellificatio poteſt eſſe adeo uľis, ut deſtruat totũ unũ elementũ, cuius cauſas quęre in libro de noſtrarũ calamitatum cauſis. Ad ſecũdum patet ſolutio. Cœlũ. n. non fit cõtrariũ locato formaliter, ſed bene uirtualiter, & nõ modo locus ignis poteſt fieri ipſi igni uirtualiter contrarius, ſed uirtute cœli oĩs locus fieri põt cõtrarius ſuo locato.

*Quamobrem, minor flamma a maiore per accidens deuritur. ꝙ pabulum, fumum ſcilicet quod illa non niſi longo tempore aſſumere poteſt, hæc ocyus inſumat.*

*Quapropter, & minor flamma comburitur a multa ſecundum accidens, quia alimentum quod illa in multo tempore conſumit, fumum, hoc flamma multa cito.*

Sed quæres cũ locus eſt factus contrarius alicui parti corporis contenti, utrum locus ille corrũpat illam partē. Rñdet ꝙ nõ, ſed ꝙ corrũpatur a reſiduo. Imaginatꝛ enim ꝙ a loco extraneato pars ignis graueſiat, & quodãmodo remittatur, & fiat ignis paruus atque remiſſus, tunc uult, ꝙ ab igne reſiduo corrũpatꝛ illa pars, ueluti parua flãma corrũpitꝛ a magna per accidēs, quatenus magna ꝓoccupans fumũ ex quo parua nutritur flãmã paruã corrumpit ſubtrahens illi nutrimētum. unde dicit. Quapropter & minor flãma cõburitur a multa ſm accidens, quia alimentum, uidelicet, fumũ quod illa parua flãma multo tempore conſumit, hoc ipſum flãma multa & magna cito conſumit, & ſic defectu nutrimēti perit parua flãma, ſic pars ignis a loco grauefacta, & quaſi effecta contraria aliĳs partibus ignis corrũpitur ab illis, & tranſit in ſubſtantiã illarꝝ. Hoc ergo pacto poteſt elemētum in ꝑpria ſphæra non totũ, ſed ſm partē corrũpi, quatenus a loco extraneo diſponitur ad contrariũ aliarum partiũ, & tãdem ab illis corrũpitur. Cũ uero dicitur locus eſt conſeruatiuus rei locatæ, dico ꝙ uerũ eſt pro maiori parte, poteſt tñ alicui effici contrarius aduentu noue diſpõnis, & ſic diſponet partē illã ad corruptionē, ita ut corrumpatꝛ a reſiduo. Animaduerte ꝙ ſimilitudo de flãma parua nõ ꝗdrat in oĩb9, ſolũ. n. exēplum illud inductũ eſt ad oſtendendum ꝙ ſimile in ſpecie poteſt ſibi ſimile in ſpecie corrumpere, qñ aliquo modo eſt ſibi diſſimile, ſic in ſphæra ignis una pars poteſt corrumpi ab alia qñ efficitur a loco illi contraria. Alii uero aſſerunt, ꝙ pars ignis grauefacta deſcendit ad ſuperficiem aeris, & ſic ab aere corrũpitur, ſimili ratione dicere poſſumus in aliis elementis, ut poſtea dicetur.

*Quapropter, omnia ſemper in motu ſunt, & ortum aut obitum ſubeunt, cui rei, id quod continendi munere fungitur, uel conferre uel obeſſe ſolet.*

*Quapropter, omnia ſemper in motu ſunt, & fiunt aut corrumpuntur. continens autem, aut cooperatur, aut contraoperatur.*

**Ex his infert. ꝙ hoc ſit ſemper. ſ. ꝙ una pars elemēti in** propria



propria regione corrũpatur, & alia generetur, & ecõtrario fit ſemper, & hoc inquit. Quapropter omnia ſemper in motu ſunt, hoc eſt & fiunt, & corrumpuntur, & hoc uiciſſim & perpetuo. Cuius cauſam affert. Quoniam continens aut hoc tēpore cooperatur conſeruãdo, aut contra operando diſponendo aliquam partem elementi contēti ad corruptionem, uerbum {autem} pro quoniam legendum eſt, nec hoc uideatur contra ſeriem græcam, quoniã Philoponus non ſemel in ſuis cõmentariis ſic exponit, ut notaui uobis hoc anno pluries in libris de generatione.

*Et ob id, quæ locum demutant, ea tempore quidem longiore breuioreue ꝗ̃ ſua ferat natura edurant, ſed ſempiterna nuſꝗ̃ ſunt, quibuſcunque contraria adſint, nam materies, protinus contrarium habet. Quare ſi ſit de prædicamento loci, lationem ſubeunt. ſi uero quantitatis, accreſcunt aut decreſcunt. ſi deniq; qualitatis, alterantur.*

*Et propter hoc, tranſpoſita durabiliora quidem fiunt, & paucioris durationis natura, æterna autem nuſquam quibuſcunque contraria ſint. confeſtim enim materia, contrarium habet. Quare ſi quidem ipſius ubi, ſecundum locum permutãtur. ſi autem quanti, ſecundum augmentum & decrementum. ſi autem paſſionis alter.:ntur.*

Ex his infert cauſam quare quædã ſunt facile & quædam difficile corruptibilia, & quid ſit facile, & quid difficile corruptibilia, & quaſi ſic argumentatur, quoniam locus poteſt fieri locato nunc conueniens, nunc extraneus, atque contrarius, ideo locata trãſpoſita de regione in regionem fiunt aliqñ difficilioris, aliqñ facilioris corruptionis, nam tranſpoſita ad regionem conuenientem, donec illa regio manet conueniens, illa remanebũt, cum ſit extranea, illa corruptioni parabuntur. tranſpoſita uero ad regionem contrariam, facile corrumpuntur. Ex hoc ſequitur ꝙ difficilis corruptionis ſunt, quæcunque manēt diu in locis conuenientibus. Quæ uero manent in locis facile mutabilibus, hæc facile corrumpuntur. unde dicit. Et propter hoc ſcilicet quia locus fieri poteſt conueniens, & cõtrarius facile, & difficile, tranſpoſita de regionę in regionem de loco in locum, durabiliora quidem fiunt, quando tranſponuntur. ſ. ad locum conuenientem, qui diu durat in tali conuenienti diſpõne, & fiunt natura paucioris durationis. ſ. locus ad quem transferuntur, ſit illis contrarius, uel facile mutetur de conuenienti diſpoſitione ad contrariam. Addit, ꝙ licet corpora poſſint fieri de facili corruptibilibus difficile corruptibilia, æterna autem nuſquã fient, illa quibuſcunque contraria ſint, quoniam confeſtim materia contrarium habet. & ſic habens materiam nõ poteſt fieri æternum. Signum autem, quoniam ſi quid habet contrarium in ipſo ubi, permutatur ſm locum, & ſi habet contrarium ſm quantum, permutatur ſm augmentum ſcilicet de paruo ad magnum, & econtrario de magno ad paruũ. Si autem habet contrarium ſm paſſionem, & qualitatem paſſibile, ut ſecundum calidum & id genus, alterantur ergo omne habens contrarium & materiam eſt permutabile, & nõ æternũ. Ex his potes colligere, cãs quare quædam difficilius corrumpantnr, quædam facile. Prima cauſa eſt, quoniam mutantur de regione in regionem, nam ſi mutantur de conuenienti regione ad contraria, in illa paruo tempore durant, & hoc ait Auicenna, ꝙ ſi ethiops, mutetur ſubito de regione ſua in ſcythiam ſubito moreretur, aut infirmabitur. Sin autem contra, de regione contraria mutentur ad conuenientem, longo tempore durabunt. Secunda uero cauſa eſt, quoniam aliqua regio diu durat in ſimili diſpoſitione, & nõ facile mutatur, & corpora tunc, quæ illic degunt, diu durant donec regio illis ſit diſconueniens. Aliqua uero eſt expoſita uariationi facile, & tunc quę in illa degunt corpora, facile corrumpuntur, ſunt autē cauſę iſtę ueræ in hominibus, animalibus, plantis, & omnibus miſtis etiam elementis. Hinc uidemus homines eſſe in aliqua regione longeuos, in aliqua breuis uitæ in aliqua ſanos, in aliqua infirmos uiuere, & huius rei cauſa eſt loci diſpoſitio, quæ aliquibus eſt ſana, aliquibus infirma. Aliquibus conueniens diu, aliquibus facile mutatur de conuenienti ad contrariam diſpoſitionem. Quam rem medici attendere debent, ut Auicenna notauit, qui iuſſit ægrotos, cum diurnis morbis laborauerint regionem mutare, accedereꝗ; ad eius regionem, ſi extra illam ægrotauerit. Obſeruaui Sueſſe aliquãdo homines quaſi coætaneos fere omnes breui tempore mortuos eſſe, ut annis præteritis omnes decrepitos, qui ibi aderant in breuiſſimis diebus quaſi eodem morbo omnes mortuos, quod non ob aliud erat, niſi quia regio illa erat omnibus illis effecta diſcõueniēs. Aliĳs uero alterius ætatis non, uidemus regionem aliquã eſſe iuuenibus contrariam, qui poſtea facti uiri in illa diu uiuunt, ut Neapolis, quæ iuuenibus contraria eſt, ſenibus non ita, uerum de his hactenus. Sed quæritur utrũ ignis in propria ſphæra poſſit corrumpi, & iterum de terræ partibus centralibus. Cãdauenſis imaginatur ꝙ ignis in ſua ſphæra a conſtellatione grauificante atque condenſante, & infrigidante aliqua glebba ignis poteſt graueſcere, & ita moueri deorſum ad locum ſuæ corruptionis ſcilicet ad ſuperficiem aeris. Et cum dicitur ꝙ tunc non corrumperetur in propria ſphæra. Reſpondet ꝙ nõ corrumpitur extra ſphæram, quoniam in eo inſtanti in quo trãſit in ſphęram aeris eſt primum non eſſe eius, & generatio aeris, & ſic non corrumpitur extra ſphæram. Poſſumus etiam dicere, ꝙ non eſt abſurdum ignis glebbam non corrumpi in ſphæra ſua, ſatis autem eſt, ut in ſphæra ſua diſponatur ad corruptionem, ita ut moueatur ad locum ſuæ corruptionis, & hæc uidetur intentio Ariſtotelis in libro meteororum. Hic tamen exiſtimat alteram ignis partem diſponi contraria diſpoſitione alteri, & ita tandem corrumpi ab illa, fieriq; hoc uiciſſim & perpetuo, quatenus locus ſit perpetuo ſic in mutationibus. Ad cuius rei manifeſtationem induxit exemplũ de flamma magna, quæ corrumpit paruam. De partibus uero centralibus terrę ſimili modo dici poteſt, nam poſſunt illę uirtute cœli diſponi diſpoſitione contraria ad alias partes, & tandem ab illis corrũpi. Aliĳ uero dicunt partes centrales fieri poſſe aliquando circũferētiales, quoniam terra ex una parte ſit leuior, & tũc pars illi oppoſita grauior facta mouetur uerſus centrũ, & hoc ſit adeo, ut in longis annorum curriculis centralis pars ſit circũferentialis, quæ poſtea deducta ad locum corruptionis corrumpitur ab elemento proximo, & quoniam hoc tempus eſt longum, ideo difficile partes illę corrumpunt, de aliĳs autem elementis eodem modo dici poteſt, uel ꝙ corrumpantur in propria regione, uel ꝙ moueantur ad loca aliorum elementorum uicinorum, & ab illis corrumpantur, omnia enim hæc probabiliter ſuſtineri poſſunt.

*At neque maxima, corruptioni minus obnoxia ſunt. equus enim, minus temporis ꝗ̃ homo, uiuit. neque puſilla, nam inſectorum plurima, non ultra annum ætatem extendunt.* Neque *plantæ omnino minus ꝗ̃ animalia corruptioni patent. cum nõnullæ, uita ſint annua.* Neque *ſanguinaria. ſiquidem apis, longiore tempore quàm ſanguinea quædam, uiuit. neque exãguia. ꝙ mollia, annua ſint, quãuis ſanguine careant.* Neque *terreſtria. ſunt enim tum e plantis, tum e pedeſtri animantium genere, quæ in anni ſpatium duntaxat ætatem protrahunt.* Ne*que marina. etenim in mari tam teſtacea quàm mollia, parum uiuunt.*

*Erunt autē neque maxima, incorruptibiliora. equus enim, homine, breuioris uitæ. neque parua epeteia enim, multa entomorum.* Neque *plãtæ totaliter animalibus. epeteiæ enim, quædam plantarum.* Neque *ſanguinem habentia lapis enim, durabilior quibuſdam ſanguinem habentibus. neque exanguia. ma*

*lacia enim, epeteia quidem, exanguia autem. Neque quæ in terra. etenim plantæ, epeteiæ ſunt, & animalia greſſibilia. Neque quæ in mari. etenim ibi breuis uitæ, & oſtracera & malacia.*

His ſuppoſitis, nũc accedit ad rem propoſitam hoc eſt ad aſſignandum cauſas longitudinis, & breuitatis uitæ, et primo reprobat cõmunes opiniones, quæ currunt per homines de cauſis longitudinis, & breuitatis uitæ. Quidam igitur crediderunt longioris uitæ eſſe, quęcunq; uiuentiũ corpore ac mole ſunt maiora. Argumento, uidelicet, ꝙ in maiore corpore maior humiditas eſt. Contra quos Ariſtoteles obijcit, & dicit. Neque autem maxima corporei, & mole incorruptibiliora ſunt ſubaudi his, quę mole ac corpore minora ſunt. & dat inſtantiam, cum inquit. Equus enim homine breuioris uitæ eſt, qui homine eſt maior corpore, ac mole. Poſſunt adduci adhuc inſtantiæ infinitæ, de ceruo qui uitæ longioris eſt bone, capti ſunt enim aliq cerui poſt centum annos cum aureis torqueis, quos Alexander Rex eis impoſuerat, cute iam fere ob pinguedinē obductis, & tamen bone ſunt mole minores. De cornice quoq; dicitur ꝙ uiuit nouem ſeculis, ut Ouidius teſtatur. Iuuenalis uero nonigentos annos, quæ multis animalibus minor eſt. Alij dixerunt uiuentium quęcunq; corpore parua ſunt, ac mole eſſe uitę longioris. Argumento ꝙ uirtus humidi unita fortior eſt in minore & denſior, q̃ in maiore corpore. Cõtra quos obijcit Ariſtoteles, & dicit. Neq; parua longioris uitæ ſunt magnis, quoniam multa entomorum, hoc eſt inſectorum, epeteia hoc eſt annua ſunt, ut uermes, qui minores ſunt multis uiuentibus magnis. Alij dixerunt longioris uitæ eſſe plantas animalibus. Argumẽto ꝙ magis reſiſtant temporum mutationibus, & ꝙ reiuueneſcant, & ꝙ earum humidum ſit maius. Contra obijcit, & dicit. Neq; plantæ totaliter, hoc eſt uniuerſaliter ſunt uitæ longioris animalibus, nam quædam plantarum ſunt epeteiæ, hoc eſt annuæ tantum, ut herbę. Alij dixerunt ꝙ longioris uitę ſunt quęcunq; uiuentium ſanguinẽ habent. Argumento, ꝙ calidiora & humidiora ſunt, per quę uita conſiſtit. Contra obijcit, & dicit. Neq; ſanguinem habentia longioris uitæ ſunt exanguibus. Apes enim durabiliores ſunt quibuſdam ſanguinem habentibus, ut paſſeribus, uiuunt enim apes annos decem. de hiſtoria animalium. 6. Alij dixerunt ꝙ exanguia ſunt longioris uitæ, q̃ ſanguinea. Argumento, ꝙ minus putreſcunt, & minus eorum humidum a calido exiccetur. Contra obijcit, & dicit. Neq; exanguia longioris uitę ſunt ſanguineis, quoniã, ut inqt. Malacia hoc eſt piſces molles, ut loligines, ſepiæ, polypi, napilij, epeteia, hoc eſt annua ſunt, quæ tñ exanguia ſunt. Alij dixerunt, quæcũq; uiuentium in terra ſunt eſſe longioris uitæ his omnibus, quæ in mari. Argumẽto, ꝙ calidiora & humidiora ſunt. Præterea de maxime mortificantibus uitam frigidum eſt, quod in aqua cernitur. Contra obijcit, & dicit. Neque quæ in terra uitę longioris ſunt his quæ in mari, quoniam plantæ & quædã animalia greſſibilia, ſunt epeteia, hoc eſt annua. Præterea minus habent aquatilia de humido aereo ac ſanguineo. unde Plinius lib. 9. cap̃. 3. ait longiſſimam eſſe uitam piſcium, nam teſte anneo Seneca poſt. 60. annum piſcẽ uixiſſe tradit. Alij dixerunt contra ꝙ ea, quę in mari ſunt longioris ſunt uitæ, quia ſunt in continente uniformiori & ipſa humidiora. Contra obijcit, & inquit. Neq; quę in mari ſunt his, quæ ſunt in terra uitæ longioris, quoniam ibi breuius uitæ ſunt oſtracera, & malacia, quum uix annua ſint. Hęc de confutatione popularium opinionum.

*Sed in totum quæ diutiſſime uiuant, ea in ſtirpium genere continentur, ut palma & cupreſſus. mox in ſanguineo genere animalium potius, q̃ in exangui, & in pedeſtri, q̃ in aquatili. Quare & illis duobus iunctis, in ijs quæ ſanguinea pariter & pedeſtria ſunt, ea haberi ſolent quæ inter animalia longiſſime uiuunt, ut homo atque elephas. Quin & uaſtiora quod maiori ex parte dixerim, diutius q̃ minora uiuunt. nam & cæteris quæ uiuaciora ſunt, perinde atque iis quæ modo retuli magnitudo adiuncta eſt.*

*Omnino autem quæ longiſſimæ uitæ, in plantis ſunt, ut palma & cypreſſus. & in ſanguinem habentibus animalibus magis, q̃ in exãguibus, & ingreſſibilibus, q̃ in aquatilibus. Quare & combinatis, in ſanguinem habentibus & greſſibilibus, quæ longiſſimæ uitæ animalium ſunt, ut homo & elephas. Et utique quæ maiora, ut ad plus dixerim, minoribus longioris uitæ, etenim & aliis accidit quæ longioris uitæ ſunt, magnitudo, ſicut & dictis.*

Confutatis falſis opinionibus de cauſis longitudinis & breuitatis uitę, nunc accedit ad ueram opinionẽ de cauſis, & primo enumerat ea, quæ longioris, & quę breuioris uitæ ſunt ut in pluribus. Poſtea ad rem accedit, de prima parte inquit. Omnino autẽ hoc eſt uniuerſaliter ut in pluribus, quæ longiſſime uitæ ſunt, in plantis ſunt, quaſi dicat ꝙ plantę animalibus ut in pluribꝰ lõgioris uitæ ſunt, ut palma dactylifera, & cupreſſus, quærcus quoq;, & caſtanea, & pynus, & aliæ complures. Dicit ſecundo ꝙ longiſſimæ uitæ in animalibus magis ſunt in ſanguinem habentibus q̃ in exanguibus Dicit tertio ꝙ longiſſimæ uitę de ſanguineis magis ſunt in greſſibilibus, q̃ in aquatilibꝰ. Ex his infert ꝙ longiſſimæ uitæ animalium inſunt combinatis ex ſanguinem habentibus, et greſſibilibus, ut homo, & elephas. Tradit enim Ariſtoteles elephãtum uiuere ducentos annos, quoſdam uero trecentos. Homo uitæ lõgiſſimæ eſt, ut teſtis eſt Neſtor rex, qui uixit trecẽtos annos. Galenus medicus centum & quadraginta annos uixit. Auenzoar, ut narrat Auer. uixit cẽtum & quinquaginta. Vterq; enim abſq; morbo, ſalo ſenio defecit. ꝙ ſi ita eſt, oportet dicere, nec cornicem, nec ceruum, nec ſerpentem uiuere tot annos, quot fabulantur homines uel poetæ eos uipere. Dicit quarto, ꝙ animalia maiora pro maiore parte uiuaciora ſunt minoribus, nã, ut inquit, alijs hoc eſt quibuſdam accidit magnitudo, quę longioris uitæ ſunt, ſicut accidit & dictis homini & elephanti, uel ſic, etenim alijs ſcilicet ab homine & elephanti accidit magnitudo ſicut accidit dictis ſcilicet homini & elephanti, quæ tamen lõgioris uitæ ſunt, ut bubalis. Hæc de differentia longeuorum, ut in pluribus ſatis.

*Horum omnium cauſam, hinc intueri licet.*

*Cauſam autem de his omnibus, hinc utique quis contemplabitur.*

Dixit ꝙ pro maiore parte ſanguinea greſſibilia ſunt lõgioris uitæ. Amplius dixit ꝙ maiora ex his minoribꝰ ſunt longioris uitæ. proponit nunc de his utriſq; cauſas uelle aſſignare, & dicit. Cauſam autem de his omnibus hic utiq; quis contemplabitur.

*Intelligendum enim eſt, animal natura humidum calidumque eſſe, cuiuſmodi uita quoque ipſa habetur. at ſenectus, & quod emortuum eſt, obareſcit algetque. ſic enim habere cernitur. Hæc etiam, calidum inquam, frigidum, humidum, & ſiccum, materiam corporibus quæ in rerum natura ſunt, ſuppeditant. neceſſe eſt itaque ea, dum ſeneſcunt, inareſcere.*

*Oportet enim accipere, q, animal eſt natura humidum & calidum, & ipſum uiuere tale. ſenectus autem, frigida & ſicca, & quod mortuum. Videtur enim ſic, materia autem corporum exiſtentibus, hæc, calidum & frigidum & ſiccum & humidum. neceſſe igitur ſeneſcentia, deſiccari.*

Cum propoſuiſſet aſſignare cauſas, nunc exequitur & primo



primo præmittit tria proloquia. Primũ eſt, ꝙ omne animal & uniuerſaliter omne uiuens eſt calidum & humidũ, & uiuit per calidum & humidum. Secundum eſt, ꝙ ſenectus eſt frigida & ſicca. primum accipitur ex libro de generatione, quoniam nullum uiuens poteſt uiuere niſi nutrimentum conuertatur in humidum. At conuerſio hęc fit per calidum, ergo omne uiuẽs oportet ut ſit calidum, quo perficiatur nutritio, & humidũ, in quo pabuletur calidũ. 2. accipit ex experientia mortuorum quæ ſunt frigida & ſicca, quare ſeniora quę magis morti propinquiora ſunt frigidiora & ſicciora ſunt. unde dicit. Oportet enim accipere ꝙ animal eſt natura humidum & calidum, & ꝙ ipſum uiuere ſit tale. ſ. per calidum & humidum, hoc eſt primum. accipit ſecundum, & inquit Senectus autem frigida & ſicca eſt, quod & mortuum ita eſſe declarat, quod eſt frigidum & ſiccum. Sed dices ſi ita eſſet, tunc uiuentibus non eſſent neceſſaria alia, niſi calidum & humidum, & ſic nec frigidum nec calidum neceſſarium eſſet uiuentibus. Reſpõndet, & inquit. Videtur enim ſic materia corporum exiſtentibus. hæc uidelicet, calidum & frigidum, & ſiccum & humidum. quaſi dicat. licet animal & uiuens ſit per calidum & humidum, tamen his, quæ exiſtunt de numero corporum hęc uidetur materia, uidelicet, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, & ita non ſufficiunt ſolum calidum & humidum, ut. 2. libro de generatione dictum eſt, & probatum, nam licet prædominanter uiuens ſit per calidum & humidum, tamen alia etiam requiruntur, ut probatum eſt. 2. de generatione. Concludit itaq;. 3. proloquium ꝙ ſeneſcentia neceſſe eſt exiccari, & hoc eſt quaſi. 3. ſuppoſitio, nam ſi ſenectus eſt ſicca, ſequitur ꝙ quæ ſeneſcunt, atque accedunt ad ſenectutem, exiccantur continuo, & frigeſiunt. Ex his tribus ſuppoſitionibus uult habere cauſas longitudinis & breuitatis uitæ in genere, & ut in pluribus, ut dicetur. Dico, ut in pluribꝰ, quoniam fallunt cauſę, ut dictum eſt. Cauſa igitur longitudinis uitæ eſt tarda humidi exiccatio, quoniam humidum exiccari eſt ire ad ſenectutem, breuitatis uero cauſa eſt uelox humidi exiccatio, quibus enim uelociter humidum exiccatur, hęc breuis uitæ ſunt. Hæc de cauſis uult habere uniuerſaliter, & ut in pluribus, ut ſtatim dicemus.

*Quocirca, & humidum eſſe tale conuenit ut non facile ſiceſcat.*

*Quapropter, & oportet non facile deſiccabile eſſe humidum.*

Iis ſuppoſitionibus ſtantibus, concludit cauſam longitudinis uitæ ut in pluribus, & dicit. Quòd ad hoc, ut uiuens pro maiori parte ſit longeuum eſt, quoniam humidum eius, non facile exiccabile eſt. Cũ uero facile eſt exiccabile, eſt cauſa, ut uiuens cito ſeneſcens ſit, & ſic eſt cauſa, ut breuis uitæ ſit. unde dicit. Quapropter & oportet nõ facile deſiccabile eſſe humidum ſubaudi ad hoc, ut uiuẽs ſit longeuum, ad hoc uero, ut ſit breuis uitę oportet, ut humidum facile exiccabile ſit, hac ratione homo eſt longioris uitæ, quàm equus, quoniam humidum humanum tardius eſt aptum exiccari, humidum uero equinum citius. Hac quoque cupreſſus longioris uitæ eſt cæteris, quoniã eius humidum eſt difficilius exiccabile.

*Et ob id, pinguia putreſcere non ſolent. Cuius rei cauſa eſt, q, ea ſunt aeris. aer autem, ad reliqua ignis eſt, qui haudquaquam putris reddi poteſt.*

*Et propter hoc, pinguia, imputribilia. Cauſa autem, quòd aeris. aer autem, ad alia, ignis. ignis autem, non ſit putridus.*

Aſſignata cauſa, dat conditiones quas debet habere humidum ad hoc, ut difficile exiccetur, & primo ex parte qualitatis, ſecundo ex parte quantitatis. Ex partę qualitatis, uult ꝙ humidum ſit difficilis exiccationis, quando eſt uiſcoſum, aereum ac unctuoſum, cuius ſignum eſt ꝙ pinguia ſunt minus putribilia, quoniam ſunt magis humida & aerea. unde inquit. Et propter hoc pinguia imputribilia ſunt, cuius cauſa eſt, ut inquit ꝙ aeris naturæ ſint, qui aer ad alia elementa ſcilicet aquã & terram ſe habet, ut ignis. Conſtat autem ignem non fieri putridum, ergo nec aer, qui aut eſt ignis, aut ſe habens, ut ignis, ergo nec pingua, in quibus aer prædominatur. Quo uero ad modum procedendi Ariſtotelis animaduerte, ꝙ conſuetudo Ariſtotelis eſt aſſignare aliquando cauſam alicuius quæſiti, ut ex illa ſumat ſuum propoſitũ, & hoc pacto fecit habere, quęſitum enim eſt cur pingua minus putribilia ſunt, Soluitur problema, quoniam ſunt magis aerea, nam aer minus putribilis eſt poſt ignem, & quoniam aerea ſunt humida unctuoſa, ideo ſumit conditionem humidi ad hoc, ut ſit minus exiccabile, & eſt, ut ſit aereum unctuoſum, quæ conditio accipitur ex parte qualitatis. Quo uero ad uerba attinet, per pinguedinem Ariſtoteles non axungiam intelligit, quæ eſt flegmatica & frigida, ſed pinguedinem carnoſam aeream, quæ eſt humida unctuoſa, hæc eſt minꝰ exiccabilis ac minus putribilis. Vtrum uero humidum aereum ſit minus putribile. 3. libro meteororum diſputatur, nunc uero ſatis ſit locum oſtendiſſe. Amplius per unctuoſum etiam intelligo uiſcoſum, nam unctuoſum proprie dictum eſt inflammabile atque facile euaporabile, ab uiſcoſum nõ de facili eſt infrigidabile nec euaporabile a calido continentis, nec inflammabile a calido innato, & ita magis reſiſtit cauſis corruptiuis, oportet ergo humidum bonum in quali ſecundum diſpoſitionem eſſe aereum unctuoſum uiſcoſum. hæc de qualitate diſpoſitionis humidi, qua ſit aptum longitudini uitæ, utrum uero ſint alię qualitates attendendæ, poſterius dicetur.

*Rurſum, non paucum eſſe humidum oportet. quod enim paucum eſt facile exareſcit. Ideoque magnæ & animantes & plantæ, ut in uniuerſum dixerim, plus temporis uiuere conſueuerunt, quemadmodum dictum eſt antea. nam ratione optima euenit, ut quæ maiora ſunt, plus habeant humidi.*

*Neque rurſum paucum oportet eſſe humidum. facile ſiccabile enim, quod paucum. Quapropter & magna & animalia & plantæ ut uniuerſaliter dicam, longioris uitæ, quemadmodum dictum eſt prius. rationabile enim, maiora plus habere humidi.*

Venatur conditionem bonitatis ex parte quanti, & dicit. ꝙ humidum longitudini uitæ aptum non debet eſſe paucum, quoniam quod paucum eſt facile exiccabile eſt, quatenus paucum. unde inquit. Neq; rurſus paucũ oportet eſſe humidum, quoniam, ut inquit. Ipſum humidum quod eſt paucum facile exiccabile eſt merito ſuę paucitatis. Et notanter dico merito paucitatis, quoniam merito proportionis ad calidum poſſet eſſe difficilioris exiccationis, ut poſtea dicetur. Affert ſignum ſoluendo quæſitum ſuperius aſſignatum. & dicit. Quapropter & magna, & animalia & plantæ ut uniuerſaliter dicam, non ad ſpeciẽ deſcendendo, ſunt longioris uitæ, ut prius dictum eſt, quoniam rationi conſonum eſt maiora cæteris paribus, ſubaudi tu plus habere humidi, dico cæteris paribus quo ad dẽſitudinem, & rectitudinem. Hæc de conditione bonitatis ex parte quanti.

*At non ſolum propter hoc, uita ſunt longiore. duæ enim ſunt cauſæ, quantitas & qualitas. id eſt modus & genus. Proinde non ſolum oportet humidum eſſe multum, ſed etiam calidum, ut ne facile aut congelaſcat, aut reſiccetur. Hac de cauſa, diutius homo q̃ maiuſcula quædam animalia uiuit. nam quæ humidi copia uincuntur, ſi maiore proportione per qualitatem*

*ſuperent quàm per quantitatem uincantur, ea ſane uiuaciora ſunt.*

*Non ſolum autem propter hoc: longioris uitæ. duæ enim cauſæ: & quantum & quale. Quare oportet non ſolum multitudinem eſſe humidi: ſed hoc & calidum, ut neque facile congelabile, neque facile deſiccabile ſit. Et propter hoc: homines longæ uitæ magis quibuſdam maioribus. longioris enim uitæ ſunt quæ deficiunt multitudine humidi: ſi pluri ratione excedant ſecundum quale quam deficiant ſecundum quantum.*

Ad hoc, ut humidum ſit uitæ longæ, aptum ex parte qualitatis, duę ſunt rationes: diſpoſitio, uidelicet, aerea uiſcoſitas, & proportio ad calidum Nam humidum longæ uitę aptum debet ad calidum habere debitam proportionem, quoniam ſi humidum eſſet magnum & calidum paucum, calidum cito ſuffocaretur, & humidũ cito congelaretur. Sin autem calidum multum, & humidum paucum, humidum cito exiccaretur. unde inquit. Non ſolum autem propter hoc. ſ. multitudinem humidi uiuentia ſunt longioris uitę: nam duę ſunt cauſæ & quantum & quale; & quoniam quale duplex ratione diſpoſitionis. ſ. uiſcoſitatis aereæ, & ratione proportionis ad calidũ: ideo oportet, ut inquit. Non ſolum multitudinem eſſe humidi: ſed hoc eſſe calidum, hoc eſt bene proportionatum calido: ut neq; facile congelabile ſit, & hoc ſi ipſum humidum eſſet multum, & calidum paucum: neq; facile deſiccabile, & hoc ſi humidum eſſet paucum, & calidum multum: oportet ergo eſſe proportionatum, ad calidũ. Hinc ſoluit quæſitum, cur homo eſt longioris uitæ equo, & boue, cum ſit illis minori humidum minus habens, reſpondet hoc eſſe quia humidum hominis ad eius calidum eſt lõge melius proportionatum, quàm humidum equorum ſit maius humido humano: unde dicit. Et propter hoc homines longę uitę eſt magis quibuſdam maioribus. ſ. equo, & boue. Et dat cauſam, & dicit. quia longioris uitæ ſunt, quę deficiunt in multitudine, & quantitate humidi: modo pluri, ac maiore proportione excedat ſecũdum quale, quam deficiant ſecundum quantum. unde licet humidum humanum deficiat, in quanto ab humido equi, & bouis, excedit: tamen illud longe magis in bonitate proportionis, quam illud excedat ipſum in bonitate quantitatis. Eſt enim duplex bonitas qualitatis, uidelicet, & quantitatis: humidum equi excedit humanum bonitate quantitatis, humanum uero excedit illud bonitate qualitatis, & longe magis quam humidum equinum humanũ excedat bonitate quantitatis. Ex his patet, quòd humidum longę uitę aptum ad ſiccum & ad frigidum etiam debet habere rationem, non enim debet eſſe adeo ſiccum, ut cito exiccetur: nec ita frigidum, ut uelociter congeletur: ergo humidum parum ſicco, & parum frigido permiſtum ad calidum habens debitam proportionem eſt uitę longæ aptum. Si enim non haberet de ſicco, non eſſet uiſcoſum, & ſi non haberet de frigido, eſſet cito inflammabile. Ariſtoteles autem de proportione humidi ad ſiccum, & ad frigidum non loquitur, ſed eam dat intelligere ex alijs conditionibus: ut patet: quibus manifeſtum eſt humidum, quod eſt difficilis exiccationis eſſe bonum in quanto & quali. In quanto, ut ſit multum. In quali uero dupliciter, in proportione ad calidum: & in diſpoſitione. In diſpoſitione quidem, ut ſit aereum, unctuoſum atq; uiſcoſum ſicci ac frigidi non nihil habens. In proportione autem, ut ſit calidum ad humidum non multum: nec contra humidum ad calidum. Vtrum uero in quali debeat eſſe aliter diſpoſitum, poſterius dicemus.

*Calidum autem ipſum: in nonnullis pingue habetur: quæ res ſimul efficit: ut neque facile inareſcat, neque facile refrigeretur. in nonnullis alio ſucco præditum eſt.*

*Eſt autem aliquibus quidem calidum: pingue. quod ſimul facit: & non facile ſiccabile, & non facile infrigidabile: quibuſdam autem: alium habet humorem.*

Declarauit, quòd humidum ſi debeat eſſe longæ uitæ conueniens: debet eſſe calidum, & quoniam calidum eſt multiplex: exponit, quale calidũ debet eſſe cum humido, ſi debet calidum ipſum, & humidum eſſe longæ uitę conuenientia: & uult ꝙ animalibus poſſit ineſſe duplex calidum, aut pingue, aut alium habens humorem quam pinguem, cum calidum eſt commixtum humido pingui, tale eſt longæ uitæ conueniens, quoniam non eſt facile exiccabile, nec facile congelabile, ſiue infrigidabile: cum uero eſt commixtum alteri humori quam pingui ut aqueo uel flegmatico, aut terreſtri ſicco, non eſt uitæ cõueniens. unde dicit. Eſt autem aliquibus uiuentibus quidem calidum ipſum pingue, aereum, & hoc eſt ſubaudi longę uitæ idoneum: quoniam tale calidum mixtum humido non facile exiccabile eſt, nec facile infrigidabile: quibuſdam autem uiuẽtibus calidum alium habet humorem. ſ. flegmaticum aqueum, & tale non eſt longę uitæ idoneum: tale enim humidum eſt craſſum, atque frigidum facile infrigidabile, & congelabile. bene ergo dictum eſt calidum mixtum humido aereo eſſe uitę longæ idoneum.

*Præterea oportet ut quod haud facile corruptibile ſit: nequaquam excrementis abundet. quod enim tale eſt: aut ui morbi, aut ſuapte natura interimitur: nam excrementorum uirtus atque facultas, uicem ſubit contrarij: atque interdum naturam ipſam. interdum partem corrumpit.*

*Item oportet futurum eſſe non leuiter corruptibile: non ſuperfluificum eſſe. interimitur enim quod tale: aut languore, aut natura. contraria enim eſt ſuperfluitatis uirtus: & corruptiua, hæc quidem natu[illegible] hæc autem particulæ.*

Tertia conditio ex parte qualitatis eſt, ut humidũ ſit purum, non mixtum ſuperfluitatibus extraneis: nã ſi eſſet mixtum extraneis ſuperfluitatibus: facile eſſet corruptibile, aut languore, & morbo: aut natura. Languore quidem ſi ſuperfluitas eſſet relegata ad aliquam uiuentis particulam: nam in illa fieret languorem pernicioſum. natura, uero, ſi ſuperfluitas eſſet diffuſa cum tota humidi ſubſtantia. unde inquit. Item oportet futurum humidum calido commixtum non eſſe leuiter corruptibile, alioquin non eſſet longę uitę aptum: ideo oportet ſubaudi tale humidum non ſuperfluificum eſſe, ſed purum: quoniam ut inquit, humidum quod eſt tale, interimitur. Aut languore hoc eſt morbo particulari particulæ determinatę, aut natura hoc eſt morbo uniuerſali. Cuius cauſam affert, & inquit. Quoniam uirtus ſuperfluitatis, hoc eſt humor ſuperfluus uigoroſus, eſt contrarius, hoc eſt præternaturalis, & corruptiuus, hic quidem naturæ, quando fuerit diffuſus tota humidi naturalis ſubſtantia in uenis: hic autem particulæ, ſi fuerit non diffuſus cum tota humidi ſubſtantia, ſed relegatus ad particularem locum faciens ibi apoſtema, aut alium particularem morbum. Quo uero ad uerba attinet, animaduerſione dignum morbum eſſe duplicem, totalem ac uniuerſalem, ut febrem: particularem, ut apoſtema: quando ergo humidum eſt impurum, uel eſt impurum in tota eius ſubſtantia, & ſic facit morbum uniuerſalem: aut in aliqua parte corporis, & ſic facit morbum particularem. Propterea Ariſto. inquit, quod tale eſt. ſ. humidum impurum interimitur, aut natura, hoc eſt morbo uniuerſali, aut languore, hoc eſt morbo particulari. Dicit̃ enim uniuerſalis morbus, natura ab Ariſtotele, qm̃ eſt uniuerſale principium læſionis omnium membrorum: ut enim natura eſt principium omnium motuum: ſic morbus uniuerſalis eſt principium omnium læſionum. Dicitur etiam natura: quoniam ſicut forma, quæ eſt na- *[Duplex morbus.]*
tura: ineſt toti materiæ, ita morbus uniuerſalis ineſt toti corpori. Amplius dicitur natura, quoniam non cum tanto dolore, cum quanto eſt morbus particularis: aut dicitur natura, quia eſt totum animal, aut totum uiuens ſaltem potentialiter, & affectiue: uel aliter & melius uerba Ariſtotelis. Interimit̃ enim quod tale. ſ. humidum aut languore, hoc eſt ratione partis languidæ, aut natura, hoc eſt aut ratione ſubſtantiæ totalis: & ſic per naturam intelligit totam ſubſtantiam eius: per languorem uero particulam uel mẽbrum eius lãguidum. *[De læſiõe nota.]* Animaduerſione quoq; dignum eſt, ꝙ poteſt eſſe læſio in particula corporis, non exiſtente peccato humorum in toto, ut medici aſſerunt. Ideo humor poteſt eſſe ſuperfluus in particula aliqua corporis, & non in toto. *[Quale humidũ longæ uitæ idoneum,]* Ex his colligitur ꝙ humidũ uitæ longæ idoneum debet eſſe bonum in quanto, & quali: in quanto quidem, ut ſit multum. In quali uero tripliciter, in diſpoſitione ſubſtantiæ, ut ſit aereũ, unctuoſum, uiſcoſum. In proportione ad calidum, ut nec excedat calidum, nec excedatur multum. In diſpoſitione accidentium ut ſit purum, non ſuperfluificum. *[Quæſita ſoluuntur.]* Ex his quoq; ſoluuntur omnia quęſita, quoniam differentiæ uitarum in longitudine & breuitate ex differentijs humidorum in quanto & quali proficiſcuntur: differentiæ uero humidorum in quanto & quali ex differentijs formarum ſecundum ſpeciẽ exoriuntur, quæ non poſſunt ſtare in materijs, niſi mediãtibus humidis ſic in quanto & quali conſtitutis. *[Dñæ uitarum,]* Hac ratione nonnullæ plantę uiuaciores ſunt animalibus, nonnulla animalia uiuaciora nonnullis plantis, nonnulla terreſtria uiuaciora nonnullis aquatilibus, nonnulla aquatilia nonnullis terreſtribus. *[Anni & tẽpora uitarum,]* Hac ratione nonnulla uiuunt anno, nonnulla pluribus annis, nonnulla die alia pluribus diebus, quoniã humidum quibuſdam non ad maius tempus pro uita calido eſt proportionatum. Sequitur etiã ꝙ unaquęq; uiuẽtis ſpecies limitat ſibi certum ſuę uitæ tempus, quod nullum eiuſdem indiuiduum progredi poterit, ut Philoponus cõcludit. ij. libro de [illegible]eratione, bene autem abbreuiare: cuius cauſas diximus in ij. de generatione, & hic poſtea dicemus. Hæc de ſolutione quęſitorum in genere. *[Vtrũ duæ ſpẽs poſſint per ſe eſſe æquelongeuæ.]* Sed quæritur utrum duæ ſpecies poſſint eſſe per ſe æquelongeuæ. Dicendum ꝙ non, quoniam cuiuſq; ſpeciei eſt aliqua proportio propria plurium qualitatũ, per quam ſtat eius uita: ut alia eſt in homine, alia in equo, alia & in alijs: ſic ꝙ ſpecies non poſſit ſaluari in alia proportione, & hoc quia eſt talis ſpecies. Sed quod eſt propriũ alicui ſpeciei non poteſt idem ſpecie reperiri in alia ſpecie, ut. ij. de cælo aſſerit Auer. ſed longitudo uitę conſequitur talem primarum qualitatum proportionem: proportio autem non eſt eadem ſpecie in omnibus uiuentibus: ideo nõ poſſunt duo uiuentia eſſe æquelongeua.

*Quapropter quæ ſalacia ſunt, & ſemine redundant: ocyſſime ſeneſcunt. nam ſemen, excrementum eſt: & inſuper, cum prodit aſiccat. Ob idq;: mulus equo & aſino ex quibus procreatus eſt, plus temporis uiuit. & fœminæ, maribus: ſi mares ſalaces ſint. Quocirca & in paſſerum genere: mares breuiorem quàm fœminæ uitam obtinent.*

*Quapropter coitiua, & multis ſpermatis: ſeneſcunt cito. ſperma enim, ſuperfluum: & amplius, deſiccat emiſſum. Et propter hoc: mulus eſt longioris uitæ equo & aſino, ex quibus genitus eſt. & femellæ, maſculis: ſi coitiui ſint maſculi. Quapropter & paſſeres maſculi: breuioris uitæ femellis.*

Cum aſſignaſſet cauſas longæ ac breuis uitæ in generali, nũc ad ſpecies accedit, & declarat in particulari, quæ animalia lõgeũa: quæue breuis uitæ ſunt. Et primo ponit hanc concluſionem. Animalia ſalacia multumq; coitiua, atque multi ſpermatis. cito ſeneſcunt. probatur: quoniam ſperma eſt ſuperfluum alimenti ultimo concocti. ergo in animalibus ſalacibus natura in ſperma potius cõuertit nutrimentum, quã in ſubſtantiam nutriti: non enim poſſent eſſe multi ſpermatis, niſi natura regitiua plus de nutrimento mitteret ad ſperma, quã in ſubſtantiam nutriti. Hoc autem facit ad diminutionem humidi: ergo ad uitæ breuitatem. Amplius etiam ſperma exiccat emiſſum: ergo multũ coitiua cito exiccantur: & ſic cito ſeneſcunt. Quo uero ad uerba attinet, animaduerſione dignũ, animalia poſſe eſſe multi ſpermatis dupliciter: aut natura: quoniam natura ſunt multum coitiua, & hęc ſunt a natura ex tota ſpecie breuis uitæ, quoniam natura regitiua plus de nutrimento in ſperma quã in humidum uitale tranſmittit: & quo ad hãc partem ualet prima ratio. Aut poſſunt eſſe multi ſpermatis ab accidẽte, utpote ex uſu multi coitus. Sunt enim aliqui homines, qui natura ſunt parum ſalaces, uſu uero fiunt ſalaces, & iſti ſunt breuis uitæ per accidens non ex tota ſpecie, quoniam emittentes ſperma exiccantur. Hac ratione Ariſtoteles in libro problematum ait eos, qui frequentant coitum exolui, fieriq; infirmiores cæteris: & eadem particula ait ꝙ ſalaces hi ſint, quibus pili palpebrarum cadunt, & qui calui fiunt: quoniam cum exiccentur exitu ſpermatis, deficiunt humores in capite, & eius partibus. *[pti.4. pbl.21. pbl.18.]* Hac eadem ratione eadem particula aſſerit, omniũ animalium hominem maxime poſtq̃ concubuit, diſſolui & lãgueſcere, quoniam, ut inquit, ſemen proportione ſui corporis, plurimum emittit. *[pble.6.]* Probat autem concluſionem ſuam Ariſtoteles a ſigno ſoluens problema propter quid mulus eſt aſino & equo, e quibus genitus eſt longioris uitę. Reſpõdet, & inquit. Et propter hoc mulus eſt, longioris uitæ equo & aſino, a quibus genitus eſt, unde libro de animalibus mulum uixiſſe Ariſtoteles narrat annis. 80. Aliud problema propter quid femellæ ſunt longioris uitæ maſculis ſalacibus. Reſpondet ꝙ propter eandem cauſam. Aliud. propter quid, paſſeres maſculis femellis breuioris uitæ ſunt. Reſpondet propter eandem cauſam, quoniam aſinus & equus, & paſſeres, & omnino maſculi ſalaces nimis ex coitu exiccantur: & ita cito ſeneſcunt. Vix enim maſculi paſſeres ad tertium annum uiuunt: ut Ariſtoteles inquit libro de animalibus. Dixit autẽ femellas eſſe longiores uita maſculis non abſolute, ſed ſalacibus: quoniam mas eſt femella in genere hominis longioris uitę, ut Ariſtoteles dicit. *[Signũ hominis ſalacis potiſſimum.]* Ex his accipitur, ꝙ ſignum potiſſimũ ſalacis hominis, quod ſumitur a caſibus, eſt poloſitas, & maxime circa coxas: ut Ariſtoteles inquit libro problematum, ſignificat enim poloſitas humiditatem ſpermaticam, ac ſuperfluam nimis in corpore dominari, & maxime quando fuerit circa coxas. *[pti.4. pbl.31.]* Colligitur ſecundo, ꝙ de optimis præceptis pro retardanda ſenectute: & conſeruanda ſanitate eſt moderatio coitus.

*Adde etiam quod quicunque mares laborioſi ſunt: amplius laboris nomine, ſeneſcere ſolent. labor enim: exiccat. ſenectus autem: ſicca eſt.*

*Adhuc autem & quicunque laborioſi maſculorum etiam propter laborem ſeneſcunt magis. deſiccat enim: labor. ſenectus autem: ſicca eſt.*

Secunda concluſio etiam in particulari, maſculi qui laboribus premuntur: ſunt breuioris uitæ alijs maſculis, qui minus laborant: etiam aliquibus femellis: probatur, quoniam labor cum nimium excreuerit, exiccat: exiccari uero eſt ſeneſcere, cum ſenectus ſicca ſit. Quo uero ad uerba attinet, differẽtia eſt inter laborem, ꝙ exercitium. Labor eſt motio corporis uiolenta, in qua multum reſoluitur de ſpiritibus. 2. libro de Cœlo. *[cõm.3.]* Exercitiũ uero eſt motio corporis, uel aliquid loco motionis ordinatũ ad conſumptionem ſuperfluitatum: ut prima particula problematũ colligitur: *[pbl.53.]* ideo labor exiccat, exercitium humectat, labor facit ſeneſcere, exercitiũ uero iuueneſcere. Animaduerte tamen, quòd labor cõuenit corporibus frigidis flegmaticis multarum ſuperfluitatum, quoniam per laborem exiccantur. Et ſicut labor facit ſeneſcere, ita ira, & accidentia animæ triſtia faciunt ſeneſcere, cibus quoq; & po-

tus, quibus ineſt uirtus exiccatiua: & amplius uſus pharmacorum, maxime eum fuerint ſolutiua, exiccant enim pharmaca nimium. Preterea flobothomia, & ſanguinis minutio omnia enim hæc faciunt cito ſeneſcere.

*Natura tamen mares, ut in uniuerſum dixerim: uiuaciores fœminis ſunt. Cuius rei cauſa eſt: quòd mas fœmina calidior ſit.*

*Natura autem & ut ad omne dicam, maſculi: femellis longioris uitæ. Cauſa autem: quia calidius animal maſculus eſt quàm femella.*

Tertia concluſio licet per accidens maſculi femellis posſint eſſe uitæ breuioris, aut labore, aut coitu, aut uſu aliorum exiccantium, natura tamen maſculus eſt longioris uitæ femella. Cauſa autem eſt, quoniam maſculus eſt calidius animal femella. utrũ uero in omnibus ſit ita intelligendum: poſtea uidebitur.

*Eadem etiam animalia: tepidis locis plus temporis quàm frigidis.*

*Eadem autem, in calidis, longioris uitæ ſunt quàm in frigidis locis, propter eandem cauſam.*

Quarta concluſio, eadem animalia ſpecie, quæ ſunt in calidis locis, uiuaciora ſunt ſibi ſimilibus in locis frigidis: probatur propter eandem cauſam, quoniam a continente ſunt calidiora. Quæ uero ſunt in locis frigidis a continente ſunt frigidiora. utrum autem hoc ſit uerum: dicetur poſtea.

*Illa ipſa cauſa quà quæ maiore ſunt corpore uiuunt. & eorum maxime quæ natura frigida ſunt magnitudo conſpectior redditur atque inſignior. Quapropter: & calidis locis ſerpentes, lacerti, & corticata, necnon in mari rubro teſtata omnia, mira quadam magnitudine augentur. calida namque humiditas: uitæ ac incrementi cauſa exiſtit. Locis autem prægelidis: humiditas animantibus indita, aquoſior eſt. Quamobrem: facile congelaſcere poteſt.*

*Propter quam quidem & maiora: & maxime notabilis magnitudo animalium frigidorum ſecundum naturam. Quapropter & ſerpẽtes & lacertæ & pholidota: magna ſunt in calidis locis, & in rubro mari oſtracoderma: augmenti enim: calida humiditas cauſa, & uitæ. In frigidis autem locis: magis aqueum eſt humidum quod in animalibus eſt. Quapropter: facile congelabile.*

Ex his ſoluit quæſitum, ut ex ſolutione eius habeat ſuum intentum: & quærit propter quid animalia in locis calidis ſunt maiora, & notabilioris magnitudinis ſecundum naturam, animalibus ſibi ſimilibus in locis frigidis, & hoc inquit. Propter quã quidem cauſam animalia quæ ſunt in calidis locis maiora ſunt ſibi ſimilibus in frigidis: & propter eandem cauſam maxime notabilis magnitudo eſt animalium frigidorum exiſtentium in locis calidis quàm ſit magnitudo animalium frigidorum ſecundum naturã, exiſtentium in locis frigidis. Affert ſignum ex ſerpentibus, lacertis, & corticatis animalibus, quæ in locis calidis magna ſunt, in frigidis uero parua. unde dicit. Quapropter & ſerpentes, & lacertæ & pholidota, hoc eſt corticata magna ſunt in calidis locis, & in rubro mari magna ſunt oſtracoderma, hoc eſt teſtata, quoniã, ut inquit, augmenti & uitæ calida humiditas cauſa eſt, in frigidis autem locis magis aqueum eſt humidum, quod in animalibus eſt, quapropter eſt facile congelabile, & ſic facit ad

Quæſtio ſi habitãtes calida loca ſint longioris uitæ.

paruitatem, & ad extinctionem calidi. Sed circa hæc quæritur primo utrum animalia exiſtentia in calidis locis uiuaciora ſint ſibi ſimilibus in ſpecie exiſtentibus in locis frigidis. Galenus, & Auicenna afferunt quòd habitantes in regionibus frigidis ſunt audaces, & bene digerentes &

2. primi.

diu uiuentes, & ſubtiliũ ſpirituũ: in calidis uero dicit Auicenna homines ſeneſcere. 30. anno. Ariſtoteles quoque in politicis aſſerit in regionibus frigidis homines robuſtiores eſſe, & audaciores quàm in calidis. ergo ſunt longioris uitæ. Præterea calidum continentis poros aperit, quibus apertis euaporat humidum noſtrum, & hæc euaporatio eſt cauſa putrefactionis, ut dicitur quarto Meteororum. extrahiť enim humidũ innatũ per euaporationem.

Poſitio Alberti.

Albertus uir philoſophie Peripatetic̨e nõ ignarus propter hęc argumenta aſſerit Ariſtotelem in hoc nõ dixiſſe ueritatem, quoniam omnes alij Peripatetici, & medici dixerunt contrarium: propterea pro honore Ariſtotelis ait eum intellexiſſe per regionem calidam, regionem temperatam: nam cum in miſto loquimur de calido, ſemper accipitur pro calido temperato, per regionem uero frigidã intelligit regionem ad extremum frigidam. nec iniuria: quoniam temperatum dicitur calidum reſpectu frigidi. Cauſam uero affert, quoniam calidum regionis temperatæ nõ eſt adurens, neque aperiens poros noſtrorum corporum, immo eſt magis fouens, ac confortãs noſtrum humidum, quare in temperata regione uiuaciores ſunt homines. Accedit ꝙ ſicut corpus temperatum eſt uiuacius non temperato, ita regio temperata uiuacior eſt regione in extremo lapſa.

Refutatio. pble. 9. & 10.

Sed pace Alberti dixerim Ariſtoteles 14. particula problematũ, expreſſe repetens hæc, aſſerit cauſam, quoniam in regione calida humidum eſt ſiccius, & ſic minus putribile, ubi patet eum loqui de regione calida lapſa a temperamẽto per calidum, & ſiccum.

Poſitio Petri apponenſis.

Propter hęc Petrus apponenſis eo in loco aſſerit Ariſtotelem intelligere per regionem calidam, regionem, quę declinat a temperamento parum per calidum & ſiccum: in hac enim eſſe homines longioris uitę probat Ariſtoteles ex eo, quia humidum eſt aliqua ex parte ſiccius, & ita minus putribile. Præterea humidum noſtrum caliditate & ſiccitate continentis parum a temperamento lapſis, non eſt ita extinctiuum calidi: ſicut in frigidis regionibus, uel temperatis. Amplius in talibus locis humidum eſt purius, & minus ſuperfluitatibus perm[...]um. Regio autem, quæ ſic declinat a temperamento per parum calidi & ſicci, ut dicit, eſt in extremis tertij climatis, uergens ad quartum. Homines uero in calidis locis ualde lapſis a temperamento per calidum & ſiccum in extremo, paruo tempore uiuunt, ut eſt regio ſecundi climatis, quoniam à calido continentis innatum humidum aduritur: homines etiam in regionibus ualde lapſis ad frigidum & humidum etiã parum uiuunt, primo quia mors uiolenta accelerat propter prohibitam tranſpirationem cauſatam ab oppilatione. Secundo quia mors naturalis etiam eſt uelox: qm̃ frigiditate continentis calidum intus impellitur: & ſic ualde cum humido profundatur, atque inuiſcatur: & ſic illud ualde depaſcendo exiccabit.

Refutatio. pbl. 9. & 10.

Hæc Petrus apponenſis: quæ licet ſint bene colorata: & medicè dicta, non uidentur conſona dictis Ariſtotelis, in hoc enim libro, ex 14. Problematum particula abſolute aſſerit, quòd habitantes calida loca ſunt uiuaciores. Præterea, quod dicit de regione lapſa a temperamento ambiguum eſt, nam tunc ita eſſet de complexione, & ita complexio declinans à temperamento poſſet eſſe longioris uitæ quam temperata: quod eſt dubium.

3. poſitio.

Alij dixerunt quòd intelligit Ariſtoteles quando calidum regionis fuerit calido innato noſtro bene proportionatum, ut non illud uſque adeo exuperet, ac ſuperuincat, ut ipſum expirare, cogat.

Refutatio.

Sed hæc poſitio concordat cum illa Conciliatoris. Præterea Ariſtoteles loquitur de regione calida, ubi ſunt magna animalia, quæ non poteſt eſſe nec temperata: nec parum lapſa per calidum & ſiccum: nam in hac regione non ſunt animalia ita magna.

4 poſitio.

Alij uero dixerunt, quòd habitantes in regione calida non reſpectu cuiuslibet mortis ſunt longioris uitæ: ſed reſpectu mortis, quæ uocatur extinctio: nam a calido continentis exiccatur humidum innatum: & ſic non contingit homines ibi mori extinctione calidi. Qui uero habitant frigida loca, moriuntur



moriuntur extincto calido ab humido multum frigido.

Refutatio.

Sed pace horũ dixerim, hæc non ſunt ad mentem Ariſtotelis, qui de utraque morte loquitur: ut patet problemate. 9. in quo loquitur de morte, quę fit extinctione calidi, problemate uero. 10. loquiť de morte, quæ fit uia exiccationis humidi: uult enim utroq; modo eos, qui habitant loca calida eſſe longioris uitę.

ppria põ & diluci datio

Mihi igitur tandem uidetur eſſe dicendum, ꝙ concluſio Ariſtotelis non ſit uniuerſalis, ſed ſolum de animalibus uel hominibus frigidæ & humidæ complexionis, de his enim loquens aſſerit animalia uel homines frigidæ complexionis ualde diutius uiuere in locis calidis, quã in lapſis a temperamento per frigidum & humidum: quoniã in locis calidis & ſiccis, eorum humidum a calido continentis quaſi corrigitur. Eſt enim præceptum medicorum ꝙ omnis diſcraſia corrigiť a contrario: comparat autem Ariſtot. regiones calidas ad frigidas: modo utraq; a tẽperata æque labatur. Et ꝙ ſic intelligat Ariſtot. lege uerba, dicit enim { Animalium frigidorum ſm naturam: } & non omnium animalium, & propter eãdem cauſam animalia lapſa ad calidum, & ſiccum ualde diutius uiuerẽt in frigidis regionibus, quoniã eorum lapſus corrigeretur a frigiditate continentis: & in hunc modum arbitror eſſe intelligendum de maſculis reſpectu femellarum: nam qui frigidi ſunt diutius uiuunt femellis potisſimum frigidis propter eaſdẽ cauſas: per quę tolluntur obiectiones. Prima quidem quia medici loquuntur non habita ratione ad complexionem frigidã, ſed ſimpliciter. Quod uero dicit Ariſto. libris Politicorum ſimiliter intelligitur. Aliæ etiam tolluntur eodem modo.

Quæſtio 2. an aĩalia in locis fridis ſint miuora ſibi ſilibus in locis calidis.

Secundo quæritur utrum animalia habitãtia loca calida ſint maiora quã ſibi ſimilia ſpecie habitãtia loca frigida, & uidetur ꝙ non, quoniam Ariſto. de natura animalium libro 8. dicit in Ægypto aliqua maiora quam in Græcia fiunt, ut boues, & oues, & aliqua minora ut canes, lupi, lepores, uulpes, corui, accipitres, aliqua magnitudine pari, ut cornices, & capræ, ubi patet Ægyptum eſſe calidiorem Græcia.

Ca. 28. Solo

Dicendum ꝙ dictum Ariſto. eſt intelligendum non uniuerſaliter, ſed ſolum de animalibus frigidis, hæc enim in locis calidis maiora ſunt, quã ſibi ſimilia ſpecie, in regionibus frigidis, & de his loquitur cum inquit. Propter quã quidem cauſam & maiora ſunt animalia in locis calidis, & maxime eſt notabilis magnitudo eoꝝ animalium, quę ſm naturã frigida ſunt. De his quoq; exemplificat, ut de ſerpentibus, de quibus in libro 8. de natura animalium eodem capit. loquẽs inquit. In Arabia lacerti magnitudine cubitum exeedũt, in Africa magnitudo anguium mira, ſicut & fertur, iam enim nonnulli ubi triremi applicuiſſent, oſſa bouum multoꝝ uidiſſe narrant, quos aſſumptos eſſe ab anguibus non dubitarent, cum triremẽ productam in altum quã primum angues inſectarẽtur, & nonnulli ingreſſi triremem euerterent: ſimili modo pholidota, quę corticata animalia ſunt, & oſtracoderma, quæ teſtacea animalia ſunt, omnia ſunt frigida, & in locis calidis magna: quoniam calidum in multo humido augmentum facit. Ariſtoteles ergo non de omnibus animalibus, ſed de natura frigidis intelligit.

Pti. 14. pble. 8.

Petrus uero apponenſis libro Problematum aliter aſſerit. dicit enim ꝙ tam in locis lapſis a temperamẽto per calidum, quã in locis lapſis a temperamento per frigidum animalia ſunt magna quã in locis temperatis: aliter tamen atq; aliter: nam in locis lapſis a temperamento per calidũ animalia ſunt magna ſecundum longitudinem quę accipitur ab inferiori ad ſuperius: in locis uero lapſis a temperamento per frigidum, animalia ſunt magna: ſecundum latitudinem, & profunditatem, quę accipiuntur a dextro in ſiniſtrum, & ab anteriori ad poſterius. Sed pace Petri apponenſis dixerim hęc non ſunt Peripatetic̨e dicta. Ariſtoteles enim primo magnorum rhetoricorum definiens magnum, dicit illud eſſe, quod ſecundum omnem dimenſionem eſt tale: & ita ſi in hoc libro ait in locis lapſis a temperamento per calidum eſſe animalia maiora quàm ſint conſimilia in ſpecie in locis lapſis a temperamento per frigidum intelligit ſecundum omnem dimẽſionem Pręterea Ariſtoteles non comparat loca calida ad temperata, ſed ad frigida. propterea intelligenda hæc ſunt, ut dictum eſt, comparando animalia frigida eiuſdem ſpeciei inter ſe: frigida enim animalia in locis lapſis a temperamẽto per calidum ſunt maiora quam frigida eiuſdem ſpeciei quæ ſunt in locis frigidis propter congelationem, quę facit ad contractionem ſecundum omnem dimenſionem: ut ſatis eſt dictum: nam licet in locis frigidis in talibus animalibus ſit multa humiditas extenſibilis, deficit in eis calidum extenſiuum. At in locis calidis talibus animalibus ineſt humidum, cum ſint flegmatica, & calidum multum ratione continentis: & ſic adſunt omnes cauſæ augmentationis ſecundum omnem diametrum.

*Quare in ſeptentrionali plaga, ex animalibus quæ parum ſanguinis obtinent aut eodem uacant, quædam nullo pacto, ſiue pedeſtria in terra, ſiue aquatilia in mari gignuntur: quædam gignuntur quidem, ſed minora ſunt uitæque breuioris. nam gelida cœli conſtitutio: ea increſcere non ſinit.*

*Quare hæc quidem non fiunt omnino animalium quæ pauci ſanguinis aut ſanguinem nõ habentium in ijs quæ ad arcton locis, neque greſſibilia in terra, neque aquatilia in mari: hæc autem fiunt quidem, minora autem & breuioris uitæ. aufert enim congelatio: augmentum.*

Ex his, quæ dixit, infert corollarium, dictum eſt enim in locis frigidis animalia frigida eſſe minora & uitæ breuioris propter congelationem, quę facit ad minorationem. At nunc infert: quod propter hanc cauſam animalium frigidorum, quædam nõ ſunt in locis frigidis, quędam autem ſunt quidem, ſed parua & breuis uitę ſunt, & longe minora ſibi ſimilibus in locis calidis. Intelligit autem per frigida animalia, aut exanguia omnino, aut quæ pauci ſanguinis ſunt: & ampliat corollarium, tam de terreſtribus animalibus, quam de aquatilibus. unde inquit. Quare hæc quidem animalium frigidorum, quę ſunt aut pauci ſanguinis, aut ſanguinem non habentium in his locis frigidis, quę ſunt ad arctum expoſitis, hoc eſt ad ſeptentrionem, omnino non fiunt: & hæc ſiue gresſibilia in terra, ſiue aquatilia in mari ſint. hęc autem fiunt quidem, minora autem, & breuioris uitę. Cuius cauſam affert, & dicit. Aufert enim congelatio augmentum: ut ſuperius diximus.

Præceptũ in conſeruatione ſanitatis.

Ex his colligitur utile præceptum de conſeruatione ſanitatis, quod ſi homines flegmatici (qui in frigidis locis generati fuerunt) ad loca calidiora ſe permutauerint, longioris, & ſanioris uitę fient: præceptum patet, quoniã caliditate continentis frigida eorum complexio corrigetur.

*Cum autem alimentum non recipiunt tam animalia quàm plantæ: interire ſolent. idem enim: ſeipſum emacerat. nam quemadmodum flamma magna paruam exurit corrumpitq;, propterea quòd alimentum eius abſumat: ſic calor naturalis cui primaria concoquendi uis ineſt, materiam in qua ſit conſumit.*

*Alimentum autem non ſumentia & animalia & plantæ: corrumpuntur. conſumit enim ipſum: ſeipſum. quemadmodum enim multa flamma comburit & corrumpit paucam, eo quòd alimentum conſumat: ſic naturale calidum primum digeſtiuũ, conſumit materiam in qua eſt.*

Hæc eſt quinta concluſio, quæ tangit accidentalem cauſam breuitatis uitæ in animalibus & plantis: & ponatur ſub hac forma, animalia & plantæ quæ parum alimenti aſſumunt, quam ſit neceſſarium pro inſtauratione deperditi, cito ſeneſcunt, ac corrumpuntur. probatur: quoniam calidum naturale ſeipſum conſumit per accidens: uelut magnus ignis per accidens

conſumit paruum: nam ut magnus ignis conſumendo nutrimentum parui ignis, cõſumit paruum illum ignem, ita calidum uitale conſumendo humidũ, in quo fouetur: corrumpit ſeipſum. ergo ſi non inſtaurẽt humidum appõne noui humidi nutrimẽtalis, uiuens cito euaneſceret. unde dicit. Alimẽtum autẽ non ſumentia & animalia & plãtæ cito ſubaudi corrũpuntur, probat & dicit. Cõſumit enim calidũ ipſum ſeipſum ſubaudi per accidẽs, nã (ut inquit) Quemadmodum multa flãma cõburit, & corrumpit paucam non per ſe, ſed eo ꝙ alimentũ illius cõſumat, ſic naturale calidũ ꝙ eſt primũ digeſtiuum: conſumit materiam in qua eſt. ſ. humidũ radicale. Quo uero ad uerba attinet, appellauit calidũ naturale {primũ digeſtiuum} quoniã digeſtio cibi & in ſtomacho. & uenis, & ubiq; fit a calido naturali cordis ſm Ariſto. A calido autẽ naturalis epatis fit, ſed nõ primo: cum illud non ſit primũ & principale calidum ſm Ariſto. Animaduerſione dignũ, ꝙ concluſio eſt uera in duobus ſenſibus. Primus eſt, ꝙ uiuẽtia quæ non ſumunt multũ alimenti, nec tãtum quãtum eſt neceſſarium pro inſtauratione deperditi, cito corrumpantꝰ, citoq; ſeneſcant, & hoc patet eſſe uerũ, quoniã calidũ cito humidum exiccabit. Secundus uero eſt, ꝙ uiuentia quæ penitus nihil cibi accipiunt, cito moriantur, & hoc eſt uerum, quoniã cito humidum exiccabit.

Dubõ Sed dices, urſi & glires fere ſex mẽſibus nõ aſſumunt cibũ, & tamẽ uiuũt. Amplius egroti quandoq; ſine cibo diu uiuunt. Narrat enim Petrus apponẽſis uidiſſe mulierẽ cibum nõ accepiſſe ſex mẽſibus: quæ tñ poſtea conualuit.

Sołõ Dicendum, ꝙ licet hæc cibũ ab extrinſeco nõ ſumãt, nutriuntꝰ humore intrinſeco flegmatico generato in ſanitate per uiã indigeſtionis paulatine: ſignũ autẽ, quoniam hæc diſpoſitio pluries accidit animalibus uorantibus: ut Auer. inquit. Sed adhuc quæres, quoniã in primæua ætate homines erant longioris uitæ, & tñ paruo cibo utebãtur: nunc uero homines minus uiuaces ſunt, & tamen utuntꝰ maiori & pluribus alimẽtis. Dicendũ ꝙ illud nutrimentũ quo utebantur homines in primæua ætate: licet fuiſſet minus eo alimento, quo nũc utimur, tñ erat uitæ, & inſtaurationi ſufficiens. Alimẽtum uero noſtrũ, quo nunc utimur, eſt excedens uirtutem digeſtiuã, & ideo in nobis fiunt plures ſuperfluitates, quæ ſunt cauſæ morboꝝ, & breuitatis uitæ. Signum autẽ, quoniã tũc homines pro maiori parte morte naturali moriebantur, nunc uero quaſi nullus morte naturali moritur: ut poſtea dicemus in libro de morte.

*Porro aquatilia pedeſtribus minus uiuunt: non quod humida ſimpliciter, ſed quod aquoſa ſint. Tale autem humidum, corruptioni opportunum eſt: quia frigidum ſit & prompte congelabile.*

*Aquatilia autem, greßibilibus minus longæ uitæ: non quia humida ſimpliciter, ſed quia aquoſa. Tale autem humidum, facile corruptibile: quia frigidum & congelabile de facili.*

Sexta concluſio eſt hæc. Aquatilia ſunt minus uiuacia greſsibilibus: & exponit cauſam, dicens aquatilia eſſe minus uiuacia, nõ quidẽ, quia ſimpliciter ſunt greſsibilibus humidiora: ſic enim omne humidius eſſet minus uiuax: ſed qm̃ ſunt aquoſa, & humidiora humiditatẽ aquea. Modo ut dictum eſt, tale humidũ aquoſum facile eſt corruptibile, quoniam frigidum eſt & de facili congelabile. Eſt alia cauſa, quoniam calidi eſt ſuffocatiuum, & extinctiuum. Animaduerte, ꝙ hæc concluſio debet intelligi ratione ſumpta ſolum ab ipſa humiditate: ratione enim bonæ humidi qualitatis, eorum animalium, quæ greſsibilia ſunt, quodlibet greſſibile quolibet aquatili eſſet uiuacius: uerum rationibus ab alijs cauſis ſumptis, poteſt aliquod aquatile aliquo greſſibili uiuacius eſſe: utpote aut ratione magnitudinis, aut ratione regionis, aut alijs cauſis: de quibus dictum eſt.

*Item exanguia ſanguineis, eandem ob cauſam: niſi magnitudine uindicentur. nam neque pinguitudinem præ ſe ferunt: neque dulcorem, cum in animali pingue ipſum dulce ſit. Quamobrem apes: diutius quàm quædam alia maiuſcula animalia uiuunt.*

*Et exangue propter idem: ſi non magnitudine recompenſetur. neque enim pinguedine habet: neque dulce. in animali enim: quod pingue, dulce. Quapropter apes: longioris uitæ ſunt alijs maioribus animalibus.*

Septima concluſio eſt hæc. Exanguia ſunt breuioris uitæ his animalibus, quæ ſanguinẽ habent: probat concluſionem propter idem, quoniam exanguia habent humidũ aquoſum: humidum enim non ſanguineum aquoſum eſt. ſed, ut dicebatꝰ: humidum aquoſum eſt facile corruptibile, quoniam calidum ſuffocat, & extinguit. Addit Ariſt. niſi magnitudine recompenſetꝰ: uel ſupple dulcedine, & unctuoſitate. Animal enim exangue, cuius humidum eſſet maius, poſſet uiuacius eſſe paſſeribus: uel alio animali ſanguineo, cuius humor eſſet paucus. Amplius animal exangue cum neq; pinguedinem habeat, neq; dulcedinem, humidum non habet aereum. Hac ratione apes lõgioris uitæ ſunt alijs multis maioribus animalibus ſanguinem habentibus, quoniam nutriuntꝰ melle, & ſic eorũ humidum erit dulcẽ ac pingue, unde dicit. Et exangue. ſ. animal minus uiuax eſt habentibus ſanguinẽ, propter idem, hoc eſt propter eandem cauſam. ſ. quia eius humidum eſt aquoſum. Sed addit, ſi non magnitudine recõpenſetur. ſ. malitia illa humidi. Sed dices, etiam põt recõpenſari, qualitate: quoniam exangue animal põt habere humidũ pingue. Contra obijcit, neq; enim exangue pinguedinem habet, qua eius malitia recõpenſetur: neq; habet dulce, quoniam ſi nõ habet pingue: nec dulce habebit: quoniam (ut inquit) In animali dulce eſt pingue: & ecõtrario. Et quia aliquis poſſet intelligere uniuerſaliter nullum exangue eſſe uiuacius aliquo habente ſanguinem, concludit cõcluſionem non eſſe uniuerſalem in oĩbus, & dicit. Quapropter apes, longioris uitæ ſunt alijs ſubaudi quibuſdam animalibus maioribus: ut paſſeribus, & forte canibus. Viuunt. n. apes Ca. 20 (ut Plinius. 11. libro hiſtorie inquit) annis ſeptem: & cauſa eſt: quoniam nutriuntur melle, ꝙ generat & inſtaurat humidum pingue dulce, ac uiſcoſum: per quæ dat intelligere exãgue animal eſſe minus uiuax animali ſanguinem habente, niſi malitia, illa quæ eſt aquoſitas: recõpenſetur magnitudine, uel qualitate, ut dictum eſt.

*Quæ autem diutißime uiuunt: in plantis reperiri aſſolent. idq; potius, quam in animantibus. Primo: quòd plantæ minus in ſe diluti humoris cõtineant. unde fit: ut non facile cõgelẽtur.*

*In plantis autem ſunt: quæ lõgißimæ uitæ. & magis, quàm in animalibus. Primum quidem: quia aquoſæ minus. quare: non facile congelabiles.*

Hactenus de cauſis lõgẽ uitæ, ac breuis in animalibus: nunc tranſit ad plantas, & aſſignat cauſam longitudinis uitæ in plantis comparando illas ad animalia ſm differentiam: & ponit hanc concluſionem. In plantis ſunt nonnullæ plantæ: quæ animalibus quibuſdã uiuaciores ſunt, ut dactylus, & cupreſſus, & pinus, & quercus: & id genus. Diximus autẽ nonnullas eſſe tales, quoniã inter plantas ſunt nonnullẽ etiam annuæ tantũ: ut quæ herbæ dicuntꝰ. Amplius dicunt Ariſtotelem dixiſſe quibuſdam animalibus, & nõ omnibus: quoniam dubium eſt de annis humanæ uitẽ. Creditum enim eſt humanã uitam produci poſſe ad annos. 900. uel fere mille: ad quos nullam plantarum produci poſſe aſſerunt. Quod an uerum ſit, dicemus hanc cõcluſionem. Ariſto. probat, primo quidem: quoniã plantæ ſunt minus aquoſæ quibuſdam animalibus, quare ob hanc cauſam, non facile congelabiles ſunt: & ſic uia congelationis, uel extinctionis minus corruptibiles ſunt. diximus enim uno modo aliquod uiuens corrumpi uia extinctionis, quando humidum eſt nimis aquoſum.

Deinde



*Deinde, q, pinguitudinem lentoremque habeant, & q̃q̃ aridæ ſunt atque terrenæ, tamen non facile ſiccabilem poſſideant humiditatem.*

*Deinde, habent pinguedinem & uiſcoſitatem, & ſiccæ & terreſtres exiſtentes, tamen non habent facile ſiccabile humidũ.*

Secundo Ariſtoteles idem probat ex alia humidi qualitate, eſt enim humidum uitæ conueniens, ex parte qualitatis primo, quoniam eſt minus aquoſum, & magis aereum, & quantum ad hanc conditionem ualuit ratio tacta. Secundo, quoniam eſt uiſcoſum, ac unctuoſum, humidum enim aereum magis eſt uitæ conueniens, cum habet nõ nihil ſicci, quod eſt eſſe uiſcoſum, & quantum ad hanc conditionem, procedit hæc ſecunda ratio, unde dicit. Deinde, plantæ habent pinguedinem, & uiſcoſitatẽ. Signum huius eſt, quoniam ſi apponuntur igni, comburuntur facilius q̃ animalium carnes, quod non eſſet, niſi uiſcoſi, ac ſicci non

Dubitatio nihil haberent. Sed dubitabit quis ſi plantæ habent humidum ſiccum ac uiſcoſum, habent humidum facile exiccabile, et ſic cito ſeneſcibile. Reſpondet, ꝙ licet plãtẽ, ſint ſiccæ, & terreſtres exiſtentes, tamẽ nõ habent facile exiccabile humidum, cum illud ſit aereum, terreſtreitas ergo plantarum reprimit humidi earum aquoſitatem, non tamẽ eſt tanta, ut diſponat ad ſenectutem uelocem.

*Sed cur natura arborum longo temporis ſpatio eduret, cauſam ſumpſiſſe conuenit. eam enim peculiarem ſibi præ omnibus animantibus præterquam inſectis, obtinet. Semper enim ſtirpes iuueneſcunt. ideoque longæuæ ſunt. nam aſſidue germina alia enaſcuntur, alia ſeneſcunt, & radices pari modo, & non ſimul, ſed interdum ſolum caudex & rami pereunt, alij uero rami adnaſcuntur. Cum autem hæc affectio radicibus euenit, aliæ ex eo quod ſupereſt, oriri ſolent. Atque ita perpetuo, aliud corrumpitur, aliud gignitur. quocirca, & ille longo tẽpore uiuunt.*

Ca. 20 *De hoc autem quod eſt naturam arborum eſſe durabilem, oportet accipere cauſam. habet enim propriã ad animalia præterquam ad entoma. Iuuenes enim ſemper plantæ fiunt. quapropter, multi temporis. ſemper enim alteræ germinationes, hæ autem ſeneſcunt, & radices ſimiliter, ſed non ſimul, ſed aliquando quidem ſolus ſtipes & rami perierunt, alteri autem iuxta nati ſunt. Cum autem ſic fuerint radices, aliæ ex exiſtente generantur. Et ſic ſemper permanet, hoc quidem corruptum, hoc autem factum. quapropter, longæ uitæ.*

Hic ponit ſecundam cauſam, quam nonnulli accidentalem eſſe aſſerunt, & quidem non ab ratione, quoniam nõ pendet ex humidi ratione in quanto & quali, ſed ex his, quẽ accidunt in partibus plantarum, & primo proponit cauſam, & dicit. De hoc autem quod eſt naturam arborũ eſſe durabilem, oportet accipere cauſam, & per naturam, uitam, & per cauſam, accidentalem intelligit, quæ eſt ab aliis ſumpta q̃ ab ipſius humidi rationibus. Dico oportet accipere cauſam, quoniã uita plantarum habet ꝓpriã cauſam ad animalia, præterq̃ ad entoma, hoc eſt inſecta, cum quibus, ut dicemus plantẽ cõem habẽt cãm. Propoſita autem intentione, cãm aſſignat ex eo, quoniã plantæ reiuueneſcunt, reiuueneſcunt uero, qm̃ ramorũ, & radicũ germinationes non fiunt oẽs ſimul, nam dũ unus ramus germinat, alius areſcit, & dum alius areſcit, alius germinat. Simili ratione radices, dum una enim areſcit alia germinat, & dum germinat altera, altera areſcit, hinc earum uita longa eſt. unde dicit. Iuuenes enim ſemper plantæ fiunt, quapropter ſunt multi temporis, & longẽuẽ, quibus enim iuuentas redit, his uita longa eſt. Quod autem plantæ reiuueneſcant, ꝓbauit Ariſto. & dicit. Semper enim altere & nõ ſimul germinationes ramorum ſunt, hæ autem ſeneſcũt ſubaudi aliis germinatis, & non modo germinationes iſtæ diuerſæ cernuntur in ramis, ſed etiam radices ſimiliter diuerſis temporibus germinantur, ſed non ſimul, imo (ut inquit) aliquando quidem ſolus ſtipes, & rami perierunt, alteri autem conſtituti iuxta priores ſtipitem, & ramos renati ſunt, ut nõ ſemel obſeruatio docet. Intelligit autem per ſtipitẽ, fuſtem terræ defixum, qui quoq; a latinis caudex dicitur, & quoniam ſimilis diſpoſitio accidit in radicibꝰ, ideo inquit. Cum autem ſic fuerint radices, ut ſubaudi quẽdã areſcant, aliẽ generantur ex exiſtente, hoc eſt ex eo trunco, quod ſupereſt. His expoſitis recolligit rationem. & cõcluſionem, & dicit. Et ſic planta per coalternã radicũ & ramorum pullulationem atq; germinationem, per quã. ſ. hoc quidem corruptum, hoc autem factum eſt, plãtæ uiuaciores ſunt quibuſdã aĩalibus. Sed circa præſentẽ determi- Quæſtio de longæuis.

nationem dubitant primo utrum plantẽ aliquẽ ſint lõgioris uitæ animalibus. Et uidetur ꝙ non, quoniam tẽperata cõplexio eſt magis uitæ apta, ſed inter oẽs complexiones humana eſt tẽperatior ut Pħi & medici dixerunt. ergo homo natura eſt cũctis uitæ longioris. Quidã dixerunt ꝙ Prima põ

homo per ſe eſt cũctis uiuentibus uiuacior, cum hominem poſſe uiuere fere ad millenariũ annorũ teſtentur hiſtoriæ dicentes aliquos ſic uixiſſe, per accidens uero humanã uitam aſſerunt eſſe factam breuem ex multis cauſis. Quod quidem homines uiuaciores ſint cũctis uiuentibus per ſe, probatur ratione, & hiſtorijs. Per hiſtorias. n. catholicas aliquem uixiſſe nonigentos ſexaginta nouem annos, clariſſime habetur. Quẽ ratio docet humanẽ ſpeciei uitẽ terminum per ſe eſſe ad millenarium annorum fere, ratione uero, qm̃ animalium hõ eſt temperatiſſimus, ut dicunt Philoſophi & medici. Qꝫ uero humana uita nunc ſit debilis admodum effecta, ꝓbant primo, qm̃ mundus hic inferior totus, ut auctor eſt Ariſto. primo libro meteororum, ſeneſcit, ergo humana uita, quẽ huius pars eſt principalior, uidetur defecta. Secũdo hoc docet obſeruatio, qm̃ humana natura ea pharmaca non ſuſtinet, quẽ olim ſuſtinebat, ut elleborum, & ſcamoneam, & id genus. Tertio experientia docet, nunc homines pro maiore parte non plures. 28. habere dẽtes, antiquitus uero. 32. At ut Ariſtoteles inquit libro. 2. de hiſtoria aĩalium, quibus dentes. 32. inſunt, hi longeui ſunt. ergo humana uita eſt debilis effecta, cum primo Oſia tertia,

32. nunc. 28. dentes plerunq; homines habeãt. Petrus apponenſis cognomento Conciliator aſſeruit, ꝙ humana uita aliqñ fortis, aliqñ debilis, aliqñ mediocris effecta eſt. Quòd ita ſit probat ipſe aſtronomicis, & phyſicis rationibus. Prima quidem aſtronomica ratio accipitur ex coniunctione capitum arietũ inuicem ſignorum mobiliũ cum capite arietis ſignorũ imobiliũ. Cum. n. hẽc coniunctio accidit, uirtus uiuifica fortius a primo principio diffunditur ad inferiora, mediantibus ſtellis, quẽ ſunt ſecundẽ cauſẽ, fortius quoq; in his imprimitur, ergo tũc humana uita fortis effecta eſt, nũc uero in talium capitũ diſtantia, cõtra uita humana debilis cernitur. Secũda cauſa accipitꝰ ex coniũctionibus ſaturni & iouis, quẽ fit in capite arietis, ex diſpoſitione enim ſtellarũ, quẽ in tali coniũctione cõtingit, non ſolum (ut inquit) humana uita fortis, ac debilis effici poteſt, ſed etiam totus mũdus uariari. Tertia cauſa accipitꝰ ex eclipſibus potiſſimũ ſolaribus, ex diſpõne. n. ſtellarum, quæ eclipſium tꝑibus accidunt, non ſolum humana uita nunc fortis, nũc debilis fieri poteſt, ſed etiam mũdus uariari. Quartã cauſam accipit ex planetis, quo unuſquiſq; in mundo accipit proprium regimen initio ſumpto a ſaturno. hẽ ſunt eiꝰ cauſæ aſtrologicæ. Phyſicæ aũt ſunt tres. Prima accipitur ex parte mutationum, quæ ꝓficiſcũtur ex terra, ut ex uoraginibus, hiatibus, diluuiis, & id genus, ex quibus aer alteratus quodãmodo efficitur uitẽ humanẽ ineptus. Secunda accipitur ex parte uſus ſex rerum non naturalium, nam temporibus noſtris homines luxuriæ, gulẽ, & alijs uitam humanam corrũpentibus dediti breuioris uitæ effecti ſunt, ſignum autem quoniam tempore Hippocratis pueri & eunuchi non podagriçabant, noſtris tem-

poribus contra, ut Galenus inquit. Tertia cauſa accipitur ex modo generandi, antiquo enim tempore uir & fœmina non coniungebantur niſi ætate perfecta, membriſq; generationis integratis, & quia genitum naturam ſequitur generantis utplurimum, ut dicitur primo de generatione animalium. Ideo humana uita nunc eſt debilis, cum uir & mulier ſatis iuuenes copulentur. Quod Ariſtoteles attẽdens libro politicorum ſeptimo præcepit, ut copulatio fieret uiro exiſtente annorum.36. muliere.18. Ex his concludit humanam uitam debiliorem eſſe ab eo, quo fuit in antiquo tempore. Redire uero ad fortitudinem ſingulis 9000. annorum, quo annorum numero caput arietis mobilis complet eius quadrangulum, accedentibus tamen alijs cauſis cœleſtibus. Sed pace tanti uiri dixerim iſtæ rationes friuolæ ſunt, & potius ad oſtentationem, quam ad efficaciam factæ, primo quoniam, aut cœleſtes cauſę compellunt ſublunares, aut non. Si cœleſtes cauſæ ab eo aſſignatę compellunt ſublunares, igitur ſolæ cauſæ cœleſtes ſatis ſunt, quoniam illis ſtantibus, ſublunares cauſæ ſtatim emergunt, & ſic fruſtra ab eo ponuntur cauſæ phyſicæ, cum illæ inualidæ ſint, cauſis cœleſtibus cõtra nitentibus, aut non exiſtentibus. Sin autem cœleſtes cauſæ ſublunares non compellunt, uidentur cœleſtes ſuperfluere, quoniam ſolis cauſis ſublunaribus aduenientibus, uita noſtra fiet nunc debilis, nunc fortis, nunc mediocris. Præterea ipſe aſſerit cœleſtes cauſas ſublunares compellere, ait enim hunc mundi regi a ſuperiori. Præterea cauſæ cœleſtes non modo facerent ad uitæ humanæ longitudinem, ſed cæterorum uiuentium, modo nos non uidimꝰ uitam in alijs fuiſſe nunc longam, nunc breuem, nunc mediocrem, ergo nec in hominibus. Secundo quia aſtronomicæ cauſæ friuolæ uidentur, & potius (ut mihi uidet̃) ad oſtentationem. Primo quidem quoniam circa natiuitatem redemptoris fuit omnium capitum coniunctio, ut ſupputantibus patet, & tamen non uidemus tunc homines fuiſſe ita longeuos ut dicit ipſe. Secundo quoniã fuerunt longeui, quando nulla fuit cauſa cœleſtis talis. Cũ enim Adam. 930. uixit annis, & Matuſalem. 969. & Noe. 700. nulla pręceſſit Saturni & Iouis coniunctio ex ſtellis ita affecta, ut uitam ita longam feciſſet. Minime tunc fuit capitum coniunctio, nec quadrangulus ut declarauimus in helionoricis figuris. Amplius eo tempore nulla fuit talis eclipſis ſolis, quales fingit ipſe eſſe cauſam longæ uitę. Tertio fuerunt tales cauſæ cœleſtes, quando non fuerũt longeui, ut poſt diluuium multæ fuerunt eclipſes, multæ coniunctiones Saturni & Iouis, & tamen a temporibus Noe uſque ad noſtra tempora, nullum ueniſſe ad tot annos, ad quot ſacra hiſtoria illos perueniſſe affirmat, nullus ſcripſi, niſi de Neſtore, quod nonnulli fabuloſum eſſe aſſerunt. Plinius etiam curioſus auctor ſeptimo libro hiſtoriæ naturalis, dum de longeuis narrauit hiſtorias talem annorum numerum nulli dedit. Vltima cauſa ex cæteris ſtellis aſſumpta ridicula eſt, & Ptolomei non ſapit aſtronomiam, planetas enim ſic (ut ipſe fingit) mundum gubernare eſt commentitium, & Albumaſaris inuentum nulla obſernatione, nec ratione obſeruatum, accedit ad hæc, ꝙ ſæpe regimen eiuſdem ſtellæ redijt, ubi homines non legimus tanto annorum curriculo uixiſſe. Cauſas autem phyſicas, quas affert licet poſſint uitam uariare, tamen non adeo ſenſibiliter, ut in ſacris hiſtorijs legitur eſſe uariatam à noſtra, quando enim elleborus concedebatur, & coniugia fiebant ſecundum ordinem naturæ, & dentes erant.32. & eunuchi non podagriçabant, & talia erant, qualia ipſe narrat, homines non uiuebant multo pluribus annis quam nunc uiuant, ut patet per hiſtorias Plinianas, & cæterorum, & ſic concedo cauſas illas uariare naturam, non tamen uariatione ſenſibili, ut dictũ eſt. Amplius ſi uariant, repentine uariant, & non diu durat uariatio illa, ut durauit antiquo tempore. Præterea cauſę iſtę faciunt, ut homines utplurimũ moriantur morte uiolenta, & tunc moriebantur, utplurimum morte naturali, & ſic per accidens eſt uariata. Quare cauſæ iſtæ quas Conciliator finxit, ſolum commentitiæ uidentur. Ea uero ratio, quæ procedit ex temperantia complexionis, primo non ualet, quoniam temperantia complexionis non arguit longam uitam ſimpliciter, ſed in eadẽ ſpecie & nec ſemper in eadem ſpecie, non autem in eodẽ genere, ut aſſerunt medici. Secundo, quoniam dato quòd ita eſſet, cum ſemper homo ſit complexionis temperatioris quam cætera uiuentia, ſemper eſſet longioris uitæ. Propter hæc Philoponus ſecundo libro de generatione animalium, terminum dat ſpeciei humanæ, alium indiuiduo, ſpeciei quidem ſpatium uitę aſſerit eſſe. 140. uel. 150. annos, quatenus aliquem uixiſſe tot annos legitur, nullum uero plures, unde Plinius in Tmoli montis cacumine, quòd uocant cepſim auctoritate Mutiani 150. annis uiuere homines ſcribit. Eſt autem Tmolus mons Lydie, ut idem Plinius ſcribit libro quinto. Auerroes uero libro ſecundo de generatione ſpeciei humanæ ſpatium uitæ naturale conſtituit annos. 75. quod falſum eſt, quoniam obſeruatio docet multos homines uitam longiorem uixiſſe. Conſtat autẽ terminum ſpeciei nullum indiuiduum poſſe excedere, ſed bene abbreuiare, ut Philoponus ſcribit ſecundo de generatione. Indiuiduis autem uarios terminos Philoponus aſſignauit, nam propter multas cauſas poſſunt terminum ſpeciei præuenire. Tum ex uaria ſeminum patris & matris commiſtionem: Tum ex uario regimine cibi & potus, & aliarum rerum, etiam ex uarijs conſtitutionibus cœli quæ diuerſæ ſunt in diuerſis genituris. Propter hanc cauſam Plinius libro ſeptimo hiſtoriæ aſſerit homines non fuiſſe ita longeuos, ut uidetur prima facie eos fuiſſe, quoniam differentiam annorum ex inſcitia temporum accidiſſe credidit. Hæc ſunt, quę habemus ab alijs. Ego uero arbitror, quod in ſacris hiſtorijs ſcribitur eſſe argumentum efficaciſſimum, quòd longæui aliquando fuerint, nam quòd ibi ſcribitur eſt uerisſimum, nec debet homo dubitare, cum rationem non habeat ad oppoſitum urgentem, auctoritas enim eſt ualida, quoties nulla eſt ratio ualida in contrarium. Nam licet fides non habeat gladium, ut offendat (ut inquit Nycenus) habet clipeum, ut ſe defendat. Præterea hiſtoria, ut inquit Ariſtoteles, carpitur, uel quia oppoſitum eius, quod tradit habetur per ſenſum, aut per rationem efficacem, aut per maiorem auctoritatem in contrarium, quare cum nulla ſit ratio urgens, quæ probet contrarium, nullus quoque ſenſus ſitque auctoritas approbata a tot uiris præcipuis, dicamus longeuos fuiſſe. Quod eo mihi conſonum eſt, quoniam ſicut mors accidit ob ſcelera, ita uitam breuem effectam eſſe arbitror ex eadem cauſa. Tunc patet ad quæſtionem, quoniam licet concluſio illa in ſacris tradita non poſſit ratione demonſtratiuas probari, non poteſt tamẽ improbari, & hoc ſufficit fideli ut ſe defendat. Conſequenter quæritur utrum planta, quæ effecta eſt denuo iuuenis ſit eadem numero, quæ erat antea. Aluerniata reſpondet hypothetice, dicens ita eſſe de plantis ſicut de animalibus, modo in animalibus dicit Ariſtoteles, quòd ſi eſt unum membrũ principale per quod animal eſt unum, ſemper illo membro exiſtente, animal erit unum, unde ſoluens Ariſtoteles quæſitum de monſtro habẽte duo capita, ait in libris de animalibus, quòd ſi cor eſt unum, illud animal eſt unum, ſi uero cor nõ eſt unum, nec quoq; animal unum erit, ita & de plantis aſſerit, quòd ſi eſt una pars in plantis, per cuiꝰ unitatem planta dicitur una, quæ forte conſiſtit in contractu trunchi & radicum, ſic planta erit una. At ſi talis ps non fuerit una, nec planta renata erit cum priori una. Cãdauenſis uero alium modũ fingit, dicit enim quòd ſi in ſtipite manet humidum radicale plantæ primæ, tunc ambæ ſunt eædem numero, ueluti homo per totam uitam manet idem numero, propterea quia ſemper manet de humido radicali. At ſi in ſecunda planta non manet idẽ radicale humidum, quod erat primæ plantæ, tunc ſunt eędem ſpẽ, non numero. Ego uero arbitror, ꝙ hęc cõſequẽtia negatiue ualet, nõ eſt idem humidũ radicale, ergo non eſt eadem planta, ut Philoponus aſſeruit primo de generatione capitulo de augmentatione. Affirmatiue ṽo nõ ſequitur, quoniam in ramo tranſplantato eſt idem radicale humidum, quod erat prioris plantæ, e qua eſt diuiſus, et tamen non eſt una planta numero cum planta, a qua fuit diuiſus. Dicerem igitur ad unitatem numeralem plantæ & animalis eſſe neceſſarium, ut idem membrum principale ſit, & idem numero humidum radicale, & ſic patet ſolutio quæſtionis, quòd ſi in ſecunda plãta renata adſunt ambo hæc, erunt una, altero autem deficiente, nõ eſt dicenda una. Adhuc quæritur utrum in plãtis membrum ſeminale poſſit inſtaurari. Medici fecerunt differentiam inter humidum ſpermaticum, & humidum nutrimentale, quoniam humidum ſpermaticum, & non poteſt inſtaurari. Humidum uero nutrimentale poteſt inſtaurari, et quoniam membra animata ſunt humida humido ſpermatico, ideo talia membra non poſſunt inſtaurari, quia tamen caro eſt ab humido nutrimentali, ideo caro poteſt inſtaurari, dicerent ergo in plantis mẽbra ipſa ſeminalia nõ poſſe inſtaurari, bene autem nutrimentalia. Obijcit autem Albertus, quoniam omnia membra, & omnes partes, & omne humidum, quæ habuit fętus in utero ꝑ actionem calidi ſunt ſpermatica, modo per actionem calidi in humidum menſtruoſum, fætus in utero habuit carnes, & oſſa, & cætera membra, ergo omnia hęc ſunt membra ſpermatica, & ſic tenet quòd membra ſpermatica, etiam poſſunt inſtaurari, & ſi non omnia, ſaltem aliqua, ut carnes, & cutis, & id genus, non autem omnia, ut oſſa, & nerui, & id genus, non quia ſint ſpermatica, ſed quoniam defecit uigor qualis fuit in uirtute ſeminali. Tunc diceret in plantis etiam aliquas partes ſeminales poſſę inſtaurari, aliquas autem non, poſſunt enim inſtaurari quæcũq; pro earum generatione non requiritur tantus uigor quãtus fuit in ortu, quæ uero eum uigorem uolunt qui fuit in ortu, inſtaurari non poſſunt.

Repro batio poſitionis.

Cap. 48.

Pō alia

Cap. 49.

Dilucidatio ueritatis.

Secũda qō

Tertia q̃ſtio.

*Aßimilantur autẽ plantæ, inſectis, uti iam diximus, nã plantæ diuiſæ ſeiunctæque uiuunt, ac duæ ex una atque etiam plures procreantur.*

*Aßimilantur aũt plantæ, entomis, ſicut dictum eſt prius, diuiſæ enim uiuunt, & duæ & multæ fiunt ex una.*

Cum aſſignauit cauſas longitudinis uitæ in quibuſdã plantis per comparationem ad animalia ſecundum differentiam, nunc comparat plantas ſecundum conuenientiã ad quædam animalia, & ſecundum differẽtiam, & dicit, quòd plantæ aſſimilantur animalibus entomis, hoc eſt inſectis, ut prius eſt dictum, exponit autem ſimilitudinẽ primo, deinde diſſimilitudinem. Exponens autem ſimilitudinem, dicit duo, primum quòd plantæ diuiſæ uiuant, ſecũdo dicit quòd ex una planta per diuiſionem fiunt duæ, et multæ, quæ in animalibus inſectis etiam clariſſima ratione cernuntur. Animal enim inſectum diuiſum uiuit, & ex uno per diuiſionem fiunt duo, & plura. Ex quo loco colligitur, ꝙ pars animalis inſecti deciſa eſt animal, quod q̃dem ſit uerum uel ne, quæſtio eſt pertinens ad librum de anima, nunc autẽ ſupponatur. Hæc de ſimilitudine. Quo uero ad uerba attinet, inſecta animalia græce entoma dicuntur, quæ partim terreſtria ſunt, ut Ariſto. inq̃t in libris de animalibꝰ, ut ſcolopendrię, ſtelliones, partim uolucria, ut apes ueſpæ, partim cum utroq; participantia, ut formicę, partim pennis & pedibus carentia, ut tineæ, quæ in homine naſcuntur, dicta inſecta ab inciſuris, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum ſunt atq; alui.

Inſecta q.

*Inſecta uero, uiuunt quidem, ſed longo tempore uiuere nequeunt, nam nec inſtrumenta poßident, nec principium illud quod ſingulis ineſt, ea efficere poteſt. At illud quod plantis innatum eſt, poteſt quippe cum plantæ, ubique tam radicem quã caulem potentia habeant. Quapropter, ab eo ſemper aliud recens, aliud ſenectum prouenit, quæ pauxillum inter ſe uitæ longitudine differunt, perinde ut ea quæ auulſu ſeruntur, etenim in ea ſatione quæ auulſu ſurculo effici ſolet idem quodammodo euenire dicas, id enim quod auulſione ſeritur, particula quædam eſt. Verum hoc in ſatione quæ auulſu fit, ſeiunctis contingit, ibi, continuis. Cauſa, quod principium ipſum potentia ubiq; ineſt.*

*Entoma autem, uſque ad uiuendum peruenerunt, multo autem non poſſunt tempore, non enim habent organa, neque facere poteſt ipſa principium quod in unoquoque. Quod autem in planta, poteſt, ubique enim, habet radicem, & germen potentia. Quapropter ab hoc ſemper prouenit, hoc quidem nouum, hoc autem ſeneſcens, modico aliquo differentia in eo ꝙ eſt eſſe longæ uitæ, ſic quemadmodum quę aſplantantur: etenim in aſplantatione, modo aliquo dicet utique aliquis eadem accidere, particula enim quædam, quod aſplantatur. In aſplantatione igitur ſeparatis, accidit hoc, ibi autem, per continuum. Cauſa aũt, quia ineſt ubique principium potẽtia exiſtens.*

Cum poſuit ſimilitudinem inter plantas, & entoma, nunc ponit diſſimilitudinem. Diſſimilitudo uero eſt, quòd licet partes deciſæ plantarum, & partes deciſæ entomorum, uiuant, tamen partes entomorum nõ diu uiuere poſſunt. Cuiꝰ cauſam affert ex eo quia tales entomorum partes deciſæ non habent organa neceſſaria ad nutrimẽtum ſcilicet os, & ſtomachum, os quidem per quod cibũ aſſumant, ſtomachum uero per quem cibum concoquant. Signum autem, quòd ſi in altera entomi deciſi parte hęc remanerent, tale animal poſſet, diu uiuere, ut patet de lacerta, cuius cauda eſt abſciſſa. Sed dices hæc duo organa facere poteſt uirtus, quæ derelicta eſt in parte deciſa, refutans hoc dicit, quòd nec talia organa, nec opera taliũ organorum facere poteſt principium & uirtus, quæ eſt in unaquaq; particula deciſa, & ſic patet prima pars. Secũda uero pars eſt, quòd partes plantarum deciſæ diu uiuere poſſunt, quoniam licet in illis non remaneant organa neceſſaria ad nutritionem, tamen aſplantatæ in terra habẽt radicem, quæ eſt ori ſimilis potentia, & cæteras partes, quæ loco ſtomachi ſunt etiam patientia, habent etiã germen, & uirtutem pullulatiuam, per quam proficiſcitur ſemper hoc quidem nouum, hoc autem ſeneſcens, quia igitur habent radices potentia, poſſunt enutriri, quia habent nodos, poſſunt cibum decoquere, quia habent germẽ potentia, poſſunt generare. Sed dices nunquid rami qui fiũt per pullulationem in ipſamet planta, & rami qui aſplãtantur, differant aliqua ratione. Reſpondet ꝙ parum differunt quo ad eſſe longæuum, unde dicit. Aſſimilantur autẽ plantæ ipſæ entomis ſicut dictum eſt. Exponit autem ſimilitudinem, & dicit. Diuiſæ enim ſcilicet plantæ uiuunt, & duæ & multę fiunt ex una, ſicut etiam animal diuiſum uiuit, & duo uel plura fiunt ex illo uno diuiſo, hæc eſt ſimilitudo. Dat diſſimilitudinem, & dicit. Entoma aũt cũ ſubaudi diuidunt̃, uſq; ad uiuẽdũ peruenerũt, & ſic diuiſa uiuunt, ueluti plantæ, uerum eſt differẽtia, qm̃ multo tẽpore nõ pñt uiuere. Cuius cãm aſſignat, & dicit. Non enim hñt organa ſcilicet nec actu, nec potẽtia, quę ſunt neceſſaria ad uitam ſcilicet ſtomachum, & os nec principium, ꝙ eſt in unoquoq; mẽbro animalis deciſi, poteſt facere ipſa organa, quæ ſunt neceſſaria ad uitam, & per principiũ uirtutem intelligit, non enim ea uirtus uitæ, quæ manet in cauda lacertæ abſciſa, facere poteſt organa neceſſaria ad uitam ſcilicet ſtomachũ, & os, ꝙ aũt eſt in plãta deciſa derelictũ, pōt facere radicẽ, & truncũ, radicẽ q̃dẽ loco oris, truncum loco ſtomachi in cuius quaſi medio eſt

uelut cor. Cuius cauſam & dicit. Quia pars plantę deciſa ubiq; aſplantata habet radicem loco oris, & germen loco principij generatiui, ſubaudi & trũcum loco ſtomachi, habet dico hæc omnia ſaltem potentia. Ex his concludit ꝙ eodem modo eſt de tota planta, ſicut de parte deciſa quo ad organa habenda, licet ſit differentia, ut dicit, unde inquit. Quapropter ſubaudi ut ab hoc ſcilicet planta tota prouenit hoc quidem nouum ſcilicet ratione germinis exiſtentis actu in ea, hoc autem ſeneſcens, modico aliquo differentia in eo quòd eſt eſſe longe uitę. Antiquum enim eſt breuis uitæ, nouum autem longæ uitæ, & dixit { modico aliquo differentia } quoniam hæc differentia nec eſt numero nec ſpecie, ſed ſolum quæ eſt inter partes eiuſdẽ totius. Deinde complet differentiam, & accipit quemadmodum pro etiam, uel eodem modo, & dicit, ſic quemadmodum, hoc eſt ſic etiam, uel ſic eodem modo, hæc ſunt in his, quæ aſplantantur. Etenim in aſplantatione ipſa modo aliquo ſcilicet potentia dicet utiq; aliquis eadem accidere ſcilicet radicem loco oris, trũcum loco ſtomachi, germen loco teſtium. Et cauſam aſſignat, & dicit. Quia ꝙ aſplantatur eſt quædam particula plantæ, in qua omnia hæc ſunt potentia, unde concludit differentiam iterum & dicit. Igitur in ſeparatis particulis plantæ aſplantatione factis accidit, hoc ſcilicet principium, & potentia, qua ſunt illa tria. Ibi autẽ ſcilicet in planta facta hæc tria ſunt per continuum, hoc eſt per actum continuum & ſucceſſiuum, uel forte cum loquatur in numero ſingulari intelligit per hoc germinationem, & tunc eſt ſenſus, quòd germinatio accidit ſeparatis in aſplãtatione. In tota uero plãta accidit germinatio per continuum & unum, quoniam in eadem planta. Sed prima expoſitio eſt ad uerba græca, & poteſt legi uerbum { igitur } pro ſed. q. d. ſed in his quę aſplantatione ſeparatæ ſunt, hoc ſcilicet principium qđ eſt potentia illa tria accidit, ibi autem hoc eſt in plãta perfecta illa tria ſunt per continuum hoc eſt per actum nõ interciſum, hæc eſt expoſitio optima. Quod autem in ſeparatis aſplantatione accidant illa tria, aſſignat cãm, & dicit. Cauſa autem, quia ineſt ubique, hoc eſt in quauis particula principium factiuũ illorum trium potentia exñs. Ex his uoluit habere Ariſto. quòd tria ſunt in ramo aſplãtato, & tria in ipſa planta facta, radix loco oris, truncus loco ſtomachi, & germen loco teſticulorum, uerum aliter atq; aliter, in aſplantata enim parte hæc tria ſunt potẽtia, in planta perfecta hæc tria ſunt actu. Et per germen intelligit ꝙ ex arborum oculis naſcitur, ſurculus. n. dicit prægnans a generãdo, & ideo dicitur generationis principiũ. Per hæc uoluit habere differentiam inter particulam deciſam animalis entomi, & particulam deciſam plantę, qm̃ plantæ particula ꝑꝑ hanc cãm diu põt uiuere, pars aĩalis non. Hæc Ariſto.

Quid germen.

*Porro, idem in plantis & animalibus euenit. Nam in animalium genere, mares diutius magna ex parte uiuunt.*

*Accidit autem idem, in animalibus & plantis. In animalibus enim, longioris uitæ maſculi ut in pluribus.*

Poſtquam egit de longitudine uitæ in plantis ſcd̃m differentiam ad animalia, hic agit de ea ſecundum cõuenientiam, & ponit hanc concluſionem, quòd idem accidit in animalibus & plantis, quòd ut maſculi in animalibꝰ ſunt uitæ longioris, ſic in plantis, unde dicit. Accidit autem idẽ in animalibus, & plantis, in animalibus enim lõgioris uitæ maſculi ſunt, ut in pluribꝰ, & ſilr in plãtis plãtę maſculę ſunt longioris uitæ, uerum hoc eſt intelligendum, ut dicit, ut in pluribus, qm̃ paſſer fœmina longioris uitæ eſt q̃ maſculus, & propter alias cauſas.

*Quorum partes ſupernæ, maiores ſunt, q̃ infernæ. nã mas fœmina magis formam gerit pomilionis. ſuperna uero, calor, & inferna, frigus occupat. Et in plantarum genere, quæ caput prægraue ac ponderoſum geſtãt, lõgius uitæ curſum ꝓtrahũt.*

*Horum autem ſuperiora, maiora q̃ inferiora. magis enim nanus maſculus, q̃ femella. in ſuperiori autẽ, calidũ, & frigidũ, in inferiori. Et plãtarũ, q̃ capite graues lõgioris uitæ.*

Dicet qs, non eſſe bene dictum in plantis eſſe maſculũ & fœminã, qm̃, ut dicitur libro primo de generatione animalium, mas eſt id quod in alıud ſemẽ emittit, fœmina ꝟo ꝙ in ſe emiſſum ſemen recipit, mõ ſic non eſt dr̃ia ſexuum in plantis, quaſi rñdet ꝙ mas & fœmina non dicuntur in plantis ſm eam rõnem, ſm q̃ in animalibus, ſed quadam ſimilitudine, ut ea plãta maſculus ſit, cuiꝰ ſuperiora maiora ſunt, ea femella, cuius inferiora maiora ſunt, vñ dicit. Horum autem. ſ. maſculorum in plantis ſunt (vt in aĩalibus) ſuperiora maiora q̃ inferiora, & hac rõne ſumit rõ ſexus Q̃ aũt in aĩalibus ſuperiora ſint maiora, patet experimento, qm̃ nanꝰ, hoc eſt pomilio pro maiore ſui parte eſt mas magis q̃ fœmina, & hoc pro tanto, qa pomilio eſt cuius ſuperiora ſunt maiora, & paruus homo, dico pro maiori parte, qm̃ etiam fœmina eſt nana, raro tñ, qm̃ nanus pro maiori parte ſuperiora habet maiora, qđ fœminis raro accidere poteſt. Non contentus experimento, aſſignat cãm, quare in maſculis ſuperiora ſunt maiora, & legẽdum eſt textũ licenter ſcilicet aũt pro qm̃, aut pro etiã ut non raro fecit Philoponus, & dicit. In ſuperiori autem, hoc eſt, qm̃ in ſuperiori calidum magis congregatur, & frigidũ magis cõgregatur inferius. Et qm̃ in maſculis calidum ẽſt maius, in femellis frigidum, ideo mulieres hñt inferiora maiora, mares cõtra. Ex hoc infert propoſitũ, & legendum eſt & pro ergo. q. d. ergo plantarum, quę capitę graues & magnæ ſunt, ipſę ſunt lõgioris uitę, nã ſunt maſculi, ut patuit.

*Cuiuſmodi ſunt, nõ annuæ, ſed q̃ figura ſunt arboris. ſiquidẽ radix, plãtarũ pars ſupera atq; caput eſt. q̃ aũt ſunt annuæ, parte inferiora & augentur & ſuos fructus effundunt.*

*Tales autem, nõ quæ epeteiæ, ſed arboroſæ. ſuperius enim plãtæ et caput, radix eſt. epeteiæ autem, ad inferius & fructum accipiunt & augmentum.*

Sed duo occurrũt dubia, primo quæ ſint plantę maſculæ, ſecundo quid in plantis intelligimus ꝑ ſupiora, Ad primum rñdet Ariſto. & dicit. Tales aũt maſculæ plantę nõ ſunt quę epeteię, hoc eſt annuę, quę paruę herbæ dicũtur, quæq; non eleuãtur ſuper terram, ſed expanduntur in terra, ſed plantę maſculę ſunt arboroſæ. ſ. quæ eleuantur ſupra terram, & non expandunt in terra, in quo genere etiã milium, faba, lupinus, & frumentum eſſe poſſunt, nam licet ſint annuæ, tamen ſunt arboroſæ, ut dicemus. Ad ſecũdum rñdet, & dicit. Superius enim plantę & caput, eſt radix, ſecus in hoĩe, eſt homo planta euerſa, ubi mihi uidetur uerbum illud, enim, non cauſaliter eſſe legẽdum, ſed copulatiue pro et, quaſi dicat, & ſuperius plantę qđ etiam caput eſt, radix eſt. Sed dices utrum omnes epeteię ſint fœminę. Rñdet ꝙ non, ſed ſolum, quæ nõ ſunt arboroſæ, ſed expanſę, & inqt. Epeteię aũt quę ſunt fœminę, hę ſunt ſubaudi, quę ad ĩferiꝰ, & fructũ accipiũt, uel generãt, & augmentum, ut ſunt quęcũq; in terra expẽſe ſunt. Ex qbꝰ colligitur plãtarũ alias eſſe arboroſas, alias expãſas per terrã expãſæ quidẽ per terrã oẽs ſunt fœminæ, arboroſæ, licet ſint duplices epeteiæ, & chronicæ, maſculæ ſunt, quarum radices ſunt maiores, femellę ꝟo, quarũ radices ſunt minores. Sed quæres quare in plantis radices ſunt maiores, aliqñ, non enim uidetur, quia pars multa calida ad eas moueatur, qm̃ calidũ mouet ad ſupius mundi, et nõ ad ſuperius plantæ. Dicendum ꝙ calidum mouet ad ſuperius plantæ, qđ eſt radix, nõ a propria calidi natura, ſed a uirtute regitiua plãtæ, & ſic cũ illæ partes ſunt maiores, eſt ſignũ qđ multũ calidi ad eas eſt trãſmiſſum, & ſic ĩ arboroſis maſculæ ſunt, quarũ radices maiores ſunt. Adhuc quæres quare epeteię expãſæ ſint ſolũ fœminę. Dici põt, qm̃ iſtæ ꝯparatione habita ad arboroſas, utplurimũ ſunt pauciorũ fructuũ, & potiꝰ naſcũt putrefactione, q̃ ſemine. At maſculꝰ eſt, q maiorũ & pluriũ fructuũ eſt.

Dubitatio.

Secũda dubitatio.

*Sed de hoc ſeorſum per ſe in libris de plantis tractabitur,*

nunc



*nunc autem de cæteris, nempe de animalibus, cauſa q̃obrẽ alia longum uitæ ſpatium obtineant, alia breue, explicata eſt. Reſtat, ut de iuuentute & ſenectute & uita & morte contemplemur. his enim præfinitis determinatiſque, animalium doctrina finem erit aſſecuta.*

*Sed de hoc quidem & ſecundũ ſe in ijs quæ de plantis determinabitur, nunc autem de aliis, animalibus, dicta eſt cauſa de magnitudine uitæ, & de uitæ breuitate. Reliquũ aũt nobis conſiderare, de iuuẽtute et ſenectute, & uita & morte. his. n. determinatis, finẽ utiq; habebit q̃ de animalibus methodus.*

Qm̃ in his quæ de plãtis dixit, multæ occurrũt qõnes, ut utrũ in plantis ſit ſexus, & utrũ aliquæ epeteiæ ſint maſculæ, aliæ fœminæ, & de arboroſi ſilr, ideo de his qõnibus & alijs ſe excuſans, ꝯtinuãdo ſe ad ſequẽtia epilogat, & dicit. Sed de hoc qdem. ſ. de plantis ac plãtarum negocio, & ſcd̃m ſe, hoc eſt ſeorſum, in his quæ de plãtis determinabitur, nũc aũt de aĩalibus alijs, quæ a plantis differunt, cauſa de uitæ magnitudine, & de uitæ breuitate dicta eſt. Hæc de excuſatione & de epilogo. Continuando ꝟo ſe ad ſequẽtia, dicit. Reliquum autem eſt nobis cõſiderare de iuuentute, & ſenectute, & uita & morte. Cuiꝰ cãm affert. His enim determinatis, finem utiq; habebit, quæ de aĩalibus methodus eſt. Ex quibus patet omnes hos libellos, quos parua dicunt, eſſe partes totius libri de aĩalibꝰ. Circa finem huius libelli quæritur primo, utrum idem ſit ſm naturam ſanum, & longęuum, ſecundo utrũ tẽperatũ corpꝰ magis q̃ diſtemperatũ ægrotatiuis cauſis reſiſtat. Tertio quæritur ſcd̃m quã cõplõnẽ hõ ſit longioris uitæ. Vltimo quæritur utrũ ſint aliqua ſigna in hoĩbus a natura inſita, per quæ iudicare poſſimus aliquem hominem eſſe altero longioris uitę. Quantum ad primam qõnem arguentantur ꝙ non nã Ariſto. in principio mouẽs qõnem, innuit quaſi breuẽ ſolõnem, & dicit, ꝙ quædam languoroſa ſunt breuis uitæ, quædam aũt nihil prohibet eſſe longæ uitę, per quę dat intelligere ꝙ nõ ſit idẽ languoroſum eſſe, & breuis uitę, ergo nec erit idẽ ſanum eſſe & lõgę uitæ, hoc idem obſeruatio docet, qm̃, ut narrauit Ariſtoteles primo rhetoricorum. Herodicꝰ languoroſus utẽdo bono regimine diu uixit. Multi quoq; ægrotauerunt ſemel in uita, & fuerunt breuis uitæ, cum enim ſemel ĩ uita ęgrotauerit, fuerunt natura ſani, & tñ breuis uitę extiterũt. Circa hãc qõnem primo declaremus terminos, ſecundũ dilucidat ſententia Ariſto. Quantum ad primũ dicamus qđ Ariſto. per ſanum ſecundum naturam, intelligit corpꝰ, qđ pro eo tꝑe, pro quo uiuit, raro aut nũquam ex pricipijs generationis eſt aptum ægrotare, hoc corpus Druſianꝰ uoluit eſſe ſimplr̃ ſanũ, ut ſemper quidẽ, ſi pro toto tꝑe pro q̊ uiuit, ex principijs generationis nũquã ſit aptũ ægrotare, ut multum ꝟo, ſi ex principijs generationis, raro pro tꝑe, quo uiuit, ſit aptum ægrotare, qm̃ ſi ex principijs generationis raro ſit aptum ægrotare, ut multum eſt aptũ uiuere ſanum. Per languoroſum ꝟo corpus, intelligit Ariſto. corpus ꝙ pro eo tꝑe pro q̊ uiuit, ex principijs generationis eſt aptum ægrotare, ſemꝑ qdẽ ſi pro omni tẽpore, pro q̊ uiuit, ut Herodicus, ut multum ꝟo ſi pro maiori ꝑte ſuaruꝫ ętatum, ꝙ corpus Druſianus appellat ęgrum ſimplr̃. Hęc de expõne terminorum. Pro dilucidatione ꝟo ſupponendum eſt, ꝙ naturalis ſanitas uel eſt primarũ qualitatũ tẽperamentum, uel ſequens hmõi tꝑamentũ, hoc pꝫ quinto phyſicorum, & ſeptimo. Tũc dicendũ ꝙ fieri põt ex principijs generationis, ut aliquod humanum corpus hẽat parum de calido & humido, & tñ humidum ſit bene proportionatum calido, & etiam ſicco. Calidũ quoq; bene proportionatum frigido, & ſic tale corpus ex principijs generationis pro eo, tꝑe pro quo uiuit, erit naturaliter & ſimpliciter ſanum, cum pro toto tempore pro quo uiuit, ſit taliter proportionatum in primis qualitatibus, ꝙ eſt eſſe ſanum, paucitate ꝟo calidi & humidi cito morieť, ergo non eſt idem ſanum ſecundum naturam, & longæ uitæ eſſe.

Queſtiones.

Vtrũ nam ſanũ ſit idẽ ꝙ lõgeuũ & languoroſum idẽ qđ breuis uitæ.

Sanũ ſimpliciter Egrũ ſimpliciter.

Quod uero poſſit corpus languoroſum ſecundum naturam eſſe longæ uitæ, dilucidemus, & ſumamus quòd corpus poteſt duplr̃ ex principijs generationis eſſe languoroſum, aut ꝑꝑ improportionem primarum qualitatum, & taliter languoroſum, ſemper eſt breuis uitæ, qm̃ ex tali improportione ex principijs generationis contracta altera qualitas alteram corrũpit, & ſic tale corpus erit breuis uitę, aut ꝑꝑ multitudinem humorum ſꝑfluorũ ex ſeminibꝰ parentum contractorum, & tũc põt fieri ut aliquod corpus in primis qualitatibus bonam hẽat proportionem, et ſint calidum & humidum multa, & bene proportionata, & tñ ex ſeminibus parẽtum habeat multos humores ſuꝑfluos, qui humores poſtea ſæpe in tẽporibus uitæ huiꝰ putreſiãt, & ægrotationem faciãt. Vbi pꝫ talem putrefactionem facere egritudines, non tñ uitæ breuitatẽ, immo uitæ longitudinem, qm̃ per eas expurgať naturale tẽperamẽtũ a ſuꝑfluis illis humoris, ergo ſtat corpus eſſe ex principijs generationis languoroſum, & uitę longæ, ut dixit Ariſto. hæc de dilucidatione, ex qua patet ſolõ ad rõnes. Declaratum eſt. n. poſſe eſſe corpus natura ſanum, & tñ nõ eſſe longæuum, etiam corpus poſſe eſſe natura languoroſum, & eẽ longeuum. Ex quibus ulterius patet ſanũ ſimpliciter non dici ex eo, qa longæuum, ſed quia ex principijs generationis non eſt aptum ægrotare pro tꝑe pro quo uiuit. Amplius pꝫ natura languoroſum poſſe eſſe longę uitę, nec dici languoroſum natura, quia breuis uitæ, ſed qa ex principijs naturæ aptum pro tꝑe, pro quo uiuit ęgrotare. Quę forte Druſianus nõ intellexit.

Secundo principalr̃ proponebatur, utrũ corpꝰ tẽpatum reſiſtat magis cauſis ęgrotatiuis quocũq; corpore diſtemperãto. Et argumentantur ꝙ nõ, qm̃ corpꝰ lapſum ad calidum magis reſiſtit cauſis ipſum trahentibus ad frigidas ægritudines, q̃ tẽperatũ, qm̃ gradualiter plus ab illis diſtat. Druſianus uno mõ concedit id, ꝙ argumentum concludit, aſſerit enim ꝙ qñ Galenus dicit corpus temperatum magis ægrotatiuis cauſis reſiſtere q̃ diſtemperatum, eius dictum eſſe indefinitum, qm̃ non omnibus cauſis ſed pluribus, calidum enim corpus magis reſiſtit cauſis trahẽtibus ad frigidas ægritudines tm̃, temperatum autem minus quãtũ ad has, in cæteris ꝟo magis. Sed hęc poſitio eſt difficilis, qm̃ tũc nulla uia eſſet, quã corpꝰ tꝑatũ a diſtẽꝑato diſcerni poſſet, qm̃ utrũq; eſſet aptũ ægrotare plerũque, immo fortaſſis tẽperatum magis quã quodcũq; diſtemperatum, cum habeat multa extrema, in quę facile labi põt. Propterea alio modo dicit, ꝙ ultra gradualẽ mẽſuram primarũ qualitatũ, quę ſunt in corꝑe tẽperato, ui illius menſuræ accidit q̃dã alia qualitas ſecũda, ui cuiꝰ tale corpꝰ reſiſtit q̃ſi virtualr̃ oĩbꝰ cauſis q̃uis ęgritudine ęgrotatiuis, nã licet tale corpꝰ merito gradualis mẽſurę qualitatũ primarũ nõ magis reſiſteret oĩbꝰ cauſis q̃ diſtẽperatũ, tñ merito illiꝰ q̃litatis additę reſiſtit magis oĩbus quouis diſtẽperato. Quid ꝟo ſit hęc q̃litas ſuꝑaddita, non clare exponit, tñ nũc vr̃ dicere ꝙ ſit cõplexio, quę eſt qualitas ſecũda reſultãs ex proportione primarũ, uel addita eidem ſubto mediãte tali ꝓportione, quę dici põt encraſis, hoc eſt tẽperãtia. Nũc aũt vr̃ dicere ꝙ illa q̃litas ſit ꝓportio q̃litatũ primarũ, quę nihil aliud eſt, quã primę q̃litates ſic uel ſic debite ꝓportionatę. Sed qcqd ſit, dicit ꝙ corpꝰ tꝑatũ licet merito q̃litatũ minꝰ reſiſtat aliqbꝰ cauſis ęgrotatiuis aliq̃ corꝑe diſtẽperato, merito tñ huiꝰ qualitatis additę q̃cũq; illa ſit, magis reſiſtit oĩbus q̃ qđcũq; diſtẽperatũ. Quare ad argumẽtũ diceret ꝙ licet tꝑatũ corpus omnibus cauſis ęgrotatiuis nõ magis reſiſteret quocũq; corꝑe diſtẽperato rõne qualitatis elemẽtarię, merito ꝟo q̃litatis cõplõnalis, uel proportionalis ſimplr̃ magis reſiſtit. Cãm uero affert, qm̃ rõne talis qualitatis additæ complexio eſt magis proportionata animæ, & ſic per eã aĩa põt diutius ꝑficere materiã, & ita hõ tẽperatꝰ ſimplr̃ erit cęteris corporibus magis reſiſtens cauſis ægrotatiuis quibuſcũque. Contra hanc determinationem argumentantur iuniores, qm̃ ita corpus temperatum ut diſtẽperatum al-

Secunda qõ utrum corpus tẽperatũ reſiſtat magis cãis ægrotatiuis quocũq; diſtẽperato.

teratᷓ a cauſis alteratiuis,tẽperatũ enim corpus,ſi exponitᷓ ſoli,ita alteratur a calore ſolis,ſicut quodcũq; etiã corpꝰ diſtẽperatum,& ita uidetur ęque paſſiuum, & ſic nõ magis reſiſtit cauſis ægrotatiuis. Propter hãc rõnem corrigunt Druſiani põnem,& dicunt aliud eſſe reſiſtere cauſis alteratiuis,ne alterent,atq; imprimãt, & aliud ne ledant. Dicunt igitur utrũq; corpus recipere impræſſiones a talibus cauſis,& forte aliquod diſtemperatum, minus recipere.Sed hæc eſt differentia,ꝙ tẽperatum minus ab impræſſionæ læditur,& leſum citius reducitur,cum ſit ex generatione aptum eſſe ſanum.Diſtẽperatum ꝟo ab impreſſione magis lædiᷓ,& lęſum minus reducitur,et cauſa eſt ea qualitas,quæ eſt tẽperantia,merito enim illius temperatũ minus læditur,& læſum facilius reducitur. Hęc eſt Druſianicæ poſitionis correptio. Sed contra hanc põnẽ obijciũt iuniores, & accipio duo corpora temperata nunc primo ad temperantiam reducta per artem,quorum alterũ reducatᷓ a calido ut octo ꝑ remiſſionẽ uerſus mediũ,& cũ eſt in extremo tẽperãtiæ ſiſtat, ita ut ſit in extremo calidiori totiꝰ latitudinis tẽperãtiæ. Alterũ ꝟo reducatᷓ a frigido ut octo uerſus medium per remiſſionem,ita quòd cum eſt in extremo frigidiori totius latitudine temperantiæ ſiſtat, &




ſit.a.calidum in extremo totius latitudinis calidiori tẽperantię,&.b.frigidum in extremo frigidiori eiuſdem latitudinis, Tunc argumentanᷓ.A.in extremo tali merito qualitatis additę reſiſtit oĩbus ægrotatiuis ęqualr̃ ſicut.b.qm̃ utrũq; eſt temperatum. Merito ꝟo qualitatis elementarię reſiſtit magis cauſis trahentibus ad frigidas ægritudines ꝗ̃.b.qm̃ eſt ab illis gradualiter remotiꝰ. Si reſiſtit magis, ſit iſta reſiſtentia maior ut duo uel ut unũ. Tũc argumentor.a.nunc primo reſiſtit magis frigidis cauſis quã immediate ante hoc,ſed nunc reſiſtit,ut unũ,ergo immediate ante hoc reſiſtebat eiſdem per minꝰ, hoc eſt per medietatem unius gradus,ſed immediate ante hoc erat diſtemperatũ, & reſiſtebat magis ꝗ̃.b.eiſdem reſiſtat,ut patet,ergo aliquod corpus diſtemperatum põt reſiſtere magis aliqbus cauſis ægrotatiuis ꝗ̃ temperatum. Aĩaduerte ꝙ qcqd ſit de põne,hoc argumentũ multiplr̃ peccat, primo qm̃ Druſianus loquitur de corporibus temperatis non per reductionẽ,ſed a natura. Aſſerit enim ipſe ꝙ corpꝰ reductum ad tẽperamentum non eſt uere temperatũ, ſed ſophiſtice, ueluti aurum friſorium,& ſic caſus eſt impoſis,ſecũdo peccat,qm̃ aliter eſt loquẽdum ad imaginationem mathematicorum,& aliter ad imaginationem naturalem. Ad imaginationem mathematicã nec datᷓ maximũ, nec minimũ, & omnis motus eſt fluxus continuus, & ſucceſſiuus. Et tũc ſm̃ hãc imaginationem procedit argumẽtũ, & recte concludit põnẽ Druſiani eſſe falſam ad imaginationem mathematicorum,qm̃ ſi.a,nunc primo temperatũ reſiſtit certa latitudine magis ꝗ̃.b,illis frigidis cauſis, immediate etiam ante hoc qñ erat diſtẽperatum, magis reſiſtebat, qm̃ latitudo exceſſus nõ erat indiuiſibilis ſm̃ imaginationem mathematicã,Et ſic argumentum concludit Druſiani põnẽ nõ eſſe ueram ſtãte imaginatione mathematicorum, At ad imaginationẽ naturalẽ dicendum eſt, ꝙ latitudo,a.b.licet,ut quãta ſit diuiſibilis, ut res naturalis eſt ſimpliciter indiuiſibilis,& ita corpa.a.& b.licet ſint in extremo illius latitudinis quatenus latitudo illa eſt quanta, tñ ſunt gradualiter ęqualia, quatenus latitudo illa eſt unus gradus temperantiæ in quo utraq; ſunt ęqualia. Vnde huiuſmodi corpora ſunt gradualr̃ ęqualia, qm̃ eodem gradu temperantiæ ęqualia,nõ tñ ęqualiter indiuiſibiliter, qm̃ licet illa latitudo non ſit diuiſibilis ſecundum naturã, eſt diuiſibilis ut quanta ad imaginationem mathematicorũ. Tunc dicendum, ꝙ utrũq; ęqualiter gradualiter ad imaginationem phyſicam ęque reſiſtit, nõ tñ ęqualiter indiuiſibiliter ad imaginationem mathematicam, & ita immediatę ante hoc.a.non reſiſtebat magis : ſed per unũ gradũ minus,cum acquiſitio reſiſtẽtię nõ ſit motus cõtinuꝰ, ſed ſucceſſiuus qui fit minima in gradu,ut dictum eſt alibi,pʒ igiᷓ hmõi argumentum eſſe cõmẽtitium, cum naturalem Philoſophiam nõ ſapiat. Iſti.n.deſtruentes fundamenta medicorum,ꝑ mathematica inceſſerunt. Et licet hęc Druſiani poſitio poſſit defendi ab his, non tñ eſt ſimplr̃ uera, qm̃ probauimus ꝙ corpus aliquod eſſe poteſt in primis qualitatibus ſimplr̃ tẽperatũ, & tñ eſſe a natura languoroſum,qm̃ licet merito proportionis primarũ qualitatum ſit tẽꝑatum,merito tñ humorum ſuperfluorum hęc ſeminibus parẽtũ ꝯtractorũ tale corpꝰ eſt aptũ pro maiori parte temporum cadere in ægritudines pendẽtes ab illis ſuperfluis humoribus.Ergo nõ eſt ſimplr̃ uerum ꝙ corpus temperatum in primis qualitatibus ſemper reſiſtat magis omnibus cauſis ægrotatiuis ꝗ̃ quodcũq; diſtemperatũ. Qꝫ non aĩaduertentes medici,ſimplr̃ errauerũt. Quare ſecundum Ariſto.dicendum eſt quòd corpꝰ tẽperatũ in primis qualitatibus, & mundum ab humoribus cõtractis ex ſeminibus parentum,eſt magis reſiſtens oĩbus cauſis ęgrotatiuis ꝗ̃ aliud quodcũq; diſtẽperatum. qm̃ merito tẽperãtiæ, & puritatis in nullas ęgritudines eſt aptum cadere. Tertio proponebatur per ꝗ̃ cõplexionem hõ ſit lõgioris uitæ,& primo vr̃ quòd ꝑ ſanguineam, qm̃ in tali abũdãt magis principia longę uitæ,ut calidum, & humidum. In contrariũ ſunt medici,qm̃ cõplexio ſanguinea eſt maxime putrefactioni expoſita,quod indicat ſudoris fetor, urinę ac egeſtionis etiam,putrefactio aũt eſt cã corruptionis quatto meteororum. Quod aũt cholerica ſit lõgioris uitæ,eo conſtat,qm̃ aſſimilatur igni,qui inter elementa minus putrefit,ex alio vr̃ oppoſitum, qm̃ in tali eſt multum de calido & parum de humido,& ſic cito areſcit humidũ. Quod flegmatica ſit longioris uitę, etiam conſtat, qm̃ in tali cõplexione eſt multum de humido,& ſic tarde exiccatur,& ita tarde corrumpiᷓ. Ex his ꝟo,quæ Ariſt.dicit, vr̃ oppoſitum, dicit enim mares eſſe uiuaciores femellis, qm̃ calidiores.Quod deniq; melancholica ſit uiuacior,pʒ ex plantis,quæ reſpectu humanæ cõplexionis ſunt melãcholicæ,& tñ uiuaciores ſunt.Præterea talis cõplexio eſt cõpactior,ideo magis reſiſtens,ſicut lapides, qui cũ ſint melãcholicę complexionis,ſunt longioris durationis. At in contrarium ſunt oẽs medici dicẽtes tẽperatã cõplexionem eſſe uiuaciorem,In qõne iſta medici oẽs tenent,ꝙ inter omnes complexiones temperata ſit uiuacior, probant qm̃ per eam aĩa eſt magis apta perficere materiam, experientia enim docet materiales operationes aĩam melius ꝑficere per temperatã ꝗ̃ per diſtẽperatam complexionẽ,ergo per talem complexionem aĩæ proportionatam diutius aĩa eſt apta materiam perficere, poſtea de lapſis a tẽperata dicũt,quòd ſanguinea eſt uiuacior,poſt ſanguineã cholerica,poſt hãc flegmaticã,ultimo melancholica, quæ eſt (vt ita dicam)ipſa mors,eſt enim mors in frigido, & ſicco conſiſtens. Sed cõtra hanc poſitionem obijciũt iuniores Philoſophi, primo qm̃ fructꝰ temperatiores citius matureſcunt, & ſiccantur citius, & tñ ſunt temperatiores. Præterea complexio uiri eſt temperatior cõplexione pueri,& tamen puer eſt uiuacior.Amplius homo eſt temperatioris complexionis quam plantæ, & tñ aliquæ plantæ ſunt uiuaciores.De diſtemperatis uero dicunt, qđ nec rõne nec obſeruatione põt ſciri quę earum eſt uiuacior,nam experientia docet nũc unam, nũc aliam minꝰ uiuacẽ eſſe. Sed hæc argumenta non cogunt, cum.n.dicitur temperatam

Tertia qõ quæ complexio ſit uiuacior.



tam complexionem eſſe uiuaciorem alijs. Philoſophi & medici intelligunt comparando cõplexionem ad cõplexionem in omnibus parem pręterquã in cõplexione. Modo cum comparatur uir debet ad uirum,& puer ad puerũ cõparari,homo ad hominẽ,& nõ ad plantam. Cũ ꝟo de fructibꝰ dr̃,ſolutio eſt manifeſta, fructus.n.qui cito adulſcunt,citius oriuntur,& ſic diutius uiuũt cæteris paribus. Ego ꝟo arbitror iuxta dilucidationes præcedentium quęſtionum,qđ temperata complexio aliqua eſt uiuacior, aliqua minus uiuax.Viuacior quidem, in qua primę qualitates ſunt debite proportionatę inter ſe,& humidum & calidum ſunt multa,& proportionata, multa dico in quanto, ut iuxta textum dictum eſt. Minus autem uiuax, in qua primæ qualitates quidem proportionatæ ſunt,ſed calidũ, & humidum in quanto pauca ſunt.Hæc patẽt ex ſolutionibus præcedentium quęſtionum. De lapſis ꝟo ſaluo meliori iudicio dicerem quòd ſimplr̃ nulla eſt alia uiuacior, tñ ſecundum cõparationem quęlibet eſt alia uiuacior,ſanguinea enim per comparationem ad corruptionem pendẽtem a frigidis cauſis & ſiccis eſt uiuacior melancholica,ꝑ comparationem ad corruptionem pendentem a frigidis cauſis & humidis uiuacior eſt flegmatica, per cõparationem ad corruptionem pendentẽ a calidis cauſis & ſiccis, uiuacior eſt cõplexione cholerica,& ſic ſuo modo de ſingulis dicendum eſt,abſolute tñ nulla eſt alia uiuacior, ſic enim reſpectn omnium cauſarum eſſet uiuacior. Vltimo quærebatur ſi per ſigna inſita ex principijs generationis poſſit præſciri longitudo uitæ. Plinius uir diſertus undecimo libro hiſtoriæ naturalis miratur Ariſto. qui nõ modo credidit,præſcita uitæ eſſe aliqua in corporibus ipſis, ſed etiã ꝓdit,& ſic ſentit nulla eſſe talia ſigna ex generatione in hoĩbus inſita, per quæ uitæ longitudo præſciri poſſit. Sed pace tanti uiri dixerim, eius opinio philoſophiam naturalem non ſapit. Medici.n.credentes complexionem temperatam eſſe uiuaciorem cæteris,docẽt ſigna per quæ põt argui complexionis temperantia,ut pʒ ſecundo libro technæ. Ideo medici credentes temperatã complexionem eſſe uiuaciorem,dicunt, ſigna longæui hominis eamet eſſe,quæ complexionis temperatę indicia ſunt, de quibus Galenus. Sed pace medicorũ dixerim,ad præſciendum longitudinem uitæ humanę nõ ſufficit habere ſigna data a Galeno, per quæ ſola temperantia arguitur, qm̃ non eſt idem temperatum corpus,& longęuum ut dilucidatum eſt. Poteſt.n.corpus eſſe temperatum, & quia calidum & humidum in quanto pauca ſunt, tale corpus non erit uiuax.Ideo dicendum quòd corpus lõgęuum dupliciter cognoſci põt rõne ſumpta a cauſis externis,& ratione ſumpta a cauſis internis. A cauſis quidem externis ſunt ſex,quæ a medicis dicuntur ſex res nõ naturales,qm̃ nõ inſunt nobis a natura,ut humores inſunt, harũ ſex potiſſima(vt mihi uideᷓ)eſt aer,licet Ariſt. dicat in libro problematum eſſe aquam,de quo alias.De aere ꝟo dicũt oẽs, quod temperatior eſt regionis eius,quæ eſt inter fines tertij,& principia quarti climatis,non enim ſub æquinoctiali eſt conueniens babitatio,ut diximus alibi cõtra Auicennam,Cã autem,qm̃ ſeptem exiſtentibus climatibus,regiones,quæ participant finem tertij climatis, & principium quarti ſunt in medio.Adhuc ſpeciatim uiuaciores ſunt, ꝗ ſalubriorem ciuitatẽ colũt,quã qui minus ſalubrem. Eſt autem ciuitas ſalubrior,ut Ariſto. inqt libro problematũ, quæ in eleuatis locis conſtituta eſt,illic enĩ (ut ipſe Ariſt. inquit)homines tardius ſeneſcunt, qm̃ euentabilis locus eſt,& putredo non diu durat. Contra autem qui in cõcauis,& paludeſtribus degunt,uelociter ſeneſcunt. Rurſus ciuitas ſalubrior eſt,quæ mõtibus altis tegitur a parte cœli occidua,atq; meridiana. Eſt aũt diſcoperta ad ortum, & ad arctum,ſic enim perflatur laudabilibus uentis, qui ſunt ſeptentrionales,& orientales, ut ſecundo meteororũ traditur.Vicis aũt cõſtituta latis,& amplis, quorum domicilia pro maiore parte feneſtras ad ortum, uel ad ſeptẽtrionem habent.Amplius, quæ melioribus aquis utũtur, nam aqua corporibus(ut Ariſtoteles inquit)alimento eſt. Aer uero nullo ſe exhibet alimento,ideo aquæ uſus plurimus eſt eadem prima particula problemate decimoquarto,hęc ab externis colligi poſſunt de ſignis uiuaciũ.Vt uero per ſigna a natura inſita colligaᷓ uiuacitas, animaduerſione dignum,quòd non ſufficit temperantia in complexiõe,ut aliquis ſit uiuax,ſed etiam requiritur articulatio, & optima diſtinctio mẽbrorum,& particularum in compoſitione.Signum affert Ariſtoteles libro problematũ ex aquatilibus,quæ minus uiuacia ſunt, quoniam animalia ſunt in membris,& membrorum particulis minus articulata,minuſq; diſtincta,& ideo homines,quorum membra indiſtincta,ac inarticulata ſunt,breuis ſunt uitæ, hęc enĩ inarticulatio non niſi a uirtutis imbecillitate proficiſci uidetur.At ubi uirtus imbecillis eſt,uita erit breuis,ergo primum ſignum longęui eſt membrorum articulatio,& partium membrorum optima diſtinctio, quæ non modo ſignum eſt uiuacitatis,ſed cauſa. Monſtra enim quia non poſſunt debite opera uitæ exercere,paruo tempore uiuũt, non tamen ſufficit pro uitæ longitudine pręſcienda habere ſigna optimæ compoſitionis, cum bona enim compoſitione ſtare poteſt malitia complexionis, ex qua pendet breuitas uitæ,ut docet experientia,& medici dicunt. Poteſt enim fieri,ut fuerit uirtus in componendo fortior, & complexio fuerit diſtemperata,ergo oportet habere ſigna temperantiæ. Verum nec hæc ſufficiunt, quoniam ſtat complexionem eſſe temperatam in primis qualitatibus,cuius humidum & calidum ſit in quanto paucum, & tunc complexio erit temperata,& non uiuax. Quia igitur uiuacitas nõ eſt ſine debita membrorum ac partium compoſitione,neq; ab temperantia in primis qualitatibꝰ,neq; abſque calidi & humidi debita quantitate,ergo ſigna longæui tot & ea eſſe debẽt,per quot,& quæ, & dearticulatio membrorum,& temperantia complexionis, & magnitudo calidi & humidi,arguantur. Quare longæui notę hæ ſunt,incurui humeri,hoc eſt ualde curui, inciſurę in uola manus omnes uel duę ductæ per totam, dentes plures ꝗ̃.32.amplę aures. Ex in curuitate enim humerorum arguitur quòd ſuperiora ſunt maiora,& ita incuruãtur propter magnitudinem,cum ſuperiora ſunt maiora, tunc habetur ſignum multi calidi,& multi humidi in toto corpore, & in ſingulis membris, inciſurę uero in uola manus omnes uel duæ longæ & perpetuæ arguit fortitudinem uirtutis uitalis,ut Ariſtoteles probat libro problematum, quę nõ eſt fortis, niſi ſit in multo calido,& humido,et in primis qualitatibus bene proportionatis, unde per tale ſignum habetur temperantia in complexione, & in membrorum diſtinctione. Per dentes plures quam.32.arguitur multitudo humidi delegati ad locum generationis dentium,& calidi etiam, modo hæc non poſſunt eſſe in ortis,niſi ſint in principalibus. Orta enim atteſtantur principis. Quare ſignificat humidum in cerebro & calidum eſſe multa, & in ipſo bene proportionata,hoc idem ſignificat amplitudo aurium. Ergo ex his ſignis haberi poteſt debita complexio,quæ eſt uiuacior cæteris. Ex his enim colligi poteſt temperantia in primis,quantitas humidi & calidi, & optima compoſitio.Ergo indicia breuis uitę ſunt,rari dentes,utputa cum ſunt pauciores.32.pręlongi digiti, qui arguunt malam compoſitionem, plumbeus color, ꝗ arguit frigidum humorem uitę ineptum, in uola manus plures inciſurę, non tamen perpetuę,ſed breues,quę arguunt malam particularum dearticulationem. Hęc de longæui ſignis, deq; toto libro de lõgitudine & breuitate uitę. Piſis.M.D.XXII.Die.XV.Apri.

FINIS.

Quarta qõ, ſi ꝑ ſigna inſita præſciri poſſit lõgitudo uitæ. Cap.51.

Põ medicorum.

parti.pria. proble.13.

parti.decimaquarta. proble.7.

particu.10. probl.49.

Longæui notæ.

particu.10. probl.49.

particu.10. probl.48.

# ARISTOTELIS DE IVVENTVTE, ET SEnectute Libellus cum Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.

*De iuuentute & ſenectute, & uita & morte, nunc agendum. forte autem ſimul & de ſpiratione cauſas dicere neceſſarium eſt, q̄, ob eā animantibus nonnullis uiuere & non uiuere contingat.*

*De iuuentute autem & ſenectute, & uita & morte, nunc dicendum. ſimul autē et de reſpiratione, neceſſarium forte cauſas dicere, quibuſdā enim animalium, propter hoc accidit uiuere & non uiuere.*

Cum Ariſtoteles egit de cauſis longitudinis, et breuitatis uitæ, nunc uult agere de iuuentute, & ſenectute, & more boni rhetorici primo præmittit exordium, ſecūda ibi { Quęcunq; aūt. } accedit ad narrationem. In exordio primo inſinuat intentionem in tribus reſiduis libellis, qui reſtant ſecunda ibi { Qm̄ autem. } explodit a ſua conſideratione non neceſſaria, & utile recolligit, tertia ibi { Alię igitur. } ſe excuſat a quadam q̄one nō neceſſaria ad propoſitum. De prima dicit, de iuuētute aūt & ſenectute, & uita & morte. ſ. uiuentium, dicēdum, ſimul aūt & de reſpiratione, eſt neceſſarium forte cauſas dicere. Cui⁹ cauſam affert, & dicit. Quibuſdam enim aīalium ꝓp hoc. ſ. reſpirationē accidit uiuere, & non uiuere. ſ. mors. Hæc eſt intentio in tribus reſiduis libellis. Dixit autem { forte } nō ad aliud, ſed, ut ſit uerbum honeſtatis, qm̄ aſſignabit cauſas, non quæ oratio reſpirationis ſunt, ſed quæ forte cauſæ uident. Dixit { etiam quibuſdam } aīalibus, qm̄ nō oībus, ſed habētibus pulmonem, & ſanguinem.

*Cum iam alibi de anima tractatum ſit, q̄q̄ conſtat fieri non poſſe ut animæ ſubſtantia corpus ſit, eam tamen eſſe in aliqua corporis particula, & ea quidem quæ inter reliquas ui quadā polleat, apertum eſt.*

*Quoniam autem de anima in aliis determinatum eſt, etſi palam eſt q̄, non eſt poſſibile ſubſtantiam ipſius eſſe corpus, ſed tamen q̄, in aliqua exiſtat corporis particula, manifeſtum, & in hac aliqua habentium uirtutem in particulis.*

Cum inſinuauit intentionem, nūc explodit non neceſſaria, & recolligit utilia, ꝙ explodit, eſt nō agere de anima, qm̄ egit de ea libro proprio. Amplius explodit ꝙ nō eſt neceſſarium probare ꝙ ſit corpus. Quod autem colligit, eſt q̄d anima ſit in quadam particula corporis principaliter, quæ particula eſt de illis, quæ habent uirtutem in particulis alīs corporis, utpote eſt in corde, eſt de particulis influētibus uirtutem ad alias particulas. Et forte Ariſt. hic incipit narrare, & primo cōſtituit ſibi proloquia, quorum primum eſt ꝙ aīa ſit in certa particula corporis, quę eſt de particulis principalibus, unde dicit. Qm̄ autem de aīa in alīs determinatum eſt, ꝓ quod uult habere, q̄d nō ſit nunc agendum de aīa, & ſi palam eſt, qm̄ non eſt poſſibile ſubſtantiam ipſius eſſe corpus, per quod uult habere q̄d explodendum eſt a conſideratione hac illud utrum ſubſtantia animæ ſit corpus. Quid non explodendum eſt, colligit, & dicit. Sed tamen q̄d in aliqua exiſtat corporis particula eſt manifeſtū, non in quacūq;, ſed in hac aliqua de numero habentium uirtutem in particulis, uel forte dicas quòd hoc eſt primum proloquium. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte, q̄d partiū corporis animati, quædam habent uirtutem in alīs corporis particulis, ut cor, epar, & cerebrum, quędam uirtutem recipiunt ab his, ut ceteræ corporis partes. Vult igitur quod manifeſtum ſit animam eſſe in aliqua partium harum, quæ influunt uirtutē in alīs, utputa, aut in corde, aut cerebro, aut in epate, in qua ṽo harum ſit, poſtea diſputabitur. Et per animam, nō omnem animam intelligit, ſed uitalē, quę eſt uegetalis. De hac enim manifeſtum eſt q̄d limitet ſibi certam corporis partē quę influit in alīs uitam, utrum ṽo alię aīę ſint etiā in tali ꝑticula, dicetur poſtea.

*Cæteris igitur animæ aut partibus aut potentiis (utrouis modo appellandæ ſint) in præſentia dimiſſis.*

*Aliæ igitur animæ aut partes, aut uirtutes, qualitercunque oporteat uocare, dimittantur nunc.*

Nunc excuſat ſe a quęſtione antiqua Platonica, & dicit. Sed alię animæ. ſ. intellectualis, & ſenſualis utruꝫ ſint, aut partes, aut uirtutes, aut aīæ, qualitercūq; oporteat, ipſas uocare, quæſtionem hanc dimittamus nunc. Quo ṽo ad ṽba attinet, uerbum { igitur } non illatiue, ſed aduerſatiue intelligendum eſt. Hæc de exordio.

*Eorum omnium quæ animalia dicuntur & uiuere, in hiſce quidem quibus utraque iſta, eſſe animal inquam ac uiuere competunt, unam & eandem eſſe partem neceſſe eſt, qua uiuunt ſimul & animalis nuncupationem ſortiuntur.*

*Quæcunque autem animalia dicuntur, & uiuere, in his quidem quæ adepta ſunt utraque hæc, dico autē utraque, & quod eſt eſſe animal & quod uiuere, neceſſe eſt eandem eſſe & unam particulam, ſecundum quam uiuit & ſecundum quam appellamus ipſum animal.*

Completo exordio, nunc accedit ad narrationē, & more geometræ conſtituit ſibi proloquia, quorum primū eſt, quòd in his omnibus, quæ ſimul ſunt animalia, & uiuentia, ita ut duo hæc ſimul habeant quòd uiuant, & ſint aīalia, neceſſarium eſt unam eandemq; particulam eſſe, per q̄ primo uiuant, & primo ſint animalia. Vel forte & melius hic ponit ſecundum proloquium, unde dicit, Quæcūq; autem animalia dicuntur, & dicuntur uiuere, loquor in his animatis quidem, quę utraq; hæc adepta ſunt, dico autē utraq;. ſ. & quod ſit eſſe animal, & quod ſit uiuere, in his in quam neceſſe eſt eandem & unam eſſe particulam, ſecūdum quam corpus tale uiuat, & ſecundum quam appellemus ipſum animal. Quo ṽo ad ṽba attinet, ṽbū { aūt } cum dicit { Quæcūq; autem } non aduerſatiue, ſed executiue tenetur, eſt enim nota executionis uel ſi eſt ſecundum proloquium aduerſatiue tenetur, & dixit { Quęcūq; aīalia dicuntur & uiuere } propter corpora cœleſtia, quę licet ſint aīata, & uiuentia, nō tamen ſunt animalia, ergo innuit ſe de mortalibus loqui.

*Fieri enim nequit, ut animal qua animal eſt, non uiuat. at qua uiuit, hac eſſe animal, haudquaquam neceſſe eſt. nam plantæ, uiuunt quidem, ſed ſenſu carent. ipſa autem ſentiendi facultate, animal a non animali interſtinguitur. Hanc ergo partem, numero unam eandemque ratione, plureis ac diuerſas eſſe, neceſſe eſt. neque enim idem eſt, eſſe animal, quod uiuere.*

*Animal enim ſecundum q̄, animal, impoſſibile eſt non uiuere. ſecundum q̄, autem uiuit, ſic animal exiſtere, non neceſſariū. plantæ enim, uiuunt quidem, non habent autem ſenſum. per ſentire autem, animal a non animali diſterminamus. Numero igitur neceſſarium eſt unam eſſe & eandem hanc particulam, ipſo eſſe autem plures & diuerſas. non enim idem, animal eſſe, & uiuere.*

Cum dixit q̄d una & eadem ſit particula per q̄ animatum uiuit & eſt animali, exponit quomodo illa particula, ſit una & eadem, per quam animatum eſt utrūq;, & uult q̄d ſubiecto ſit una, & eadem, nō autem ratione. Hoc autem pro enthymemate hoc pacto, oē aīal ē uiuēs, et nō omne aīal uiuit, ergo ea particula per quam idē eſt aīal, & uiuens eſt ſubiecto eadem, non autem ratione. Vel pōt exponi magis ad uerbum, animal quatenus eſt aīal uiuit, & q̄d uiuit, quatenus uiuit, non eſt animal, ergo ea pars per quā animal eſt animal, & uiuens: ſubiecto eadem eſt, non autē ratione. Antecedens patet, quoniam plantę uiuunt q̄dem, & qm̄ non habent ſenſum tactus, non ſunt aīal. Per ſentire enim animal determinatur a non animali, unde dicit. Aīal. n. ſecundum q̄d animal, impoſſibile eſt non uiuere. Secundum autem ꝙ uiuit, ſic autem aīal exiſtere, nō neceſſarium eſt, quod probat, & dicit. Plantę enim uiuunt quidem, non habent autem ſenſum, & ſic non ſunt animalia, ſed (vt dicit) animal a non animali per ſentire ac per ſenſum diſterminamus. Hoc eſt añcedēs, tūc dat conſequēs, & dicit. Neceſſarium igitur eſt unum eſſe, & eandem hāc particulam. ſ. numero & ſubiecto, ipſo autem eſſe & ratione plures, & diuerſas, non enim eſt idem ratione eſſe aīal, & uiuere. Siquis enim definit aīal, & uiuēs, rationes diuerſas aſſignabit, ergo licet ſubiecto pars illa eadem ſit, non eſt eadem ratione. Quo ad rōnē ṽo attinet, aīaduerte, ꝙ quæ ſe habent in idem, & non conuertibiliter, differūt ratione, ut homo, & animal, nam licet ſocrates ſit homo, & ſit animal, nā licet ſocrates ſit homo, et ſit animal, quoniā non omne aīal eſt homo, ideo homo & animal differūt rōne. Quare enthymema ualet, cum enim idem ſit aīal, & uiuens, & non omne animal ſit uiuens, ſequitur ꝙ rōne differant animal & uiuēs, quare licet illa ꝑticula qua idē ſit aīal, & uiuēs, ſubto a numero eadē ſit, rōne eſt alia.

Digreſſio.

Circa pręſentem ſuppoſitionem, quęritur de hac ꝓpoſitione, animal ſecundum quòd aīal impoſſibile eſt nō uiuere, utrum ſit uera. Et uidetur ꝙ non, qm̄ ſi aīal ſecūdū q̄d aīal impoſſibile eſt non uiuere, ſequitur animal impoſſibile eſt non uiuere ab interprętata, ſiue expoſita ad alteram exponentium, ultra animal impoſſibile eſt nō uiuere, ergo animal neceſſe eſt uiuere per ęquipollētiam, at hoc eſt falſum, qm̄ aīal pōt mori, ergo non neceſſario uiuit. Ad hoc rñdēt logici externi, quòd propoſitio hæc reduplicatiua Ariſtotelis de rigore logico eſt falſa, & mouenē qm̄ ad ueritatem reduplicatiuę requiritur q̄d ablata reduplicatione propoſitio pręiacens ſit uera. Si enim hęc eſt ṽa, homo inquantum homo eſt riſibilis, oportet hāc eſſe ueram, hō eſt riſibilis. Ex hoc concludunt propoſitionem reduplicatiuam Ariſto. de rigore logico eſſe falſam, ſequęretur enim q̄d aīal impoſſibile eſſet nō uiuere, quę falſa eſt per ſuam ęq̄pollentem. Sed ulterius quæritur qūo ſit uera hæc, aīal ſm eandem partem eſt aīal, & uiuens. Rñdent ꝙ non ſpecificatiuæ ac formal'r qm̄ ſpecificatiue ac formal'r eſt ſenſus, aīal ſcd̄m ꝑtē eādē quę eſt aīal, et uiuēs, eſt aīal, & uiuēs, mō aīal ſm nullā ei⁹ꝑtē eſt aīal, cū nulla aīalis ꝑs, ſit aīal & uiuēs. Tenent ergo propoſitionem illam eſſe ueram cauſatiue tenendo ipm̄ ſm eandem partem, qm̄ cauſaliter, ſecundum eam partem per quā animal eſt, ſecundū eam cauſaliter eſt uiuens.

Quæ de prima propoſitione.

Ego ṽo dico ꝙ prima propoſitio Ariſto. reduplicatiue, & ſpecificatiue eſt falſa, non tñ ualet ad propoſitum, qm̄ (ut ſic non pōt accipi) ut añtecedens in enthymemate, ut patet cōſiderāti. Quare propoſitio Ariſto. nullo illorum modorum eſt intelligenda, ſed ut ęquipollet uniuerſali hoc modo, omne quod eſt aīal, impoſſibile eſt non uiuere. Contra autē eſſe poteſt, qm̄ plantę uiuunt, quę non ſunt aīalia. Quod Ariſto. ſic intelligat, patet per inſtantiā, q̄ affert in plantis, uult enim habere in plus eſſe uiuens q̄ aīal, quòd facit ad propoſitum enthymematis. Ad rationem patet ſolutio, qm̄ licet omne quòd eſt animal poſſit non uiuere, ſm diuiſionem, nō aūt ſecundum compoſitionem, qm̄ omne, q̄d eſt aīal, quatenus eſt aīal, neceſſario uiuit, de his in ludicris. Vel dicendum q̄d prima Ariſto. propoſitio licet ſit categorica, tamen ſenſus eius eſt hypotheticus, eſt. n. ſenſus q̄d ſi aliq̄d eſt aīal, ſequatur neceſſario q̄d ſit uiuens. Cōtra uero non neceſſario ſequitur, qm̄ planta uiuit, & non neceſſario ſequit̄ q̄d ſit aīal, hæc de prima propoſitione. De ſecunda uera ſunt quæ dicūt, nā Ariſto. intendit q̄d per eandem partē tanq̄ per cām aliquid eſt animal, & uiuens.

*Cum igitur propria ſenſoria unum aliquod commune ſenſorium nacta ſint quo neceſſe ſit ſenſus actu concurrere, hoc autē inter partem priorem & poſteriorem medium ſit (nam pars prior dicitur, in qua ſenſum gerimus. poſterior, quæ e regione illius ſita eſt) & inſuper præciſis uiuentibus omnium pars altera ſupera ſit altera infera, omnia enim partē ſuperam inferamque poſſident.*

*Quoniam igitur propriorum ſenſoriorum unum aliquod cōmune eſt ſenſorium, in quod eos qui ſecundum actum ſenſus, neceſſarium obuiare, hoc autem utique erit medium anterioris uocati & poſterioris (anterius enim dicitur, in quo eſt nobis ſenſus. poſterius aūt, oppoſitū) adhuc aūt diuiſo corꝑe uiuētiū, oīum ſuꝑius & inferius. omnia. n. habēt ſuꝑius & inferius.*

Accepit duo proloquia, primum quòd aīa ſit in una de partibus principalibus, ſecundum quòd ſcd̄m eandē partem aliquod aīatum ſit animal, & uiuens, nunc ſumit tertium, q̄d pars illa per quam aīatum eſt aīal, & uiuens, ſit in medio anterioris, & poſterioris, ſuperioris & inferioris, per quā uult hr̄e quòd in aīalibus ſit cor, & in plantis ſit aliquid loco cordis intra trūcum contentum. Tacuit aūt dextrum & ſiniſtrum, qm̄ cor fortaſſe nō eſt in horū medio, cum ſit collocatum ad ſiniſtrum, & per medium non intelligit, ut quidam dicūt mediū partiliter ad amuxim, qm̄ a corde ad pedes intercapedo maior eſt, q̄ a corde ad uerticem. Intelligit ergo mediū plactice, quaſi, vꝫ, mediū. Vel dicendum melius eſſe medium non cōſideratis tibīs, qm̄ (ut poſtea dicet) deorſum non pedes, ſed anus eſt, ꝑ quē excrementa emittuntur, ueſica etiā deorſum eſt, per q̄ urina excreatur. Probat aūt Ariſto. proloquium hoc pacto, cōe ſenſorium eſt medium anterioris & poſterioris, ſuperioris & inferioris, pars per quam aīal eſt aīal, & uiuēs, eſt cōe ſenſorium, ergo pars per quam aliquid eſt animal, & uiuens eſt medium anterioris & cæterorum id genus. Maiorem probat, qm̄ ad cōe ſenſorium, terminantur oēs lineę ſenſibiles, ueluti in centrum cōe, minor autē non probatur. quoniā eam ſupponit tanquam manifeſtam ex libro de aīa, unde dicit. Quoniam igitur propriorum ſenſoriorum. ſ. per quæ ſentimus externa ſenſibilia, unum aliq̄d cōe eſt ſenſorium, in quòd, ut in centrum omnes ſenſus, q̄ ſunt ſecundum actum, neceſſarium eſt obuiare, atq; terminari, hæc eſt probatio maioris, tunc addit maiorem, & dicit. Hoc autem utiq; erit utiq; medium eius quod uocatur anterius, & eius quod uocatur poſteris. Exponit aūt q̄d per anterius, quidue per poſterius intelligatur, & dicit. Anterius aūt dicitur, in quo eſt nobis ſenſus, poſterius autem oppoſitum, & complēs maiorem. dicit. Adhuc aūt diuiſo corpore uiuentium, omnium eorum dicitur aliqua pars ſuperius, aliqua inferius, ergo ſubaudi pars per quā aīal eſt aīal, & uiuens, eſt medium horum. Sed quo quidem ad uerba attinet, per ſenſorium, non uirtutem, ſed organū ex ſenſu & parte compoſitum intellexit, quale in aīalib⁹ cor medium ſenſorium eſt. Quo aūt ad conſtructionem attinet, debes ſcire, quod uerba ſunt ſuſpenſiua, & nō hñt terminum ſuſpenſionis, ideo terminus ſubaudiendus eſt. ſ. ꝙ pars per quam aliquid eſt aīal, & uiuēs, in animalibus ſit media. Deficit enim terminus more attico.

*Quare & ipſæ plantæ, uegetandi principium inter eas habebunt.*

*Quare & plantæ, palam eſt q̄, nutritiuum principium habebunt utique in medio horum.*

Concludit hic, q̄d non ſolum illa particula per quam animal eſt animal, & uiuens, eſt medium, ſed etiā per quā planta uiuit, & nutritur, & cauſa ſimilis eſt, qm̄ dat nutrimentum ſingulis partibus circūquaq;, q̄d cōmode non

poſſet dare, niſi eſſet media, unde dicit. Quare & plantæ, palam qđ nutritiuum principium quaſi cordi uicariũ habebunt utiq; in medio horum. ſ. anterioris, & poſterioris, & ſuperioris, & inferioris. Quo ꝟo ad uerba attinet, dixit { Quare & plantæ } addẽdo particulam copulatiuã, ut inueret, quòd nõ ſolum in animalibus, ſed etiam in plã tis uerum ſit proloquium.

*Nam partem qua cibus ingreditur, ſuperam nuncupamus ipſam ſpectantes, & non totum illud quod nos ambit. qua uacans materia primum egeritur, inferam.*

*Particulam enim ſecundum quam ingreditur alimentum, ſuperius uocamus, ad ipſam reſpicientes, ſed non ad ambiens totũ. deorſum autem, ſecundũ quam ſuperfluum dimittunt primo.*

Exponit aũt nũc quid ſuperius, quidue inferiꝰ ſit in plã tis, non expoſuit ꝟo, quid aute, & quid poſterius, qm̃ cũ ſenſibus exterioribus careant, ex qbus anterius & poſteriꝰ accipiuntur, carẽt anteriori & poſteriori, & non hñt hæc niſi ratione habita ad nos. Dicit ergo in plantis eã particulam inferius eſſe, per quã cibum aſſumit ut eſt radix, quę non reſpectu mundi dicitur deorſum, ſed reſpectu illiꝰ, ꝑs autem inferior eſt, per quã ſuperfluitates, ut folia emittit. Sunt enim folia ueluti pili ſuperfluitates plantarum, unde dicit. Particulam enim ſecundum quam ingreditur alimentum, ſuperius uocamus. Et tu animaduerte illam notã cauſalem enim, non ad proxima ꝟba eſſe referendam, ſed ad Paulo ante dicta. q. d. planta quoq; habet inferam partẽ, nam particulam ẜm quam ingreditur alimentum, ſuperius uocamus, ut radicem, quę eſt ori ſimilis, uocamꝰ ꝟo deorſum, eam particulã, ẜm q̃ ſuperfluum dimittũt primo, & dixit primo, qm̃ nõnũquã folia aliqua prope radicem emittuntur, & tamẽ ea pars nõ dicit̃ deorſum, qm̃ folia illa nõ emittunt̃ primo ꝑ illã ꝑtẽ, ſed ꝑ ꝑtes ramoſas, ſed qm̃ nõ eodẽ mõ in plãtis ſurſum & deorſum ſunt, ſicut in mũdo. Eſt. n. ſurſum in mũdo locus ad quẽ ferunt̃ leuia, ut cõcauũ cœli, deorſum ꝟo ad quem feruntur grauia, ut centrum terrę, iõ exponit ſe, & inqt. Sed non ad ambiẽs totum partes iſtę dicuntur ſurſum & deorſum, ſed ad ipſam plantã reſpicientes taliter appellantur, nam in plãtis penes nutritionis motum illę accipiuntur, in uniuerſo penes motũ localem elementorum.

*Cæterum illa, in plantis ecõtrario quam in animalibus ſita eſt. Nam ex animãtibus, homini maxime pars ſuperior ad uniuerſi ſupræmum erecta eſt, cæteris, media inter ſupremum ac imum haberi ſolet. At plantis cũ ſtabiles ſint, cibũq; ex imo capiant, ea pars neceſſario infra poſita ſemper eſt, quam enim habet rationẽ in animalibus uocatũ os, eam ſubeunt in plantis radices, nã illa, ore cibũ ẽ terra capiũt, hæ, radicibus.*

*Habet autem contrarie in plantis hoc, & animalibus. Homini enim propter rectitudinem, maxime ineſt hoc animalium, habere quæ ſurſum particulam ad eam quæ totius ſurſum, alijs autem, intermedie. Plantis autem immobilibus exiſtentibus, & accipientibus ex terra alimẽtum, neceſſarium ſemper deorſum hãc habere particulam, proportionales enim ſunt radices, plantis, & q; uocatur os, animalibus, per q; alimẽtum hæc quidem, ex terra accipiunt, hæc autem, per ipſas.*

Sed circa dicta remouet unum dubium, qm̃ ſi radix eſt ſiſis ori, tũc ſicut os eſt ſurſum reſpectu mũdi, ita radix deberet eſſe ſurſum reſpectu mundi. Reſpondet quòd in uiuentibus trifariam ſurſum & deorſum conſtituuntur, aliqua quidem habent ſurſum ad ſurſum uniuerſi uerſum, & deorſum ad deorſum, ut homines, aliqua cõtra ſurſum habent ad deorſum uniuerſi uerſum, deorſum aũt ad ſurſum, ut plantę. Aliqua ꝟo, ut aĩalia, quæ prona incedunt, deorſum & ſurſum habent inter hæc, nam caput & cauda inter hæc ſunt, quoniam nec ad ſurſum, nec ad deorſum mũdi uerſa habent, unde dicit. Habet autem ſe contrarie hoc in plantis, & in animalibus, & per hoc, intelligit particulam, per quã nutrimentum ingreditur. Exponit autẽ quomodo contrarie, & dicit, Homini enim propter rectitudinem, maxime ineſt hoc animalium. ſ. habere ꝑticulã, quæ eſt ſurſum uerſam ad eam particulam, quę ſurſum totiꝰ eſt, ſubaudi eam autem, quæ eſt deorſum, etiam ad eam quæ eſt deorſum totius uerſam. Alijs autem animalibus, quæ prona incedunt, hæc habẽt intermediæ, hoc eſt inter hęc, nam os per quod nutrimentum aſſumunt, & anus & ueſica, per quæ excrementa emittuntur, inter hæc habent, plãtis autem immobilibus exiſtentibus, & terrę affixis, & accipientibus ex terra alimentum, neceſſariũ eſt habere hãc particulam ori proportionalem ſemper deorſum, nam (vt inquit) radices proportionales ſunt plantis, & quod uocatur os proportionale animalibus, per quod, alimentum hæc quidem ſcilicet plantæ, ex terra, hæc. ſ. animalia per ipſa quærendo accipiunt. Animaduertendum, ut ſecundo de cœlo diximus quòd differentiæ poſitionis quæ ſunt ſurſum, & deorſum, ante retro, dextrum & ſiniſtrum, uirtute determinata ſunt, uerbi gratia in homine, anterius eſt in quo eſt principium motus ſenſibilium, in ipſos ſenſus, retro autem pars oppoſita, dextrum uero principium motꝰ localis, quatenus motus incipit per ſe a dextro, ſiniſtrum hinc oppoſita pars eſt. Superius aũt eſt unde alimẽtũ accipit̃, inferius, ꝑs oppoſita, ꝑ quã excremẽta emittunt̃, ut ea ꝑs, in qua anus, & ueſica collocantur. Ex qbus patet non eſſe pedes deorſum, proprie & ꝑ ſe ſed ꝑtẽ eã in qua excrementarię partes collocantur, ut poſtea dicemus. In uniuerſo aũt. ſ. & hoc mundo ſublimari harũ dr̃iarũ duę ſunt tm̃, ſurſum & deorſum, ſurſum qdẽ in ꝙ ferunt̃ leuia, deorſum ꝟo in qđ mouent̃ grauia, qũo ꝟo hęc ſint in toto mũdo, in libro de cœlo eſt expoſitum. Cur ꝟo ꝑtes hę nõ eodẽ mõ in hominibus, aĩalibꝰ & plãtis collocentur, Aluerniata declarat ex his, quę Ariſto. dixit in libro de animalibus. Hõ. n. ſuperã partẽ hẽt ad ſuperã mũdi partẽ uerſam, qm̃ erectũ aĩal eſt. Erectũ aũt, ui calidi, ꝙ in eo magis eſt quã in alijs, qđ calidum ad ſuperam cœli ꝑtẽ eleuat eam partẽ, in qua fertur, et hęc eſt quaſi cã effectiua erectę ſtaturæ. Amplius, qm̃ hõ maxime aĩaliũ ad cœleſtẽ dignitatẽ accedit, & ſic ſunt ex natura nobiliſſima tãquã ex materia. Pręterea & ꝑꝑ finẽ ut ſpeculent̃ cœlũ. At plãtę minus cũctis uiuẽtibꝰ calidi hñt, iõ ſuperã ꝑtem eleuatã non hñt. Pręterea ꝑ radices ex terra cibũ accipiũt, ideo in eis ſtabiles ac fixas eſſe oportet. Pręterea nõ ſunt ordinatæ ut cœlũ ſpeculent̃, inſuꝑ ſunt maxime a cœleſtis pręſtantia remotæ. Animalia uero quæ inter hæc collocant̃, ꝑtes has inter horum ꝑtes collocatas habẽt. Tum ꝙ calidi mediocris ſint. Tum maxime ꝙ ad cœlorum dignitatẽ magis q̃ plantæ, & minus q̃ homines accedãt ſpeculant̃ etiã ſublimia aliquo modo.

*Cũq; tribus exiſtentibus partibus in quas ꝑfecta animalia diuiduntur, una qua cibum capiunt, altera qua excremẽtũ emittunt, tertia quæ inter illas media eſt, hæc in maximis animalibus pectus nuncupetur, in cæteris proportionale, in quibuſdã aũt magis q̃ in alijs articulata diſcretaq; ſit, & ex eorũ numero quæcũq; inceßilia ſunt ea ꝑteis ad id muneris accõmodatas crura ſcilicet pedeſq; & ea quibus conſimilis facultas adeſt ad iunctas poßideant quibus totus alueus feratur.*

*Tribus autem exiſtentibus partibus in quas diuiduntur omnia perfecta animalium, una quidem qua ſuſcipiunt alimentũ, una autem qua ſuperfluum emittunt, tertia autem horum media, hæc in maximis animalibus uocatur pectus, in alijs autem proportionale, dearticulata autem eſt magis alijs alijs quæcũque autem ipſorum ſunt proceßiua, apponuntur, & particulæ, quæ ad hanc adminiſtrationem, quibus totum ferant cytos, crura & pedes & habentia eãdem his uirtutem.*

Hic põt quartũ proloquiũ annotari, uerũ non annoto, qm̃



qm̃ non uidetur de neceſſarijs, meliꝰ ergo vr̃, ꝙ remoueat dubium: nam cũ diſtinxiſſet uiuẽs, & maxime aĩal in tres partes. ſ. ſuperam, & inferã, & mediam, quęret quiſpiam quales ꝑtes ſint crura, & pedes, & brachia, & manꝰ, nunquid ſuperę uel inferę, uel medię? Rñdet & primo repetit ꝑtium dr̃iam, quam Paulo ante aſſignauerat, ſecũdo oſtẽdit quales partes ſint illę, de quibus quęritur. Quantum ad primum dicit, ꝙ tres ſunt partes, ĩ quas omnia ꝑfecta aĩalia diuiduntur, dico ꝑfecta, qm̃ imperfecta non diuiduntur in has, ſed in proportionales his, una eſt, qua ſuſcipiunt alimentum, quę (vt dictum eſt) ſurſum collocat̃, alia per quã ſuꝑfluum emittũt, quę deorſum eſt, in qua anꝰ & ueſica ſunt, tertia autem eſt harum media, in qua diximus eſſe aĩam, & ꝑ quã aĩal eſt aĩal & uiuẽs. Hęc in maximis & perfectis aĩalibus pectus uocat̃ ſiue thorax, intra quod cor ipſum continet̃, in alijs ꝟo aĩalibus imꝑfectis eſt proportionale cordi, & quidem nõ eodẽ mõ oĩbus diſtinctũ, ſed alijs magis, alijs minus. Hęc fuit dr̃ia ꝑtium aſſignata, unde dicit. Tribus aũt exñtibus partibus, in quas diuiduntur aĩalia oĩa ꝑfecta, ut proceſſiua, quę ſanguinẽ hñt, una quidẽ, qua ſuſcipiũt alimẽtũ, quę ſupera eſt, una autẽ, qua ſuperfluum emittũt, quę eſt infera. Tertia aũt harum media exñte. Hęc nimirum in maximis aĩalibus. ſ. perfectis, quæ proceſſiua dicuntur, uocatur pectus. In alijs aũt aĩalibus. ſ. imperfectis, uocat̃ proportionale pectori, uerũ nõ eodem modo, ſed dearticulata eſt magis alijs, alijs ſubaudi minus, hæc eſt repetitio diuiſionis. Verum quo ad ꝟba attinet ꝑ pectus ꝙ gręce eſt ϛῆτος, nõ partẽ pectoris anteriorẽ ſolũ intelligit, ſed etiã poſteriorẽ, a ſubcinctorio uſq; ad collũ conſtitutã, quã gręci thorax appellant, ꝑtẽ ꝟo inferam intelligit a ſubcinctorio uſq; ad fœmur ante & retro collocatã, ꝑtẽ aũt ſuperã intelligit a collo etiã ad caput, in qua os continetur. Sed dices in hac ꝑte cõtinent̃ ꝑtes ꝑ quas excrementa cerebri emittuntur, ut aures ꝑ quas ſordes, & nares per quos, mucoſitates, & oculi per quos lippe expurgant̃, ergo hęc pars infera eſt Dicendum ꝙ Ariſto. ꝑ inferã ꝑtẽ intelligit eã, in qua ſunt partes, ꝑ quas excremẽta uniuerſalia totiꝰ expurgant̃, ut ſtercora, urinę, & ſꝑmata. At ꝑtes iſtę quę in capite ſunt, partes ſunt, per quas emittuntur excremẽta particularis mẽbri. Hac autem partiũ diuiſione conſtituta, rñdet, & oſtendit ꝙ cætere partes ſunt coordinatę his, & harũ grã. ꝟ. g. crura, & coxę, & pedes, ut ferant has ꝑtes, brachia & manus, ut ſeruiãt ipſi ori in hoĩe, unde dicit. Quęcũq; aũt ipſorũ aĩaliũ ſunt proceſſiua, ſubaudi aĩalia ſunt, qbus apponunt̃, & alię ꝑticulæ. ſ. crura & pedes, & hñtia eandẽ ꝟtutẽ. ſ. coxę, et genua, quę ſt̃ ad hãc adminiſtrationẽ, qbꝰ totũ cytus, hoc eſt aluũ ipſa aĩalia, ferat. Et ꝑ cytũ totã cõcauitatẽ intelligit, triſectã in ſuperã, & inferã, & mediam ꝑtes. Tacuit aũt brachia & manꝰ, qm̃ in hoĩe coordinant̃ cũ ꝑte ſuꝑa, qm̃ illi vñr potius ſeruire. In alijs aũt aĩalibus ſeruiũt oĩbꝰ ꝑtibus pro inceſſu etiã. Per quę dedit intelligere duo, primũ ꝙ ꝑtes quę alligant̃ ꝑti inferę, cũ infera ordinant̃, ꝑtes quę ſuperæ alligant̃, cum ſupera. Scd̃m dat intelligere ꝙ ꝑtes illæ triſectæ ſunt ueluti fines, & principales, cętere ueluti ordinatę in finẽ, & famulatoriæ.

*Vegetalis profecto aĩæ principium in medio illarũ triũ partium haberi tum uiſu, tum etiam ratione deprehænditur.*

*Sed principiũ quidem nutritiuæ animæ in medio trium particularũ eſt ſcd̃m ſenſum eſſe uidetur, & ſecundum rõnem.*

Cum ꝓbauit, ꝙ ꝑs ꝑ q̃ aĩal eſt aĩal et uiuens, ſit media, nũc uult ꝓbare ꝙ principiũ nutritiuę aĩæ ſit etiã ĩ medio triũ ꝑticularũ, & ꝓponit ſe uelle ꝓbare hoc ſenſu, & rõne, unde dicit, et cõtinuet̃ ſic, licet ꝑticula ꝑ q̃ aĩal eſt aĩal & uiuẽs ſit media, ſed hoc eſt tñ, principiũ qdẽ nutritiuæ aĩæ ĩ medio triũ ꝑticularũ, & ẜ; ſenſum eẽ vr̃, & ẜm rõnẽ. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, ꝑ pricipiũ nutritiuæ aĩę, põt intelligere mẽbrũ, ꝙ nutritiuæ aĩæ principiũ eſt ſuſtẽtatiuũ, ſicut eſſe cor, aut ꝓportionale. Vel põt intelligere ꝟtutẽ, & potẽtiã nutritiuã, quæ eſt pricipiũ generatiuũ aĩæ nutritiuæ in alijs uiuẽtibꝰ mediãte ſemine. Et tũc ꝑ ꝟtutẽ & potẽtiã talẽ intelligit idẽ, ꝙ aĩa; nutritiuã, nã aĩa nutritiua mediãte ſemine eſt pricipiũ generatiuũ aĩæ nutritiuæ in alijs uiuẽtibꝰ, & põt intelligere ꝟtutẽ aĩæ ꝑ q̃ aĩa nutrit, & per tres ꝑticulas intelligit eas, quas Paulo añ dixit. Aſſeruit enĩ tres eẽ aĩaliũ ꝑfectorum ꝑtes, ſuperã, v;, & mediã, & imã. Tũc uult aĩa; nutritiuã uel eiꝰ ꝟtutẽ eſſe in medio harũ trium, hoc eſt in medio mediæ. Proponit aũt probare hoc duplici uia, ſenſu, hoc eſt rõne naturali ſenſata, & rõne. ſ. logica, ut ſuo loco uidebit̃. Eſt ergo cõcluſio ꝓbãda, aĩa nutritiua uel potẽtia nutritiua aĩæ eſt in medio mediæ particulæ: quæ eſt inter ſuperã, & inferam.

*Plæraq;. n. animalia, adempta utrauis ꝑte, ideſt aut ea quæ uocatur caput, aut ea quæ ingeſtos continet cibos, cũ quacũq; ea ſit quæ media eſt, uiuere ſolent. Id q; aperte, in inſectis, ut ueſpis & apibus, uſu uenit. Sed & plurima, quæ inſecta nõ ſunt, præciſa, ob uegetandi principium uiuere queunt, quippe quæ partẽ hãc, actu ſimplicẽ, potentia multiplicem habeãt. Eodẽ. n. quo plantæ modo conſtant, etenim plantæ præſectæ ſeorſim uiuunt, multæq; arbores ab uno fiunt principio.*

*Multa. n. animalia, ablata utraq; particula, & ea quæ uocatur caput, & ſuſceptiua alimenti uiuũt, cum quacũq; utique fuerit media. Palam aũt, in entomis, ut ueſpis & apibus, hoc accidere. Et multa autem nõ entomorũ, diuiſa pñt uiuere, ꝑꝑ nutritiuum, talem aũt particulã, actu quidẽ hñt unam, uirtute autem plures. Eodem enim modo plantis, conſtituta ſunt, etenim plantæ diuiſæ uiuũt ſeparatim, & fiunt multæ arbores ab uno principio.*

Nũc ꝓbat cõcluſionẽ, & primo ſic. Multa aĩalia ablata quauis ꝑte extremarũ, mõ remaneat media, cũ quacunque media remanet, ſiue cũ ſuꝑa, ſiue cũ infera, uiuũt, ergo nutritiua, quæ eſt uitæ principiũ, eſt ĩ media ꝑte, nõ. n. uiuerẽt, vñ dicit. Multa. n. aĩalia, ablata utraq;. ſ. quauis partiũ extremarũ, imo etiã ablata ea, quæ uocat̃ caput, q̃ eſt ſuſceptiua alimẽti, uiuũt cũ quacũq; alia utiq; fuerit media ꝑs, uiuit tñ nõ diu (ut dictum eſt) quia non organiçata nõ diu uiuũt. Añs ꝓbat ꝑ inductionẽ, & dicit. Palã autẽ in entomis, ut ueſpis, & apibus hoc accidere. Etiã patet in non entomis, nã multa nõ entomorũ diuiſa pñt uiuere ꝑꝑ nutritiuũ, ꝙ ſeruat̃ in ꝑte remanẽte media, ſunt autẽ nõ entoma anuloſa aĩalia, ut lacerta uermis & id genꝰ. Quo aũt ad ꝟba attinet, aĩaduerte ꝙ Ariſt. anuloſa aĩalia nõ appellat entoma, hoc eſt diuiſa, qm̃ nõ hñt mẽbra ſecta, ut apes, & formica & id genꝰ, pñt aũt appellari entoma potẽtia, qm̃ pñt ſecta uiuere, ſed hoc nõ refert. Sed dices principium nutritiuũ eſt unũ, ergo nõ põt uiuere niſi illa ꝑs, in qua eſt. Cuius oppoſitũ uidemꝰ in entomis et anuloſis in qbꝰ certo tꝑe pars extrema deciſa uiuit. Rñdet Ariſto. ꝙ hoc nõ eſt ex eo, qa nutritiuũ ſit in qualibet ꝑte actu (ſolũ. n. principalr̃ eſt in medio mediæ) ut dcm̃ eſt, ſed hoc eſt qa ꝑ diuiſionẽ fit plura, añ. n. diuiſionem erat actu unũ, & plura potẽtia, diuiſione aũt fit actu plura, unde dicit. Talẽ aũt particulã. ſ. nutritiuã actu qdẽ hñt unã añ diuiſionẽ, uirtute aũt plures, et ſic ꝑ diuiſionẽ facta eſt de nouo in parte deciſa, ſaltẽ ꝑ aliqđ tẽpus. Sed qm̃ dices qſpiã an ſolum in aĩalibus ſit hoc, ideo dicit. Eodem enĩ mõ plãtis hęc aĩalia cõſtituta ſunt, uel melius dicendũ, ꝙ cũ dixit, ꝙ in aĩalibus inſectis, & anuloſis ꝑticula nutritiua eſt una actu, poteſtate plures, ita ut diuiſiõe fiat plures, aſſignat cãm, & dicit. Eodẽ enim mõ plãtis cõſtituta ſunt. Sunt. n. hæc aĩalia plantis propinqua, etenĩ plãtæ diuiſæ uiuunt ſeparatim, & fiũt multę arbores ab uno principio ꝑ diuiſionẽ & aſplantationem, & hoc qa particula nutritiua una actu eſt in illis, poteſtate plures. At cũ animalia hęc uicina ſint plantis, eodem mõ erit de illis, licet ſit dr̃ia, qm̃ plantæ diu diuiſæ uiuunt, non aũt animalia, ut libro pręcedenti dictum eſt.

*Cæterum quam ob cauſam plantarum aliæ diuiſæ ſeiunctéque uiuere nequeant, aliæ auulſione ſerantur, alio explicabitur loco, quãquam in hoc, plantæ & inſectorum genus ſimiliter ſeſe habent.*

*Propter quam autem cãm plantarum hæ quidem nõ poſſunt diuiſæ uiuere, hæ aũt aſplantantur, alter erit ſermo, ſed ſimiliter habent ſecundum hoc, & plantæ & genus entomorum.*

Sed contra occurres, qm̃ uidem⁹ partes aliquas plantarũ diuiſas, & aſplãtatas aliqñ uiuere, aliquas autē poſtq̃ aſplãtarũt, areſcere, & nõ uiuere. Excuſat igitur ſe ab hac cauſa, & dicit. Propter quam aũt cãm plantarũ hę quidē diuiſę & aſplãtatę nõ pñt uiuere, hę aũt aſplantanť & uiuunt, alter erit ſermo. Verũ quicquid ſit de cã hui⁹ quęſiti, ſilr (ut inquit) ſe habent ẜm hoc & plantę & genus entomorum quãtum ad hoc, ꝙ diuiſę uiuãt, licet non omnes ſaltem aliqua. Aĩaduerte ꝙ iſtud problema põt duplr intelligi, uno mõ rõne habita ad diuerſas plantarum ſpẽs (vt ſit ſenſus) propter quid eſt aliqua planta, cui⁹ pars deciſa & aſplantata non uiuit, ut dr̃ de dactylo et de cupreſſo. Aliq̃ ṽo, uiuit, ut de oliua, & ficu, & hoc pacto Theophraſtus huius problematis aſſignauit cãm, quã Ariſto. hic nõ aſſignat. Alio mõ põt intelligi rõne habita ad eandẽ ſpẽm plantę, ut ſit ſenſus ꝓꝑ qd aliqñ pars oliuę deciſa & aſplantata uiuit, aliqñ areſcit, & non uiuit. Et utroq; modo Ariſto. a problemate ſe excuſare vr̃, remittens ſe ad librũ de plãtis, & nos etiã ad illũ locum.

*Neceſſe autem eſt, ut anima uegetatrix in habentibus actu ſimplex unaq; ſit, potẽtia multiplex ac plures,* Nec *ſecus de ſentiendi quoq; principio dicendum, nam quæ ex eis diuiſa ſunt, ea ſenſum habere cernuntur.*

Neceſſe *aũt, & nutritiuã animã actu quidem in habentibus eſſe unam, uirtute aũt plures. Silr autem & ſenſitiuum principium, uidentur enim habere ſenſum, diuiſa ipſorum.*

Inter rõnes naturales, quibus cæpit probare nutritiuã aĩam, ſiue principium nutritiuũ eẽ in medio ꝑ naturales et ſenſatas rõnes, hic interponit inter plantas & aĩalia cõparationẽ quãdã, & primo quidẽ ꝑ cõuenĩẽtiã, ſecundo ṽo per dr̃iã. Et de prima dicit, & cõtinueť ſic, licet nutritiuũ principium ſit in medio, tñ neceſſe eſt & nutritiuã aĩam actu qdẽ in his, quę hñt aĩam nutritiuã, eſſe unã, uirtute aũt & poteſtate plures. Eſt enim una actu, qm̃ extẽſa ꝑ totũ uiuẽs, uirtute ac poteſtate plures, qm̃ ſola diuiſione fit plures, ſicut aqua actu una eſt, ſola aũt diuiſione fit plures. Silr aũt & ſenſitiuũ principium. ſ. ipſa aĩa ſenſitiua eſt actu una, plures aũt poteſtate, qm̃ diuiſione fit actu plures. Et ꝙ ꝑ diuiſionẽ fiat actu plures, probať, qm̃ (ut inq̃t) diuiſa ipſorum aĩaliũ vñr hr̃e ſenſum & motũ, ꝑ quos arguim⁹ in illis diuiſis ꝑtibus eſſe aĩam. Eſt. n. ſenſitiua aĩa in talibus impfectis aĩalib⁹ extenſa ꝑ totũ, & una actu, diuiſione ṽo fit plures, ut aqua. Sed ſi hoc pacto exponatur hic locus, tunc Ariſto. eſſet ſibi cõtrarius, qm̃ dixit, ꝙ ſit in medio, nũc exponiť ꝙ ſit extẽſa ꝑ totũ, & ſic nõ tm̃ in medio. Dicendum, ꝙ in imperfectis oĩb⁹ aĩalibus & plantis, aĩa nutritiua & ſenſitiua eſt extenſa, ut forma aquę per totã materiã aquę, hęc tñ eſt dr̃ia, ꝙ forma elemẽti in nulla ſui corporis ꝑte eſt ẜm principale principiũ ei⁹ proprię operationis. At licet nutritiua ſit extenſa ꝑ totũ ueluti forma elemẽti, tñ ẜm pricipalẽ potẽtiã, quę eſt potẽtia nutritiua eſt in medio quaſi corde, ſilr licet ſenſitiua ſit extẽſa ꝑ totũ, tñ ẜ ẽ pricipale pricipiũ ꝙ ſenſitiuũ eſt pricipalr in corde, hoc. n. eſt dictũ in ſecundo de aĩa. In aĩalib⁹ ṽo ꝑfectis aĩa eſt in toto ꝑ ęquiualẽtiã, principalr aũt in corde, ẜm principale principium. Intellectus aũt nullã ſibi limitat ꝑtẽ, & ſic Ariſto. nõ ſibi contradicit.

*Verũ plantæ ut natura ſeruetur efficere poſſunt: hæc nõ poſſunt, q̃ inſtrumẽta ad naturæ tutelã ſalutẽq; cõmoda nõ habeãt, careãtq; alia eo qd' cibũ trahit, alia eo qđ recipit, alia tũ alijs tũ etiã horũ utroq;. Hmõi. n. animalia: animalibus multis natura cohærentibus aſſimilantur (At quæ optime conſtat haudquaq̃: q̃ eorũ natura q̃ maxime fieri põt una ſimplexq; habeatur. Quo fit ut partes nõnullæ, diuiſæ parũ ſentiant, q̃ affectio quædã animæ illata ſit)* Detractis. n. uiſceribus, cientur. id qđ' *etiam teſtudinibus exempto corde euenit.*

*Sed ut ſaluetur natura plantæ quidẽ poſſunt, hæc aũt nõ poſſunt, qa nõ hñt organa ad ſalutẽ, & qa indigẽtia ſunt hæc qdẽ capiẽtis, hæc aũt ſuſcipiẽtis alimẽtũ, hæc aũt & aliorũ & horũ amborũ. Aſſimilantur. n. talia aĩaliũ, multis animalibus ſimul iunctis* (*Optime aũt cõſtituta aĩalia hoc nõ patiuntur, propterea q̃ natura ipſorum, ut contingit maxime una eſt. Quapp & paruũ ſenſum quædam faciunt diuiſæ particularũ, qa habẽt aliquam animalẽ paſſionem*) *Separatis enim uiſceribus: faciũt motum, ut & tortucæ, corde ablato.*

Cũ cõparauit ẜm cõuenientiam, nũc cõparat ẜm dr̃iã, & dicit ꝙ hæc quidẽ diuiſa plantarũ agere pñt, ut nã earũ ſalueť, & uiuat, ꝑtes. n. plãtarũ diuiſę uiuere pñt ꝓꝑ rõnẽ tactã in libello de cauſis longitudinis & breuitatis uitæ, qm̃ quęlibet ꝑs potẽtia habet radicęs, trũcũ, & germen, & ſic ꝑtes plãtarũ diuiſæ diu uiuere pñt. Hęc aũt. ſ. ꝑtes aĩaliũ nõ pñt agere ut eorũ natura ſalueť, & uiuat, qa nõ hñt organa ad ſalutẽ nec actu, nec potentia, ſunt. n. aĩalia (ut inq̃t) indigentia hęc qdẽ capiẽtis. ſ. oris, ut ꝑ ipſum cibũ aſſumant, hęc aũt ſunt indigentia etiã ſuſcipiẽtis alimẽtũ. ſ. ſtomachi, in q̃ cib⁹ decoquať, hęc aũt ſunt indigentia & aliorum. ſ. ꝑtiũ per quas excremẽta emittunť. ſ. ueſica, & collo, & etiã horũ amborũ. ſ. oris, & ſtomachi, ut animalia ꝑfecta. Per quę dat intelligere tria aĩaliũ genera. Infima qdẽ zophyta, ut eſt ſpongia, quę indiget tm̃ ꝑte capiẽte. ſ. radicib⁹ ori ſililibus. Parũ ꝑfectiora quę indigẽt parte capiẽte, & ꝑte ſuſcipiẽte quaſi ſtomacho, nõ aũt determinata ꝑte ꝑ quam emittantur excremẽta, ut cõchilia, & id genus. Sunt aĩalia his adhuc perfectiora, quę indigẽt & capiente, & ſuſcipiẽte, & partibus etiam per quas excrementa emittuntur ut ꝑfecta, quare quouis modo ſint, diu deciſa uiuere nõ pñt, qm̃ organa nõ hñt neceſſaria ad uitã, nec actu nec ꝑtãte. Et ꝙ talia aĩalia imperfecta uiuere poſſint deciſa, ꝓbat, & dicit: ꝙ talia aĩalia aſſimilantur multis aĩalib⁹ ſil' iunctis, qm̃ aĩa eſt actu una, diuiſiõe plures, ueluti aqua aſſimilať plurib⁹ aqs, qm̃ actu eſt una, plures ṽo diuiſione. Eſt. n. eius forma extẽſa ꝑ totũ una cõtinuatione, plures tñ diuiſione. At (vt inquit) aĩalia optime cõſtituta ut hõ & equus, & ꝑfecta aĩalia, hoc nõ patiuntur, nõ. n. deciſa uiuũt. Propterea ꝙ natura ipſorũ. ſ. aĩa ut contingit ac ut adfieri poteſt, eſt maxime una, quoniã indiuiſibilis, nõ extẽſa ꝑ totum, ſed exiſtens per totum per æquiualentiam. Ex hoc infert ꝙ aĩalium perfectorum particulæ diuiſæ paruum ſenſum faciunt, non tamen omnes partes, ſed aliquę, quę poſt diuiſionem ſeruãt paruum ſenſum, & paruum motũ, non quia in talibus hẽant, et ſeruẽt aĩam, ſed qa in talibus hñt, & ſeruãt aliquã aĩalẽ paſſionem, nam ut inquit ſeparatis uiſceribus faciunt aliquẽ motum, eo modo quo imperfecta, ueluti de impfectis tortuca corde etiam ablato, in parte cernitur quidam paruus motus, uerum eſt differentia, quoniam in animalium perfectorum partibus ſeruatur motus, quoniam in illis ſaluatur animalis paſſio propter præſentiam ſpirituum, nõ propter præſentiam animæ. In animalium imperfectorum partibus ſaluatur motus & ſenſus propter præſentiã animæ. Hactenus de comparatione animalium, & plantarum, & de prima ratione, quæ ſumitur ex diuiſione animalium, & plantarum.

*Præterea illud, tam in plantis quã in animalibus patere poteſt. In plantis quidem, ſi generationem quæ fieri ſemine ſolet, et inſitiones auulſioneſq; conſideremus.*





*Adhuc autem & in plantis palam, & animalibus. In plantis quidem, & eam, quæ ex ſpermatibus generationem conſiderantibus, & inſitiones & aſplantationes.*

Cum Ariſtoteles probauit nutritiuũ principium eſſe in medio uia ſumpta ex inciſione animalium & plantarum: nunc probat hoc idem uia, qua animalia & plantæ generantur, uerum non eodem modo, quoniam in plantis probat hoc uia ſumpta ex generatione ſeminali, & aſplantatione, & inſitione: in animalibus uia, qua cor primo generatur: & qua eſt principium principale uenarum & ſanguinis & operationis nutritiuæ: & primo proponit intentionem ſuam, & dicit. Adhuc autem & in plantis palam, & animalibus. ſ. uia ſumpta a factura & generatiõe ipſorum. Exponit tamen differentiam, & dicit, In plantis quidem tripliciter, & nobis conſiderantibus eam generationem, quæ immediate fit ex ſeminibus: quæ græce ſpermata dicuntur, & cõſiderantibus inſitiones unius rami in alio ramo: & conſiderantibus aſplantationes, quibus ramus diuiſus plantatur. Tripliciter enim planta fit, aut generatione, quæ immediatæ fit ex ſeminibus: aut inſitione: qua inſitum fit in aliquo ramo: aut paſtinatione, & aſplantatione.

*Nam generatio ea quæ ſemine fit: omnibus e medio prouenit. cum enim biualuia ſint ſemina omnia: qua cohærent mediumq; partis utriuſq; habetur, hinc una cum caule radix etiã eorum quæ naſcuntur erumpit, principiumq; medium ipſorum eſt.*

*Quæ enim ex ſpermatibus generatio: accidit omnibus ex medio. dithyris enim exiſtentibus omnibus: ſecundum quòd adnata ſunt habetur: & medium eſt utriuſque particularum, hinc ramuſculus oritur & radix naſcentium principium autem: medium horum eſt.*

Nunc declarat partes, & primo oſtẽdit nutritiuum eſſe in medio uia generationis immediate factę ex ſeminibus: & dicit. Quæ. n. ex ſpermatibus generatio fit immediate, accidit omnibus ex medio. ſ. radicibus & ramis, ſiue ſtipiti: rami. n. ſiue ſtipes, & radices alligantur triunco: quaſi medio: in quo eſt uirtus generatiua ſtipitis, ramorum, & radicum. Et ꝙ ita ſit, probat: & dicit. Dithyris. n. hoc eſt biualuijs exiſtentibus omnibus ipſis ſeminibus, ſecũdum ꝙ adnata ſunt ipſa ſemina, habetur. ſ. generatio, & mediũ eſt utriuſq; partis principium generatiuum, dico utriuſq; partis de numero particularum totius plantæ: e quo medio ramuſculus oritur quaſi ſtipes, & radix eorũ quæ naſcuntur: quod quidem medium principium eſt horum. ſ. ſtipitis & radicum. Quo quidem ad rationem attinet, debes ſcire, ꝙ ſemen plantarum, ex quo naſcitur planta: dicitur dithyrum, quaſi bis porta: di enim quaſi dis, hoc eſt bis, thyra uero porta dicitur, eſt ergo ſemen bijanuum, ſiue biporteum, ſiue biualuium, qm̃ aperitur uerſus terram emittendo plantas, & uerſus cœlum emittendo ſtipitem, in quo rami fiunt: Ex hoc argumentum habet uim, locus utriuſq; portæ eſt medium, locus utriuſq; portæ eſt principium nutritiuum: ergo principium nutritiuũ eſt mediũ. Quo uero ad uerba attinet, medium iſtud, dicitur ab aliquibus truncus, intra quem cõtinetur quoddam proportionabile cordi, non quidem medulla: non. n. illa ſe habet, ut cor: ſed quędam pars duriuſcula, quæ ab agricolis dicitur cor plantæ & nodus. In hac autem arbitratur Ariſtoteles manere principium nutritiuum, quoniã principium qđ fit ex ſemine eſt hæc durities: ueluti cor ex ſemine animali eſt principium, quod fit. Patet ergo uia generationis, quæ fit ex ſeminibus immediate, nutritiuum principium eſſe in medio.

*Hoc etiam in inſitionibus auulſionibuſq;: circa nodos maxime euenit. nodus enim: principium quoddam ſurculi eſt, & inſuper medij rationem obtinet. Quare autem nodum auferunt, aut in eum, quippiam indunt: ut uel radix, uel ſurculus ex eo naſcatur, quaſi principium caulis et radices, e medio ſit.*

*In inſitionibus autem, & aſplantationibus: hoc maxime accidit circa nodos. eſt enim principium quoddam nodus, rami: ſimul autem & medium. Quare aut hoc auferunt, aut in hoc inſerunt: ut aut ramus aut radices ex hoc generentur, tanquam exiſtente principio ex medio, germinis & radicis.*

Secundo hoc idem probat uia ſumpta ab inſitionibus & aſplantationibus: nam generatio plantæ ex inſitione, fit potiſſimum circa nodum aliquem, nam nodus eſt principium quoddam rami, & ſimul cum hoc eſt medium inter ramum, & partem ſub nodo contentam. Simili modo generatio plantæ ex aſplantatione: cum. n. ramus aſplantatur, accipitur cum nodo: & ſic uerſus terram nodus radices emittit, & uerſus cœlum ſtipitem, ergo patet nodũ eſſe partem nutritiuam. Argumentum ergo fit, nodus eſt medium partium plantę: nodus eſt principium nutritiuũ: ergo principium nutritiuũ eſt medium, unde dicit. In inſitionibus autẽ, & aſplantationibus, per quas plantæ fiunt, hoc. ſ. fieri maxime accidit circa nodos, dico maxime, quoniam etiam in alijs partibus fit planta: quoniam quęlibet pars eſt potentia germen. uerum maxime fit planta ex nodo. Modo nodus eſt principium quoddam nutritiuum rami, ſtipitiſq;, & partium, ſub illo poſitarum, ſimul autem cum hoc eſt medium: ergo principium nutritiuum eſt medium: quia in tertia figura ſequitur: nodus eſt medium, nodus eſt principium nutritiuum, ergo principium nutritiuum eſt medium. Ex hoc infert cauſam propter quã, qui plantant, ſumunt ramum cum nodo, & nodoſum: & quare qui inſerunt, inſerunt in nodo. Cauſam affert, quoniam nodus eſt principium nutritiuũ partium, quę ab ipſo emittuntur: unde dicit. Quare aut hoc. ſ. nodoſum auferunt. ſ. aſplantantes una cum ramo, ut ipſum ſubterrent, aut inſerentes in hoc inſerunt, & hoc aut ut ramus generetur in inſitione, aut ut radices generentur in aſplãtatione: & cauſa eſt quia exiſtit principiũ ex medio ſui germinis, e quo proficiſcitur ramus eſt principium etiam radicis. Patet igitur uia generationis, & uia inſitionis & uia aſplantationis in plãtis medium ſuperioris, & inferioris eſſe principium nutritiuum. Hæc de plantis.

*Quinetiam cor animantium ſanguine præditorum: primũ gignitur, quod etiam per ea conſtat: quæ fuimus ſpeculati in hiſce quæ dum adhuc fierent, nobis uidiſſe contigit. Quare & in ijs quæ ſanguine carent: id primum fieri neceſſe eſt quod uice cordis ſubrogatur.*

*Et animalium ſanguinem habentium cor: fit primo. hoc autem palam: ex hijs quæ in contingentibus cum adhuc fierent uidere, contemplati ſumus. Quare & in exanguibus: neceſſarium analogum cordi fieri primo.*

Nunc declarat idem in animalibus uia ſumpta a generatione cordis, nam primum quod fit, eſt cor, unde dicit. Et animalium ſanguinẽ habentium cor fit primo, & ante alia membra. probat hoc ex aborſibus, qui cõtingerunt, in quibus ſpeculando apparuit cor, & nullum aliorum membrorum, unde dicit. Hoc autem palam eſt in his, quę contemplati ſumus, in contingentibus uidere, cum adhuc fierent: quales ſunt aborſus, quos uidere contingit aliquãdo, in quibus non eſt perfectum embrion, ſed fit. Ex hoc concludit ꝙ ſimiliter in exanguibus neceſſarium eſt fieri primo id: quod analogum cordi eſt: quaſi uicecordis factum. Componitur ratio cor fit, & nutritur nõdum alijs membris factis, ergo nutritiuum principium eſt in corde, quod eſt medium. Quidam probant cor eſſe primo factum, quoniam cum ſperma uiri in uterum mulieris emittitur, ſpirituificatur: ſperma autem ſic cõuerſum in ſpiritũ, penetrat in menſtruum mulieris & facit in illud ampul- An cor primo quidẽ.

ſam:quaſi domicilium,& hoc uocant cor:ex quo incipit generatio aliorum membrorum. Verum hæc ratio non cogit, quoniam narrat Ariſto.primo de generatione animalium quandoq; factum eſſe conceptum ſine mẽſtruo mulieris,ergo nulla alia eſt ratio niſi experientia. quę ex aborſibus colligitur ab Ariſtotele:quam ſi quis negat, non habebit uiam demonſtratiuam ad probandum cor eſſe primum membrum genitum.uerum de hoc poſtea.

*Quod autem cor uenarum principium ſit.*

*Cor autem quòd ſit uenarum principium : in ijs quæ circa partes animalium,dictum eſt prius.*

Secundo idem probat , ex eo quia cor eſt uenarũ principium:ergo eſt in eo eſt nutritiuũ principium : per uenas enim fertur nutrimentum ad alia membra:& ſic ſi cor eſt uenarum principium , cor eſt principium nutritiuũ. Quod ſit uenarum principium,ex his, quæ dicta ſunt in libro de partibus tanquam manifeſtum accipit.

*Quodque in ſanguineis ſanguis ſit ultimum alimentum ex quo partes efficiuntur:in libris de partibus animalium dictum iam eſt. Conſtat itaque oris facultatem alteram operam cibo conficiendo preſtare,uentris alteram: cor uero potiſſimum eſſe atque finem imponere. Quare ut ſentientis,ita etiam uegetantis animæ originem : ſanguinarijs in corde haberi neceſſe eſt. nam cæterarum partium officia circa cibum: officij cordis gratia ſunt. Oportet enim ut principale ad id cuius cauſa properet,& non in ijs quæ huius cauſa ſubſiſtat ; perinde atque medicus ad ipſam ſanitatem.*

*Et quòd ſanguis in ſanguinem habentibus ſit ultimum alimentum ex quo fiunt particulæ. Manifeſtum igitur ꝙ unam quandam operationem,oris uirtus exercet , alterã autem quæ uentris, circa alimentum : cor autem principaliſſimum, & finem apponit. Quare neceſſe eſt: & ſenſitiuæ & nutritiuæ animæ in corde principium eſſe ſanguinem habentibus. nam aliarum particularum opera circa alimẽtum : gratia operis huius ſunt. Oportet enim principale:ad id cuius gratia perſeuerare, ſed non in hijs quæ huius gratia. ut medicus ad ſanitatem.*

Tertio idem probat,quoniam cor apponit finem circa alimentum,quod facere non poſſet,niſi in ſe haberet principium nutritiuum,unde dicit. Et etiam dictũ eſt in libro de partibus. ꝙ ſanguis in animalibus ſanguinem habentibus ſit ultimum alimẽtum,ex quo fiunt particulę , modo ſanguis fit a corde finaliter : & ꝙ fiat a corde finaliter, probat,quoniã quatuor ſunt digeſtiones cibi.prima, quæ eſt in ore.ſecunda uero in ſtomacho.tertia fit in epate,ultima fit finaliter & principaliter a corde.unde dicit. Et lege igitur pro enim,hoc pacto,nam manifeſtum eſt quòd unam quandam operationem uirtus oris maſticãdo exercet,dixit operationem, hoc eſt præparationem, quoniam non eſt proprie digeſtio : alteram autem circa alimentum perficit:uirtus,quæ eſt uentris,per quam ſequeſtratur ſubtile ab ipſis ſtercoribus quam nec digeſtionem appellat, ſed ſecundam operationem,ſubaudienda eſt tertia præparatio:quæ fit in epate, per quam ſeparat̃ urina , ultimum autem finem , & perfectam digeſtionem apponit cor exiſtens principaliſſimum. Ex his concludit propoſitũ, & dicit. Quare neceſſe eſt & ſenſitiuę & nutritiuæ animæ in corde principium eſſe his.ſ.animalibus,qui ſanguinẽ habent,alijs uero ineſt ei,qđ eſt uice cordis: nam aliarũ particularum.ſ. quæ eſt uirtus pręparatiua in ore, & quæ eſt præparatiua in ſtomacho, & quæ eſt pręparatiua in epate,opera circa alimentũ facta , omnia ſunt gratia operis huius.ſ.cordis:ut pręparamenta diſponẽtia ad illud,quoniam (ut inquit) oportet perſeuerare ac exiſtimare principale ad id,cuius gratia,quaſi oportet exiſtimare principale,gratia cuius alia ſunt,& non exiſtimare in ijs, quæ huius gratia,quæ ordinantur ad illud:ut medicus ordinatur in ſanitatem : & non ſanitas in medicum. Sed quæres primo utrum uerum ſit hoc qđ Ariſtoteles dixit , qđ cor ſit uenarum principium : & immobilium, & pulſatilium, quæ dicuntur arteriæ. Medici aſſerunt ꝙ uenę immobiles ab epate,mobiles uero,quę ſunt arteriæ,a corde exoriuntur. Quam poſitionem Auerroes in eo libro , quem Colliget appellauit,fatetur. Mouetur primo quoniam uenę ſeruiunt epati,ut per eas deferatur nutrimẽtum ad membra. arterię uero cordi , ut per eas pulſus & euentatio fiat in ipſo,& in toto. Amplius ſecundo quoniam uenæ uidẽtur maiores & fortiores in origine quàm longe a principio. Modo experientia docet uenas eſſe fortiores , & maiores in epate quàm in corde. Tertio ex experiẽtia uidemus ꝙ ab epate uene ramificãtur ad omnia mẽbra:qđ non eſſet, niſi ab illo exorirentur. hæc medici. Ariſtoteles autẽ hic, & libro de ſomno & uigilia , & tertio libro de partibus animalium,tenet ꝙ cor eſt primũ originale principiũ omnium uenarũ, & arteriarum. Vbi animaduerte ꝙ cor eſſe principium originale uenarũ & arteriarũ poteſt intelligi dupliciter,ita ut ſit ipſum cauſa effectiua illarũ,& ſic nec cor,nec epar eſt tale principiũ alicuius membri, Aut ita ut ſit illud , ex quo uirtus formatiua in utero cœpit uenas & arterias efficere & ad illud primo eas alligauit,& hoc pacto phyſici dicunt cor eſſe talium principiũ, medici uero epar. Quod autem cor ſit taliũ principiũ hoc pacto, patet de arterijs , quoniã cor eſt primũ originale principiũ ſpirituum uitalium,& pulſuũ,& ſic arteriarũ, per quas hæc continentur . ſecundo ex obſeruatione uidemus ꝙ uenæ per epar tranſeunt,non autem per cor:hoc autem eſt,quoniam qđ oritur ab aliquo,non debet ptrãſire locũ ſuę originis , ſed ibi primitus radicari . tertio uenæ in corde non ſunt fortes,& magnę,in epate uero ſunt tales:ergo in epate non oriuntur:quod enim oritur ab aliquo, in eo eſt minus,& partium. quarto uenæ ſunt duræ,epar molle,ergo non eſt rationi conſonũ,ut ab epate oriantur:ſed a corde, quod eſt durũ. Vltimo ſi uerũ eſt ꝙ cor ante alia mẽbra generetur: ſtatim ſequitur & uenas, & omnia fieri a corde:cum ſanguis ſit in eo, & in eius uenis tunc primo formati. Et tunc rationes medicorũ nullæ ſunt , prima quidem nulla eſt,quia ſumit falſum, uenę enim & arteriæ ſeruiunt cordi,quoniam cor eſt primũ nutritiuum,& primũ ſenſitiuum. ſecundũ eſt etiam falſum . quoniam uidemus ꝙ nerui & oſſa, & omnia in origine ſunt parua & debilia : inproceſſu uero aſſumũt magnitudinem & uires. tertium concedimus:non enim ab epate incipiunt,ſed ab epate incipiunt ramificari. Hinc poteſt colligi concordia , ꝙ uenas incipere eſt dupliciter , aut ſimpliciter , & ſic bene Philoſophi dicunt aſſerẽtes omnes oriri a corde: aut quo ad ramificationem & diſtributionem illarũ ad membra: & ſic bene dicunt medici aſſerentes uenas oriri ab epate. Signum autem , quoniam omnes uenarũ anathomiam ab ab epate inceperunt,non quia ab eo ſimpliciter incipiant, ſed quoniam ibi ſunt maiores, & fortiores, & ab eo incipiunt diſtribui ac ramificari in membra: hoc pacto intelligendo utraq; opinio poteſt ſtare. Conſequenter dubitant utrũ ſanguis,ultimo fiat a corde , tanq̃ a principali & ultimo digeſtiuo. Ab Ariſtotele habemus ꝙ cor tanq̃ principaliſſimum in generatione ſanguinis finẽ apponit, non tamen explicat an ſanguis in corde , an in epate fiat. Medici tenent ꝙ uirtus nutritiua exiſtit in epate:& ideo uolunt ab epate,& in epate fieri ſanguinem ultimo,& ab epate diſtribui ad omnia membra:& hoc per uenas, quæ ab ipſo oriuntur. Mouentur autem , quoniam ſanguis eſt magis epati ſimilis , immo nonnulli dicunt epar eſſe ſanguinem coagulatũ: modo ſemper agens aſſimilat ſibi effectum. Præterea omnes dicunt cibum , qui eſt maſſa generata in ſtomacho depurata ab excremẽtis ſiccis ferri ad par,ibique ab epate conuerti in quatuor humores. Peripatetici aſſeruerunt contrarium, dixerunt enim nutrimentum habere præparationes , quarum prima eſt a uirtute oris , quæ maſticatione perficitur. ſecunda uero a uirtute

ſtomachi,



ſtomachi, a qua decoquendo ſeparatur maſſa alba ſubtilis,quæ chilus dicitur a græcis,e qua ſeparatur excrementum ſiccũ quod dicitur ſtercus. tertia fit a uirtute epatis,a qua chilus conuertitur in ſanguinem imperfectũ:quoniã nondum eſt nutritiuus , e quo ſeparatur aquoſitas urinæ, & mittitur ad ueſicam. Vltimo ſanguis iſte digeritur , & efficitur nutrimentũ conueniens a corde : in quo ſolo eſt uirtus nutritiua : per quem ſanguis accipit ultimũ finem, & perfectionem. Sed quæres in quo generatur iſte ſanguis ultimo in corde,an in epate. Præterea uidetur ꝙ ſanguis non ſit ultimo decoctus, quoniam adhuc fit ulterior digeſtio in membris , ad quæ mittitur. Reſpondent nonnulli ꝙ prima præparatio nutrimenti fit in ore a uirtute oris. ſecunda præparatio fit in ſtomacho a uirtute ſtomachi. tertia fit in epate a uirtute epatis : per qua generatur ſanguis imperfectus craſſus,ac feculẽtus , qui poſtea per magnam uenã,quæ eſt ab epate mittitur ad cor : in corde autem receptus accipit ultimam perfectionem,per quam fit nutrimentũ conueniens omnibus membris . hoc facto talis ſanguis uel maior eius pars per uenã ſubtiliorem reuertitur ad epar , & cũ illa uena ramificetur ibi ad omnia membra,mittitur ad omnia mẽbra ab ipſo epate. Ex quo patet ſolutio ad primam , dicunt enim ꝙ ſanguis ultimo perficitur in corde. Ad ſecundam dicunt, ꝙ licet fiat ulterior digeſtio in membris,ad quæ mittitur:non tamen fit a calore membrorũ,ſed fit propter calorem & ſpiritus miſſos a corde cum tali ſanguine ad ſingula mẽbra, ideo cor eſt ſimpliciter primum ac principale principiũ nutritionis & uitæ mediantibus calore,& ſpiritibus. Os aũt ſtomachus & epar ſunt quodammodo inſtrumenta præparantia ad eam digeſtionem, quæ ultimo perficitur in corde, & in membris. Hanc opinionem Druſianus attribuit Ariſtoteli. Hæc poſitio eſt pulchra,& non aliena a uerbis Ariſtotelis & Themiſtius uir doctiſſim⁹ libro de ſomno cap.13. eam tenet:uerũ mihi quęſtionẽ facit contra ipſam, ꝙ ex omni digeſtione aliqua ſuperfluitas ſeparatur. Modo ex digeſtione facta in corde nulla uidetur ſuperfluitas fieri niſi quis dicat fumos capinoſos ſequeſtrari : & propterea non uidetur mihi,ꝙ in corde compleatur digeſtio. Dicerem ergo ſaluo meliori iudicio,ꝙ omnis digeſtio,ſiue præparatio ſiue in ore,ſiue in ſtomacho ſiue in epate, ſiue in membris fit a corde mediante calore & ſpiritu miſſo ad illa membra in quibus fit præparatio,ſiue digeſtio. Cum enim omnis digeſtio uel præparatio fiat a calido,calor autem in toto corpore , & in ſingulis eius partibus fit a corde,ut a fonte caloris,ideo cor eſt primũ & principale nutritiuum:& ſanguinis generatiuum. Vbi annotatione dignum , ꝙ ſecundum hunc modum digeſtiones ſunt tres. Quarum prima fit in ſtomacho:nam ea,quæ in ore fit, cũ ex ea nulla ſuperfluitas ſequeſtretur ſenſibilis , non digeſtio:ſed pręparatio dicenda eſt. Ex hac autem quæ in ſtomacho fit, ſequeſtratur ſtercus. ſecunda uero fit in epate, per quam generatur ſanguis,& a qua urina ſequeſtratur. tertia uero fit in membris , per quam generatur ultimum nutrimentum,ſiue ſanguis nutrimentalis:e qua etiam aliqua aquoſitas , aut humiditas ſequeſtratur , quæ non eſt utilis,ſed in ſudorem tranſit: aliquando autem inſenſibiliter reſoluitur forti exiſtente uirtute mẽbrorum. Præterea ulterius annotatione dignum ſanguinem generatũ in epate diuidi , cuius una pars per uenam magnam mittitur ad corde cuius portione nutritur cor , de altera generantur ſpiritus ſenſitiui & uitales, qui per aliam uenam tenuiorẽ ad ſingula membra mittuntur , ut uita & eorũ ſenſus ſeruentur. Sanguis uero qui in epate remanſit, non uadit ad cor,ſed ab epate diſtribuitur ad membra,ut ex eo nutriantur : qui ad membra miſſus uirtute caloris & ſpirituum a corde miſſorum ultimo digeritur,& fit nutrimentũ membrorum. Tunc medici cum dicunt in epate fieri ſanguinẽ, uerum dicunt,ut in loco conuenienti generationi ſanguinis. Philoſophi autem dicunt fieri a corde ut a primo & principali factiua cauſa. Ab epate autem ſanguinem fieri uirtute cordis,& ut a loco conuenienti generationi illius Ariſtoteles concederet. Per hæc patet ſolutio ad obiecta. Primum quidem deletur:quoniam licet ſanguis in mollitie , & teneritate ſit epati ſimilis magis quàm cordi : non tamen habet ſufficientem calorem ex ſe , ut poſſit illum generare:ideo indiget uirtute cordis. Secundum uero concedo:quoniam in epate fit generatio ſanguinis & omniũ humorum,ut in loco conuenienti,non uirtute propria:ſed mediantibus ſpiritibus & calore a corde miſſis ad epar. Hæc itaque ſufficiant de his.

*At uero ſenſuum principatus:in corde,ſanguinarijs omnibus eſt. nam in corde : omnium ſenſorium commune ſenſorium haberi neceſſe eſt.*

*At uero & ipſum principale ſenſuum : in hoc , ſanguinem habentibus omnibus. in hoc enim neceſſarium eſſe: omnium ſenſoriorum commune ſenſorium.*

Poſtq̃ Ariſtoteles probauit ꝙ principium nutritiuum eſt in medio trium particularum, nũc probat etiam per rationes ſenſatas & naturales,ꝙ principiũ ſenſitiuũ in ipſo medio ſit utpote in corde: & primo proponit hoc, & dicit. At uero & in animalibus ſanguinem habẽtibus omnibus principale, hoc eſt principium ſenſuum omnium eſt: immo in corde ſunt omnes ſenſus: & ſic principium ſenſitiuum eſt in corde:uel in proportionali cordi in exanguibus. probat autem hoc primo, quoniam in medio.ſ.corde eſt commune ſenſorium omnium ſenſoriorũ exteriorum ueluti centrum,& terminus:hoc accipit, ut per ſe notum., Tunc uult habere ꝙ ſi in hoc eſt tale commune ſenſoriũ: in tali medio erit principale principium ſenſitiuum.

*Duos autem , ideſt tangendi & guſtandi, ſenſus : eo aperte tendere cernimus. quare : & reliquos eodem proficiſci neceſſe eſt. in hoc enim cætera ſenſoria motum facere contingit. hæc autem: haudquaquam ad locum ſuperiorem tendunt.*

*Duos aũt manifeſte huc tẽdẽtes uidemus: & guſtũ, & tactũ. quare: & alios neceſſariũ. in hoc enim & alijs ſenſorijs contingit fieri motum, hæc aũt: nihil tendunt ad eũ qui ſurſum locum.*

Secundo argumentatur ſic : in medio.ſ.corde ſunt tactus & guſtus,ergo omnes probatur conſequentia : quoniam ut in corde ſunt guſtus,& tactus, quoniam ad hoc uidemus tactiuos & guſtatiles motus fieri,cum etiam cęterorum motus ad hoc fiant,eadem ratione alijs ſenſus in hoc erunt. Quod autẽ tactiui & guſtatiui motus tendant ad hoc,patet quoniam non tẽdunt ad eum, qui ſurſum locum,unde dicit. Duos autem.ſ. & guſtũ & tactum huc.ſ. ad cor tendentes uidemus , quare & alios ſenſus neceſſarium eſt etiam huc tendere. probat conſequentiam,& dicit. In hoc enim mediũ uidemus motũ fieri alijs ſenſorijs, ergo ſicut guſtus & tactus ſunt in hoc : quia motus eorũ huc tendunt,ita quia motus aliorum huc tendunt,erunt in illo. Quod autem motus guſtus, & tactus tendant in medium, & probat, & dicit. Hæc autem.ſ.tactus & guſtus non tendũt ad eum, qui ſurſum locum,ſcilicet cerebrum.

Quo ad rationem attinet , Ariſtoteles accepit guſtum & tactum,tendere in cor,ueluti ad communẽ locum , uel inſtrumentum eorũ : non tamen probauit iſtud, niſi quia non uidemus eos tendere ad cerebrum: non autẽ aſſignat cauſam hic,ſed alibi:ubi dicit. Quòd ſi cerebrum tãgatur, non ſentit. ergo tactus maxime tendit in cor,cũ adeo ſentiat, ꝙ ſi tangeretur,uix uiueret:& quoniam guſtus eſt tactus quidam uel eius aſſecla : ideo guſtus tendit cum ſuo collega in cor. Amplius guſtus & tactus tendunt ad cor: quoniam omnes nerui per quos fit ipſorum ſenſatio,a corde oriuntur,non autem a cerebro. Recte ergo dixit, ꝙ tactus & guſtus non uidentur tendere in cerebrum: ſed bene in cor: & quoniam cæteri ſenſus inſunt mediãte tactu: eſt enim tactus commune cæterorum fundamẽtum : ideo intulit, ꝙ ſi tactus tendatur in cor : & cæteri etiam illuc tendant,& ſic patet ratio Ariſtotelis.

*Prætereà ſi uita hac in parte omnibus collocata ſit: eſſe neceſſe ut ſentiendi quoque principium in ea ipſa ſedem habeat, perſpicuum eſt. quo enim corpus animal eſt, eo etiam uiuere: quo uero ſenſitiuum, eo eſſe animal dicimus.*

*Sine his autem, ſi uiuere in hac particula omnibus eſt: palam quòd ſenſitiuum principium neceſſarium. qua enim animal, hac & uiuere dicimus: qua autem ſenſitiuum, hac corpus animal eſſe dicimus.*

Idem probat tertio ex dictis, & argumentatur ſic, in hac particula eſt ipſum uiuere, & principiũ uitale (ut probatum eſt) ergo & in hac particula erit ſenſitiuum principium. probat conſequentiam ex dictis, quoniã (ut inquit) qua enim particula animal eſt, hac & uiuere dicimus, & qua ſenſitiuum, hac corpus animal eſſe dicimus. Quare ſi corde uiuimus, etiam corde erimus animal, & ita eadẽ erimus ſenſitiui, & ita principium ſenſitiuum eſt in corde. Sed dubitatur, quoniam ſuperius dictum eſt in plus eſſe uiuens, quàm animal, quoniam aliquid uiuit, quod non eſt animal. At nunc dicit, ꝙ qua uiuimus ſumus animal: dicendum ꝙ Ariſtotelis propoſitio non eſt intelligenda formaliter, ut aliquid ſit animal, quia eſt uiuens, ſed cauſaliter, qm̃ eadẽ particula tanq̃ cã idẽ uiuit et eſt animal, & hoc probatũ eſt, & qm̃ corde cauſaliter uiuimus corde cauſaliter ſumus animal, & qm̃ quo cauſaliter ſumus animal, eodem cauſaliter ſumus ſenſitiui, patet ergo ratio. Quo uero ad uerba attinet, uerba illa {ſine his autem} intelligenda ſunt, ultra hæc autem quę dicta ſunt q.d. nõ modo per rationes tactas, ſed etiam ultra hęc alia ratione ſumpta a cauſa uitæ probari poteſt.

*Cæterum cur ſenſuum alij aperte in cor penetrent, alij in capite poſiti ſint (quamobrem: nonnulli etiam uim ſentiendi ſuam in cerebro arbitrantur) cauſa ſeorſum alio loco explicata iam eſt.*

*Propter quid autem hi quidem ſenſuum manifeſte tendunt ad cor, hi autem ſunt in capite (propter quod & uidetur quibuſdam ſentire animalia propter cerebrum) cauſa in alijs dicta eſt ſeorſum.*

Hic excuſat ſe a quadam differentia ſenſuum, & dicit. Propter quid autem, hi quidem ſenſuum, ut tactus, & guſtus manifeſte tendunt ad cor, hi autem ſunt in capite. ſ. ſecundum manifeſtum, ut uiſus olfatus, & auditus, ita ut propter hoc uiſum ſit quibuſdam ſentire animalia ꝓpter cerebrũ: cauſa in alĳs dicta eſt. ſ. in libro de partibus animalium: ubi patet Ariſtotelem nõ aſſerere cęteros ſenſus eſſe in cerebro, & tactum & guſtum in corde (quoniam, ut dictum eſt, ubi tactus eſt, ibi & cæteri ſunt) ſed aſſerit hoc uideri prima fronte: non tamen eſſe ita: cauſa autem aſſignata eſt, quoniam cerebrũ eſt molle, & ſic uidẽtur facile uiſibilia, audibilia, & olfatilia poſſe in illo imprimere ſpecies. At propter molliciem uero non ſuſtinet motus tactiles, cum tactio ſit materialior, ideo requirit in tactorio aliquam duritiem, quæ nõ id cerebro, ſed in corde reperiẽ. Prętere a non poteſt fieri uiſio, uel auditio: uel odoratio in corde: niſi ſpecies deferãtur ad cor per cerebrũ. at tactio, & guſtatio fieri poſſunt in corde, ſpeciebus non per cerebrum trãſeuntibus ſecundũ aliquos, utrum uero ita ſit, in libro de ſomno dicemus. Propter hãc differentiam dixerunt uiſum, auditum, & olfatum tendere in cerebrum, guſtum & tactum in cor.

*Sentiendi igitur principium, & alendi & augendi: in hac trium partium, & in corporis meditullio ſitum eſſe, uiſu quidem ex hiſce quæ dicta ſunt conſtat.*

*Secundum apparentia igitur palam ex dictis: quòd in hac & in medio corporis trium partium & ſenſitiuæ animæ principium eſt, & augmentatiuæ & nutritiuæ.*

Ex his epilogat, & dicit ſecundum apparentia igitur, hoc eſt ſecundum naturales ac ſenſatas rationes palã eſt ex dictis ꝙ in hac. ſ. corde, & in medio corporis triũ particularum & ſenſitiuæ animæ principium eſt, & augmentatiuæ, & nutritiuæ. hæc de phyſicis rationibus.

*Ratione uero: quòd natura in omnibus ex ijs quæ fieri poſſunt facere uidetur quod optimum ſit. cum autem ſubſtantiæ medium, principium utrunque occupat: tum pars utraq;, tam ea quæ ultimum perficit alimentum, quàm ea quæ ipſum recipit, ſuo fungi munere maxime poteſt. ita enim fit: ut iuxta utrunque eorum, pars utraque ſita ſit.*

*Secundum rõnem aũt: quia naturã uidemus in omnibus ex poßibilibus facientẽ optimũ. in medio aũt ſubſtãtiæ, principio exiſtente utroq;: maxime perficit utraque particularum proprium opus, operans. ſ. ultimum alimentum, & ſuſcipiens. penes utrunque enim ipſorum: ſic erit.*

Cum induxit rationes ſenſatas, nunc inducit rationes probabiles. Et prima ratio ſic cõficitur, optimum & poſſibile ſemper natura facit. principium nutritiuum. & ſenſitiuum eſſe in medio trium particularum eſt melius & poſſibile, ergo nutritiuum & ſenſitiuũ principium erit in medio. minor patet, quoniam cum in medio utrunq; principium fuerit, melius operari poteſt nutritiuum circa alimẽtum tribuẽdo omnibus membris circum circa ſpiritus & calorem, ut fit digeſtio & nutritio, & ſenſitiuum ſi eſt in medio melius poteſt operari circa ſuſcipiens, hoc eſt circa ſenſoria: quæ uidentur extra collocata. unde dicit. Secundum rationem autem, quia naturam uidemus in omnibus ex poſſibilibus facientem optimũ, hæc eſt maior: ſubaudi minorem, ſed nutritiuum principium, & ſenſitiuum eſt melius eſſe in medio, & poſſibile. Probationem huius ponit, & dimittit minorem, & dicit. In medio autem ſubſtãtiæ. ſ. totius corporis exiſtente utroque principio. ſ. ſenſitiuo, & nutritiuo, utraq; particularum. ſ. ſenſitiua & nutritiua maxime, & melius proficit proprium opus: operando ſ. ultimum alimentum, ut dictũ eſt mediãte calore & ſpiritu miſſo ad epar, & ad mẽbra: & melius operando ipſum ſuſcipiens. Quidam per ſuſcipiens intelligunt membrum: qđ alimentum ſuſcipit, ſed non placet, quia tunc prætermiſiſſet opus ſenſitiui principĳ, ergo per ſuſcipiens intelligit ſenſorium externum, ut oculos, & aures, & id genus, ad quæ cor melius poteſt mittere ſpiritus ſenſibilis, ut per illos ferantur ſpecies ad ipſum, nã cum ponitur cor in medio erit non longinquum a nutrimẽto, neq; a ſenſorio, ſed erit penes utrunq; ipſorum. ſ. ſenſorium, & nutrimentum.

Animaduerte, quòd hæc ratio non eſt demonſtratiua ſed coniecturalis quoniam ſi ualeret, oportet cor eſſe in medio omnium partiliter, ac punctualiter, modo cor uergit ad ſiniſtrum magis quàm in dextrum. Eſt tamen bona coniectura, ut concludatur quòd ſit in medio aliquo modo, ut melius operationes perficiat in omnia quæ ſunt ſurſum, & deorſum.

*Item eiuſmodi medij locus: eius quòd principatum obtinet, locus eſt.*

*Et eſt talis medij regio: regio principantis.*

Idem probat ſecundo, quoniam regio medĳ eſt regio accommoda principanti in tota multitudine: at principium ſenſitiuum & nutritiuum eſt principale: ergo ipſi accommodanda eſt media regio, quæ ratio non demonſtrat, quoniam a pari deberet eſſe partiliter in medio. Præterea Deo non aſſignatur centrum mundi pro regione, ſed cœlum. uerum coniecturale eſt: & dialecticum.

*Præterea id qđ utitur, & id quo quid utitur, differãt nec ſe oportet: perinde ut tibiæ atq; id q eas mouet, uidelicet manus.*

*Adhuc utens, et quo utitur oportet differre: quemadmodum ſecundum potentiam, ſic utique contingeret & ſecundum modum: ueluti fiſtulæ & mouens fiſtulas, manus.*





Tertio utens & inſtrumẽta non debent eſſe in eodem, ſed ſi inſtrumẽta ſunt in extremis: utens debet eſſe in medio: ſed inſtrumẽta ſenſitiui ſunt in extremis: & inſtrumẽta nutritiui ſimil'r, partes enim quæ nutriuntur ſunt in extremis. ergo principium utens his, debet eſſe in medio. unde dicit. Adhuc utens, & inſtrumentũ, quo utiẽ, oportet regione differre. Dico oportet differre quẽadmodum ſm potentiam ſic contingat illa differre ſm modum & regionem & locũ: potentiæ enim diuerſę differũt regione, ſicut differunt modo & potentiæ ratione: ueluti differunt fiſtulę motæ & manus mouens fiſtulas: nam, ut diuerſæ potentiæ ſunt, & modo & ratione potentiæ: ſic & regione differunt manus, & fiſtula. Tunc ſubaudiẽdum, ſed ſenſoria, ut oculi, aures, & cętera id genus, ſunt extra in extremis: & membra deputata ad ſuſcipiendum nutrimentum pro maiore parte ſunt etiam in extremis, ergo principale debet eſſe in medio: quæ ratio non demonſtratiua eſt, quoniam aliquando utens eſt ſimul cum eo, quo utitur ut in multis poteſt induci, eſt tamen ratio coniecturalis, & dialectica in multis uera.

*Si ergo animal definitum eſt eo quod ſentiendi principium habeat: hoc principium ſanguineis in corde, exãguibus in parte uicaria haberi neceſſe eſt.*

*Si igitur animal determinatum eſt eo quòd habet ſenſitiuum principium: ſanguinem quidem habentibus, neceſſarium in corde hoc habere principium, exanguibus autem in proportionali particula.*

Ex his concludit, quid eſt illud medium: in quo utraq; hæc ſunt, nutritiuum, & ſenſitiuum principium. & dicit, ꝙ in habentibus ſanguinem eſt cor, in exãguibus eſt proportionale, unde dicit. Si igitur animal eſt determinatum ac definitum per hoc ꝙ habet ſenſitiuum principium, animalibus ſanguinem quidem habentibus, neceſſarium eſt in corde hoc habere principium: exanguibus autẽ, in proportionali particula: ſimili modo de nutritiuo dicendum eſt. hæc ſunt, quæ dicit de tertio proloquio. Sed quæres utrum illa pars ſm quam animal eſt animal, & uiuit, ſit medium ſuperioris, & inferioris. Videtur ꝙ nõ, qm̃ generatio quę eſt principaliſſimũ operum uiuentium: non eſt ab illa parte media, ſed potius a teſticulis, qui ſunt in infera parte. Prętere a umblicus eſt pars media ſm Ariſto. in libris de animalibus: ergo tale principium deberet eſſe in umblico. Præterea hiſtorici ſemper medium acceperũt ab umblico. dixerunt enim umblicum Italiæ eſſe cãpum arietinum, ut Plinius inquit. Cãdauenſis reſpõdet ꝙ duplex eſt medium inter ſuperius & inferius. uno modo ſm ſitum: alio modo ſm uirtutem. Sol enim uirtute quidẽ in medio eſt, ſitu uero eſt in infima ſphera ſm Philoſophos. Tunc dicit, ꝙ nutritiuum & ſenſitiuũ principium: & illa particula per quã animal eſt animal, & uiuens, eſt in corde, quod ſm uirtutem eſt medium: non autem in umblico: quoniam umblicus eſt medium ſm ſitum. Quę poſitio eſt contra Ariſtotelẽ, qui ſenſu & ratione probauit partẽ illam eſſe mediam ſitu, & hoc ideo, quia eſt media uirtute. Ideo debes ſcire ꝙ Ariſto. licet propoſuerit ꝙ hæc pars debeat eſſe media anterioris, & poſterioris, & inferioris, & ſuperioris, nunq̃ probauit ꝙ debeat eſſe media anterioris & poſterioris, nec dextri & ſiniſtri: ſed ſolum ꝙ ſit media inferioris, & ſuperioris: ut patet legenti & cõſideranti rationes ſuas: nec potuit hæc probare, qm̃ eius probatio non fuiſſet uniuerſalis in omnibus uiuentibus: non enim plantę habent anterius & poſterius: nec dextrũ nec ſiniſtrum, ſed ſolum inferius & ſuperius, ideo eius intẽtio eſt ꝙ pars hæc ſit media ſuperioris & inferioris. Secũdo accipio ꝙ Ariſto. loquitur de medio inter partes per ſe, & quæ ſunt quaſi fines, nõ autem de medio omniũ partium. Partes autem per ſe ſunt tres, pars quæ cibũ accipit, pars quæ cibũ ſuſcepit, & pars per quã emittitur excrementũ, cæteræ autẽ partes ſunt ꝑ accidẽs: quia ordinatæ ad has. His acceptis dico ꝙ pars per quã animal eſt animal, & uiuens, eſt in medio ſm inferius & ſuperius uirtute & ſitu, qm̃ eſt cor, qđ eſt mediũ eſſentialium partium triũ. Pars uero media ſimpl'r, eſt umblic⁹ quẽ ideo natura in medio conſtituit, qm̃ in utero pars illa ſe habet ut principiũ nutritiuum oĩum partium eſſentialium, & accidẽtalium: nã per illã fœtus trahit nutrimentũ: & mittit ad mẽbra: Tũc ad rationes patet ſolutio. teſticuli. n. nõ ſunt principiũ generationis niſi propter calorẽ miſſum ad eos a corde. Ad illud de umblico patet ſolutio: eſt. n. umblicus mediũ conſideratis etiam partibus accidentalibus.

*Porro animalium partes omnes totumque corpus: calorem quendam naturalem inſitum habent. Quocirca dum uiuũt, calida apparent: dum mortua ſunt atq; uita deſtituta, contra.*

*Omnes aũt particulæ & totum corpus animalium: habent quandã inſitam caliditatẽ naturalẽ. Quapropter uiuentia quidem, uidẽtur calida: morientia aũt & priuata uita, contrariũ.*

Cum accepit tres ſuppoſitiones, quarum prima fuit, ꝙ anima ſit in una de principalibus partibus. ſecũda fuit, ꝙ per eandẽ partẽ aliquid eſt animal, & uiuẽs. Et tertia fuit ꝙ hæc per quã animal eſt animal, & uiuẽs, eſt mediũ & ipſum cor. Nunc accipit quartam ſuppoſitionem magis ad rem attinẽtem. Et ſuppoſitio quarta eſt ꝙ ſingulæ animalis partes, & totũ ipſum animal, habent quandã inſitam caliditatẽ naturalem, quã ſuppoſitionẽ Ariſt. nõ probat niſi ſigno, qm̃ demõſtratione ꝓbata eſt in lib. de generatione, & in libro de cauſis longitudinis, & breuitatis uitæ. Affert aũt ſignũ ex eo, qm̃ uiuentia quidẽ, dũ uiuũt calida uidẽtur ad ſenſum: morientia uero, & ea: quæ uita ſunt priuata uidentur contrarium. ſ. frigida.

*Neceſſarium aũt eſt: ut eius caloris principiũ ſanguineis in corde, exãguibus in proportionali habeatur. cibũ. n. naturali calore conficiunt atq; cõcoquunt omnia: ſed imprimis id quod potißimum eſt, nempe cor aut quod ei proportione reſpondet.*

*Neceſſarium autem, eſſe caliditatis huius principium, in corde, ſanguinem habentibus: exanguibus autem, in proportionali. operantur enim & digerunt naturali calido alimentum omnia: maxime autem, quod principalißimum.*

Hic poniẽ (ut mihi uideẽ) quinta ſuppoſitio, eſt autem hęc, ꝙ principiũ principale, quo ſingulę animalis partes, atq; totũ animal eſt calidũ, eſt cor, in ſanguinem habẽtibus, in exãguibus autẽ, aliquod uice cordis. probat hanc ſuppoſitionem, ab eodem eſt calidum, a quo principaliter fit digeſtio: cum omnis digeſtio perficiatur calido: ſed digeſtio principaliter & maxime eſt a corde, ut probatum eſt, ergo & caliditas hæc eſt a corde.

*Quamobrem cæterarum partium calore frigefacto, uita remanet: cordis, prorſus interit. quòd omnibus inde caloris principiũ pendeat: & anima quaſi ignita ſit in hiſce partibus, ſanguineorum in corde, exanguium in parte proportionali.*

*Quapropter alijs quidẽ partibus infrigidatis, remanet uita: eo autem qui in hoc, corrumpitur omnino. quia hinc principium omnibus depẽdet caliditatis: & animæ tanquàm ignitæ in his particulis, exanguium quidem in proportionali, in corde autem ſanguinem habentium.*

Secundo eandẽ ſuppõnem ꝓbat a ſigno, qm̃ ſtat uita oĩbus alĳs partibus infrigidatis, at infrigidato corde, nõ ſtat uita: ergo origo caliditatis eſt in corde. unde dicit. Quaꝓꝑ alĳs q̃dem partib⁹ infrigidatis, corde uero remanẽte calido, ſtat uita, eo aũt calore infrigidato, q eſt in hoc ſ. corde, animal oĩno corrũpiẽ. Et hoc nõ eſt ob aliud, niſi, quia hinc principiũ caliditatis & aĩæ depẽdet: & hoc eſt pro tanto quia caliditas & aĩa eſt in his particulis ueluti ignita, & accenſa a corde: quæ durat donec calor eſt in corde. Verũ nõ eodẽ modo in omnibus animalibus: hoc eſt, quoniam exãguium animalium quidẽ caliditas eſt in proportionali cordi: in corde autem ſanguinẽ habentium.

De media parte animalis.

*Neceſſum itaque eſt, uitam & incolumitatem huiuſce caloris, item mortem & eiuſdem corruptionem, ſimul eſſe.*

*Neceſſe eſt igitur, ſimul uitam exiſtere, & calidi huius ſaluationem, & uocatam mortem, & huius eſſe corruptionem.*

Ex his ſuppoſitionibus accedit ad cauſas ſenectutis. Et primo cõcludit cauſam uitæ, & mortis, poſtea cauſam ſenectutis enititur aſſignare ex dictis. Concludit autem cauſam uitæ & mortis ex ipſa caliditate, nam tandiu uita eſt, quandiu hæc caliditas ſeruatur: mors uero erit huius caliditatis corruptio.

*At uero ignis duas eſſe corruptiones uidemus, marcorem & extinctionem. Eam quæ a ſeipſo prouenit, marcorem appellitamus, quæ uero a cõtrarijs, extinctionem. & illarum quidẽ, ſenectutem, hanc autem, uiolentiam.*

*At uero ignis quidem duas uidemus corruptiones, marcedinem et extinctionem, Vocamus autem eã quidem quæ a ſeipſo. marcedinem, eam autem quæ a contrarijs, extinctionem. illam quidem, ſenectutem, hanc autem, uiolentiam.*

Aſſignata cauſa uitæ & mortis ex calido: nũc aſſignare intendit cãm ſenectutis, & iuuẽtutis. Et primo exponit quid ſit ſenectus, dans intelligere quid ſit iuuentus. 2. aſſignat cãm ſenectutis dans intelligere cãm iuuẽtutis. De prima parte intẽdit, ꝙ ſenectus ſit naturalis corruptio calidi innati. Ad cuius euidentiam per exemplũ ſumptũ ab igne, declarat duplicẽ eſſe corruptionem, alterã, quã marcedinem ſiue marcorem appellat, alterã, quam appellat extinctionem. Marcor ſiue marcedo eſt qua calidũ innatum a ſeipſo corrũpitur per reſolutionẽ paulatinã humidi naturalis: extinctio uero eſt qua calidũ innatũ a cõtrario ſuo corrumpiẽ. Tũc uult ꝙ corruptio primo modo. ſ. naturalis, quæ diciẽ marcor, ſiue marcedo eſt ſeniũ 2. modo neq; eſt ſenium, neq; iuuẽtus, ſed diciẽ uiolentia. unde dicit. At uero ignis quidem duas uidemus corruptiones; marcedinem, & extinctionẽ: & exponit has, & dicit. Vocamus aũt eam corruptionẽ quæ eſt a ſeipſo per reſolutionem humidi, in quo fouẽ, marcedinem, eam aũt quę eſt a cõtrarijs, ut a frigido uel alio, uocamus extinctionẽ. Tũc exponit, quid ſit ſenectus, & dicit. Illã quidem. ſ. marcedinem uocamus ſenectutẽ, hanc autẽ. ſ. extinctionẽ non uocamus ſenectutẽ, neq; iuuentutem, ſed uiolentiã: & cauſa quare diciẽ uiolẽtia eſt, quoniã calidum erat aptũ adhuc ſubſiſtere: ſed occupatum ui a contrarijs, corrumpiẽ. Præterea uiolentum eſt quod breui tempore fit, & quoniam corruptio a contrarijs breui admodum tempore fit. ideo uiolentia dicẽda eſt. Ex quo ſequitur marcedinem quam Plinius marcorem uocat, eſſe naturalem corruptionem, tũm quia non eſt ui facta a contrarijs, tum etiam quoniã non eſt repentina, ſed paulatina.

*Vtranque tamen corruptionem, eadem de cauſa fieri accidit. ſubſidente etenim cibo quòd calor eum accipere nequeat, corrumpitur ignis. nam contrarium ipſum concoctionem intercipiens, quo minus ille nutriatur, impedit.*

*Accidit autem, ambas propter idem fieri corruptiones. deficiente enim alimento, non potente calido accipere alimentum, corruptio fit ignis. contrarium enim ceſſare faciens digeſtionẽ, prohibet nutriri.*

Aſſignat cãm utriuſq; corruptionis, & primo ꝑponit hoc, & dicit. Accidit aũt: ambas corruptiones naturalem & uiolentã ꝑpter idẽ fieri: & ab eadẽ cauſa. ſ. ex eo quia non põt calidũ nutriri, cum. n. humidũ ſit ineptũ ad nutriendũ calidũ eſt aliqñ cauſa marcoris, ac naturalis corruptionis, aliqñ uiolẽtię & hoc exponit, & dicit. Deficiẽte. n. alimẽto, aut ablatione, aut ineptitudine, cũ calidũ nõ põt accipere alimentũ, ſit ignis corruptio. ſ. quæ diciẽ naturalis ergo paulatim humidi defectus eſt cauſa corruptionis naturalis: quæ dicitur marcor. fit etiam uiolentia a cõtrario frigido, nã contrarium faciens ceſſare digeſtionem infrigidãdo, ꝓhibet calidũ nutriri: cum ꝓhibeat digeſtionem, ꝓhibet generationem humidi, cum humidũ non generatur, calidum non nutritur: & ſic fit uiolentia.

*Eſt etiam quando ignem marceſcere contingit, ampliori calore ob id collecto, quia neque ſpiraminis quicquã habeat neq; refrigerij. ita enim calor plurimus ſeſe intercolligens, alimentum celerrime aſſumit, idq; prius facit, quàm ut ulla reſpiratio adhiberi queat.*

*Quandoque autem marceſcere accidit, ampliori congregato calore, propterea ꝙ non reſpirat neque infrigidatur. cito. n. & ſic conſumit alimentum, multum congregatum calidum, & præuenit conſumere antequam adſit euentatio.*

Sed dices quot modis fit corruptio, quæ eſt marcedo ſiue marcor, quæ eſt corruptio humidi nõ a frigido: ſed a ſeipſo, uel melius, cũ dixit ſenectutẽ eſſe marcorẽ, nũc exponit quot modis fit marcor, ut oñdat quis marcor ſit ſenectus, & dicit ꝙ uno modo fit (ut dictum eſt) qñ calm̃ paulatine ſuũ humidũ exiccãdo, tandem cõſumitur defectu nutrimẽti: alio modo fit ampliori cõgregato calido, quod eſſe põt, uel quia aĩal non reſpirat, & inſpirat, ut refrigeretur ab aere attracto, & expellat aerem calidũ, neq; infrigidatur, mõ quo piſces infrigidari ſolent trahendo aquam, & expellẽdo aliã calidã, nã multũ cõgregatum calidũ hoc pacto ex prohibita euẽtatione, cito ſic conſumit alimẽtum eius. ſ. humidũ, & pręuenit cõſumere illud humidũ anteq̃ adſit euentatio. ergo marcedo quæ eſt corruptio calidi nõ a frigido, ſed a ſeipſo, uno mõ fit paulatine, inquãtũ calidũ non augetur, ſed defectu humidi paulatine deficit, & hæc ꝓprie ẽ ſenect⁹. alio mõ fit a ſeipſo, inq̃tũ augeẽ & cito exiccat humidũ, et hęc nõ ẽ ſenectus.

*Quocirca nõ modo minor ignis, maioris acceſſu marceſcit, uerum etiam ipſa per ſe lucernæ flãma maiori flammæ indita aduritur, haud aliter quam quoduis aliud cremabile. Cuius rei cauſa eſt, ꝙ flamma maior, minoris alimentum prius occupat quàm aliud ſuperueniat. ignis autem, fluminis inſtar perpetuo gignitur atque fluit. uerum id præ celeritate nos latet.*

*Quapropter non ſolum marceſcit minor ſecus maiorem ignem, ſed & ipſa ſecundum ſeipſam lucernæ flamma impoſita in maiori flamma cõburitur, ſicut quodcunque aliud uſtibiliũ. Cauſa autem, quia alimentum quidem exiſtẽs in flãma, præoccupat accipere maior flamma prius quàm adueniat alterum. ignis autem, perſeuerat ſemper fiens & fluens ſicut fluuius. ſed latet propter uelocitatem.*

Ex his cõcludit, ꝙ ignis aliquãdo corrũpitur a maiori per iuxta poſitionẽ ad illũ: cũ. n. paruus ignis iuxta poniẽ magno, magnus extẽdit ſe ad humidũ in quo fouebatur paruus, & ſic exiccans illud citius q̃ exiccabaẽ a paruo, eſt cauſa, ut paru⁹ ille ignis corrumpaẽ citius q̃ de ſe erat aptus corrũpi: aliqñ corrumpiẽ a maiori, quãdo imponiẽ in maiori igne, cũ. n. minor flãma habet aliquid de humido intra ſe impoſita magnę flãmę, fit ueluti illi⁹ pabulũ, & ſic ab illo conſumiẽ, ac ſi eſſet unũ uſtibile. unde dicit. Quapropter nõ ſolũ marceſcit minor. ſ. ignis poſitus iuxta maiorẽ ignem, ſubaudi quo maior ignis præoccupat humidũ minoris illud exiccãdo, ſed & ipſa lucernę flãma ſecundũ ſeipſam impoſita in maiori flãma, ueluti cũ ꝓijcitur uectis paruus accẽſus in magna flãma comburiẽ, ſicut quodcũq; aliud uſtibiliũ, uectis enim ille ignitus intra ſe habet humidũ, ideo uriẽ: ut quoduis uſtibile: et hoc dicit. Cauſa autẽ, quia alimentũ quidẽ exiſtens in flãma parua, præoccupat accipere maior flãma prius q̃ adueniat alterum, hoc eſt altera flãma parua, & accipiat illud. Imaginatur. n. Ariſto. in parua flãma eſſe humidum, & eſt ratio, qm̃ flãma eſt fumus ardẽs ſecũdo de generatione, nõ ardet aũt fumus, niſi haberet aliquid humidi unctuoſi. ergo in flãma parua eſt humidũ unctuoſum, ignis ergo maior accipiens

accipiẽs illud humidũ prius q̃ parua flãma accipiat, qa cũ ſit maior, ſit uelocior in accipiẽdo. præoccupat prius quã præoccupeẽ illud a parua: & ſic parua uriẽ a magna. Sed dices hæc preoccupatio nõ põt fieri a magna flãma, niſi fieret de nouo ex illa, et prior trãſiret, ideo dicit. Ignis autẽ perſeuerat ſemper fiens, & fluẽs ſicut fluuius, uerum iſte fluxus latet propter uelocitatẽ. Et ſic patet ꝙ flãma minor dupl'r põt a maiori corrũpi, aut quia eius humidũ in quo illa eſt accẽſa, exiccaẽ citius a magna, quã erat ab illa parua exiccabilis, aut quia ipſa comburitur a magna ꝑpter ea, quia ipſa eſt res humida. Ex his uult habere, ꝙ ſenectus ſit marcor, ſiue naturalis corruptio calidi, nõ illa quidem, quæ fit ampliori facto calido. ſed illa, quæ fit per paulatinã humidi reſolutionẽ, per quã cõtinuo calidũ fit frigidus. Ex quo ſequiẽ quid ſit iuuẽtus, ſicut. n. ſenectus eſt naturalis corruptio calidi paulatine facta uſq; ad finẽ, ita iuuẽtus eſt paulatina generatio calidi uſq; ad cõſiſtentiã. Animaduerte ꝙ generatio uno modo accipiẽ pro rei factura, qua res nunc primo eſt, & ſic generatio calidi non eſt iuuentus. Alio modo accipiẽ pro acceſſu ad perfectionẽ, & hoc pacto accedens ad uirilitatẽ generari diciẽ ij. libro de generatiõe, & hoc modo generatio calidi qua calidum accedit ad conſiſtentiã, diciẽ iuuẽtus. Simili modo corruptio modo accipiẽ pro morte, qua res primo nõ eſt, & ſic corruptio nõ eſt ſenect⁹, alio modo accipiẽ pro receſſu a perfectione, & ſic corruptio eſt ſenectus. Ex quibus patet quid ſit ſenectus, & quid iuuentus, eſt. n. ſenectus naturalis & paulatinea calidi corruptio, qua recedit a perfectione ad nõ eſſe. dico naturalis ad differentiã marcedinis, quæ fit cõgregato ampliori calido. Iuuẽtus uero eſt naturalis, et paulatina generatio calidi, qua accedit calidum ad perfectionem, dico naturalis, ad differentiã uiolentę generationis, quæ fit ampliori calido cõgregato, dico paulatina ad differentiã generationis, quæ eſt factura uiuẽtis ſubita. Cauſæ uero ſenectutis, & iuuentutis ex his etiã patẽt, ſeneſcit enim uiuẽs infrigidatione calidi innati paulatim facta ex exiccatione humidi, & ſic duę ſunt cauſæ, calidi infrigidatio, & humidi exiccatio. Iuuẽtutis uero duæ oppoſitæ, calidi auctio, & humidi uigoratio ac depuratio, ut dicemus. Sed dubitatur primo quoniam Plato ſpatium uitæ appellat ætatẽ, Ariſto. uero. ij. libro rhetoricorũ ſenectutẽ aſſerit eſſe ſpatiũ uitæ, in quo calidũ paulatine infrigidaẽ, & humidũ exiccaẽ. Iuuentutẽ uero ſpatium, in quo calidũ paulatine perficiẽ, & humidũ melius ad calidũ proportionaẽ. ſed ſpatiũ non eſt generatio, nec corruptio, ſed tẽpus has mẽſurans. ergo Ariſto. non uideẽ ſibijpſi cõſtare. Præterea Ariſto. inter iuuentutẽ & ſenectutem ponit mediã ætatẽ. ſ. uirilitatẽ, in qua calidũ cõſiſtit. Dicit enim. ij. rhetoricoꝝ hanc eſſe mediã ætatẽ. Hic autẽ non uideẽ innuere, niſi duæ ætates. Præterea Hippocrates uult quatuor eſſe ætates, pueritiã ſiue iuuentutem, uirilitatem, ſenectutẽ, & decrepitatẽ. Inſuper aſtronomi uelle uidenẽ eſſe ſeptẽ ętates pro numero planetarũ: & ſic quæ hic Ariſto. ait, & mãca uidenẽ, & non cõſona dictis alioꝝ, nec ſuis. Pro ſolutione igiẽ animaduerſione dignũ, ætatem apud Philoſophos bifariã accipi, aut materialiter pro decurſu, qui tpe quodã deſcribiẽ: aut formal'r pro tẽporali ſpatio decurſum illũ menſurãte. Prima quidẽ rõne tranſmutatio ipſa, qua uiuẽs ab ortu trãſmutaẽ ad mortẽ diciẽ ætas. Secũda uero rõne, tẽpus mẽſuras hãc tranſmutationem, uel decurſum diciẽ ætas Ariſtot. igiẽ in. ij. libro rhetoricoꝝ ſumpſit ætatem formal'r pro mẽſura: hic uero ſumit ætatẽ material'r pro decurſu, ſiue trãſmutatione mẽſurata, qua uiuẽs poſt ortũ decurrit, ac trãſmutaẽ ad mortem. De partibus uero ætatis uiuẽtis ulterius animaduertendũ, ꝙ cũ ætas ſit mutatio quædã, ideo quot mutationes habet calidum ipſum ad humidũ, per quæ principal'r eſt uita, tot partes habet ætas, & qm̃ calidũ ſm rem duas tãtum habet mutationes, alterã, qua accedit ad eius perfectionẽ, quã habere põt in uita: & hęc uocaẽ generatio, & iuuẽtus. Alteram, qua recedit ab eius perfectione, uſq; ad totalem finẽ, & hęc uocaẽ corruptio & ſenectus. De cauſis uero dicamus, ꝙ humidũ uitale in utero, & in pueritia ſemper eſt impurũ: qm̃ multas ſuperfluas humiditas cõtrahit (ut dictũ eſt in libro de lõgitudine uitæ) a parentum ſeminibus. ergo uitale agẽs in huiuſmodi humidũ, cõtinuo ipſum depurat, & ſicut illud magis depurat, ita calidũ magis, ac magis creſcit. Ex hoc igiẽ patet cauſa generationis, calidi, & iuuẽtutis, generaẽ. n. calidũ & magis ac magis ad perfectionẽ accedit, quo magis ac magis humidũ naturale depurauerit. Cauſa uero corruptionis, & ſenectutis, eſt: qm̃ poſtq̃ calidũ depurauit humidũ, exiccare illud incipit, & ſicut humidũ magis exiccaẽ calidũ diminuiẽ, & infrigidaẽ & ſic poſt depurationẽ ſeneſcit, quo magis calidũ ipſum infrigidaẽ, & humidũ exiccaẽ. Ex his patet ꝙ nõ quęlibet marcedo, ſiue nõ quęlibet calidi corruptio a ſe eſt ſenectus, qm̃ non illa, quæ fit ampliato calido: qm̃ licet illa non ſit a cõtrario uiolentiã inferẽte, eſt repẽtina. Pro ſolutione ergo rõnum, debes ſcire, ꝙ de generatione & corruptione calidi poſſumus loqui ex parte rei: & ex parte noſtri. Ex parte quidẽ rei nõ eſt dare ętatẽ mediã aliquo notabili tpe deſcriptibilẽ inter iuuentutem & ſenectutẽ: qm̃ calidũ natural'r agit in humidũ, & humidũ ſemper natural'r patiẽ. Et hoc pacto ex rei natura, non daẽ ætas media, quæ eſt ueritas: qm̃ non eſt dabile tẽpus, in quo calidũ nec depuret, nec deſiccet humidum: quotus. n. tpe dato, ſi nõ depurat, exiccat, & ſi non deſiccat, depurat. Ex parte uero noſtra daẽ ætas media: in qua calidum notabil'r nec depurare, nec exiccare uideẽ humidũ: & hæc ætas diciẽ uirilitas: quæ ut Ariſto. inquit in ij. rhetoricorũ. eſt a 30. anno, uſq; ad 35. In hoc enim tpe notabiliter nec apparet humidi exiccatio, nec humidi depuratio, ſed uideẽ quædã cõſiſtẽtia: & ſic Ariſto. diſtinguẽs ætates, quo ad nos in ij. libro rhetoricoꝝ, tres ætates conſtituit, Hic uero ætates cõſiderãs quo ad rei naturã, ſolũ duas innuit, ſenectutẽ. uidelicet, & iuuentutẽ. De his uero ætatibus, & quot, & quæ: Ariſto. dicet in libro de morte, & uita: & nos illic repetem⁹. Hactenus de poſitione Ariſtotelis. Ptolæmeus uero 4. libro apote. ætates diſſecuit pro numero planetarũ accipientiũ dñium in uita cuiuſq; uiuẽtis, deditq; lunæ primos quatuor uitæ annos. Annos decẽ ſequẽtes uſq; ad 14. dedit Mercurio, qui immediate ſequiẽ lunã. Annos octo poſt hos ſequentes dedit ueneri uſq;. 22. Poſt hos annos. 19. ſequẽtes dedit ſoli, uſq; ad 42. Annos. 15. poſt hos ſequẽtes dedit Marti uſq; ad 50. Annos. 12. poſt hos ſequẽtes dedit Ioui uſq; ad 62. Annos uitæ ultimos dedit Saturno: qui decrepitatem in uita poſſidet. Probauit autẽ Ptolæmeus ætates has dari ſeptẽ ſtellis ex cõcordia proprietatũ: quę in ipſis ætatibus reperiũtur, cũ proprietatibus, quæ reperiunẽ in ſtellis. Medici uero diuiſerũt ætatẽ in quatuor partes, in pueritiã, iuuentutem, ſenectutẽ & decrepitatẽ. Ptolæmeus huius cauſam ex luna nãciſcitur, nã cum luna ſit humidoꝝ domina, fœtus oẽm rem ſuã habet a luna: qđ Ariſtot. affirmat libro de generatione animalium 5. ut igiẽ luna ætates quatuor habet. Primã quidẽ humidã a coitu cum ſole uſq; ad medietatẽ. Secundã calidã a medietate ad pleniluniũ. Tertiam ſiccã a plenilunio ad ſecundã medietatẽ. Quartã frigidã ab illa medietate ad interluniũ: ſic quoq; fœtus, ut effectus lunæ decurrẽdo ad finẽ uitæ quatuor ætates habet. Primã in qua uiget humiditas, pueritiã. Secundã in qua uiget caliditas, iuuẽtutẽ. Tertiã in qua uiget ſiccitas, ſenectutẽ. Vltimã in qua uiget frigiditas, decrepitatẽ. Alij uero chronica dãt ſoli, qđ Ariſtot. non abhorret libro de generatione animaliũ allegato. Ideo ætates quatuor eſſe affirmãt pro numero horarũ anni quatuor, & elemẽtoꝝ, ut Hippocrates ſentit Medici iuuentã adhuc diſſecarunt in quinq; partes pro numero quinq; mutationum, quę uidẽtur in ea cõtingere. Prima diciẽ uſitato uerbo ab eo infantia: quę incipit ab ortu uſq; ad dentium originẽ. Hinc ad cõcuſſionem humidi, in qua calidũ acui uideẽ, & pruritus & inguina declinare incipit, pueritia dicaẽ. Hinc ad

emisſionem ſeminis ętas dicitꝛ pubertas. Hinc expulſionẽ pilorũ barbæ, dicitꝛ crinita ætas. Hinc ad perfectã ſeminis maturationem dicitur iuuentus. Ariſtoteles autem ſumẽs etatem pro mutatione calidi, cũ ex parte rei duas tm̃ mutationem inuenit, duas ætates ex parte rei tãtum ſignificauit. Ex his patet ſolutio ad obiecta. Hæc de ætatibus.

De cõplexione uiuẽtiũ, & partium eorũ.

Quęritꝛ ulterius utrum uiuẽs, & quælibet eius particulam caliditatem inſitã ac naturalem habeat. Videtꝛ ꝙ nõ: qm̃ plantę in hyeme, & piſces ad tactũ reperiuntꝛ frigidi igitꝛ non quodlibet uiuẽs caliditatẽ inſitã, & naturalẽ habet. In cõtrarium eſt Ariſto. in textu. Cãdauenſis, & alij iuniores cõuenerunt, ꝙ quodlibet uiuẽs, & quęlibet illius pars caliditatẽ inſitã, & naturalẽ habeat. uerũ non eodem modo (ut Cãdauenſis exponit) nã quæ habent naturalẽ caliditatẽ merito ſuæ miſtiõis tm̃: hęc paruã, & remiſſam caliditatẽ hñt, ut metalla, lapides, & id genus. Quæ autẽ naturalẽ caliditatẽ habẽt, & rõne qua miſta ſunt, & rõne qua aĩata aĩa uegetatiua ſolũ: hæc maiorẽ caliditatẽ hñt, quã, quæ illã habent, ratione, qua miſta ſolũ. Cauſa eſt, qm̃ inſtrumentum aĩæ uegetatiuæ eſt ipſum calidũ. propter hãc cauſam plãtæ calidiores ſunt metallis: & lapidibus, cæteriſq; miſtis ſolis. Quæ uero caliditatem habent ratione, qua miſta, & qua uegetatiuã animã habẽt, et qua ſenſitiuam etiã habent: hæc maiorẽ adhuc caliditatẽ naturalem habẽt quã cætera. Et cauſa eſt, qm̃ omnis operatio ſenſus exiccetꝛ per calidũ: & ita hæc cũ multiplici ratione caliditatẽ habeãt: uidentꝛ habere maiorẽ ꝙ̃ cætera. Hinc graduat mẽbra Cãdauenſis, & dicit, ꝙ partes aĩalis, quæ ſolũ caliditatem habent, quatenus miſtæ ſunt, & nõ quatenus aĩatæ, debilem caliditatẽ habent, ut cerebrũ. Cerebrũ enim eſt miſtũ non tñ ſm ipſum eſt aĩatum, qm̃ non nutritꝛ propter excellentiã ſui humidi, fouetur aũt & confortatꝛ ab humido exiſtente in myringis & pelliculis, quæ cooperiũt ipſum, quarũ una dicitꝛ pia, alia dura mr̃. Partes uero aĩalis quę miſtę ſunt, et cũ hoc uiuũt, ut oſſa, maiorem hñt caliditatem, quæ tñ nõ ſentiũt: quæ deniq; miſtæ ſunt, uiuũt, & ſentiunt, ut caro, adhuc maiorẽ hñt. Omnium aũt maximã habet cor, in quo eſt principiũ nutritiuum & ſenſitiuũ. Alij iuniores refutãt hęc, qm̃ inopinabile uidetꝛ aliquẽ partem aĩalis principalem eſſe, & non eſſe animatã, nec nutriri. Cerebrum aũt eſt pars aĩalis, & quidem, principalis. ergo nutritꝛ, & eſt aĩatum. Præterea cerebrum notabilr̃ augetur, ergo per ſe nutritꝛ. Antecedẽs patet ad ſenſum, & cõſequentia patet rõne, qm̃ augmentum præſupponit nutritionem. Ideo dicũt eſſe differentiã inter habere caliditatẽ, & denominari calidum. Ethiops enim habet albedinẽ, nõ tñ denominatꝛ albus. ideo uolũt illud eſſe denoĩandum calidũ, qđ plus habet de caliditate quã de frigiditate: frigidũ etiã dicitur eodẽ modo. Tũc dicunt omne miſtũ, & omne uiuens, & omne aĩal, & q̃libet partẽ hoꝝ habere caliditatẽ, ut ꝓbatũ eſt ex rõnibus Cãdauenſis, non tñ ęqualr̃, qm̃ quædã maiorem, quædã minorem. 2. dicũt, non omne uiuẽs eſſe ſimplr̃ calidũ, qm̃ non omne uiuẽs habet plus de calido quã de frigido, nec quælibet pars uiuẽtis eſt ſimplr̃ calida, qm̃ non quęlibet pars uiuẽtis habet plus de calido ꝙ̃ de frigido. Cerebrũ enim habet plus de frigido ꝙ̃ de calido. 3. dicũt ꝙ omne uiuẽs eſt calidũ reſpectiue, qm̃ in reſpectu ſuiĵpſius mortui: ut Ariſto in textu dixit. Et tu intellige oĩa hęc de caliditate inſita, & naturali. Accidẽtali. n. caliditate mortua pñt eſſe calidiora. Cã autem huius cõcluſionis eſt qm̃ oẽ uiuens nutritꝛ ergo debet habere maiorem caliditatẽ quã mortuũ, qđ non nutritꝛ. Ex his ſequitꝛ ꝙ quę ſunt ſolũ miſta reſpectu uiuentiũ, ſunt frigida. Viuentia uero reſpectu aĩalium etiã ſunt frigida. Exãguia aĩalia ſunt frigida reſpectu eoꝝ quæ hñt ſanguinẽ. Amplius piſces reſpectu greſſibiliũ frigidi ſunt. Præterea in eadẽ ſpecie melãcholici & flegmatici dicuntꝛ frigidi reſpectu cholericoꝝ & ſanguineoꝝ. Demũ in eodem indiuiduo oĩa mẽbra ſunt frigida reſpectu cordis: cerebrũ uero maxime frigidum. Hęc ſunt peripaterice dicta. Nã cum dicũt, omne uiuẽs eſſe calidũ, & uitã cõſiſtere in calido, & humido, non ſimplr̃ intelligunt. ſ. ꝙ in omni uiuenti gradualr̃ eſt plus de calido quã de frigido. Amplius cum dicũt oẽm partẽ uiuẽtis eſſe calidam, non ſimplr̃ intelligũt, ſed reſpectiue, cõparatione. ſ. habita ad ſeipſam mortuã: quia mors in frigido conſiſtit & ſicco. Abſolute tñ aliquod uiuẽs eſt frigidũ, aliquod ſiccum, aliquod humidũ, aliquod calidũ: qm̃ abſolute aliquod uiuẽs habet plus de calido quã de eius oppoſito. Medici uero alia uia inceſſerũt, quoꝝ opinionem nõ proſequor, qm̃ eſt cõmentitia, nõ aũt peripatetica. Graduãt n. membra non ex qualitatibus inſitis, & naturalibus: ſed conſiderant etiam qualitates ad membra miſſas a principalibus: quas Ariſtoteles non cõſiderauit, quoniã illæ nõ dicuntur inſitæ, & naturales, ſed extrinſecus accedentes.

*Clarum itaque eſt: ſi ſeruari calorem oporteat, quod ſane neceſſarium eſt ſi animal uicturum ſit, quandam fieri caloris in ſua origine refrigerationem oportere.*

*Palam igitur: quòd ſi quidem oportet ſaluari calidum, hoc autem neceſſarium ſi futurũ ſit uiuere, oportet fieri eius quod in principio calidi quandam refrigerationem.*

Cum declarauit quid ſit ſenectus, & quæ ſint ſenectutis cauſæ per ſe: hic uult declarare cãm per accidẽs. Dictũ eſt. n. ꝙ ſenectus eſt paulatina calidi corruptio: quæ fit per reſolutionẽ humidi. At nũc uult declarare cãm, quare non repẽtine calidũ reſoluit humidũ, & quæ ſit cã, quare non repẽtine humidi reſoluitꝛ, & uult ꝙ cã huius eſt refrigeratio calidi ordinata a natura: niſi. n. calidũ aliqua rõne non refrigeraretꝛ: repẽtine humidũ exiccaret, ita ut nõ poſſit iterũ calidũ cõſeruari. Proponit aũt primo cãm. 2. ibi {Exẽplũ aũt huius.} & reliqua ꝑ exẽplũ illã exponit. unũ dicit. Palã igitꝛ, ꝙ ſi qdẽ oportet ſeruari calm̃, dico ãt ſi opꝫ ſeruari: qm̃ calidũ ſeruari eſt neciũ, ſi futuꝝ ſit uiuere, oportet fieri eiꝰ calidi qđ eſt in ꝑncipio. ſ. inſitũ & naturale: quandã refrigerationẽ. ergo cã quare calidũ nõ ſubito corrũpitꝛ, eſt refrigeratio: & ſic refrigeratio eſt cã ſenectutis per accidẽs, neceſſaria tñ, ſi debet ſeruari uita: & ſenectus. Simili rõne etiã eſſe põt cã iuuentutis per accidens, quatenus eſt cauſa ne calidum ſuffocetur: & ita per accidens ſaltem cauſa eſt, ut calor procedat ad eius generationem paulatine & motu naturali.

*Cuius rei exemplũ ſumere licet: id quod in hiſce carbonibus qui præfocãtur, euenit. nã ſi cõtinue obturati ſint eo quod ſuffocatoriũ uocant: celeriter extinguũtur. ſi uero mutatis uicibus quiſpiã crebro operculũ auferat apponatq;: longo tẽpore ignẽ retinere ſuum aſſolent. At occultatio: ignem cõſeruat. nec enim quominus difflet impeditur, propter cineris raritatem: & circunfuſio aeri, ne extinguatur ab eo, copia ſui caloris reſiſtit. Verum cauſa quãobrem igni intecto aliter accidat, aliter præfocato (hic enim emarceſcit: ille longo temporis ſpatio edurat) dicta eſt in problematibus.*

*Exẽplum aũt huius accipere eſt: quod accidit in ſuffocatis carbonibus. ſi. n. fuerint circũquaq; obſtructi uocato ſuffocatorio cõtinue: extinguũtur cito. ſi autem uiciſſim quis faciat frequenter ablationem & appoſitionẽ: manent igniti multo tempore. Occultatio autem: ſaluat ignem. neq; enim reſpirare prohibetur, propter raritatem cineris: & reluctatur ei qui in circuitu aeri, ut non extinguatur, multitudine exiſtentis in ſeipſo caliditatis. Sed de cauſa quidem hac q̃ contrarium accidit occultato & ſuffocato igni (hic enim, marceſcit: ille autem, permanet pluri tempore) dictum eſt & in problematibus.*

Quod dixerat de refrigeratione calidi naturalis, exponit exẽplo ſumpto a refrigeratione facta in igne, & dicit. Exẽplum autẽ huius accipere eſt illud: qđ accidit in ſuffocatis carbonibus. Exponit uer̃ exẽplum, & dicit. Si. n. fuerint circũquaq; obſtructi a obturati eo operculo: qđ ſuffocatorium uocãt, carbones cito extinguuntꝛ. Si aũt uiciſſim ac mutatis uicibus quis faciat frequẽter ablationẽ, & appoſitionẽ illius operculi, carbones multo tpe manebunt igniti. Sed dices nos uidemus ignẽ opertũ a cineribꝰ ſeruari, ubi nõ mutatis uicibus cineres auferuntꝛ, & apponuntur. ergo ignis nõ indiget refrigeratione, quaſi ſoluẽs dicit. Occultatio aũt ignis quæ fit ꝑ cineres ſeruat ignẽ, qm̃ (ut inquit) non prohibetꝛ reſpirare ſiue refrigerari ignẽ propter raritatẽ cineris, imo (ut inquit) ignis exiſtens ſub cineribꝰ multitudine caliditatis exiſtẽtis in ipſo reluctatꝛ, hoc eſt reſiſtit, ei aeri, qui eſt in circuitu cinerũ, ut non extinguatur ab illo. Et ſic ignis ſub cinere refrigeretꝛ poroſitate cinerũ aere per illã ingrediẽte, reſiſtit autem ipſi aeri, ut ab illo nõ extinguatꝛ multitudine caloris, quem habet ſub cineribus: & ita cũ refrigeretꝛ, non cõſumit humidũ: cũ reſiſtat aeri, nõ extinguitꝛ. Sed qm̃ uidetꝛ quaſi implicatio, ꝙ ſub cinere non marceſcat ignis, ſub ſuffocatorio ſic, ideo de cauſa ampliori huius differentiæ mittit nos ad librum problematũ. Nam licet pro parte cauſa differentiæ hic aſſignata ſit, eo libro dilucidius cã explicatur. Circa hæc quæritꝛ primo quid eſt in uiuẽtibus humidũ cõſumi. Dicẽdum ꝙ licet humidũ aliqñ poſſit capi pro corpore humido, ueluti humidũ diceremus aerẽ: aliqñ pro humiditate, qua corpus dicitꝛ humidũ: tñ humidum in uiuẽtibus cõſumi eſt ipm̃ ꝑ partẽ poſt partẽ corrũpi, ueluti cera qđ eſt ipm̃ humidũ, ꝑ partẽ poſt partẽ cõſumitꝛ, q̃a cera corrumpitꝛ Eſt tñ aĩaduertendũ ꝙ aliqñ corrumpitꝛ humidũ & nõ humiditas, ſicut cũ ex aere fit aqua: corrũpitꝛ quidẽ aer: qđ eſt humidũ, non aũt humiditas, quæ eſt ſymbolũ utriuſq;. Aliqñ contra corrũpitur humiditas, & nõ humidum: ut ſi lapis ſit humidus, & ad ignẽ areſcat: corrũpitꝛ enim tunc humiditas, & tñ non corrumpitur humidum. Humidum n. erat lapis, qui nõ corrumpitꝛ. Secũda dubitatio eſt, quid corrumpitꝛ humidum in uiuẽtibus, & a quo. Dicẽdum, ꝙ ſicut humidum unctuoſum & pingue aereũ lignoꝝ corrumpitur per hoc qđ conuertitꝛ in ignem, ita humidum uitale aereũ unctuoſum corrumpitꝛ per hoc, qđ cõuertitur in ſpiritus, qui ſunt corpora calida: & participantia ſiccitate quaſi ignea, & qm̃ ſpiritus, qui generantꝛ ex humido uitali exhalãt, humidum uitale uidetꝛ conſumi etiam per ſeparationẽ ab ipſo uiuẽte: quę ratio docet uitale humidum duplr̃ corrumpi. ſ. conuerſione in ſpiritus, & ſeparatione a uiuẽte, nã quo generãtur ſpiritus, humidum exhalat ueluti ſpiritus exhalãt. Et cum dicitꝛ a quo humidum iſtud corrumpitꝛ, iam patet ſolutio, nã perſpicuũ eſt humidum tale a ſpiritu calido & ſicco. Spiritus. n. exiſtẽs calidus & ſiccus conuertit illud humidũ pingue in ſeipſum, ueluti flãma, quæ eſt calida & ſicca, corrũpit cerã, quatenus cõuertit illã in ſe ſubtiliãdo, & in fumũ accenſum cõuertendo, & ſicut cera corrumpitꝛ a flãma præexiſtente, & cõuertitꝛ in aliã flãmam, prima flãma euolãte, & ſic deinceps donec tota cera erit cõſumpta: ita quoq; humidum uitale corrũpitur a ſpiritibus pręexiſtẽtibus, & in alios ſpiritus cõuertitur prioribus euolãtibus. Dices quõ ſpũs dicuntꝛ exhalare a uiuẽte corpore. Dicendũ eos exhalare a leuitate illos ſurſum mouẽtes: ut de flãma candelæ uidemus. Ex his patet cã cur calidũ ex humido factũ corrumpatur ad cõſumptionem humidi: dictũ eſt enim humidum corrũpi per generationẽ calidi nouã ſemper, quare cum nõ erit amplius humidum nõ põt noua flãma generari, & ſic calidum, corrumpitur: corpore tamen exiccato remanente, ut uidemus de cineribus remanẽtibus. Tertia dubitatio & quidẽ pulchra eſt ꝓpter quid calidũ in aere non conſumit humidũ aereum, & calidũ uitale conſumit humidum uitale. Dicendum hoc eſſe pro tãto, quia calor in aere non facit aſcendere & euolare aeris humiditatem, quoniã eſt in loco ſibi naturali. Signum autẽ, quoniã aer in aqua incluſus aſcenderet, & euolaret ab ea, quia non eſſet in loco ſibi naturali. In corpore autẽ uiuente quãdo calidum ſubtiliauit materiã, & alleuiauit, nõ eſt iam in loco naturali, ſed petẽs locum ſurſum propter leuitatẽ exhalat, & ſic ſpiritus exhalãtes ſurſum corpus dimittunt. Hęc eſt cauſa differẽtiæ. Quarta dubitatio eſt, ꝓpter q̃d ignis in carbonibus indigẽt refrigeratione, & nõ ignis in propria ſphera. Dicẽdum ꝙ ignis aliquãdo põt eſſe coniunctus ſubtili & propriæ materiæ: & ſic ab illa non eſt aptus exhalare: aliqñ eſt cõiunctus craſſæ uel terreſtri materiæ: & ab hac ſua natura eſt aptus exhalare ſurſum, ſtat tñ in ea tandiu quãdiu illã conuertit in ſui ſpeciẽ, qđ eſt ſibi magis naturale quã exhalare ab illo ſurſum. Tũc patet cauſa, quare ignis eget refrigeratione, cum eſt in craſſa & pingui materia: non autẽ cum eſt in ſubtili & ſibi naturali: & hoc ſi debet reſeruare diu. Eſt. n. pro tãto, quoniã refrigeratione remittitꝛ, & non tm̃ agit in pinguẽ materiã. Amplius refrigeratione humidũ fit ad modum frigidum, & ſic non tãtum patitur ab illo. Secũdo patet cauſa quare in propria ſphęra nõ indiget refrigeratione, & in lignis indiget. Eſt enim hoc pro tãto, pro quãto in propria ſphęra eſt in propria & ſubtili materia, & etiam in loco naturali, e quo non appetit exhalare, at cum eſt in pingui materia non eſt in materia ſibi naturali, nec in loco naturali, ideo eget refrigerante, ut per ipſum nõ corrumpatur eius natura, ſi debet diu permanere.

*Cum aũt omnia uiuentia animam ſortita ſint, quæ nequaq̃ abſq; naturali calore eſſe poteſt ut diximus: plantis quidẽ ſubſidium illud quod per alimentum & ambientem aerem paratur, ſat eſt ad caloris naturalis tutelam atque ſalutem.*

*Quoniam autem omne uiuens habet animam, ipſum autem non exiſtit ſine naturali caliditate ſicut diximus: plantis quidem per alimentum & continens, ſufficiens fit auxilium ad naturalis calidi ſaluationem.*

Cum declarauit refrigerationem eſſe neceſſariã omni uiuenti, ſi debet uiuere: nunc uult docere, unde fiat hæc refrigeratio in unoquoq; uiuente. Et primo proponit intentionem ſuam, & dicit. Quoniam autem omne uiuens habet animam. ut prima ſuppoſitio dixit, & quoniam ipſum uiuens omne non exiſtit ſine naturali caliditate (ut diximus in quarta ſuppoſitione) ꝙ quoniam omne uiuens indiget refrigeratione, ut ſupplẽdum eſt ex dictis: ideo concludit in plantis quid eſt refrigerans, & dicit. Plantis quidem per alimentum, qđ per radices trahunt, & per continens. ſ. aerem, qui eas, continet, ſufficiens auxilium fit ad naturalis calidi ſaluationem. Ergo in plantis refrigerans eſt duplex, intrinſecus accedens, ut nutrimentum, & extrinſecus continens. ſ. aer, qui eas circundat.

*Etenim alimẽtum: refrigerationẽ ingrediẽdo facit. qualis: hominibus cum primũ quippiã ſumpſerunt cibi, euenire ſolet. Ieiunia uero: calefaciunt, ſitimq; mouent. nam aer cum motu uacat, ſemper calefit: cum uero mouetur ingrediente cibo refrigerari ſolet, quoad concoctionem admiſerit.*

*Etenim alimentum facit refrigerationem, ingrediens: ſicut & hominibus primum paſtis. Ieiunia autem: calefaciunt, & ſitim faciunt. immotus enim exiſtens aer: ſemper calefit. alimento autem ingrediente refrigeratur motus: donec utique accipiat digeſtionem.*

Probat hic ꝙ alimẽntum intrinſecus accedens facit refrigerationem. primo ab experientia, quæ ſumitur ab hominibus primo cibatis, qui mox refrigerãtur, unde dicit. Etenim alimentum ingrediens corpus uiuentis refrigerationem facit, cuius experientiam affert dicẽs. Sicut & hominibus accidit refrigeratio primũ paſtis, hoc eſt ſtatim ipſis cibatis. Vnuſquiſq; enim hoc expertus eſt. Secundo idem probat per locum a contrario ueluti a ſigno, qm̃ ieiunia calefaciunt, & ſitim faciunt, igitur per contrarium cibus ingrediens refrigeret. Quòd ieiunium ſitim faciat, cauſa eſt, ut Ariſtoteles dicit in libro problematum, qm̃ calor innatus cõuertitur ad humidum, & calidum quaſi acuitur, & corpus calidius fit, & quia agit in humidum,

conſumitur humidum, humido autem conſumpto, cauſat̃ naturalis appetitus humidi, qui eſt ſitis. Patet ergo ieiunium cauſam eſſe ſaltẽ per accidens ſitis. Hanc rationem ponit, & dicit. Ieiunia autem calefaciunt, & ſitim faciunt, ergo ſubaudi alimentũ ingrediens refrigerat, ubi illa particula autẽ, non aduerſatiue, ſed cõfirmatiue tenet̃. Tertio ſpiritus exiſtens immotus & expãſus per corpus fixuſq; ad humidum cõuerſus, in ieiunio ſemper calefit, & acuit̃, ut dictũ eſt. Alimento autem ingrediente corpus noſtrũ: ſpiritus ille expãſus mouetur ad locũ ipſius alimẽti, & ſic commotus ipſe refrigerat̃: eſt enim motus refrigeratiuus, aqua enim mota frigidior eſt quã quieſcẽs. unde dicit. Immotus enim exiſtẽs aer, hoc eſt ſpiritus exiſtẽs in corpore noſtro expãſus ſemper calefit magis ac magis reſoluẽdo de humido, nam per reſolutionẽ humidi, acquiſito ſicco, qđ eſt lima caloris, acuitur. Alimẽto autẽ ingrediente noſtrum corpus ſpiritus motus ad locum alimẽti refrigerat̃: quoniam ſtatim quodãmodo inſpiſſatur, & fit craſſior, & obtuſior. Præterea diuertitur a cõſumptione naturalis humidi: ubi patet illam particulã, enim, cõfirmatiue tenetur. Addit ſpiritum motum refrigerari, donec accipiat digeſtionem, qm̃ cũ cœperit digerere alimẽtũ. iterũ calefit, ut docet experiẽtia in habẽtibus calidũ debile, in quibus aſſumpto cibo, mox calidũ ſuffocatũ ac inſpiſſatũ manet per tẽpus quoddã: ita ut extrema frigeſcant. Poſtea expãditur, & extrema caleſcũt, ut patet in æthicis. Ex cibo ergo aſſumpto mox patet refrigerationem fieri.

*At ſi aut continens frigore exuperet ob temporis conſtitutionem, uigente nimirum ualido gelu, obareſcunt: aut per æſtatem uehementes æſtus accidãt, neq; humor qui e terra trahitur refrigerare poſſit, calor earum marcore corrumpitur. atq; per id tempus arbores ſphaceliſmum (id eſt morbum radicis, ſiue radicationem) ſentire, atque ſyderari dicuntur.*

*Si autem aut cõtinens excedat frigiditate propter tempus, forti facto gelu: exiccantur. aut ſi æſtate fortia accidunt caumata, & non poſſit tractum ex terra humidum refrigerare: corrumpitur marcefactum calidum. & dicuntur ſphacelizari & aſtrobletæ fieri arbores. circa tempora hæc.*

Nunc ſecundo oſtendit, ꝙ aer cõtinens plantas illarũ calidum refrigeret, & hoc probat a cõtrarijs, quæ nocẽt plantis: & dicit. Si autẽ aut cõtinens excedat frigiditate, propter tempus hibernum, forti facto gelu: plãtæ exiccãtur. Quod eſſe põt, uel quia calidũ plantarum eſt debile, & ſic cum non poſſit reſiſtere frigido cõtinentis, illud calidum extinguitur. nam licet calidum per antiperiſtaſim, hoc eſt per circunſtantiam frigidi intẽnatur: tamen cum frigidum circunſtans fuerit fortiſſimum, extinguit illud obtinens intus, & extra. Vel eſſe poteſt qm̃ calidum naturale plantarum ad interiora repulſum fortificatur, & ſic magis agens in ſuum humidũ, illud exiccat, & reddit uitę ineptum. Patet igitur continens corrumpere calidũ plantarum, cum excedit, ſimili ratione declarat de calido continentis, & dicit. Aut ſi æſtate fortia caumata. hoc eſt uehementes ęſtus accidunt, ita ut humidum, qđ plantæ ex terra trahunt, non poſſit illas ſufficienter refrigerare, calidum plantarum corrumpitur marcefactum, hoc eſt non a contrario, ſed ampliato calido. Cauſa autem patet, qm̃ calidum plantarum per huiuſmodi continentis calorem fortificatur, fortificatum uero corrumpit humidum, qđ erat ſibi pabulum. Vel ob aliam cauſam, quoniam calidũ continentis cum exceſſerit, aperiendo poros facit humidum exhalare, & ita eſt cauſa, ut humidum corrumpatur: quare & calidum etiam corrumpetur. Hinc dat cauſam, quare aliquãdo æſtate plantæ dicuntur ſphaceliçari, & aſtrobletæ fieri. Cauſa enim eſt magnitudo calidi continentis, quæ exiccat radices, & folia. Quo uero ad uerba attinet, ſphaceliçari plantas, eſt pati ſphaceliſmũ, eſt autem ſphaceliſmus morbi genus, quo plantæ in radicibus exiccationem patiuntur. Aſtrobletæ uero fieri dicuntur, cum ſyderationem patiuntur. Eſt autẽ ſyderatio morbi genus etiã, quo repentino quodam impetu pars aliqua corporis exiccatur, uel totũ ipſum corpus areſcit. Vnde Plinius aſtrobliam græci nominant plantarum morbum, quo uaporũ ſiccitate contingente plãtæ moriuntur: quẽ nominarunt aſtrobliam a ſyderis percuſſione: potiſſimum quæ accidit a maximo Saturni & Martis coitu in ſede uirginis, aut a geminorum Lunæ Soliſque defectu.

*Quamobrem & lapidũ genera quædã, & aquã in uaſculis ſubdere radicibus cõſueuere: ut ſtirpium radices refrigerẽtur.*

*Quapropter & genera quædã lapidum radicibus ſubmittunt, & aquam in uaſis: ut radices infrigidentur plantarum.*

Quòd aer excellenter calidus corrumpat plantas ſphaceliſmo, & aſtroblia, probat a ſigno, quia agricolæ cõtra hos morbos pro conſtructione plantarum radicibus ipſis nonnullos lapides frigidos applicant, ut radices refrigerentur. Implent etiam uaſa aquis, & illa ponunt iuxta radices: ut ex his refrigerentur, ueluti ex lapidibus. unde dicit. Quapropter & genera quædam lapidum. ſ. quæ diu ſeruant frigiditatem agricolæ radicibus ſubmittunt, ut refrigerentur: & ponunt etiam aquam in uaſis, & illa uaſa plena aquis applicant radicibus, ut radices plantarum refrigerentur. Applicant autem potius uas plenum aqua, quàm irrorent radices illa aqua, quoniam exiccata aqua maior exiccatio emergeret. Præterea uaſa plena aquis diutius frigiditatem ſeruant Ex hoc ſigno patet ex aere refrigerari plantas.

*Animantium autem cum quædam in aqua, quædam in aere degant. ex his & per hæc refrigerationem ſibi conciliant, aliæ aqua, aliæ aere. Quoniam uero pacto & qualiter: inſtituto ſermone explicandum eſt.*

*Animalium autem quoniam hæc quidẽ ſunt aquatilia, hæc autem in aere faciunt diætam: ex his & per hæc acquirunt refrigerium, hæc quidem aqua, hæc autẽ aere. Quo aũt modo & qualiter: dicendum, rationem inſtituentibus.*

Cum declarauit unde fiat refrigeratio in plantis, nunc declarat hoc idem in animalibus. Et duo facit, quoniam primo declarat unde fiat refrigeratio in animalibus, deinde continuat ſe ad librum ſequentem, qui eſt de reſpiratione. De prima parte dicit. Quoniam autem animalium, hæc quidem ſunt aquatilia, hæc autem in aere faciunt dietam, & uictum, ex his tanquam ex cauſis, & per hæc acquirunt refrigerium: aquatilia quidem aqua, uiuentia in aere, ipſo aere. & dixit ex his, & per hæc innueret ꝙ potiſſima cauſa frigerationis eſt in his: nam ex cibo non tantam refrigerationem accipiunt. Tunc continuando ſe ad ſequentia, dicit. Quo autem modo, & qualiter nobis inſtituentibus rationem, dicendum eſt poſt hæc. Hæc de refrigerante, & refrigeratione: quæ (ut dictum eſt) ſaltem eſt cauſa per accidens ſenectutis, & iuuentutis. Sed dubitatur quoniam ſenes moriuntur defectu calidi, ergo calidum ſenum nõ eget refrigeratione, ſed potius accretione. Animaduerte ꝙ calidum eget refrigeratione reſpectu ſui humidi, ne cito illud exiccet (ut dictum eſt) & ita ea quæ paucum calidi habent, etiam paucum humidi habent, ſenes ergo indigent refrigeratione, nã licet calidum ſit paucum, fieret magnum ad ſuum humidum, niſi refrigeretur.

Ex hoc patet ꝙ licet exteriora ſint frigida, tamen egemus refrigeratione, quoniam ſemper in fonte caloris. ſ. in corde calor, niſi refrigeraretur, nimis areſceret ſuum humidum. Et de iuuentute, & ſenectute hactenus.

Finis Piſis. M. D. XXI. Aprilis die. XXV.





# ARISTOTELIS DE RESPIRATIONE

## *cum Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.*

*NAM de ſpiratione quanquàm e prioribus naturæ interpretibus nonnulli, ijq; admodum pauci determinauere: tamen cuius gratia animantibus adiuncta ſit, alij nihil dixerunt, alij dixerunt quidem aliquid, ſed haudquaquàm recte, immo præter eorum quæ contingere ſolent experientiam. Ad hæc omnia animalia ſpirare prodiderunt. quod: remotum a ueritate eſt. Quare, de hiſce prius agendum eſt: ut ne abſentes immerito accuſare uideamur.*

*DE reſpiratione enim pauci quidẽ aliqui priorum phyſicorum dixerunt: cuius tamen gratia exiſtit animalibus, hi quidem nihil enunciauerunt, hi autem dixerunt quidem, non bene autem dixerunt, ſed inexperte accidẽtium. Adhuc autem: omnia animalia aiunt reſpirare. hoc autem: non eſt uerum. Quare neceſſarium de his primo aggredi: ut non uideamur, abſentes inaniter accuſare.*

CVM in proximo libello intentionem præſentis libelli inſinuauerit, & non iniuria quidem ut oſtenderet, continuationem huius libri ad præcedentem. In parte hac præmittit cauſam ſuę intentionis: & utitur hac diuiſione, quòd. ſ. phyſicorum alij ſunt & pauci, qui de reſpiratione dixerũt cauſam ob quã ineſt animalibus. Alij ſunt, qui nihil de reſpirationis cauſa enuntiauerunt. Alij ſunt de reſpiratione, & eius cauſa dixerunt quidem, non tamẽ bene, ſed inexperte dixerunt cauſam quorundã accidentium, quæ reſpirationi accidũt. Alij deniq; ſunt, qui dixerunt de reſpiratione aliquid, ſed falſo, quoniam dixerunt, omnia animalia reſpirare: qđ non eſt uerum. Ex his concludit ſe uelle agere de opinionibus iſtorum, & exponere illas, & hoc ne uideamur accuſare abſentes inaniter. ſ. accuſatione inualida. unde dicit. De reſpiratione enim pauci quidem. n. aliqui priorum phyſicorum dixerunt, cuius tamen gratia exiſtit animalibus: & dixit cuius gratia, qm̃ fortaſſe de alijs cauſis dixerunt, de finali cauſa non dixerunt, hi quidem nihil enuntiauerunt, hi autẽ dixerunt quidem, non bene autem dixerunt: ſed dixerunt cauſam accidentium ipſi reſpirationi inexperte. Adhuc autẽ alij ſunt, qui omnia animalia aiunt reſpirare, hoc autem non eſt uerum, hę ſunt opiniones, & philoſophi. Tunc cõcludit intentionem eius, & dicit. Quare neceſſarium de his primo aggredi, & exponere quæ dicunt fideliter, ut non uideamur ipſos abſentes inaniter accuſare, ac condemnare. Eſt enim accuſatio & ſententia uacua, inanis, & nulla, niſi citata, & audita parte, ut leges dicunt. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte differentiam eſſe inter ſpirare, reſpirare, expirare, & inſpirare. Expirare eſt aerem prius attractum extra ſpirare, quod expirare uocant, quoniam extra ſpirare eſt. Inſpirare uero dicunt aerem intus ſpirare & attrahere. Spirare dicunt quid cõmune ad utrunq;: reſpirare deniq; eſt quid compoſitum ex attractione & emiſſione aeris: quæ apud latiniores ſeruata etiã inuenimus. Ariſtoteles enim libellum inſcripſit περί αναπνοῆς, hoc eſt de reſpiratione. Eſt autem reſpirare ſpiritum capere. ſpiritus uero halitus eſt, halitus autem eſt aer nõ ſimpliciter, ſed per cannam tractus, & emiſſus: quare reſpirare quid compoſitum eſt ex attractione & emiſſione aeris. Hæc de inſcriptione libelli.

*Igitur animalia quæ pulmonem habeant, ſpirare omnia: dilucidum eſt.*

*Quod igitur quæcunque animalium habent pulmonem reſpirant omnia: manifeſtum.*

Antequam poſitiones phyſicorum enarret, primo præmittit, quę animalia reſpirent, & quę non: & ſumit hanc concluſionem quaſi ab omnibus cõceſſam, ꝙ quæcunq; animalia pulmonem habent, reſpirent, quæcunq; uero pulmonem non habent, non reſpirent: & contra etiam quęcunq; reſpirant, pulmonem habeant: & quæcunq; non reſpirant, pulmonem non habeant. unde dicit. Quod igitur quæcunq; animalium habent pulmonem, reſpirẽt omnia: manifeſtum eſt. Hæc eſt concluſio ab omnibus conceſſa, & per obſeruationem hiſtoricam probata.

*Sed & ex his ipſis, quotquot exanguem fungoſumque gerunt: ſpiratione minus indigent. Vnde fit: ut ſine ea, diutile pro corporis uiribus perſiſtere queant. Fungoſum autem pulmonem ouipera omnia poſſident, ut ranarum genus, præterea mures amnici, atque teſtudines, diuque aquam demerſa tolerant, quòd pulmo eorum parũ caloris retineat, cum ſanguinis inops habeatur. Qui ubi inflatur: motu ſuo refrigerat, efficitq; ut longo temporis ſpatio edurent. Cæterum ſiquis ea ut diutius in humore detineat: præfocantur, intereuntq; omnia. nullum enim e talibus: aquam, piſcium more, admittit.*

*Sed & horum ipſorum quæcunque quidem exanguem habent pulmonem & concauum: minus indigent reſpiratione. Quapropter multo tempore poſſunt permanere: iuxta corporis ualitudinem. Pulmonem autem concauũ habent omnia ouificantia, ut ranarum genus, adhuc autẽ & mydes & tortucæ; multoq; tempore manent in humidis. pulmo enim: modicam habet caliditatem. pauci enim ſanguinis habent ipſum. Inflatus igitur ipſe: motu refrigerat, & facit permanere multo tempore. Si tamen cogat quis ualde detinens longo tempore: ſuffocantur omnia. nihil enim talium: ſuſcipit aquam, ſicut piſces.*

Cum accepit, quęcunq; animalia habent pulmonẽ, reſpirare, nunc oſtendit non omnia habẽtia pulmonẽ æqualiter reſpirare: ſed quædam magis, & quædam minus. Minus quidem quæcunq; animalia habent pulmonem exanguem uel parum ſanguineũ, & cõcauum admodũ fungi: & hoc dicit. Et horũ ipſorũ quæ pulmonem habẽt, quæcunq; quidem exanguem habent pulmonem, & concauũ ad formam fungi, hæc minus indigent reſpiratione. hoc probat ad experientia, quoniam talia multo tempore ſine reſpiratione permanere poſſunt, & quidem ſine corporis læſione, unde dicit. Quapropter multo tempore ſine reſpiratione poſſunt permanere, iuxta corporis ualitudinem. ſ. nõ læſa, nec ſuffocata. Deinde exponit quæ animalia pulmonem exanguem & fungoſum habeant, & dicit. Pulmonem aũt concauum habent omnia ouificantia; quæ ouipera dicuntur, ꝙ oua pariant: ut ranarum genus, & mydes. Sunt autem mydes mures amnici fluuiatileſq; in fluuijs degunt: inter quos ſunt ea animalia, quę apud uulgares noſtros lutrię dicuntur. Tortucæ, quę ſunt teſtudines fluuiatiles: quæ multo tempore manẽt in humido, hæc dicuntur ab Ariſtotele amphibia animalia, quoniam manẽt in terra, & fugiunt ad aquã: inter quæ eſt bos marinus, & alia multa. Hæc. n. omnia ſunt quę parũ ſanguinem pulmonem habent & fungoſum: licet non oĩa hæc ſint ouipera ſolum. n. de ouiperis loquitur: nec ſunt exanguia: ſed pauci ſanguinis pulmonem habentia. Deinde dat cauſam quare hęc minus reſpiratione indigeãt. & primo ex parte qualitatis pulmonis, & dicit Pulmo enim modicã habet caliditatem, quoniam huiuſmodi animalia habent ipſum pulmonem pauci ſanguinis: & ideo non multa refrigeratione indigent. ſecundo aſſignat cauſam ex parte figuræ pulmonis; & lege igit̃ pro &, hoc pacto: & inflatus ipſe

multo aere propter concauitatem motū illius aeris, qui intra concauitatem continetur, ſanguinem & caliditatem cordis refrigerat: & facit permanere multo tempore ſine noua reſpiratione corpus illæſum. Et quia quis poſſet dicere, hæc animalia refrigerari ab aqua ueluti piſces, refellit hoc, & dicit. Si tamen cogat quis ea ſtare ſubmerſa in aquis longo tempore illa detinens, omnia ſuffocantur: & hoc quia nullum animal talium ſuſcipit aquam, ſicut piſces. Patet igitur hæc animalia amphibia, tum figura pulmonis, tum qualitate, non egere multa reſpiratione: ut refrigerentur.

*Quotquot autem ſanguineum obtinent: ſpiratione magis indigent, propter caloris abundantiam.*

*Habentia autem pulmonem habentem ſanguinem: omnia magis indigēt reſpiratione, propter multitudinem caliditatis.*

Nunc oſtendit, quæ animalia magis reſpirent, & dicit. Habentia autem pulmonem habētem ſanguinem, omnia magis indigent reſpiratione, & cauſam affert, & dicit. Propter multitudinem caliditatis, quæ multa refrigeratione indiget. Quo uero ad uerba attinet, per indigere magis reſpiratione, Ariſtoteles intelligit ea egere maiori reſpiratione in quanto, & frequentiori in numero, ut poſtea dicemus.

*Cætera uero quæcunq; pulmone uacant: ſpirare non ſolent.*

*Aliorum autem quæcunque non habent pulmonem: nullum reſpirat.*

Nunc oſtendit quę animalia penitus non reſpirent, & dicit. Aliorum autem animalium quæcunq; non habent pulmonem, nullum reſpirat. Cauſa autem eſt, quoniā pulmo animalibus non datur, niſi ob eam refrigerationē, quę fit attractione & emiſſione aeris: attractione quidem aeris noui. & recētis, emiſſione uero, aeris antiqui prius attracti, & calefacti. Hæc autem aeris attractio & emiſſio fieri non poteſt, niſi per pulmonem, ut ſupponit nunc Ariſtoteles, & poſtea dicemus. ergo quæcunq; pulmonem non habent, non reſpirant.

*Democritus igitur ille Abderitanus, nonnulliq; alij qui de ſpiratione tractarunt: nihil de cæteris animātibus præfiniere, dixiſſe tamen uidentur quaſi omnia ſpirandi uſum haberent.*

*Democritus igitur Abderites, & quidam alij qui de reſpiratione dixerunt: nihil de alijs determinauerunt animalibus, uiſi ſunt tamen dicere: quaſi omnibus reſpirantibus.*

Cum Ariſtoteles ſuppoſuiſſet, quæ animalia reſpirant, & quæ non, & quæ magis, & quæ minus, nunc trāſit ad poſitiones ueterum, ut propoſuit, & primo narrat poſitionem Democriti, & dicit. ꝙ Democritus & eius ſectatores determinauerunt de reſpiratione, quæ tantū conuenit animalibus habentibus pulmonem, & nihil de alijs: uerū in eorum proceſſu uidentur dicere omnia animalia reſpirare. unde dicit. Democritus igitur Abderites, & quidam alij qui de reſpiratione dixerunt, determinauerunt de animalibus habentibus pulmonem, & de alijs animalibus nihil determinauerunt. Addit ꝙ in eorum proceſſu uiſi ſunt dicere hæc quaſi omnibus animalibus reſpirantibus.

*At Anaxagoras & Diogenes: ſimulac cuncta ſpirare dixerunt, de piſcibus & oſtreis quonam modo ſpirent, ſubdidere. Ac Anaxagoras quidem: piſces, cum per branchias humorem reddunt, aerem illum trahendo qui ſuo in ore fit, quòd nihil inane habeatur, ſpirare tradidit. Diogenes uero: eoſdem, cū aquā per branchias euomunt, ex eo humore qui ori circumquaque adiacet, aerem opera uacui in ore exiſtentis trahere aſſeruit, quaſi quidam aer eſſet in aqua.*

*Anaxagoras autem & Diogenes: omnia dicentes reſpirare, de piſcibus & oſtreis dicunt quomodo reſpirāt. Et ait Anaxagoras quidem. cum dimittunt aquam per brāchias, eum qui in ore factus eſt aerem trahētes reſpirare piſces. non enim eſſe uacuum ullum. Diogenes aūt: cum dimittunt aquam per branchias ex circunſtante circa os aqua, trahere uacuo quod in ore aerem, tanquam inexiſtente in aqua aere.*

Hic uero narrat poſitionem Anaxagoræ claçomenij, & Diogenis apollinatis, & dicit ꝙ iſti cōueniunt in hoc ꝙ omnia animalia ſpirent, uerum quia de piſcibus eſt aliqua difficultas, ponit eorum differentiam de reſpiratione piſcium, & oſtreorum: & dicit ꝙ Anaxagoras uoluit, ꝙ piſces cum emittunt aquam per branchias, aerem per os attrahunt, qui aer ex aqua factus eſt uirtute calidi, quod per os piſcium exhalat ad aquam. Fit autem aer iſte a calido agente in aquam, & ut repleat uacuum: exeūte enim aqua per brāchias remaneret uacuum intra piſces, niſi aer per os ſubintraret: ne igitur detur uacuū intra piſces, emiſſa per branchias aqua, mox aer intrat, aer autem tractus refrigerat calidum: qđ eſt in piſcibus. unde dicit. Anaxagoras autem & Diogenes: omnia animalia dicentes reſpirare, de piſcibus & oſtreis dicunt quomodo reſpirant, tanquam de eis, de quibus eſt maior difficultas. hęc eſt eorū conueniencia. Tunc ponit differentiam, & primo narrat quæ Anaxagoras dicit de piſcibus, & dicit. Et ait Anaxagoras quidem, cum piſces emittunt aquam per branchias trahentes eum aerem, qui uirtute calidi factus eſt in ore piſcium, reſpirant piſces, quoniam dicunt non eſſe dabile uacuum. Quo quidem ad poſitionē attinet, animaduerte ꝙ Anaxagoras ſupponit in ore piſcium fieri aerem ab ipſa aqua: quæ in illo ore eſt, fieri dico aerem a calido piſciū, ꝙ per os ad aquam exhalat tanq̃ ab agente: gratia uero replendi uacuum: ꝙ remanet aqua emiſſa per branchias, tanquā gratia finis. Quo uero ad uerba attinet, brāchias Ariſtoteles appellat brāchia in neutro genere, & ſunt partes piſcium: quibus piſces natant, quæ ponunt circa collum ueluti duæ feneſtrę, uel alæ, de quibus dicemus poſtea. Hæc Anaxagoras. Diogenes uero ſupponit in aqua eſſe aerem, & non fieri de nouo a calido piſcium, ſed eſſe ibi factū a natura, & tunc dicit, ut Anaxagoras. ſ. ꝙ aqua per branchias emiſſa: aer qui erat in aqua ori ꝓxima mox trahitur, ne detur uacuum. unde dicit. Diogenes autem. ſ. Apollinates, ait piſces trahere aerem ex aqua circūſtante circa os uacuo, hoc eſt uirtute uacui, qđ eſt in ore: & hoc dicit, quia credidit in aqua exiſtere aerem a natura inſtitutum propter hunc finem, ergo quantum ad reſpirationem iſti uiri non differunt, quantum uero ad illum aerem differunt, quoniam Anaxagoras illum aerem de nouo fieri a calido oris piſcium aſſerit. Diogenes illum factum eſſe prius exiſtimauit.

*Hæc autem; impoſſibilia ſunt. Nam primo quidem: illi negocij partem alteram adimunt, quia id quod commune eſt, de altero ſolo enuntiant. id enim: uocatur ſpiratio. ſpirationis autem pars altera, inſpiratio: altera, expiratio. de qua; quo pacto tales animantes expirent: nihil dicunt.*

*Hæc autem: ſunt impoſſibilia. Primo enim: dimidium rei auferunt, propterea quòd dicunt commune in altero ſolo. reſpiratio enim uocatur. huius autem hoc quidem, inſpiratio eſt: hoc autem expiratio. de qua nihil dicunt: quomodo expirant talia animalium.*

Reprobat has poſitiones. & primo oſtendit, ꝙ inſufficienter, loquuti ſunt de reſpiratione: quoniā reſpiratio eſt quoddam totum habens duas ſpecies. ſ. expirationē, quæ eſt emiſſio aeris prius attracti: & inſpirationem, quæ eſt attractio aeris recentis: modo iſti loquentes de reſpiratione, ſolum de inſpiratione loquuti ſunt, quę eſt recentis aeris attractio: quæ fit per os, cum aqua per brāchias emittitur. unde dicit. Hæc autē ſolū impoſſibilia: primo enim dimidium rei. ſ. reſpirationis auferunt. propterea ꝙ dicūt commune. ſ. totā reſpirationem in altero ſolo. ſ. in ipſa inſpiratione, nihil dicentes de expiratione, de qua debebāt dicere. Cuius cauſam dicit. Reſpiratio enim uocatur: ergo de illa debebant dicere. Exponit autem quot modis reſpiratio dicatur: & dicit. Huius autem. ſ. generis: quod eſt reſpiratio: hoc quidem, inſpiratio eſt. ſ. qua intus aer recens trahitur. hoc autem expiratio: qua aer prius attractus, extra expiratur: de qua nihil dicunt quomodo expirant talia animalium. Hæc eſt eorum inſufficientia.

*Nec uero, dicere quicquam poſſunt, nam quoties illæ reſpirant, qua reſpirarint, hac rurſum expirent, et hoc ſemper alternatim factitēt, oportet.*

*Neq; contingit ipſis dicere, cum enim reſpirauerint, hac qua reſpirauerunt, iterum oportet expirare, & hoc ſemper permutatim facere.*

Q̃m quis poſſet dicere, ꝙ licet nõ dixerint de expiratione, tñ facile qs dicere poterit, cū ex altero oppoſito facile alterū intelligat, ideo Ariſto. oñdit, ꝙ ſtātibus his, quę dixerunt, nõ pñt ſaluare expirationē, & ſupponit ꝙ eadē uia inſpiratio & reſpiratio fit, ut patet in aīalibus notis, nam per cannam pulmonis fit tractio aeris, quę eſt inſpiratio, & emiſſio aeris, quę eſt expiratio, non qdem ſimul, ſed ꝑmutatim, quatenus prius inſpiratur, et poſtea expiratur, ut qñ erit tempus dicemus, unde dicit. Neq; contingit ipſis dicere. ſ. expirationē, tūc accipit ſuppoſitionē, & dicit. Cū enim piſces reſpirauerint. ſ. intus trahendo aerem, hac uia qua reſpirauerunt aerem trahendo, iterum oportet expirare emittendo aerē, & hoc ſemper permutatim, et nõ ſimul facere, ut poſtea dicemus, ne ſeſe impediant.

*Vnde accidit, ut ſimul ore aquam excipiant & ſpiritum reddant, at neceſſe eſt, occurſantia, alterum alterum impedire. Deinde, cum aquam reijciunt, tunc per os aut per branchias expirant. Quare accidit, ut ſimul expirent & reſpirent, dicūt enim, tunc reſpirare ipſas. Cæterum fieri non poteſt, ut quicquam ſimul expiret & reſpiret. Quare ſi neceſſe ſit quæ reſpirant expirare & inſpirare, fieri uero nõ poſsit ut ulla earum expiret, patet neq; fieri poſſe ut ex eis aliqua reſpirandi munere fungatur.*

*Quare accidit, ſimul ſuſcipere aquam ſecundum os & expirare aerem, neceſſe autem obuiantia, impedire alterum alterū. Deinde, cum dimittunt aquam, tunc expirant ſecūdum ora aut ſecundum branchias. Quare accidit, ſimul expirare & reſpirare, tūc enim aiunt ipſum reſpirare. Simul autē reſpirare & expirare, impoſsibile. Quare ſi neceſſe reſpirātia expirare & inſpirare, expirare autem nõ contingit ullum ipſorum, palam eſt ꝙ neq; reſpirat ipſorum ullum.*

Hac ſuppoſitione ſtāte, argumentat̃, ſi expiratio eſt poſſibilis, tunc ſimul per os trahet̃ aqua, & fiet expiratio, & emiſſio aeris, probo cõſequētiā, nam inſpiratio fit, qñ per branchias aqua emittitur, ergo expiratio fiet qñ aqua per os trahitur. Secundum. n. eos aqua per os trahitur, & per branchias emittitur, ſi ergo cū emittit̃ aqua per brāchias, trahitur aer, cum tunc non poſſit aer emitti, ut ſuppoſitū eſt, ergo tūc emittet̃ aer per os, cum aqua trahetur per os, & ſic aer & aqua ſibi obuiantes, ſe impedirēt, unde dicit. Quare accidit ſubaudi ſi expiratio eſt poſſibilis, ſimul ſuſcipere aquā ſcd̃m os, & expirare aerē extra per os, nam ſi cū aqua ꝑ brāchias exit aer ꝑ os intrat, cū aqua ꝑ os intrabit, aer per os exibit, neceſſe autem (ut inquit) obuiātia, impedire alterum alterum. Sed dices, ꝙ cum aqua exit per brāchias, tunc aer exit per os. Cõtra obijcit, q̃m cū aqua exit ꝑ brachias, aer intrat, ergo tūc nõ exit, alioquin ſimul fieret inſpiratio & expiratio contra ſuppoſitionē, unde dicit. Deinde cū piſces emittūt aquā per brāchias, ſi tunc ſubaudi expirāt emittendo aerē ſm ora, aut ſm brāchias (licet ſecūdum branchias nõ debeat emitti, q̃m tūc nõ fierent per eandē uiā) ſi inquā ꝑ ora emittatur, accidit ſimul expirare, hoc eſt aerē emittere per os, & reſpirare, hoc eſt inſpirare trahendo aerē per os, ſuperfluit aūt ꝟbum quare in gręco, & conſequentia patet, q̃m tunc aiunt fieri ipſum reſpirare, hoc eſt ipſum trahere aerē, cum ſupple emittit̃, & ſic ſimul erunt ambo. Modo ſimul reſpirare. ſ. trahendo aerem, & expirare expellendo aerem eſt impoſſibile. Tūc quaſi epilogando concludit propoſitum contra eos, et dicit. Quare ſi neceſſe eſt omnia quæ reſpirare, facere utraq; ſcilicet expirare, & inſpirare, & probatum eſt ꝙ nullū eorum expirat, ſequitur ꝙ nullum eorum reſpirabit, nec inſpirabit, ꝙ eſt contra ipſos. Animaduertēdū ꝙ ꝓteruus poſſet fingere ꝙ aer & aqua ſeſe inſequuntur hoc pacto, ꝙ cum aqua exit per brāchias, poſt illam aer q erat iam attractus, exit cõſequenter per brāchias ad aquam, & cū exit aer per branchias inſequendo aquam, intrat aer ꝑ os, & aqua per os inſequit̃ aerē, & ſic fit expiratio, & inſpiratio nõ ꝑ eandē uiā, ſed per diuerſas. Contra hoc ſupponit expirationem, & inſpirationē fieri eadē uia nõ ſimul, ſed permutatim, hoc ſupponit ex animalibus manifeſtis, nam ſi aer una uia intrat, & altera exit, non erit hęc reſpiratio, ſed equiuoce, dicet̃. Præterea hęc reſpõſio eſt mere cõmētum, q̃m ille aer nõ dat̃, ut poſtea dicemus.

*Præterea ꝙ dicunt piſces trahere aerem ex ore ſuo, aut ex aqua per os, fieri nequit, non enim habent arteriam, ꝙ pulmone uacēt, ſed à ſitu oris continuo uenter eſt. Quare neceſſarium eſſet, ut uentre piſces eundem traherent, hoc autem, cætera quoque animalia factitarent, nunc uero, minime factitant.*

*Adhuc autem, dicere aerē trahere ex ore, aut ex aqua per os, impoſsibile, non enim habent arteriam, propterea ꝙ pulmonem non habent, ſed ſtatim uenter penes os eſt. Quare neceſſarium, uentre trahere, hoc autem, & alia utiq; facerent animalia, nunc autem, non faciunt.*

Reprobat nūc ſuppoſitionē eorū, ſupponebāt enim aerem quendā, Anaxagoras quidē factū de nouo a calido oris, Diogenes exiſtentem in aqua. Cõtra opponit, & primo accipit eorum ſuppõnem eſſe impoſſibilem, & dicit. Adhuc aūt dicere piſces trahere aerē ex ore, ut dixit Anaxagora qui uoluit ex calido oris fieri, & factum piſces illum trahere, aut ex aqua per os, ut uoluit Diogenes, qui dixit piſces trahere aerem, qui prius erat in aqua, impoſſibile eſt probat, quoniam piſces non habent arteriam, quæ eſt cannula perſimilis cannulæ follis, per quā pulmo trahit aerem, propterea quòd pulmonem non habent. Quæcūq; enim pulmonem habent, etiam arteriam habent, eſt enim arteria inſtrumentum, quo pulmo trahit aerem, ueluti cannulla follis, piſces autem nõ habent pulmonem, ſed ſtatim uenter eorū eſt penes os, et nullus eſt locus inter os & uentrem, in quo pulmo ſtare poſſit, ergo ſi piſces trahunt aerem, eum trahent uentrem, quòd falſum eſt, q̃m ſic quoq; & alia animalia idem facerent, nunc autem nõ faciunt, nullum enim eſt aīal; ꝙ aerem uentre trahat, nõ ergo aer poteſt trahi a piſcibus.

*Sed & illi cum extra aquam ſunt, aperte hoc idem facerent, at hoc, nullatenus facere uidentur.*

*Et ſi illa extra humidum eſſent, manifeſte utiq; hoc facerēt, uidentur autem non facere hoc.*

Secundo idem reprobat, quoniam ſi piſces traherēt aerem per os, cum illa eſſent extra humidū, & extra aquas, manifeſte utique hoc facerent, & uiuerent. Sed uidentur non facere hoc, illico enim cum extra aquas ponuntur. Moriunt̃ ſuffocati, non ergo piſces per os trahunt aerē.

*Item cum ſpirabilia omnia reſpirant ſpiritumq; trahūt, motionem quandam particulæ trahentis ſuboriri cernimus. Id quod in piſcibus nequaquam euenit, nullam enim uentris partem motitare uidentur, ſed branchias ſolummodo, ſiue in humore degant, ſiue in aridam inciderint, quo tempore palpitant.*

*Adhuc omnibus reſpirantibus & trahentibus ſpiritum, uidemus quendam motũ fieri particulæ trahentis. In piſcibus autem, non accidit, nihil enim uidentur mouere eorum quæ circa uentrẽ, niſi branchias ſolum, & in humido, & in ſiccum incidentes cum palpitant.*

Tertio idem reprobat, q̃m in oĩbus animalibus quę inſpirant & expirant, apparet motus cuiuſdã ꝑticulę trahentis. ſ. pectoris, ueluti in hominibus, cum. n. hõ inſpirat trahẽdo aerẽ, inflatur pulmo, & pectus eleuat̃. Cũ aũt expirat, aerẽ emittendo pulmo deprimitur, & pect⁹ etiam. At in piſcibus nullus talis motus cernitur, nihil. n. uidentur piſces mouere eorum, quę ſunt circa uẽtrẽ, niſi brãchias ſolũ in humido, & cũ in ſiccũ incidũt, etiam brãchias mouent palpitando, igitur aerem non trahunt.

*Adde ꝙ cũ ea quæ ſpirant, in aquis ſuffocata moriuntur, bullæ fiunt, ſpiritu uiolenter exeunte, ceu ſi quis teſtudines, aut ranas, aut aliquod aliud ſimile genus ui ſub aquis detineat. At in piſcibus tale quid, etiam ſi nihil inexpertum relinquas, minime contingit, ut intelligatur nullũ ſpiritũ illos deforis habere.*

*Adhuc, cum moriuntur ſuffocata in humidis omnia reſpirãtia, fiũt ampullæ, ſpiritu exeunte uiolenter, ut ſi quis cogat tortucas, aut ranas, aut aliquod aliud talium generum. In piſcibus autem non accidit, experientibus omnem modum, tãquam non habentibus ſpiritum deforis ullum.*

Quarto idem refellit, quoniam cum oĩa reſpirantia moriuntur ſuffocata in humidis, et intra aquas ſummerſa fiũt ampullę quędã in ſuperficie aquarum, fiunt dico ſpiritu, hoc eſt aere exeunte uiolenter ex fundo aque ad eius ſuperficiem, qui aer erat attractus prius a talibus aĩalibus. Hic enim aer expulſus poſt ſuffocationem ad ſuperficiẽ aquæ cauſat ampullas, ut ſi q̄s (vt inquit) cogat tortucas aut ranas, aut aliquid talium genere, & ſuffocentur in aquis, uidebit hoc. In piſcibus aũt non accidit omnem modum experientibus ſuffocationem, non. n. ſi ſuffocent̃ in aquis, ampullæ cernuntur in ſuperficie aquarum, & hoc quia nullũ ſpiritum extra aquas habebant.

*Porro illo eodem pacto quo piſces reſpirare dicunt, ipſi quoque homines demerſi reſpirare poßent. Nam ſi piſces aerẽ è circũfuſo humore in os attrahant, cur non idem facerent & homines & cætera animalia, & aerem qui ab ore proueniat haudſecus q̃ piſces traherent? Quare ſi illa fieri poſſent, & hæcquoq; at quoniam hæc fieri non pñt, certũ eſt neq; illa fieri poſſe.*

*Et q̃uo dicũt fieri reſpirationem ipſis, contingit & hominibus exiſtentibus in humido accidere. Si. n. piſces trahunt ex ea quæ in circuitu oris aqua, propter quid hoc non utiq; facerent & homines & alia animalia, & eũ qui ex ore utiq; traherent ſilr piſcibus? Quare ſi quidem & illa eſſent poßibilia, & hæc eſſent, quoniã aũt non ſunt palam ꝙ neq; in illis eſt.*

Quinto idem refellit, q̃m q̃uo dicũt ipſis piſcibus fieri reſpirationẽ per tractũ aeris ab ore, aut de nouo factũ, aut in aqua exñtẽ, eo mõ cõtingit accidere hoĩbus exñtib⁹ in humido, & aĩalibus etiã alijs. Si enim piſces (vt inq̄t) trahunt ex ea aqua quę eſt in circuitu oris aerẽ, ꝑꝑ quid non utiq; hoc facerẽt & hoĩes, et alia aĩalia, et ſic eũ aerẽ traherẽt q̄ ex ore ſilr ipſis piſcibus? Quare (vt inquit) ſiq̄dẽ et illa eſſent poſſibilia, & hęc eſſent poſſibilia in hominibus, q̃m aũt hęc in hoĩb⁹ nõ ſunt poſſibilia, palam ꝙ neq; in illis piſcibus eſt poſſibile.

*Ad hæc ſi reſpirant, cur in aere intereunt, & inſtar eorum quæ præfocantur palpitare uidentur? non enim alimenti inopia, hoc illis euenit.*

*At hæc autem ꝑꝑ quã cauſam in aere moriuntur, & uidentur palpitare ſicut ſuffocata, ſiquidem reſpirãt? nõ etenim utiq; alimenti indigentia, hoc patiuntur.*

Sexto, iſti nõ pñt aſſignare cã; quare piſces ĩ aere moriuntur, ideo dicit. Ad hęc autem propter q̃ cãm in aere moriuntur, & uidẽtur pulpitare, ſicut ſuffocata animalia, ſiquidem reſpirant? quaſi innuat nullam poſſe reddi rõnẽ, niſi quis dicat illa mori defectu nutrimenti, quod refellit, & dicit. Etenim non utiq; defectu nutrimenti hęc moriũtur. Et ratio eſt, q̃m piſces interdum longo tempore ſtant in aq̄s ſine nutrimento, & quidem maiore quã ſtent in arida, & tamen in aqua nõ moriuntur, ergo nec in arida.

*Quã uero cãm* Diogenes *aſtruit (dicit. n. eos in aere, aerẽ nimiũ trahere, in aqua, modicũ. ob idq; emori) ſtulta eſt. Etenim, in pedeſtri genere hoc idẽ contingere poſſe oportebat, nunc autem, nullum pedeſtre animal ſuffocari uidetur, eo quod uehementer reſpiret.*

*Quã. n. dicit* Diogenes *cãm, ſtulta, ait. n. ꝙ aerẽ multũ ualde trahũt in aere, in aqua aũt moderatũ, & ꝑꝑ hoc mori. Etenim, ingreßibilibus oportebat poßibile eſſe hoc accidere, nũc autem, nullum, eo ꝙ ualde reſpiret, ſuffocatur greßibile animal.*

Inducit defenſionem Diogenis, & dicit. Quam enĩ cauſam dicit Diogenes pro reſpiratione ad hoc, ſtulta eſt. Ait enim ꝙ cum ponũtur in aere piſces extra aquas, aerẽ multũ ipſis improportionalem ualde trahunt, in aqua aũt moderatum & proportionalẽ, & propter hoc q̄a in arida trahũt aerẽ improportionalẽ eis, aſſerit eos mori. Cõtra hoc obijcit, & dicit, quod hęc cã eſt ſtulta, et ſine ratione, ac uolũtaria, cui⁹ cã; dicit. Etenĩ ĩ greſſibilib⁹ oportebat eſſe poſ'e hoc accidere, ut. ſ. aliq̃n aerẽ ualde multũ traherent, nũc aũt nullũ greſſibile aĩal eo ꝙ ualde reſpiret, ſuffocat̃, ergo nec, q̄a piſces ualde reſpirãt, debẽt ſuffocari. Eſt igit̃ cã hęc uolũtaria, ſi nõ det rationẽ cur magis in piſcibus, & non in ceteris animalibus, hoc accidat.

*Præterea, ſi omnia reſpirant, clarum eſt et inſecta quoq; animalia reſpirare, at plurima ex eis, diuiſa nõ modo in duas parteis, ſed etiam in plureis, uiuere cernuntur, ceu ſcolopendræ quas centipedas nuncupant, quæ, qualiter, aut quo fieri poteſt ut reſpirent?*

*Adhuc autem ſi omnia reſpirant, palam ꝙ & entoma animaliũ reſpirant, uidentur autem ipſorum multa deciſa uiuere, non ſolum in duas ꝑtes, ſed & in plures, ut quæ uocantur ſcolopendræ, quæ, qualiter, aut quibus contingit reſpirare?*

Nũc refellit illud in quo Anaxa. & Dioge. cõueniũt. ſ. ꝙ oĩa animalia reſpirent. Cõtra obijcit, & dicit. Adhuc aũt ſi oĩa aĩalia reſpirant, palã ꝙ & entoma aĩalia reſpirabunt, hoc aũt falſum eſt, q̃m ipſorũ multa deciſa uiuũt, ſaltẽ aliquo tpe, nõ ſolum ſi decidant̃ in duas ꝑtes, ſed etiam in plures, ut quæ uocantur ſcolopẽdrę, iõ quęrit, q̄ dic mihi quęſo qualr, & quibus ꝑticulis cõtingit ipſa reſpirare. Oportebit. n. eas ꝑticulas hr̃e pulmonẽ, et uocalẽ arteriã, qđ falſum eſſe ſupponit, q̃m tũc in diuerſis partib⁹ deciſis eſſet pulmo, & uocalis arteria, quæ cum ſint falſa, falſum eſt oĩa aĩalia reſpirare. Quo ꝟo ad uerba attinet, ſcolopẽdra aĩal eſt, quod dr̃ ſentipes, quę reperit̃ terreſtris, & marina, hæc enim nõ reſpirat ut teſtat̃ Ariſto.

*At uero nec partium interiorum experientiam habuiſſe, nec accepiſſe cuncta naturam moliri alicuius gratia, cauſa potißimum fuit quamobrem haud recte de ipſis dixerint, inueſtigando enim cuius gratia reſpiratio animalibus adiuncta ſit, & in partibus hoc idẽ ut in branchijs & pulmone inſpiciendo, ocyus utiq; cauſam ipſam inueniſſent.*

*Cauſa autem maxime non dicendi bene de ipſis, ꝙ inexperti erãt earum quæ intus partium, & non accipiebant gratia alicuius naturam omnia facere, quærentes enim cuius gratia reſpiratio animalibus exiſtit, & in particulis hoc inſpicientes, ut in brãchijs & pulmone, inueniſſent utiq; uelocius cãm.*

Refutata



Refutata põne, nunc aſſignat cãm, ob q̃ in errorẽ lapſi ſunt, & aſſerit duplici de cã eſſe emerſos ad hos errores, prima q̄dẽ, q̄a ignorauerũt anathomiã partium interiorũ, ut pulmonis arterię, & cæterarũ, quę ſeruiũt ad refrigerationẽ, ſecũda ꝟo, quia ignorauerũt cãm finalẽ. Credebãt enim naturã nõ agere ꝑꝑ finem, ſi. n. hęc duo ſciuiſſent, ad errores hmõi non fuiſſent detruſi, unde dicit. Cã autẽ maxime nõ dicendi bñ de ipſis. ſ. expiratione, & inſpiratiõe, prima quidẽ eſt, ꝙ inexperti erant earũ partiu;, quæ ſunt intus, ut pulmonis, & arterię, & etiam brãchiarũ, ſcđa ꝟo cauſa eſt, ꝙ nõ accipiebãt gr̃a alicuius naturam oĩa facere. Ex his duabus cauſis errauerũt Nã ſi quæſiuiſſent cui⁹ gr̃a reſpiratio aĩalibus exiſtit, et inſpexiſſent in particulis, ut in brãchijs & pulmone, inueniſſent utiq; cãm ueloci⁹ ueritatis. Hęc de cauſa errandi.

*Cæterum Democritus quæ ſpirant ex reſpiratione quippiã conſequi aſſeruit, inquiẽs eam prohibere ne anima extrudatur, non tamẽ quaſi natura id huiuſce gratia fecerit, quicquã dixit, in plenum enim, ut cæteri. Naturales, ita & hic quoq; huiuſmodi cauſam minime attigit.*

*Democritus autem ꝙ quidem ex reſpiratione accidit aliq̄d reſpirantibus dicit, inquiens prohibere extrudi animam, nõ tamen ut huius quidem gratia feciſſe hoc naturam quicquam dicit. Omnino enim ſicut & alij phyſici, & iſte nihil tetigit talem cauſam.*

Nũc narrat opĩonẽ Democriti, & quouſq; ꝑuenit, & dicit, ꝙ Demo. uſq; ad hoc ꝑuenit ut dicat ꝙ ipſis reſpirantibus ex ipſa reſpiratione aliq̄d accidat, inq̄ens. ſ. reſpirationem prohibere extrudi aĩam a corpore, ergo aliq̄d dixit, quo neceſſariã eſſe reſpirationẽ dixit. Nõ tñ dicit q̄cq̃, ut huius gratia feciſſe hoc naturã tanquã ꝑꝑ finẽ, oĩno. n. ſicut & alij phyſici, & iſte nihil tetigit de tali cauſa finali ergo Democritus peruenit ad dicendum aĩam nõ extrudi a corpore ꝑꝑ reſpirationẽ, nõ tñ peruenit ad dicendũ reſpirationẽ eſſe finalr ut aĩa ne extrudat̃ a corpore, q̃m ipſe nihil dixit de finali cã, ueluti nec alij phyſici.

*Sed primas illas rotundas figuras, calorem, & animam eſſe dicit. Quæ ubi perclitari occipiunt, ne continente exprimente, foras protrudantur, ſuccurſum auxiliumq; reſpiratione fieri, in aere enim grandẽ numerum talium eſſe, quæ ille mentem animamq; appellat. Ac reſpirante quidem animali, & aere ingrediente, ea pariter ingredi, & cõpreßioni reſiſtendo animã quæ in eo eſt, egredi prohibere.*

*Dicit aũt ꝙ anima & calidum, hæ primæ figuræ ſphæricarum. Segregatis igitur ipſis à continente exprimẽte, auxilium fieri reſpirationem inquit, in aere enim multum numerum eſſe talium, quæ uocat ille intellectũ & aĩam. Reſpirante igitur, & ingrediente aere, coingredientia hæc & prohibentia expræßione, prohibere in aĩalibus exiſtentem animã pertrãſire.*

Quæ dixerat, declarat, ubi ſupponẽdũ apud Democritũ aĩa; idẽ eẽ qđ calm ĩ ipſo aĩali. Ampli⁹ ſupponẽdũ aĩa; qđ eſt calidũ, eſſe figurã ſphęricã, ꝯpoſitã ex atomis ſphęricis, quo. n. eſt res ſphærica, ex atomis ſphæricis eã cõponi aſſerit, & quo cõponit̃ ex atomis ſphæricis, figura eſt ſphęrica. Hac ſuppõne ſtante dicit, ꝙ cum atomi ab aere nos cõtinentẽ exprimunt̃ intra corpora nr̃a ingredientes, tũc fit inſpiratio, quę eſt attractio atomorũ, hęc aũt attractio (ut inq̄t) fert auxiliũ, q̄ten⁹ igrediẽtes atomi cõprimũt aĩam intus, ne exeat, & ſic eſt cã, ne extrudat̃ aĩa, unde inquit. Dicit aũt Democritus, ꝙ aĩa & calm hæ primę figurę ſphęricę ſint. Hęc eſt ſuppõ in uia Democriti. Eſt. n. aĩa idẽ qđ calidũ, & ideo aĩa figura ſphęrica eſt, ex ſphæricis atomis cõpoſita. Hac ſuppõe ꝯceſſa, infert opĩonẽ Democriti, & dicit. Igit̃ ipſis atomis ſegregatis ab aere nos cõtinente exprimente eas intra nr̃a corpora, auxilium. ſ. ne aĩa exeat, fieri reſpirationẽ quæ eſt attractio atomorũ, inq̄t.

Et ne q̄s dubitet de loco atomorũ, interponit, ubi ſint atomi, & dicit. In aere. n. ait multum numerũ eſſe talium atomorum, quas atomos, uocat ille intellectum, & aĩam ꝑꝑ tenuitatẽ & ſpiritualitatẽ earum. Tũc cõcludit opĩonẽ, et dicit. Reſpirante igit̃, hoc eſt ingrediente aere, ait hæc atomalia corpora coingredientia intra nos, & expręſſionem ac exitum aĩę prohibẽtia prohibere animam exiſtẽtem in animalibus pertrãſire extra. Atomi. n. intrãtes, aĩam intus comprimunt, & cõpellunt eam intus permanere, & non exire. Patet igit̃ q̃uo per inſpirationem prohibetur animã extrudi. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, aer, qui emittit atomos intra corpora nr̃a, exprimẽs atomos dr̃ a Democrito, q̃m atomi ab eo vñr ſeparari.

*Atq; ob id, in reſpirando & expirando, uitam & mortem conſiſtere, nam cum id quod nos ambit comprimẽdo euincit ac ſuperat, nec ei præterea id ꝙ deforis ingreditur reſiſtere poteſt, cum animal ſpirare nequeat, tum accidere morte animal occupari, mortem enim eſſe, eiuſmodi figurarum é corpore digreſſum qui exprimente eo ꝙ continet, proueniat.*

*Et propter hoc. in reſpirando & expirando eſſe uiuere, & mori, cum enim præualuerit continens comprimẽs, & non amplius deforis ingrediens poteſt prohibere, non potente reſpirare, tũc accidere mortẽ animalibus, eſſe. n. mortem, taliũ figurarum ex corpore exitum ex cõtinẽtis cõpreßione.*

Ex hoc cõcludit in quo uita & mors ſtẽt ſm Democritũ, & uerba ſunt obſcura, & manca, licet ſentẽtia ſit clara. Dictum eſt. n. uitam ſtare per hoc, ꝙ aĩa permanet in corpore, permanet autem in corꝑe ingreſſu atomorũ eã comprimentium intus. Mors aũt eſt exitus aĩę, exit aũt aĩa, cũ atomi non amplius intus ingrediuntur, ſed extra expelluntur, obſcure tamen hęc dicit, unde inquit. Et propter hoc in reſpirãdo, hoc eſt in inſpirãdo, & expirãdo ait eſſe uiuere, & mori. Exponit aũt q̃uo fit mori, q̃m dictum eſt q̃uo fit uiuere, & dicit. Cũ. n continens aer in cõprimẽdo nr̃m corpus circũcirca pręualuerit, & quod deforis ingredit̃ intus. i. & atomus quæ ab extra ad intra proficiſcit̃, nõ amplius põt aĩam ꝓhibere, q̄a fortiores ſunt atomi in exiẽdo, q̄ extraneę in intrando. Tũc ipſo aĩali nõ potẽte reſpirare, hoc eſt int⁹trahere aerẽ, neceſſe eſt accidere mortẽ aĩalib⁹. q. d. cũ aer ꝯtinẽs eſt pollẽtior ĩ cõprimẽdo atomos, q̄ in exprimẽdo illas int⁹, mors euenit. Cã aũt eſt, q̃m mortẽ eẽ ait exitũ taliũ figurarũ. ſ. calidi et aĩę, q̄ fuerũt intus detẽte, ex ꝯpręſſiõe cõtinẽtis, atomos extra pellẽtis. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, aer mittẽs atomos ꝑ os dicit̃, exprimẽs atomos, aer ꝟo circũdãs corp⁹ nr̃m, et illud ꝯprimẽs dr̃ cõprimẽs atomos exire, ergo mors accidit cũ aer ẽ fortior in cõprimẽdo q̄ in exprimẽdo. In cõprimẽdo q̄dẽ eas extra, q̄ exprimẽdo eas intus, hoc pacto ꝟba hęc licẽter exponẽdo, pñt hr̃e ſenſum, ſin autẽ tibi aliter uidebit̃, expone.

*Cauſam uero quamobrem neceſſarium ſit cuncta emori, nõ tamen quouis tempore ſine lege ulla, ſed ſecundum naturam ſenectute, præter naturam uiolẽtia, nequaquam declarauit. At ꝙ explicuiſſe oportuit, cũ alias id fieri uideatur, alias non uideatur, utrũ cã extrinſecus petenda ſit, an intrinſecus.*

*Cauſam aũt quare omnibus quidem neceſſarium mori, non tamen quando contingit, ſed ſecundum naturam quidem ſenectute, uiolentia autem præter naturam, nihil demonſtrauit, quãuis oportebat, quoniam aliquando quidem uidetur hoc fieri, aliq̃n aũt nõ uidetur, utrum cã extrinſecus eſt, an intus.*

Cõtra Democri. ĩſurgit, & primo oñdit inſufficiẽtiã ex parte aſſignationis cauſæ mortis, quoniam cum mors ſit duplex, marcedo & uiolentia. Democritus ex his, quæ dicit, bene potuit fingere cãm mortis, quæ eſt marcor, ſeu imbecillitas, non aũt cãm uiolentię unde dicit. Cauſam aũt, q̄re oĩb⁹ q̄dẽ necium ſit mori ſubaudi potuit dicere, nõ tñ potuit dicere q̃n mors ꝯtingit, et dato, ꝙ potuit dicere q̃n

cõtingit,ſolũ potuit dicere cãm eius, quę ſecundum naturã cõtigit in ſenectute.ſ.ꝑꝑ imbecillitatẽ, qua nõ põt amplius atomi intus trahi. Eius ꝟo mortis quæ uiolentia cõtingit pręter naturã,nihil demonſtrauit,nõ.n.hęc ex imbecillitate attractionis ſit, & tamen oportet aſſignare cãm, qm̃ aliqñ quidem vr̃ hoc fieri,ut cum morit̃ aĩal uiolẽter, aliquãdo aũt nõ vr̃,ut cũ morit̃ morte naturali, & nõ dixit utrum cauſa ſit extrinſecus,an intrinſecus,igitur inſufficiens eſt aſſignare cauſas mortis.

*Sed nec de ſpirationis primordio quænam cauſa ſit, interior ne an exterior, quicquam dixit.*

*Non dicit autẽ neq; de principio reſpirandi quid cauſa,utrũ intrinſecus,an extrinſecus.*

Scd̃a Democriti inſufficientia eſt,q̃a non exponit principium reſpirandi quæ cauſa ſit,utrũ intrinſecus manens, an extrinſecus,quod debuit exponere.

*Non enim mens ea quæ forinſecus ſit, præſidium illud ſeruare poteſt,ſed ſpirationis motusſq; initium intrinſecus ortum habet,quaſi id quod continet uim nullam afferat.*

*Neq; enim qui deforis intellectus,ſeruat auxiliũ,ſed intrinſecus principium reſpirationis fit & motus, non ut inferente uim continente.*

Tertio nõ uidetur uerum ꝙ atomus, qui eſt intellectus exiſtens in continente ipſo ſit ferens auxilium ſui introitu compræſſiuo,qm̃ hic eſt motus uiolẽtus. Violenter.n.intrat aer intus ferens atomũ compręſſiuũ. At principium motus & reſpirationis nõ fit quaſi cõtinente inferẽte uim pellendo atomum intus,unde dicit,& lege enim,pro etiã, hoc pacto.Et neq; qui deforis intellectus.ſ.atomus q̃ intellectum appellat,intrãdo corpora nr̃a, ſeruat auxilium, qm̃ eſſet hęc cõſeruatio uiolẽta, ſed principium reſpirationis & motus fit intrinſecus.ſ.naturale,nõ ut cõtinẽte uim inferente.Eſt igit̃ rõ ꝙ atomus non fert auxiliũ, qm̃ tunc reſpiratio eſſet motus uiolentus, uerum de hoc erit quæſtio poſtea.

*Abſurdum quoq; & illud eſt,ſil'q̃ ambit cõprimere & q̃ ingreditur dilatare. Quæ igitur illæ dixit & qũo,feræ hæc ſunt.*

*Incõueniẽs aũt, & ſimul cõtinens comprimere & ingrediẽs dilatare. Quæ igitur dixit & quomodo,fere hæc ſunt.*

Tertio uidet̃ abſurdum ꝙ continẽs aer ferẽs atomũ cũ intrat nos cõprimat,qm̃ uidemus aerẽ cũ intrat eſſe cauſam dilatationis,ergo tũc nõ cõprimit,unde dicit.Inconueniens autem eſt & ſimul continere.ſ.aerẽ cõprimere, & ingrediens dilatare.Videmus enim cũ intrat dilatare,quare nõ cõprimat. Quo ꝟo ad uerba attinet, aer intus ſuſcept⁹ dr̃ cõprimere aĩam, quaten⁹ exprimit ĩ illã atomos cõprimẽtes ipſam,circũdans ꝟo nos, dicit̃ ꝯprimere eas atomos ad expulſionẽ.Tũc & epilogat.d.quę igitur dixit,et & quomodo,ferę hęc ſunt.

*At ſi uera eſſe quæ prius dicta ſunt, et nõ oĩa aĩalia ſpirare arbitrari oporteat,non de qualibet morte cauſam hanc dictã eſſe,ſed ijs ſolum quæ ſpirandi uſum habeant accommodari debere,exiſtimandum eſt.*

*Si autẽ oportet putare uera eſſe prius dicta, & non omnia animalia reſpirare,non de omni morte cãm putandum dictã eſſe hanc,ſed ſolum in reſpirantibus.*

Cũ oñdiſſet opĩonis Democriti inſufficiẽtiã,nũc oñdit ei⁹ falſitatẽ.Et prĩo oñdit ꝙ nõ bñ dixit Demo.de cã mortis,& inqt.Si aũt opꝫ putare ꝟa eſſe prius dicta, maxime ꝙ nõ oĩa aĩalia reſpirẽt,nõ de oĩ morte.ſ.oĩum aĩaliũ putãdũ eſt cãm dictam eſſe hãc,ſed ſolũ in reſpirantibus,& ſic qđ dixit Democritus,nõ eſt uniuerſale.

*Sed ne his qdẽ recte. Id aũt liquido conſtat, ꝑ ea quæ cõtingũt,et eiuſmodi quorũ experiẽtiã oẽs habere uidẽtur. Nam per æſtũ calidiores effecti,ut reſpiratiõe magis indigẽt ita cræbrius ſpirãt. Cõtra cum circũfuſus aer algidus eſt, & corpus cõtrahit atq; cõdenſat,tunc accidit ſpiritum retineri. Atqui,oportebat tunc aerẽ deforis ingreßum,cõpreßionem,prohibere. Nũc uero,contra res agitur. Quoties enim non expirantibus hominibus caloris magna uis collecta fuerit,tunc reſpiratione indigẽt,neceſſariũ aũt eſt,ut inſpirando reſpirent. Porro,æſtuantes ſæpius reſpirare ſolent,quaſi id agant refrigerij gratia,quo tẽpore fit,ut q̃ dici ſolet,ignis ad ignem addatur.*

*Quinimmo,neq; in his bene. Palam autem, ex accidẽtibus, & talibus quorũ habemus oẽs experiẽtiã. In æſtibus.n.calefacti magis, & reſpiratione magis indigemus, & ſpißius reſpiramus oẽs,cum aũt quod in circuitu,eſt frigidum, & conſtringit & compingit corpus,detinere accidit ſpiritũ,quãuis tũc oportebat,deforis ingredientẽ prohibere cõpreßionem. Nũc aũt,fit contrarium. Quando enim multum ualde congregatum fuerit calidum,non expirantibus,tunc indigent reſpiratione,neceſſarium autem,inſpirãtes reſpirare. Eſtuãtes aũt,frequenter reſpirant,tanquã refrigerationis gratia reſpirantes,quando,q̃ dicitur,facit ignem ſuper ignem.*

Secundo oſtendit ꝙ nõ bene in aĩalibus reſpirantibus aſſignauit cãꝫ reſpirationis,et hoc ꝓponit,& dicit. Quinimmo neq; in his.ſ.aĩalib⁹ reſpirantibus bñ, reſpirationis cãm aſſignauit.Proponit aũt hoc oñdere ex expientia, q̃ nos habemus de aĩalib⁹ notis,& dicit.Palã aũt,ex accñtibus,& talibus aĩalibus,quorũ oẽs habemus expientiam. Tũc argumẽtat̃,data opinione Democriti, tũc in hyeme, & in forti frigido,frequẽtius reſpiraremus, probat̃ ꝯñtia, qm̃ cũ cõtinẽs nos eſt magis frigidũ magis corpus nr̃m cõprimit,poros coartãdo,& magis claudẽdo, & cũ corpus magis coartatur,atomi magis extrudunt̃,& qm̃ tũc magis atomi extruduntur,magis egen⁹ inſpiratiõe,ut atomi intus ſeruent̃,ergo tpe frigido magis,& ſpiſſius reſpiraremus. Cuius cõtrariũ docet experiẽtia. Ariſto.igit̃ primo proponit cõſequẽtis falſitatẽ,& dicit. In ęſtibus.n.calefacti magis,& reſpiratione magis indigemus & ſpiſſius reſpiramus oẽs. Sũpſit aũt ſcd̃m quaſi expoſitionem primi, æſtate.n.egemus reſpiratione magis in numero,non in magnitudine,ideo dixit.Et ſpiſſius reſpiram⁹ oẽs, cũ aũt qđ in circuitu,eſt frigidũ,& cõſtringit & cõpingit corp⁹ detinere accidit ſpiritũ,hęc eſt falſitas ꝯñtis. Oſtẽdit poſtea ꝙ opꝫ oppoſitũ dicere ſm̃ Democritũ, & dicit q̃uis tũc.ſ.ſtante põne Democriti, opꝫ atomũ deforis ingredientem prohibere cõpreſſionẽ,nã frigidũ cõprimẽs corpus cogit atomos exire,ergo ne exeant,egemus inſpiratione ut trahant̃ atomi,& aduerſent̃ eis,q̃ ſt̃ intus,ne exeãt. Nũc aũt (ut dcm̃ eſt)fit ꝯtrariũ,qñ.n.multũ ualde ꝯgregatũ fuerit calidũ.ſ.ęſtate,nõ reſpirãtib⁹,tũc aĩalia indigẽt reſpiratione,et aeris tractione,& qm̃ neceſſariũ eſt inſpirãtes reſpirare,fit ut ęſtate reſpiremus. Aſſignat aũt cãm cur ęſtate frequẽter reſpiram⁹,& ſoluit qõnẽ difficilẽ,eſt.n.qõ cũ interiora hyeme ſint calidiora, ęſtate frigidiora. Vẽtres.n.hyeme & uere calidiſſimi ſunt, ut Hippocrates inqt. Cur æſtate ſpiſſiori inſpiratione egem⁹. Rñdet Ariſto.& dicit. Eſtuantes autem,frequenter reſpirãt, qm̃ ſumus reſpirantes,& intus trahentes aerem refrigerationis gratia, modo in æſtate cũ trahimus aerem,cum ille ſit æſtuans, trahim⁹ ignẽ.ſ.aerem calidum ſuper ignẽ.ſ.ſuper interiora calida, quæ licet non ſint ita calida ſicut hyeme, tamen aer tractus,cum ſit calidus,ignis uidetur igni addi, & hoc dicit. Qñ,qđ dr̃.ſ.reſpiratio facit ignẽ ſuꝑ ignem. Licet igit̃ ex parte rerum refrigeratarum maiori & ſpiſſiori refrigeratione egerimus in hyeme,quia tamen una aeris attractione magna fit refrigeratio,cum aer ſit frigidiſſimus,tamen ex parte aeris refrigerantis æſtate ſpiſſiori egemus refrigeratione, quoniam non poſſumus una tunc refrigeratione refrigerari, cum aer tractus ſit igneus, & ſic uidetur addi ignis igni. Quo ꝟo ad uerba attinet, animaduerte, quòd inſpiratio tempore frigido eſt maior in magnitudine, qm̃ una inſpiratione trahimus magnã portionem aeris,ſum⁹.n.tũc fortiores,& uirt⁹ tractiua eſt pollentior. In ęſtib⁹ inſpiratio eſt frequẽtior in numero, & minor in magnitudine,minor q̃dẽ,qm̃ in ęſtib⁹ uirt⁹ eſt debilior alijs paribus,frequẽtior ꝟo in numero,qm̃ aer tract⁹ parũ refrigerat una refrigeratione, iõ numero refrigerationũ recõpẽſat̃ neceſſitas,ꝑꝑea dixit,eſtuãtes frequẽter reſpirãt.i. ĩſpirãt,& nõ dixit magis reſpirare. Sed dices cur aĩalia habentia pulmonem magis tractione aeris refrigerant̃ quã tractione aquę. Dicendum hoc eſſe plurib⁹ de cauſis, prima q̃dẽ ex ꝑte inſpirationis,qm̃ aer meli⁹ & magis tract⁹ herere vr̃ cordi & pulmoni q̃ aqua,cũ facilius trahat̃,mõ licet aer nõ ſit aqua frigidior,tñ adherẽtia & ꝓpinqtate meli⁹ refrigerat. Secũdo ex ꝑte expirationis, qm̃ aer facilius cordi herẽs,facilius põt ab eo remoueri, non ſic aqua ſui craſſitie, & ſpiſſitudine,& ſic facili⁹ põt expirari. Tertio,rõne facilis expãſionis ſuꝑ ipſo pulmone,& ei⁹ ſanguine,cũ facile poſſit expãdi ſupra ſanguinẽ pulmonis, facile põt refrigerare,nõ ſic facile aqua expãdit̃. Quarto rõne impmiſtionis cũ ſanguine pulmonis. Aer.n tract⁹ & expãſus cũ ſanguine pulmonis,quę refrigerat, nõ miſcet̃ ſanguini,ſicut nec cõiunctus aquę miſcet̃ aquę, ſed ſi aq̃ miſceret̃ ſanguini pulmonis,nõ poſſet expirari,q̃n expelleret̃ ſanguini miſta. Vltimo ꝑꝑ aeris leuitatẽ, aqua.n.grauis exiſtens non facile a pulmone expelleretur. Aer contra ſui leuitate facile repellitur a pulmone. Patet igit̃ multiplex cauſa.

De refrigeratiõe cur fit per aerem.

*Illa uero circularis pulſio quæ in Tymæo ſcripta eſt,de cæteris animantibus nihil definiuit quo pacto,eodem ne an alia quadam ratione,ipſa ſuum calorem tueantur atq; conſeruẽt. Nam ſi ſolis pedeſtribus ſpiratio adiuncta ſit,cauſa dici debuit cur ſolis competat,ſi uero etiam alijs inſit, ſed modus differat, & de hoc quoq; determinandũ fuit,ſi cũcta ſpirare poßint.*

*In Tymæo autem ſcripta circũpulſio,et de alijs animalibus nihil determinauit quo modo ipſis calidi ſit ſalus, utrum eodem an propter aliam aliquam cauſam. Si enim ſolis campeſtribus quod reſpirationis exiſtit,dicendum cãm quare ſolis, ſi aũt & alijs,modus autem alius, & de hoc determinandum, ſi quidem poßibile reſpirare omnibus.*

Hic narrat põnẽ Platonis,& reprobat. Vbi aĩaduerſione dignũ,ꝙ Plato uoluit inſpirationẽ ꝑ maiore ꝑte fieri circũpulſione aeris,dixit.n,cũ aer int⁹ manẽs calefact⁹,expellitur ꝑ os.ꝙ mox ali⁹ circũſtãs corp⁹,nõ ſolũ ꝑ os,ſed ꝑ carnis & pectoris poros ſubintrare, ne det̃ uacuũ & receſſu primi,& ſic fit inſpiratio. Cõtra obijcit Ariſto. primo,q̃a hęc poſitio eſt inſufficiẽs, qm̃ cũ dixit circũpulſionẽ eẽ cãm inſpiratiõis,ſolũ ĩ aĩalib⁹ cãpeſtrib⁹ & ꝑfectis, id dixit. De imꝑfectis aũt,& aquatilib⁹,nõ eſt uerũ,unde oñdit ei⁹ opĩonis multiplicẽ inſufficiẽtiã,& dicit. In Tymęo aũt ſcripta eſt circũpulſio,ſubaudi, qua fit inſpiratio aĩalib⁹,& de alijs aĩalib⁹.ſ.imꝑfectis, & aquatilib⁹ nihil determinauit qũo ipſis calidi ſal⁹,ſit, quę eſt refrigeratio, utrũ eodẽ.ſ mõ ꝑ circũpulſionẽ, an ꝑꝑ aliquã aliã cãm, hęc eſt prima inſufficiẽtia. Deinde oñdit & ſecũdã,& dicit. Si.n.id,ꝙ reſpiratiõis eſt,ſolis cãpeſtrib⁹ exiſtit, & nõ aquatilib⁹. Dicẽdum eſt cãm quare ſolis reſpirationis munus exiſtit. Sũpſit autẽ (vt ſuperius dixit) reſpirationẽ pro inſpiratione,quę eſt aeris attractio. Deinde oſtendit tertiã inſufficientiã,& dicit. Si aũt inſpirationis mun⁹ etiã alijs.ſ. aquatilib⁹,& imꝑfectis ineſt, & de hoc determinãdum, ſi q̃dẽ eſt poſſe oĩbus reſpirare, hoc eſt inſpirare. Quo ꝟo ad ꝟba attinet,aĩaduerſione dignũ, ꝙ circa aĩal cãpeſtre aer circũdat tãquã locus ipſum cõtinẽs, nõ mõ a ꝑte poſteriore,ſed etiã a ꝑte anteriore,& ſurſum & deorſum, & in dextris,& in ſiniſtris. Quare imaginat̃ Tymęus cũ aer pri⁹ intra pręcordia ſit calefactus,mox, ne det̃ uacuũ ſub intrare aerẽ nouũ,& q̃dẽ per oẽs poroſitates toti⁹ corporis,& ꝑ os,& ꝑ poros pectoris,& ꝑ poros toti⁹ carnis,intrãs aũt ſubcedit in locũ prioris,ne det̃ uacuũ. Hũc ergo aeris introitum ꝑ tot uias Plato in Tymęo circũpulſionẽ appellauit,& inſpirationẽ, circũpulſionẽ quidem quoniã aer circũpellit̃ quaſi ui ab ipſa natura, ne detur uacuũ. Inſpirationem ꝟo,quatenus inſpiratus in præcordia,refrigerat. Hęc de inſufficientia opinionis.

*Præterea,modus cauſæ fictitius eſt, nã cum calor foras per os egreditur,circũfuſum nobis aerem pelli aſſerit, & latione cõcepta eodem per carnes quæ raræ ſolutæq; ſunt interlabi unde calor interior exiuit,propterea q̃ nihil uacuũ ſit,cum ſibi mutuo circũobſiſtant,ubi uero calefactus ſit,rurſum egredi per eũdem locum,& intro per os repellere, calidum illum aerem qui prius foras excidit,atque id reſpirando, & expirando cõtinue ſemper fieri.*

*Adhuc autem, & fictitius modus cauſæ, exeunte extra calido ꝑ os,ambientem pulſum aerem latum incidere in eundem locum ait per raras exiſtentes carnes unde quod intra exierat calidũ,propterea q̃ nihil eſt uacuũ,antiperiſtaſim patiẽtibus inuicem,calefactum autem,iterum exire ſecundum eundem locũ, & circũpellere intro per os aerẽ excidẽtẽ calidũ, & hoc utiq; perſeuerare ſemper faciẽtes reſpirãtes & expirantes.*

Scd̃o obijcit,ꝙ mod⁹ iſte Platonis fictiti⁹ ſit, & ꝓbat ipm̃ eſſe fictitium narrãdo opĩonẽ & modũ, q̃ Plato dicebat fieri inſpirationẽ & expirationẽ,nõ.n.curauit dicere cãꝫ, quare ſit fictiti⁹, q̃a uoluit ex ſola opĩonis narratione appere fictionẽ,qm̃ ex ſola põnis narratione apꝑet ꝙ inſpiratio & expiratio nõ fiãt penit⁹ eadẽ uia, primo ergo ꝓponit ꝙ ſit fict⁹ & dicit. Adhuc aũt & fictiti⁹ mod⁹ cauſę eſt,q̃ dicit inſpirationẽ & expirationẽ fieri. Deinde exponit modũ,ut ex ipſo pateat,qđ ſit fict⁹,& dicit. Exeũte n.aere calido ꝑ os,ait aerẽ ambiẽtẽ pulſuꝫ a natura, & latũ et motũ q̃ſi ui ab illa,incidere ĩ eũdẽ locũ, vñ calr̃m, qđ intra erat,exierat,ĩcidere dico ꝑ carnes exñtes raras, et ĩ eũdẽ locũ,ꝑꝑea qđ nihil ſit uacuum, hęc aũt dicebat utriſq; aeris portionib⁹ quaſi antiꝑiſtaſim patiẽtib⁹. Prim⁹ enĩ aer calid⁹ erat. Secũdus ꝟo fridus, & ſic inter eos uidebat̃ q̃ſi q̃dã antiꝑiſtaſis,hoc eſt q̃ſi q̃dã actio uni⁹ ꝯtrarij in alterũ. Dicebat ẽt denuo aerẽ nouũ ĩ locũ prioris uenientẽ,calefieri,et calefactũ iterũ exire ſꝫ eũdẽ locũ,ꝑ quẽ primus exiuit,& dicebat aliũ aerẽ nouũ circũpellere aerẽ calidũ,qui intro ꝑ os excidit,& exit, & hoc utiq; ꝑſeuerare & fieri uiciſſim dicebat,donec ſt̃ hoĩes reſpirãtes, hoc eſt inſpirãtes,et expirãtes. Et ſic ꝑ narrationem põnis uoluit hr̃e modũ ei⁹ eẽ fictitiũ. Quo ꝟo ad põnẽ attinet, aĩaduerte qđ Plato uoluit inſpirationẽ fieri circũpulſione. Circũpulſionẽ aũt,nõ ſolũ fieri ꝑ poroſitates pectoris & carnis, ſed etiã ꝑ os. Expirationẽ ꝟo dixit fieri ſolũ ꝑ os,cũ aer calefactus ꝑ cãnã intro ꝯtẽtã excidit extra, & ſic Plato nõ aſſerit ĩſpirationẽ,& expirationẽ fieri penit⁹ ꝑ eãdẽ uiã,& quantũ ad hoc Ariſto.uoluit modum cauſę eſſe fictitium, qm̃ fictio eſt dicere hęc nõ fieri eadem uia.

*Euenit aũt hiſce q̃ ſic arbitrantur, expirationem prius fieri quam inſpirationem,argumento, quod hæ alternatim fiant. At morientes,expirant. Quare neceſſarium eſt, inſpirationem uicem ſubire principij.*

*Accidit autem ſic putantibus, prius expirationem fieri quã inſpirationem,ſignum autem, quoniam fiunt adinuicẽ hæc uiciſſim. Morientes autem,expirãt. Quare neceſſarium, eſſe principium,inſpirationem.*

Cũ oñdit ꝙ Platonis modus eſt fictitius inquantũ aſſeruit expirationem, & inſpirationem nõ fieri eadem uia. Nunc oſtendit põnem illam eſſe falſam quo ad ordinẽ, q̃ eſt inter inſpirationem & expirationem. Et argumentatur ꝙ data hac poſitione expiratio eſſet prior in aĩalibus quã inſpiratio,ꝯñtia patet, qm̃ ſecundum ipſum aer nõ trahit̃ ad locũ prioris,niſi prior cedat,& ne detur uacuum. Ergo

ſm eū expiratio eſt inſpiratione prior. Deſtruit aūt ꝯn̄s primo ſigno, qm̄ uidemus ꝙ ſtatim poſt inſpiratione᷑ expiramus, & ſemper uiciſſim hoc facimꝰ, ſecūdo qm̄ cum morimur ultimo expiramus, ergo cū ꝑdimur primum in lucē prius inſpiramus. Eſt.n.mors uitę cōtraria, & ita ſi in morte expiramus, in prima luce debemꝰ primo inſpirare, unde dicit. Accidit aūt ſic putantibus, prius expiratione᷑ fieri ꝙ̄ inſpiratione᷑, ꝯn̄tia eſt probata, qm̄ ſm Platonē nō fit nō aeris tractus, niſi ut ſuccedat priori ne detᷓ uacuū. Deſtruit cōſequens primo ꝑ ſignū, & dicit. Signū aūt eſt, qm̄ hæc ambo ad inuicē uiciſſim fiūt, et ſꝑ poſt iſpiratione᷑ expiratio, & qm̄ hoc ſignum poſſet cauillari, ideo ſtatim apponit rōnē, & dicit. Morientia aūt ultimo ſubaudi expirant, quare.i.ergo neceſſarium eſt eſſe inſpiratione᷑ principium.

De ordine reſpirationum.

Quo ad rōnē attinet, aīaduerte ꝙ hęc probatio eſt loco a cōtrario, ſequitᷓ.n.loco a ꝯtrario ꝙ moritᷓ, expirat ultimo, ergo ꝙ oritᷓ primo inſpirat. Eſt.n.mors oppoſita ortui, & expiratio inſpirationi, hic aūt locꝰ adducitᷓ, ut ſignum qn̄ propō eſt fere aut probata aut ꝑ ſe nota. Mō probatū eſt inſpiratione᷑ eſſe primā, qm̄ cū fętus ędit in lucē, indiget refrigeratione. In utero.n.refrigerabatᷓ refrigeratione matris, ꝙ̄ primū indiget refrigeratione, attrahit aerē, & hoc eſt inſpirare, & ſic pꝫ inſpiratione᷑ eſſe primam.

*Item cuius gratia iſthæc, reſpiratio inquā & expiratio animalibus tributa a natura ſint, non dixere qui in hunc modum loquuntur, ſed ſolum quaſi de re aliqua temeraria & quæ caſu conſiſtat, enuntiauere. Atqui iſta principiatum uitæ & necis obtinere uidemus, tunc.n. accidit ut quæ reſpirandi uſum habent intereat, cum reſpirare non poſſunt.*

*Adhuc autem cuius gratia hæc exiſtūt, animalibus, dico autem reſpirare & expirare, nihil dixerunt hoc modo dicentes, ſed uelut de incidente aliquo enuntiant ſolum, quāuis, principalia hæc uideamus uiuendi & moriendi, cum enim reſpirare non poſſunt, tunc accidit corruptionem fieri reſpirantibus.*

Cū oñdit ꝙ poſitio Platonis errauit in ordine inſpirationis & expirationis. Nūc tertio uult oñdere illā erraſſe inquātū nō aſſignauit finalē cām, quare illa nobis inſitᷓ. & dicit. Adhuc autē cuius gr̄a ueluti ꝑꝑ finem hęc aīalibus exiſtunt, dico aūt hęc.ſ.reſpirare & expirare, nihil dixerunt hoc modo dicentes. Sumpſit autem reſpirare pro inſpirare, ut ſæpe dictum eſt, ſed enuntiant de illis uelut de incidente aliquo, ꝙ caſu fit, qđ vr̄ nō recte dcm̄, qm̄ hęc ambo uidemus principalia principia uiuendi & moriēdi, nā cum aīalia reſpirare nō pn̄t, tūc accidit corruptionem fieri his animalibꝰ, quæ reſpirant, & ſumpſit reſpirare pro utroꝗ, nā ultima expiratio eſt mors, & prima ſpiratio eſt uita, & ortus. Sed dices, Platonem nō dixiſſe inſpirationem fieri temere, qm̄ dixit fieri, ne detᷓ uacuū, mō ꝙ fit ne detᷓ uacuū, nō ur̄ temere fcm̄. Dicendum ꝙ licet dixiſſet inſpirationem nō fieri temere, tn̄ non dixit cur fiat expiratio. Pręterea dicere factam eſſe inſpiratione᷑ ne detᷓ uacuū, hęc cauſa eſt nimis communis, & non eſt finis proprius, & ſic fit temere ſaltem ſm finem proprium.

An inſpiratio temere facta ſit ſecundum Platonem

*Ad hæc abſurdum eſt, caloris quidē per os egreſſum & rurſum ingreſſum nos minime latere, ſpiritus uero in pectus ingreſſum & rurſus eiuſdem calefacti egreſſum latere.*

*Adhuc autem inconueniens, calidi quidem per os exitum et iterum introitum non latere nos, in pectus autē ſpiritus introitum & iterum calefacti exitum, latere.*

Quarto refellit pōnē Platonis q̄tū ad aliud, ꝙ dixit, dicebat.n.introitum & exitum aeris per os eſſe manifeſtū, introitum uero & exitum per poros eſſe occultum. Contra obijcit, qm̄ nō vr̄ maior ratio de uno ꝙ̄ de altero, unde dicit. Adhuc autē inconueniens eſſe vr̄ calidi quidē aeris, per os exitum, & iterum eiuſdē ꝑ os introitum nō latere nos, ſed eſſe manifeſtū. Introitū ꝟo ſpūs.ſ.aeris frigidi ꝑ pectus, & poroſitates carnis, & iterum calefacti exitū latere, & tu intellige ſi exitum ꝑ poros fieri cōtingit, qm̄ Plato dicebat exitum fieri ꝑ os, & introitum partim ꝑ os, partim per poroſitates pectoris, & carnis. Verū Ariſto. loquitur, ſi fieret, qm̄ licet non fiat exitus, ſaltē fit introitus. Sed dices, id ꝙ Plato dicit, vr̄ rōnabile, qm̄ pori ſunt occulti, & ſic introitus & exitus aeris nō pōt eſſe niſi occultus. Dicendum quod licet pori ſint occulti, quo ad magnitudinem & aer etiam quo ad magnitudinem, non tamen debet aer eſſe occultus, quo ad qualitates ſcilicet & frigiditatem & caliditatem.

*Abſurdum etiam & illud eſt, reſpirationem eſſe caloris ingreſſum, econuerſo enim rem habere uidemus, nempe quod expiratur eſſe calidum, quod inſpiratur frigidum. Cum uero hoc calidum eſt, anhelantes reſpiramus, nam quia id quod ingreditur, nos ſatis refrigerare non poteſt, euenit ut ſæpius trahamus ſpiritum.*

*Inconueniens autem, & calidi, reſpirationem, introitum eſſe, uidetur enim contrariū, quod enim expiratur, eſſe calidum, quod autem inſpiratur, frigidum. Quando autem calidum fuerit, anhelantes reſpirant, quia enim non refrigerat ſufficienter ingrediens, ſæpe accidit ſpiritum trahere.*

Quinto refellit pōnē quātū ad illud ꝙ dixit.ſ.ꝙ inſpiratio ſit aeris calī introitus. Cōtra obijcit, qm̄ potiꝰ eſt oppoſitū, qm̄ qđ expiratᷓ, eſt calidum, ꝙ aūt inſpiratur, eſt frigidum, & qn̄ aer inſpiratus fuerit calidus, tunc anhelātes reſpirant, hoc eſt tūc frequenter inſpirant. Anhelare enim eſt cū frequentia, nam (ut inquit) cū aer īgrediēs nō refrigerat ſufficienter, ueluti accidit in ęſtu, ſæpe accidit ſpiritū & aerē trahere, & hoc eſt anhelare. Sed occurres, qm̄ vr̄ ꝙ Ariſto. imponat falſum ipſi Platoni. Dicit enim Platonē dixiſſe inſpirationem eſſe aeris calidi introitum, quòd Plato nō dicit, Dicendum ꝙ licet Plato nō expręſſit, cogitur ita dicere, qm̄ dicit. Introitum aeris per poros & pectoris, & carnis eſſe inſpiratione᷑, modo antequā iſte aer ueniat ad cor, & pulmonem, ubi inſpiratio fit, calidus fit, & ſic calidus uidetur tractus, & quantum ad hoc Ariſto. reprehendit Platonem.

*At uero neq; nutricationis gratia reſpirationem fieri exiſtimandum eſt, quaſi ignis interior alatur ſpiritu, & reſpirante quidem homine ceu igni materiam incendio aptiſſimam adijci, alito uero igni expirationem fieri.*

*Sed tamen neq; alimenti gratia exiſtimandum fieri reſpirationem tāquam alito, ſpiritu, eo qui intus igne, & reſpirantę quidem, quemadmodum ſuper ignem hypeccauma adijci, alito autem igne fieri expirationem.*

Superius Ariſto. refutauit opinionem Platonis, qui loquens de inſpiratione, nō dedit cām cur nobis inſit, nunc ponit quādā cām inſpirationis aſſignatā a Platonicis, & eā refellit. Vbi annotatione dignū Platonicos quoſdā dixiſſe inſpirationem fieri in aīalibus, ut ꝑ aerē tractū calᷓm uitale nutriatᷓ, dicebant.n.calᷓm naturale nō mō cibo nutriri, ſed aere tracto ad ipſum etiam. Poſt ꝟo nutritionem, illud aeris, quod reliquū erat, dicebant expirari, ueluti ſuꝑfluitatem. Ariſt. ergo primo proponit falſitatē poſitionis, & dicit. Sed tn̄ neꝗ alimenti gr̄a eſt exiſtimandū fieri reſpirationem, hoc eſt aeris attractione᷑, tāquā alito atꝗ nutrito eo igne, ꝙ eſt intus, ſpiritu.ſ.nouiter tracto.q.d.nō eſt dicendum inſpirationem fieri nutritionis gr̄a, imaginādo ꝙ ignis, ꝙ eſt intus, nutriatur ſpiritu nouiter tractu. Quo aūt ad ꝟba attinet ꝑ ignē, qui eſt intus, intelligit calᷓm naturale, ꝙ more Platonico Ariſto. appellat ignē, ꝑ ſpm̄ ꝟo, aerē nouiter tractum intelligit, & exponit modum hūc, & lege ſic, ita ut ipſo aīali reſpirante.i.aerem trahente, ſuper ignē.ſ.calᷓm naturale dicamꝰ adijci hypeccauma, hoc eſt facile cōbuſtibile, quaſi alimento illi proprio, igne ꝟo & calido naturali alito ac nutrito fieri expiratione᷑ aeris ſuperflui, ꝙ̄ nutritioni fuit abūdās. Quo ꝟo ad ꝟba attinet ꝑ hypeccauma, Ariſt. intelligit aliquid facile inflammabile, & conuertibile in ignem, ut libro meteororum dcm̄ eſt, talē crediderūt eſſe aerē ad calidū naturale noſtrum.



*Eadem enim & ad hunc quoq; ſermonem rurſum dicemus, quæ ad priores adducta ſunt, etenim in cæteris animātibus hoc idem euenire oportebat, aut quod ei proportione reſpōdeat, cū omnia calore uitali prædita ſint.*

*Hæc enim dicemus iterum & ad hunc ſermonem, quæ quidē & ad priores, etenim in alijs animalibus oportebat hoc accidere, aut proportionale huic, omnia enim, habent caliditatem uitalem.*

Contra hāc fictionem obijcit Ariſt. & proponit ſe uelle ea dicere contra hāc fictionem, quæ ſunt dicta contra priores opiniones, & hoc proponit dicēs. Hęc.n.dicemꝰ iterum, & ad hūc ſermonem, & contra hūc ſermonē, quæ ꝙdem & ad priores, & cōtra priores opiniones diximꝰ. Dictum eſt.n.contra Anaxa. & Diogenē ꝙ ſi piſces reſpirāt in aqs, ꝙ cætera etiā in illis reſpirare poterūt. Sic proponit ſe obijcere nūc contra hanc pōnē, hoc eſt eodē loco, qm̄ a pari & a ſimili, ut cōtra illos argumētatus eſt. Tūc argumētatᷓ, ſi aīalibus terreſtribus inſpiratio facta eſt ad nutrimentum calidi naturalis, eodem modo & a pari, & a ſimili, oporteret inſpirationem fieri in piſcibus, & in aīalibus imperfectis, qm̄ oīa hn̄t ſanguinem calᷓm, uel proportionale ſanguini calido, vn̄ dicit. Et.n.in alijs animalibus oportebat hoc accidere, aut ſaltē proportionale huic, omnia enim habent caliditatem uitalem ſanguineā, aut proportionalem illi. Ergo omnia debent inſpirari, ut calidum nutriatur ab inſpirato aere.

*Deinde & quo dicere modo oporteat calorem, & ſpiritu gigni, figmēto perſimile eſt, potius.n.hūc ē cibo fieri uidemus.*

*Deinde et fieri calidum ex ſpiritu quo oportet modo dicere, fictitium: magis enim ex alimento, hoc fieri uidemus.*

Secundo obijcit, ꝙa vr̄ figmētū dicere numerum uitale calidum fieri ex ſpiritu & aere, qm̄ potius uidemus, ex alimento fieri calidum & non ex aere. Expimur.n.aīalia non nutriri aere ſolo, niſi uerum ſit quod dr̄ de chamęleone, quē uidi diu uiuere ſine nutrimento, qm̄ dicit Pliniꝰ libro octauo, ꝙ nutritur aere ſolo, unde dicit. Deinde & fieri calidum ex ſpiritu & aere, qūo oportet dicere, fictitiū vr̄, qm̄ (vt inquit) magis hoc calidum uitale fieri uidemus ex alimento quam ex aere, nec probauit hoc, ſed obſeruatione contentus eſt.

Ca. 33.

*Iuxta quod euenit, ut animal cibum capiat, & excrementū emittat. Hoc autem, in alijs fieri haudquaquā cernimus.*

*Et accidere ſecundum hoc ſuſcipere alimētum, & ſuperfluū emittere. Hoc autem, in alijs non uidemus fieri.*

Vltimo obijcit, qūo opꝫ accidere, ut aīal ſuſcipiat alimētū ex ipſo aere, & ſuꝑfluū poſt digeſtione᷑ emittat, quod quidem in alijs nō uidemus fieri, non.n.entomis & piſcibus uidemus ꝙ nutrianᷓ aere, & poſt digeſtionem aeris ſuperfluum emittant, ergo nec in reſpirantibus hoc eſt poſſibile. Quo ad rōnem attinet aīaduerte, ꝙ alimentū in principio eſt contrarium, & in fine redditur ſimile nutrito, ut dicitur in libro de generatione, et quia in principio eſt cōtrarium, & fit ſimile, in prīcipio eſt impurum, & cōtinuo fit per calidum purius ac purius, hoc enim eſt digerere. Purius autem fieri non pōt, niſi ab eo aliquid ſequeſtretᷓ, qđ autem ſequęſtratur, gręci perittoma, hoc eſt excrementū & ſuperfluum uocant. At cū ex aere non poſſit fieri huiuſmodi excrementum, cum ſit longe purior quouis cibo, ex aere nullum aīal nutriri poterit. Ex his patet primo ꝙ chamęleon non pōt nutriri ex ſolo aere, ut Plinius inquit, qm̄ tunc aer digereretᷓ, & ex digōne fieret excrementum, quod eſt impoſſibile ex aere fieri excrementum. Præterea (ut Ariſto. probat libro de ſenſu & ſenſibili) nutrimentum eſt ſaporoſum, elementum purum non poteſt eſſe ſaporoſum, ſapor.n.eſt qualitas cōſequēs miſtione᷑ ut ibi probat. Ariſto. quoꝗ libro ſecundo de hiſtoria animalium, nō aſſerit chamęleonē nutriri ex aere, immo libro octauo de hiſtoria animalium, aſſerit qđ omne aīal cortice intētū nutritur & oīuorū eſt, nam & carnē ędunt, & herbā. Dicit tn̄ qđ ſerpētes & phalāgia uiuere pn̄t ſine cibo, ut ex his, quæ pigmentarij alunt perpendi pōt. Et ego intellexi ex pſillis, qui ſerpētes ſeruāt. Simili modo chamęleon qm̄ eſt aīal frigidum parum ſanguinis hn̄s, pōt diu uiuere ſine cibo, ut uidi, & ꝑꝑ hoc credit uulgus quod nutritur aere, unde credētes Plinij auctoritati, nihil chamęleon dederūt in cibū, & tādē mortuus eſt. Serpentes q̄ꝫ, ut pſibilli narrāt licet diu ſtēt ſine cibo, tādē pereūt. ſecūdo patet quod ex ſolo odore nō pn̄t nutriri ſpūs (ut uoluit Petrus apponenſis) qm̄ digererenᷓ odores, et ſic fieret ex digōne excremētū. Verum tn̄ eſt ex odoribus ſpūs cōfortari, quoniam odor confortat cor, & ſic confortat ſpiritus. Hactenus de Platonis poſitione.

An aliqđ aīal nutriatur ſolo aere

Cap. 11. Cap 4.

An ex odore ſolo fiat nutritio.

*Diſſeruit autem de reſpiratione & Empedocles, ſed tamen cuius gratia animalibus data ſit, ſilentio præterijt. neq; de omnibus animantibus ſi reſpirent necne, quicquam certum reddidit, atq; ubi de ea ſpiratiōe quæ ꝑ nares fit, locutus eſt de, principe quoq; dixiſſe putauit. Fit autem ſpiratio, & per arteriam ē pectore, & per nares, cæterum animalia, ſpirare ꝑ nares abſque illa non poſſunt, & cum ea deſtituuntur quæ per nares fit, nullum damnum ſentiunt, cum autem ea quæ per arteriam, commoriuntur, natura enim, obiter abutitur ad olfatum in quibuſdam animalibus ſpiratione illa quæ per nares fit.*

*Dicit autem de reſpiratione & Empedocles, non tn̄ & cuius gratia, neq; de omnibus animalibus quicquam facit manifeſtum, ſiue reſpirant, ſiue non, & de ea quæ per nares fit reſpiratione dicens, putat & de principali dicere reſpiratione. Eſt enim & per arteriam, ex pectore reſpiratio, & que per nares, ipſis autē naribus ſine illa, non eſt reſpirare, & ea quidē quæ ꝑ nares fit reſpirati omne, priuata animalia, nihil patiuntur, ea autem quæ ſecundum arteriam, moriuntur, utitur enim natura ex abundanti. ea quæ per nares reſpiratione, ad odoratum quibuſdam animalium.*

Nunc trāſit ad opinionem Empedoclis, & primo præmittit Empe. de reſpiratione dixiſſe, et inquit. Dicit autem de reſpiratione & Empe. uerum ponit primo ſuę opinionis inſufficientias. Quarum prima eſt, qm̄ non dixit cuius gratia reſpiratio aīalibus ineſt, & hoc inquit, nō tn̄ dixit, cuius gr̄a animalibus reſpiratio ineſt, ſecunda inſufficientia eſt, quoniam nō manifeſte determinauit, utrū oīa aīalia reſpirent, uel non, unde inquit. Neꝗ de omnibus aīalibus quicquā facit manifeſtum ſiue reſpirare, ſiue non reſpirare. Tertia inſufficientia eſt, quòd ſolum dixit de reſpiratione quæ fit ꝑ nares, putās & de principali reſpiratione dixiſſe, & hoc inquit, & de ea, quæ per nares fit reſpiratione dicens, putat & de principali dixiſſe. Ergo tertia inſufficientia eſt in eo qđ dicit ſolum de reſpiratione quę fit per nares, putans nullam aliam eſſe, quod falſum eſſe probat, & inquit. Eſt enim & per arteriam, ex pectore reſpiratio, & altera, quæ per nares fit, ergo non tantum reſpiratio, eſt quæ per nares fit. Quarta etiam inſufficientia eſt, quoniā duabus exn̄tibus reſpirationibus.ſ. & quæ per nares, & quæ per arteriam, nō illa quæ per nares principalis eſt, ſed illa, quæ eſt per arteriam, primo ꝙdē, quoniā illa quæ fit ꝑ nares fieri non pōt ſine ea, quæ per arteriam fit, ſiquidem aer, qui per nares inſpiratᷓ ꝑ arteriā permeat. Secūdo qm̄ ſine reſpiratione, quæ per nares fit, animal uiuere, & reſpirare pōt, nō.n.aīalia reſpirantia moriuntur deficiente ea reſpiratione, quæ fit per nares, at ſine reſpiratione, quę arteria fit, nequaquā aīalia reſpirantia uiuere pn̄t. Cauſa aūt

quare ſine ea reſpiratione, quæ p nares fit, uiuere pñt aïa-lia reſpirantia, eſt, quoniã illa data eſt ad duo, ad abũdan-tẽ reſpirationem, & potiſſimum in aïalib⁹ calidiſſimi cor-dis, & ad olfatũ, qm̃ ſunt q̃dã aïalia, quę hñt organũ ol-fatus quadã pellicula coopertũ, ut canes & hoies, & hęc in odorãdo trahunt aerẽ p nares, ut remoueatẽ illa pellicu-la, ut libere odor poſſit attingere ad ſenſum, quędã ũo nõ hñt eam pelliculam, & ideo in odorando nõ trahũt aerẽ per nares, ut aues, & alia huiuſmodi, unde dicit, & lege, ſed principalis eſt, quæ fit per arterias, nam ipſis naribus non ineſt reſpirare ſine illa, cum aer p eãdẽ uiam trãſeat. Deinde dat ſecũdã rõnẽ, & dicit. Et ea q̃dẽ reſpiratione, quæ per nares fit, priuata aïalia nihil patiunt, priuata ũo ea, quę fit ẽm arteriã, moriuntur, & hoc pbat, & dicit. Vti tur. n. natura ea reſpiratione, quę fit p nares ex abũdãti po tiſſimum in his aïalibus, quorum cor eſt calidiſſimum, & etiam ſubaudi illa utitur in q̃buſdã aïalibus ad odoratũ. ſ. quorum olfatorium eſt mẽbrana coopertũ, ut dictum eſt, ue luti & lingua utimur ad guſtũ, & ad loquelam.

*Quocirca, olfatum quidẽ omnia fere animalia participant, ſed ſenſorium non idem omnia obtinent. Verum de his dictum planius alibi eſt.*

*Quapropter, odoratu quidem fere participant omnia ani-malia, eſt autem nõ omnibus idem organum. Dictum eſt autem de ipſis, in alijs planius.*

Ex his quę dixit deducit corollarium, & dicit. Quapro pter odoratu quidem fere participat omnia aïalia, non tñ idem & eodem modo diſpoſitum eſt oïbus organum, qm̃ q̃buſdam eſt pellicula quadã intectum, quibuſdã diſcoop tum (vt dictum eſt) dictum eſt autem de his in alijs plani⁹ ſcilicet libro de ſenſu & ſenſato. Quo uero ad uerba atti net, dicit { odoratu quidẽ fere oïa aïalia participãt, } qm̃ imperfecta odoratu nõ participãt, cum uiuant ſolo tactu, uel tactu, & guſtu ſolis, ut cõchilia, & id genus.

*Porro reſpirationem & expirationem fieri aſſerit, propte-rea q̃ uenæ quædam habeãtur in quibus ineſt quidem ſanguis, non tamen plenæ ſunt eodem, ſed meatus extra prominentes ob tinent, corporis quidem partibus anguſtiores, aeris uero am-pliores. Ideoq; cum ſanguis aptus ſua natura ſit ſurſum et deor ſum moueri, quando deorſum fertur aerem influere & reſpira tionem fieri, quando uero ſurſum commeatur aerem effluere & expirationem committi prædicat, quod ibi euenit ei quod in ua ſis accidit quæ clepſydras uocamus aſſimilans. Inquit enim.*

*Fieri autem ait reſpirationem & expirationem, propterea quod uenæ quædam ſunt in quibus ineſt quidem ſanguis, non ta men plenæ ſunt ſanguine, habent autem poros in eum qui extra aerem, partibus quidem corporis minores, ijs autem quæ aeris maiores. Quapropter ſanguine moueri ſurſum & deorſum na to, deorſum quidem lato influere aerem & fieri reſpirationem, ſurſum autem procedente excidere extra & fieri expirationẽ, aſſimilans quod accidit, clepſydris.*

Cũ narrauit inſufficientiã Empedo. in loquẽdo de reſpi ratione, nunc uult narrare eius poſitionẽ, & primo narrat opinionem, deinde ponit eius uerba, ne quis credat opi-nionẽ hanc ipſe finxiſſe. De prima dicit, fieri aũt reſpiratio nẽ, hoc eſt inſpirationem, & expirationẽ ait. Propterea ꝙ uenę quędã ſunt, ut arteriales, in quibus ineſt quidẽ ſan-guis, quæ tamen non ſunt omnino plenæ ſanguine, & iſtę hñt poros in eum aerem, qui eſt extra, qui pori ſunt mino res partibus corporis, & quaſi inſenſibiles, ijs autem parti bus, quæ ſunt aeris, ſunt maiores, & ita per illos põt ſub-ingredi aer. His ſuppoſitis dat modum q̃uo fiat expiratio, & inſpiratio ẽm Empe. & dicit. Quapropter cum ſanguis ſua natura natus ſit ſurſum & deorſum moueri ad modũ unde, cum ipſe mouetur & ferẽ deorſum ait aerẽ intus per poros influere, ac trahi, & fieri reſpirationem hoc eſt inſpi rationem, cum uero contra ſurſum procedit intumeſcens, & inundans, tunc dicit illum ſanguinem excidere aerẽ ex tra per eoſdem poros, & fieri expirationem, aſſimilãs q̃d accidit clepſydris. Eſt enim clepſydra uas, quo irroramus herbas æſtate, in cuius baſi multa foramina parua ſunt, & in collo unum magnũ quaſi cãna. Cum ergo per foramina parua in trat aqua, aer per ei⁹ cã nam expirat, cũ ũo aq̃ exit per illa foramina, aer inſpiratur, & trahi tur eodẽ modo cũ ſan guis intra uenã mobi-lem, quę dicitur arte-ria, inundat, & intume ſcit, aer per poros ex-truditur, & fit expira-tio, at cum contra detũ meſcit, & deſcẽdit, aer per poros ſubintrat, & fit inſpiratio. Secundũ occurres quoniam Ari ſtoteles uidetur impo-



nere oppoſita ipſi Empedocli, quia primo dixit inſpiratio-nem & expirationem fieri per nares, nunc autem dicit fie ri per poros uenarũ mobilium per hoc ꝙ ſanguis intume-ſcit, & detumeſcit. Dicendum ꝙ Ariſto. uult ꝙ aer trahaẽ per nares, & feratur ad uenas & poros uenarum propter motum ſanguinis, & hæc nõ cõtradicũt. Nã Ariſto. ima-ginatur poros uenarũ eſſe ex ea parte, ad q̃ aer uenit, cum per nares trahitur, ut poſtea uidebiẽ in ũbis Empedoclis. Quo ũo ad uerba attinet, Ariſto. de mente Empedo. dixit { Propterea ꝙ uenę quædam ſunt, in quibus ineſt quidẽ ſanguis } & non dixit omnes uenæ, qm̃ ſolum fortaſſe de uenis pulſatilibus intelligit, quæ dicuntur arterię, in q̃bus ſanguis propter nimiã caliditatem efferueſcẽs, intumeſcit, & detumeſcit, ut poſtea fortaſſe dicetur.

*Hoc trahitur pacto cunctis, & redditur aer*
*Nam partim exangues ad corporis ultima uenæ*
*Tendunt, quarum extrema, caua ſub nare fatiſcunt*
*O ſcillis, adeo ut cruor occultetur, & auræ*
*Inceſſum facilem ualeant præſtare meatus*
*Hinc ubi commotus repetit tener intima ſanguis,*
*Tunc aer feruendo ſubit permultus eodem*
*Aſt ubi ſe ille effert, tum rurſum redditur iſte.*

*Sic autem reſpirant omnia, & expirant, omnibus, deficien-tes ſanguine Carnium cannales, ultimum ſecundum corpus ten duntur. Et in ipſis, oribus ſpiſſis perforatæ ſunt, cannalibus Na rium, ultimæ ſummitates per totum, ita ut limpidum quidem. Occultent, ætheri autem facile iter tranſitibus pateat. Hinc cũ quidem redierit tener ſanguis, Aether æſtuans deſcendet tumo-re magno. Cum autem reſilit, iterum expirat.*

Nũc narrat ũba Empedoclis, quæ ſunt obſcura, propte rea, qm̃ in carmine ſcribunẽ, quę non pñt facile exponi, di cit tñ. Sic autem oïa aïalia hñtia ſanguinẽ & cãpeſtria re ſpirant, hoc eſt inſpirãt, & expirant, ſubaudi qm̃ ipſis om nibus uenæ quę dicuntur ab eo poetice cannales carnium ſunt deficientes ſanguine, nõ oïno ille plenæ, quæ ſecun-dum ultimum corpus earum. ſ. eã ſuperficiẽ, quę ad aerem tractum per nares eſt, tenduntur quaſi inundanęes & intu meſcentes, quę etiam in ipſis oribus ſpiſſis, & paruis, ma ioribus tñ quam ſint partes aeris, perforatæ ſunt ſubaudi poris corrũdẽtibus cannalibus narium, per quæ aer trahi-tur, ſunt autem (ut inquit) ultimæ ſummitates per totum corpus uenarum, intra quas ſummitates pori ſunt, ita ut limpidum aerem & recẽtem trahãt detumeſcente ſangui-ne, & occultẽt, etheri aũt. ſ. aere calefacto facile per eaſdẽ poroſas



poroſas ſummitates pateat iter tranſitibus, hoc eſt in ſuis regreſſibus, ideo concludit totam reſpirationem, & inqt. Hinc cum quidem redierit tenet ſanguis ceſſando a tumo re, ether eſtuans, hoc eſt ꝙ ęſtuabit, tumore magno & fer uore ſanguinis qui ſtatim fiet, deſcendet & ſubintrabit, cũ autem reſilit, et iterum exundabit, iterum expirat, et ſic fit tota re ſpiratio.

*Vt cum clepſydra uirguncula ludit ahena:*
*Quando tubum properat formoſa claudere dextra,*
*Et mox indit aquæ molli quæ corpore conſtat,*
*Nondum in uas penetrat demerſum limpha, ſed ipſam*
*Aeris ingreſſi per denſa foramina moles.*
*Arcet, dum ſtrictam illa uiam patefecerit, at mox,*
*Aere decedente, ſubintrat limpidus humor.*

*Quemadmodum cum puella Clepſydra ludens benemalleati æris. Cum quidem fiſtulæ aperturam obſtruens formoſa manu. In aquæ claræ tinxerit delicatum corpus, Neque in uas adhuc aqua ingreditur, ſed prohibet ipſam Aeris moles intro cadens ad foramina ſpiſſa, Donec releuauerit crebrum fluxum, deinde uero, Spiritu deficiente, ingreditur aqua munda.*

Quod dixerat, demonſtrat per exẽplũ, & dicit. Queãd-modum cum puella clepſydra ludens, quæ eſt de ære be-nemalleato, nam cum puella obſtrũit aperturã fiſtulę, hoc eſt os ſuperi⁹, q̃d eſt cãnę clepſydrę, obſtruit dico ſua for moſa manu, & clepſydram ſic ore obſtructam tinxerit, ac ſubmerſerit in corpus aquę clare, necꝙ adhuc tunc per illa foramina parua, quæ in fundo clepſydræ ſunt, aqua ingre ditur, ſed prohibebit, ipſam aeris moles, qui intro clauſus eſt, cadens ad foramina ſpiſſa, donec releuauerit ab orifi-cio clepſydræ crebrum fluxum aeris auferẽdo formoſam manum, deinde uero, ſpiritu deficiente & exeũte a clepſy-dra, ingreditur aqua munda.

*Contra cum fundum uaſis tenet humor aheni,*
*Et iam uirgo manu tubuli præcluſit hiatum,*
*Tunc imbrem retinet uergens intro exterus aer*
*Ad ſtreperi portas iſthmi, ſuprema tenendo,*
*Dum manus abſcedat, tum contra q̃ prius, intro*
*Aere prorumpente, ſubeffluit imber amenus.*
*Sic tener ille liquor moti per membra cruoris,*
*Quando pedem referens ſubit intima, protinus alter*
*Aeris influxus demittitur agmine magno.*
*At cum ſeſe effert, tum rurſum, expirat abunde.*
*Hæc ille, de reſpiratione prodidit.*

*Eodem aũt modo cum aqua quidem occupat profunda æris, Cannali obſtructo humana manu et poro, Aether deforis intro irruens aquam prohibet. Circa portas iſthmi maleſonantis, ex trema obtinens, Donec manum depoſuerit, tunc autem iterum contra quam prius: Spiritu incidente, ſubeffluit aqua munda. Similiter delicatus ſanguis exundans per membra: Cum quidẽ retroactus redierit ad intimum, Alterum mox reuma deſcendit tumore impetuoſo. Cum autem reſilit, iterum expirat æque po ſtea. Dicit igitur hæc, de reſpiratione.*

Applicat nũc exemplũ, & dicit. Eodẽ aũt modo ſubau di eſt de reſpiratione, ſicut eſt, cũ aqua q̃dẽ occupat pro-fundum æris, tãgendo illius foramina, cannali & poro ob ſtructo ab humana manu, aer intro exiſtens irruens defe-ris quicq̃d ſibi occurrit, prohibet aquam circa portas ob tinens extrema iſthmi maleſonantis, hoc eſt clepſydræ. Sũpſit enim iſthmũ, pro clepſydra, nã iſthmus apud Oui dium ea terrę ſtructura eſt, quę iter porrigit in duo maria, inquit eñi. Qua duo porrectus lõge freta detinet iſthmos. De iſthmo aũt ad Põponium, quare dicit, ꝙ aer prohibet aquam exitẽ ad portas & foramina iſthmi, donec puella manũ depoſuerit, tũc aũt hoc eſt, q̃uãprimum aũt manus cedit, ſpiritu incidente extra, per portas illas ſubeffluit & intrat aqua munda. Sĩr delicatus ſanguis exundans per mẽbra ſubaudi prohibet aerem intrare, ſed cum retractus redierit ad intimum uenæ deponẽdo tumorem, tumore im petuoſo mox alterum reuma, hoc eſt alter fluxus aeris de ſcendit, & fit inſpiratio, cum autẽ reſilit, & iterum intume ſcit ſanguis, reuma aquæ poſtea hoc eſt aer poſtea expirat extra, ſumpſit. n. aquam pro aere de licentia poetica. Tũc epilogat & inquit. Dicit igiẽ hæc Empedo. de reſpiratio-ne, & his carminibus, ubi aïaduerte multa uera metapho-rice, ac improprie accepiſſe Empedo. et multa ad ſonoram orationem, de licentia & uſu orationis poeticæ, Verũ hęc eſt ſumma opinionis.

*At quæ per arteriam aperte reſpirant, per os ſimul & per nares reſpirare ſolent, ut diximus.*

*Reſpirant autem quemadmodum diximus, manifeſte reſpi-rantia per arteriã, & per os ſimul, & per nares.*

Narrata poſitione, & ũbis Empedoclis, nũc uult repro bare illam, & ſupponit primo, ꝙ aïalia quæ per arteriã re ſpirãt, ſimul & ſemel per os & nares reſpirãt, hoc tanquã per ſe notum ſumit, & ratione patet, qm̃ arteria terminaẽ ad nares & ad os ſimul.

*Quare ſi de hac reſpiratione loquatur, ſcrutari neceſſe eſt quo pacto illi dicta cauſa accommodari poſſit, nam econtrario agi uidetur. Siquidem homines, locum cui reſpirandi munus de legatum eſt perinde ut folles in officinis ferrarijs attollendo, re-ſpirant, quãquã conſentaneum erat, ut calor attolleret, & ſan-guis caloris locum occuparet. Eundem uero ut ibi folles depri-mendo atq; profocando, expirant.*

*Quare ſi quidem de hac reſpiratione dicit, neceſſariũ eſt quæ rere q̃uo congruit dicta ratio cauſæ, uidetur enim contrariũ ac cidere. Eleuantes enim locum quemadmodum folles in ærarijs, reſpirant, attollere aũt calidum, rationabile, habere autem ſan guinem, calidi locum. Cõprimentes autẽ & deponentes, quem-admodum ibi folles, expirant.*

Cum ſumpſit reſpirationem, p nares fieri p arteriã, qm̃ ſimul fit cum ea, quę fit per os, nũc reprobat opinionem, & proponit q̃nẽ circa ei⁹ opinionẽ primo, & dicit. Qua-re ſiquidem de hac reſpiratione dicit. ſ. quę fit p arteriam, ut acceptum eſt in ſuppõne, neceſſarium eſt quęrere q̃uo ratio cauſæ quæ dicta eſt ab eo, congruat, his, quę ſubau-di uidemus, & exponit illa, & dicit. Quia vr̃ cõtrariũ acci dere, nam nos eleuantes locum. ſ. pectus ad eleuationẽ pul monis, quẽadmodum, qui folles eleuant in ærarijs, reſpi rant, & probat hoc eſſe rationabile: qm̃ calidum eleuarẽ ſurſum, ut intret frigidum eſt ratiõabile, ſed ſanguis habet calidi locum, ergo rationabile eſt ipſũ eleuari ut intret fri gidum pro refrigerio, unde dicit. Et ſumit autem pro cau-ſali nota hoc pacto, qm̃ calidum attollere, & ſurſum ele-uari rõnabile eſt. Secundum ſubaudi manifeſtum eſt ſan-guinem habere locum & naturam calidi, ergo eſt rationa bile ipſum eleuari ut ſubintret aer frigidus pro refrigera-tione, quare non bene dixit de inſpiratione, deinde oñdit ꝙ nec bene dixit de expiratione, & dicit. Cõprimentes au tẽ homines & deponentes deorſum pectus ad deſcenſum pulmonis expirant, quemadmodum ibi in ærarijs cõpri-mentes folles, et ſic errauit de expiratione.

*Verum folles non per eundem locum aerem excipiunt & re gerunt, reſpirantes uero per eundem.*

*Verumtamen ibi quidem non ſecundum idem ſuſcipiunt ae-rem & iterum emittunt, reſpirantes aũt ſecundum idem.*

Quia comparauit reſpirationem ei tractioni quæ fit p folles, ponit aliquã dñam, & dicit. Verũtñ ibi q̃dẽ. ſ. in fol libus ſuſcipiunt aerem, & iterum emittũt nõ ẽm idẽ fora-men, qm̃ p unum trahitur, per alterũ expellitur. Expelliẽ

enim per fiſtulam, trahit aũt per foramen, quod eſt pelle intectum. At in reſpiratione, ſcd̃m idem qm̃ ſm eãdẽ cannam, & eundem locum, qa a pulmone ſemper expiratio & inſpiratio fit, permutatim tamen, ut dicemus.

*Si uero de illa reſpiratione ſolum quæ per nares fit, plurimum aberrauit, non enim reſpiratio naribus peculiaris eſt, ſed per tractum illum conuallis quæ columellæ adiacet qua parte palatum deſinit perforatis naribus ſpiritus pars altera excurrit, altera per os, egrediens pariter & ingrediens. Quæ igitur ab alijs de ſpiratione dicta ſunt, tot taleiſque uidentur habere difficultates.*

*Si autem de ea quæ ſecundum nares dicit ſola, multum peccauit, non enim eſt reſpiratio narium propria, ſed ſecundũ cannalem qui circa guttur qua extremum palati in ore ſimul perforatis naribus cædit hoc quidem ſpiritus hac, hoc aũt per os, exiens ſimiliter & intrans. Ab alijs igitur dicta de reſpiratione, tales & tot habent difficultates.*

Cum demr̃auit, ꝙ poſitio Empedoclis nõ põt ꝯuenire his, quę uidenť, oſtendit, ꝙ errauit in acceptione reſpirationis, qm̃ accepit acceſſoriã reſpirationẽ, pro principali, & dicit. Si aũt de ea, quę ſecũdum nares eſt, dicit ſola, multum peccauit, nõ.n. eſt reſpiratio nariũ propria, & principalis, ſed acceſſoria, principalis aũt eſt, quę eſt ſecũdũ cannalẽ, q̃ eſt circa guttur, hoc eſt per uocalem arteriã, qua. ſ. parte extremũ palati in ore cędit ſimul perforatis narib⁹, hoc quidẽ ipſius ſpũs hac. ſ. meatibus narium, hoc aũt. ſ. alia pars ſpũs ꝑ os exiens ſilr̃ & intrans. q.d. ſed principalis eſt illa, quę fit per arteriã, quæ a pulmone uſq; ad palatum continuatur, in cuius extremo eſt foramen per quod exit, & intrat aer, hoc pacto ꝙ illius aeris altera pars per os intrat et exit, altera ꝑ nares intrat, & exit. Hęc.n. eſt principalis, illa aũt data ad abũdãtem reſpirationem, & ad facilitatẽ odoratus, ut dcm̃ eſt, & dixit {Si autem de ea quę ſecundum nares dixit ſola} quia fortaſſe Empedo. ut poeta uſus eſt parte pro tota reſpiratione. Tunc epilogat, & inquit. Ab alijs igitur dicta de reſpiratiõe, tales & tot habent difficultates.

*Cum uero antea dictum ſit, uitam & animam calore quodam contineri (non enim concoctio per quam animantes capiũt alimentum, ſine anima & calore abſolui poteſt) quãdoquidem omnia, igni cibum conficiunt.*

*Quoniam autem dictum eſt prius, ꝙ ipſum uiuere et animæ habitio cum caliditate quadam eſt (nam digeſtio per quam alimẽtum fit animalibus. neq; ſine anima, neq; ſine caliditate eſt) igne enim operantur omnia.*

His diſputatis, nũc Ariſto. accedit ad propriam opinionẽ, & primo repetit, quę proximo libello ampliſſime declarauit, ut ſint ſibi ſuppoſitiones pro ueritatis dilucidatione, deinde exequitur. Repetit ergo primo quę dixit, de neceſſitate calidi, & dicit. Qm̃ aũt dcm̃ eſt prius. ſ. proximo libello, ꝙ ipſum uiuere, & ipſa habitio aĩæ in corpore cum caliditate quadam eſt. Cui⁹ cãm repetit, & ṽba ſunt ſuſpenſiua, uſq; ibi {igne.n.} & eſt cã, qm̃ digeſtio, per q̃ alimentum fit animalibus, neq; ſine aĩa, neq; ſine caliditate eſt, ideo cõcludit, ꝙ igne operẽtur, & uiuãt oĩa, hoc eſt ideo fit, ut calido cuncta aĩata uiuãt. Quo aũt ad ṽba attinet, uerbum {enim} nõ reddit cãm, ſed poti⁹ illationis nota eſt, ſignũ aũt qm̃ in antiquis codicibus græcis loco huius ṽbi legitur igitur, & per operari, uiuere intelligit, nã uiuere operari eſt, ut libro ſecundo de aĩa habetur.

*Iccirco in quo primo corporis loco et in qua prima huius loci particula eiuſmodi principium eſſe neceſſarium ſit, ibidem et animam uegetalẽ quæ prima omnium eſt, haberi neceſſe eſt.*

*Propter quod quidem in quo primo loco corporis, & in qua prima loci huius parte principium neceſſarium eſt eſſe tale, hic & primã nutritiuam animã neceſſarium eſt exiſtere.*

Secundo repetit locum aĩę nutritiuę, & dicit ꝙ in quo loco, & in qua loci parte corporis tale calidũ eſt, ibi eſt aĩa nutritiua. unde dicit. Propter qđ quidẽ in quo primo loco totius corporis aĩalis, & in qua prima huius loci parte neceſſarium eſt eſſe tale calidum, hic et primã nutritiuã aĩam neceſſarium eſt exiſtere. Dixit.n. eũdẽ locũ primũ et principalem eſſe calidi, & animę nutritiuæ, eãdẽ etiam loci partẽ amborum. Quo ṽo ad ṽba attinet, dicit in quo primo loco, & in qua prima loci parte, innuens locũ communem, & proprium, & dixit primo, qm̃ aĩa eſt in toto corpore, & in ſingulis partib⁹ corporis, primo tñ & principalr̃ ibi eſt, ubi hmõi calr̃m primo & principalr̃ eſt.

*Hic autem locus, is eſt qui medius eſt inter eum qui cibum recipit, & eum quo excrementum emittitur. Ea igitur particula, in exanguibus nomine uacat, in ſanguineis, cor dici ſolet.*

*Iſte autem eſt, medius locus ſuſcipientis alimentum & ſecundum quem emittunt ſuperfluum. Exanguibus igitur, innominatũ, ſanguinem aũt hñtibus cor, hæc particula eſt.*

Exponit quę dixerat, & primo locũ cõem, & dicit. Iſte autem eſt, medius locus ſuſcipientis alimentum. ſ. partis ſuperioris, & eius loci, ſecundum quem emittunt ſuperfluũ. Locus ergo communis eſt in medio ſuperioris & inferioris. ſ. in pectore, ut dictum eſt. Deinde exponit locum proprium, quę eſt ꝑticula huius loci, & dicit. Sed in exanguibus hęc particula innoĩatũ eſt, & dr̃ emulum cordis, ſanguinem autem hñtibus eſt cor uerum, & naturale. Quo ṽo ad ṽba attinet, illud ṽbum {igr̃} non illatiue, ſed aduerſatiue tenetur, ut patet conſiderantibus.

*Alimentum enim ex quo iam partes animalium fiunt, natura ſanguinis eſt, ſanguinis autem & uenarum generis idem eſſe principium, neceſſe eſt, nam alterum, alterius gratia eſt, nempe quaſi uas & cõceptaculum. Porro uenarum principium, in ſanguineis, cor eſt, non enim per hoc tendunt, ſed ex hoc omnes dependent, quod nobis facile conſtat, ex diſſectionibus.*

*Alimentum enim ex quo iam fiunt partes animalibus, ſanguinis natura eſt, ſanguinis autem & uenarum idem principiũ eſſe, neceſſarium, alterius enim gratia, alterum eſt, ut uas & ſuſcipiens. Principium autem uenarum, ſanguinem habentibus, cor, non enim per hoc, ſed ex hoc protractæ omnes exiſtunt, palam autem hoc nobis, ex anatomis.*

Verbum enim nõ eius, quod proxime dixit, cauſam reddit, ſed eius ꝙ remote dixit. Dixit enim ꝙ principium nutrimenti eſt illudmet quod eſt principium calidi, & ꝙ in eodem eſt nutritiua aĩa, in quo eſt ipſum calidum, nũc hoc probat, et reſoluitur textus in ſyllõs. Primus eſt, ſanguinis & uenarum idem eſt principium; nutrimẽtum eſt ſanguis, ergo nutrimenti & uenarum idem eſt principium. De ſyllogiſmo primo accipit minorem, & dicit. Alimentum.n. ex quo iam fiunt partes in ipſis aĩalibus, ſanguinis natura eſt, hoc eſt, ipſe purus ſanguis eſt, hæc eſt minor. Accipit maiorem, & dicit. Sanguinis autem & uenarum neceſſarium eſt eſſe idem principium, quod probat, quoniam alterum eſt alterius gratia, ut uas & ſuſcipiens ſubaudi eſt gr̃a ſuſcepti. Tunc ſubaudiẽdum eſt, concluſionẽ, igitur nutrimenti, & uenarum idem eſt principium. Secũdus autẽ ſyllogiſmus eſt, uenarum & nutrimenti idem eſt principium, ſed principium uenarum in his, quæ ſanguinẽ habent, eſt cor, quod probat, & inquit. Non enim per hoc tranſeunt uenæ ad aliud membrum, ſed ex hoc omnes uenæ porrectæ exiſtũt ad alia membra, ut ex anathomis patet, igitur principium nutrimenti eſt cor, & ſic patet quòd idem ſit calidi, & nutrimẽti principium, quod fuit acceptum. Quo ṽo ad uerba attinet, dixit {non enim per hoc, ſed ex hoc

protractę



protractæ omnes exiſtunt} qm̃ de rõne originis eſt, ut ultra ipſum nõ ſe extẽdat originatum, ſed ut ab ipſo in cuncta alia deriuetur, & quia uenę nõ penetrãt cor, ſed ꝓcedũt a corde ad ſingulas corporis partes, ideo dixit uenarum principium & originem eſſe cor.

*Cæteræ igitur uires animæ, ſine uegetali eſſe nequeunt, quãobrem, dictum iam eſt in libris de anima. Vegetalis uero, ſine igni naturali, in hac enim parte, natura eam igniuit.*

*Alias igitur uirtutes animæ, impoßibile exiſtere ſine nutritiua, propter quam autem cauſam dictum eſt prius in ijs quæ de anima. Hanc autem, ſine naturali igne, in hoc enim natura igniuit ipſam.*

Infert ex dictis corollarium obiter occurrens, dico obiter occurrens, qm̃ non facit ad factum, ſed breuitate doctrinæ hic permiſceť, & debet legi a primo ad ultimũ hoc pacto, aliæ uirtutes aĩę, ut intellectiua & ſenſitiua nõ pñt eſſe ſine nutritiua, ut patet ĩ libro de anima, ubi dictũ eſt, ꝙ bene nutritiua eſſe poteſt in aliquo ſine illis, illæ autem nulli ineſſe poſſunt ſine nutritiua. Intellectiua quidem nõ poteſt eſſe ſine ſenſitiua, quoniam non eſt intelligere ſine ſenſu, ergo nec intellectiuum ſine ſenſitiuo, ſenſitiua uero non ſine nutritiua, quoniam nõ eſt ſenſitiuum quin uiuat, ergo nec intellectiua, nec ſenſitiua eſt ſine nutritiua. Hanc autem. ſ. nutritiuam ſine naturali igne ſubaudi impoſſibile eſt eſſe. In hoc enim. ſ. naturali igne natura igniuit ipſam, hoc eſt conſtituit, & formauit eam, ergo a primo ad ultimum alię aĩę uirtutes nõ pñt eſſe ſine naturali calido, hoc eſt corollarium obiter interſectum.

*Corrumpitur autem ignis, ut antea dictũ eſt: aut marcore, aut extinctu. Extinctu qdẽ, à cõtrarijs. Quãobrẽ, et uniuerſus & ocyus adhuc diſtractus, ambiente frigore extingui conſueuit. Hæc igitur corruptio, uiolenta ex æquo in inanimis & animatis eſt etenim animal cum gladijs ſecatur, & nimio frigore concreſcit, emoritur. Marcore autem, copia caloris. Si enim circũfuſus aer immodice caleat, & ignis non capiat alimentum, tum igni obuenit ut non à frigore ſuperatus, ſed marcore debilitatus aboleatur.*

*Corruptio autem ignis, quemadmodum dictum eſt prius, extinctio & marcor. Extinctio quidem, quæ à cõtrarijs. Quapropter, & ſubito à continentis frigiditate, & celerius adhuc extinguitur diſtractus. Hæc igitur corruptio, uiolẽta, ſimiliter in inanimatis & animatis eſt, etenim organis diuiſo animali, & congelato propter frigoris excellentiam, moriuntur. Marcor autem, propter multitudinẽ caliditatis. Etenim ſi excedat quod in circuitu calidum, & alimentum non accipiat, corrumpitur quod ignitum, non infrigidatum, ſed marcorem paſſum.*

Tertio repetit diſtinctionem corruptionis, ut ex hac repetat, & concludat neceſſitatem refrigerationis, & dicit. Corruptio autem ignis (ut dictum eſt prius libro proximo) duplex eſt extinctio, & marcor, & exponit ambas, & dicit. Extinctio quidẽ ignis ea eſt, quæ fit a contrarijs, ut a frigido. Inde concludit, quòd hæc uelociter fit, & dicit. Quapropter, & ſubito a continentis frigiditate fit, quando ſcilicet eſt excellens & multum exuperans, & lõge celerius adhuc extinguitur ignis, cum diſtractus, & rarefactus obtinetur a frigido continentis. Tunc rurſus cõcludit quòd hæc corruptio ſit uiolenta, & inquit. Hęc igitur corruptio uiolenta eſt, & non modo in rebus inanimatis, ut in elementis, ſed etiam in rebus animatis, ut in animalibus & plantis. Cuius cauſam affert, quoniam animali unoquoque ſecundum organa diuiſo, & unoquoque congelato, propter frigoris excellentiam, moriuntur animalia omnia. Quo uero ad rem attinet, debes ſcire quòd calidum (ut dictum eſt) bifariam a contrario corrumpitur, uno modo quatenus frigidum agit in humidum ipſum inſpiſſando, & ſic eſt cauſa, ut pereat calidum ſuffocatum ab humido. Aut quatenus per antiperiſtaſim fortificat calidum, quod quidem fortificatum conſumit ſuum humidum, quod erat eius pabulum, quo conſumpto calidũ corrumpitur, & utroque modo tam inanimata quam animalia pereunt. Videmus enim cum animalia diuidũtur in partes organicas, infrigidari, & ſic mori ipſum & eius partes hæc de extinctione. Deinde manifeſtat marcorem, & dicit. Marcor autem, propter multitudinem caliditatis ſubaudi accidit aliquando, & non tantum propter hoc, ſed etiam propter paulatinam exiccationem humidi, & paulatinam infrigiditationem calidi, quę eſt ſeneſcere. Quod autem accidat marcor congregato calido, probat, & dicit. Etenim ſi calidum quod eſt in circuitu excedat, ut in ęſtate, & animal uel planta nõ accipiat alimentum, quo refrigeretur (ut dictum eſt proximo libello) id quod ignitum eſt intus corrumpitur, non quidem extinctum & infrigidatum, ſed marcorem paſſum, hoc eſt corruptionem, quæ nõ eſt a contrario, ſed uia ſuffocationis.

*Quare neceſſarium eſt ut refrigeratio adhibeatur, ſi ſeruari debeat, ea enim, contra hanc corruptionẽ auxilio eſt.*

*Quare neceſſe eſt fieri refrigerationem, ſi debeat ſalutẽ adipiſci, hoc.n. auxiliatur ad hanc corruptionem.*

Nunc repetit, & concludit ex dictis neceſſitatem refrigerationis, & dicit. Quare ſi debeat calidum ſalutem adipiſci neceſſe eſt refrigerationem eſſe in omni uiuente. Cuius cauſam dicit. Hoc enim ſcilicet refrigeratio auxiliať ad hãc corruptionem, hoc eſt contra hanc corruptionem quæ eſt ſuffocatio, & dixit {ſi debeat ſalutem adipiſci} qm̃ refrigeratio non eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed ex ſuppoſitione, ſi calr̃m debeat ſalutẽ adipiſci.

*Sed cum animalium alia aquatilia ſint, alia in terra degũt, inter hæc quæ parua admodum ſunt, quæq; ſanguine carent, ea continẽte uel aere uel aqua ſatis refrigerari poßunt ad hãc corruptionem euitandam, nam cum calorem habeant exiguũ tmodico egent auxilio. Quamobrem, & his ferè omnibus uita breui temporis ſpatio præſcribitur, utroq; enim, ꝙ parua ſint, uergere ſolent.*

*Quoniam autem animalium hæc quidẽ aquatilia ſunt, hæc autem in terra faciunt conuerſationem, horum paruis quidem omnino & exanguibus facta ex cõtinente aut aqua aut aere infrigidatio, ſufficiens eſt ad auxilium corruptionis huius: modicum enim habentia calorem, modico indigent auxilio. Quapropter, & breuis uitæ fere omnia talia ſunt, ad ambo enim exiſtẽtia modicã ſortiuntur inclinationem.*

His reſumptis ueluti proloquijs neceſſarijs, nunc accedit ad ſuam opinionem. Vbi animaduerſione dignum qđ animalium quædam ſunt aquatilia, quædam campeſtria, & utraque alia ſunt exanguia, alia uero ſanguinem habentia & exanguia, alia ſunt breuis uitæ, alia uitę longioris. Tunc hac diuiſione ſubintellecta, ponit cõcluſiones, quarum prima eſt, animalia exanguia ſiue aquatilia ſiue campeſtria, quæ mole parua ſunt, & uitæ breuis, ex continente refrigerantur, ſiue continens ſit aer, ſiue aqua. Hãc cõcluſionem ponit, & dicit. Quoniam autem animaliũ hęc quidem aquatilia ſunt, hæc autem in terra faciunt conuerſationem, ut campeſtria, horum paruis quidem omnino mole & uita, & exanguibus refrigeratio facta ex continente, ſiue continens ſit aqua, ubi ipſa aquatilia ſunt, ſiue continens ſit aer, ubi ipſa campeſtria ſunt, ſufficiens eſt ad auxilium corruptionis huius, hoc eſt ne præter tempus celerius corrumpantur, hæc eſt concluſio. Quo uero ad uerba attinet dixit {paruis} ſcilicet corpore & uita, quoniã ut in pluribus parua animalia paruo tempore uiuunt, ut dictum eſt libro de longitudine uitę. Dixit autem {exangui-

bus } quoniam nūc loquimur in exanguibus, poſtea uero de ſanguinem habentibus. Deinde probat concluſionem, & dicit. Modicum enim habentia calorem. ſ. in quanto & quali, modico indigent auxilio refrigerationis in quanto & quali, & ſic ſufficiens uidetur refrigeratio continentis. Tacuit autem refrigerationem, quæ fit per aſſumptionem nutrimenti, quoniam illa intelligitur in omni uiuente, expræſſit autem, eam, quæ non eſt æqualis in omni uiuente. Secundo idem probat ex eo quia tali animalia ſunt breuis uitæ, & ſic cum ſint breuis uitæ, & parui caloris, paruo egent auxilio. Quo autem ad cōtextum uerborum lege, quapropter pro pręterea, hoc pacto, pręterea, & breuis uitæ fere omnia talia exanguia & parua animalia ſunt, ergo & paruo auxilio refrigerationis indigēt, quoniam ad ambo exiſtentia parua ſcilicet ad uitam & ad calidū ſortiuntur etiam modicam inclinationem, hoc eſt paruū auxiliū, quo ipſa inclinentur ad uiuendum. Dixit autem { & breuis uitæ fere omnia talia ſunt } propter apes, quæ ſunt paruæ & exangues, & tamen uiuunt longam uitam ſcilicet ſeptem annis, quoniam habent calidum & humidum bene proportionatur ut libro de longitudine dictum eſt, & dicemus.

*Quæcūq; autem ex inſectorum genere uiuaciora ſunt (inſecta enim omnia, ſanguine carent) his corpus ſub ſepto trāſuerſo præcinctum diſtinguitur, ut per membranam ſubtiliuſculam refrigerentur, nam quæ calidiora ſunt, ampliori refrigeratione indigent, ut apes, quædam enim apes, ſeptenos annos uiuūt. Et etiam cætera quæcūq; bombos elidunt, ut ueſpæ, ſcarabei, & cicadæ, nam murmur illud, ſpiritu, dum quaſi anhelant, ciere ſolent.*

*Quæcūq; aūt longioris uitæ entomorum (exanguia enim ſunt, omnia entoma) his ſub diazomate diuiſum eſt, ut per ſubtiliorem exiſtentem pelliculam infrigidentur, magis enim exiſtentia calida, ampliori indigent refrigeratione, uelut apes, apum enim quædam, uiuunt etiam ſeptem annis. Et alia autem quæcūq; ſonant, ut ueſpæ, & melolonthæ, & cicadæ, etenim ſonum faciunt, ſpiritu, uelut anhelantia,*

Cum egiſſet de modo refrigerandi proprio animalibus entomis, quæ ſunt uitæ breuis, nunc agit de refrigeratione, quæ propria eſt entomis, quæ ſunt longioris uitę & ponit ſecundam concluſionem ſcilicet ꝙ entoma longioris uitæ egent refrigeratione quæ fit motu mēbranę, & dicit. Quæcūq; autem entomorum ſunt lōgioris uitæ, & ſubaudi exanguia, dico ſubaudi exāguia, qa omnia entoma ſunt exanguia, his ſub diaçomate diuiſum eſt. Eſt enim in toto ſepto tranſuerſo membrana quędā, per q̄ in ipſis aīalib⁹ naturalia mēbra a ſpiritualibus diuiſa ſunt, ut per talē pelliculā ſubtiliorem exiſtentē infrigidentur. In hac pte. n. attingit aer, & eā infrigidat, hæc aūt infrigidata infrigidat aliā partem, et illa alia uſq; ad eam partem, quę eſt caloris fons. Et uolentia adhuc hr̄e maiorē refrigerationem mouent illam pelliculam agitando eam uelociter ad aerem, ut inde refrigerentur magis, nam licet motus calorem efficiat, aer tamen ſi quieſceret iuxta illam pelliculam, calefieret ab ipſo animal, & ſic per illum non amplius refrigeraret, quia uero per illum motum aer calefactus ab animali repellitur, & recens aduenit, inde ex motu aeris refrigeratio fit, hinc cicadæ cum cantant, mouentur fortiter ſecundum partem inferiorem, ut ex motu aeris, & illius frequēti innouatione, refrigerētur. Quod uero huiuſmodi animalia egeant hac maiori refrigeratione quā entoma, quę parua ſunt, & breuis uitæ, probat Ariſt. & dicit. Magis enim exiſtentia calida hæc quæ ſunt longioris uitæ, ampliori indigent refrigeratione, & ſic non ſolum per ipſum cōtinēs, ſed etiam per mēbranæ motum, & refrigerationem refrigerantur, uelut apes, quæ ſunt lōgioris uitę quā animalia illa parua, de quibus diximus, nam (vt, inquit) quædam apum uiuunt etiam ſeptem annis, & quandoque decem, ut Plinius inquit. Et non ſolum apes indigent huiuſmodi refrigeratione maiore, ſed etiā alia quęcūq; ſonāt, ut ueſpę, & melolonthæ, & cicadæ. Quo uero ad ꝟba attinet, diaçoma græce, latinę ſubcinctoriū, uel ſeptū trāſuerſum, nā eſt locus, quo ſpiritualia a naturalibus diuiduntur. Melolonthę ꝟo, ſcarabei dicuntur, qui etiam galleruçę appellari ſolent. Quod autem mēbrana illa moueatur, probat, & dicit. Etenim ſonum faciunt, ſpiritu mouente illam membranam, uelut anhelantia, quæ mouent pulmonem, ita enī hęc dilatant, & conſtringūt hanc membranam ſpiritu innato, qui a fonte caloris oritur, ſicut animalia habētia ſanguinem dilatant, & conſtringunt pulmonem, uerum habentia ſanguinem trahunt aerem ab extra ad pulmonem, hæc trahūt aerem ab extra ad mēbranam.

*Eo enim ſpiritu qui in ipſo ſepto tranſuerſo inſitus eſt, dum ſeſe attollit ac per uices ſubſidet, attritum ad membranam fieri contingit, ſiquidem ea hunc locum mouent, ſicut quæ ſpiritū extrinſecus trahunt, pulmonem thoracem, & piſces, brāchijs caput agitant, haud enim magnopere ſecius euenit, atq; ſiquis aliqua ex ijs quæ ſpirant ſuffocare nitatur, ore compræſſo obturatoq;, etenim hæc, pulmonis opera pectus attollent. Verū eiuſmodi motu hæc ſatis refrigerari non pn̄t, illa poſſunt.*

*In ipſo enim ſuccinctorio inſito ſpiritu eleuato & depreſſo, accidit ad pelliculam fieri detritionem, mouēt enim locum hūc, quemadmodum reſpirantia deforis pulmone, & piſces branchijs, ſimile enim accidit, atq; ſi quis aliqua reſpirantium ſuffocet, os tenens, etenim hæc, facient pulmone eleuationem hāc. Sed his quidem, non ſufficientem facit talis motus refrigerationem, illis autem ſufficientem.*

Accepit duo, primum ꝙ membrana illa ꝑ quam refrigerant̄, mouetur motu dilatationis & conſtrictionis, ut refrigerentur animalia innouatione aeris membranam continentis (ut dictum eſt.) Secundo accepit, motu aeris innati ad membranam illam percutientis fieri bōbum. Ariſtoteles ergo hæc duo declarat, & primo q̄uo mouetur hæc membrana & a quo, & dicit, & continuetur ſic bene diximus membranam moueri dilatatione & conſtrictione, nā in ipſo ſubcinctorio, inſito ſpiritu eleuato quaſi intumeſcēte, & depręſſo quaſi conſtricto, accidit ad pelliculam fieri attritionē. Exponit autem modum motus, & dicit. Mouent enim hunc locum inſecta dilatatione & conſtrictione ſpiritus, quemadmodum reſpirantia deforis mouent locū exteriorem pulmonē, & piſces branchijs. Et per inſpirātia intellexit refrigerata deforis, tā quę aerem, q̄ quę aqua refrigerantur, hæc enim mouent locū exteriorem campeſtria quidem pulmone, piſces ꝟo branchijs. Exponit quæ dixit per exemplum & dicit, ꝙ accidit ſic̄e in huiuſmodi entomis ueluti, ſi in aquis exiſtens aliquod animalium reſpirantium intendens euitarē ſuffocationem claudēdo os, & nares, eleuet pulmonem & pectus propter refrigerationis indigentiam, unde dicit. Simile enim accidit, atq; ſiqs ſuffocet aliqua animalia de numero reſpirātium tenēs os eorum ſub aquis. Etenim hæc animalia uolētia euitare ſuffocationem, pulmone dilatato intus, ut refrigerentur, faciunt hanc eleuationem, quam uidētur facere inſecta pro refrigeratione. Verum (ut inquit) differentia eſt, quoniā his quidem, quorum os ſubmerſum tenetur in aquis, talis motus pulmonis non facit ſufficientem refrigerationem, motos uero membranæ factus a ſpiritu innato illis inſectis refrigerationem facit ſufficiētem, qm̄ inſecta ſunt minus calida, illa uero calidiora.

*Atq; attritu ſpiritus ad membranam ſtrepitum ædunt, ſicut diximus, haud diſſimilem ei quem pueri per arundines perforatas ſuperpoſita tenui mēbrana emittūt, ob id enim, & cicadæ illæ quæ canunt, canere ſolent, ſunt enim calidiores, & ſub præcinctu diuiduæ, quæ aūt non canunt, indiuiduæ.*

Et concuſſione



*Et concuſſione ad pelliculam faciunt bombum, quemadmodum diximus: qualem per calamos perforatos pueri, quando ſuperpoſuerunt pelliculam ſubtilem. propter hoc enim: & cicadarum cantantes, cantant. calidiores enim ſunt: & diuiſum eſt ipſis ſub ſubcinctorio. non cantantibus autem: hoc eſt non ſciſſum.*

Nunc declarat ſecundum. ſ. quomodo motu ſpiritus innati ad membranam ſecundum dilatationem & cōſtrictionem fit bombus, & dicit. Et concusſione ſpiritus ad pelliculam hęc animalia faciunt bombum, ut dictum eſt, qualem per calamos perforatos faciunt pueri, quando orificijs illorum, ſuperpoſuerint pelliculam ſubtilem: pueri enim ſufflantes per perforatas arundines tenui membrana ſuperpoſita, coopertos, bombum faciūt ſonorum: propter hoc enim & cicadarum quæ cātant, hoc pacto cantant: ſunt enim cicadæ calidiores, ſignū autem: quia, ut refrigerentur in cantu: mouent partē inferiorem, & propter hoc diuiſum eſt ipſis ſubcinctorium: non cantātibus aūt, hoc non eſt ſciſſum. Quo uero ad uerba attinet, aīaduerte ꝙ uerba illa { non cātantibus autem } poſſunt referri ad cicadas, ita ut duplex ſit cicadarum genus alterū cantantium, & hæ habent ſeptum tranſuerſum, alterum non cantantium, & tales uult non habere ſeptum trāſuerſum: uel poſſūnt referri ad alia inſecta, ut ſit ſenſus, inſectis autem non cantantibus ut muſcæ, & formicæ, & id genus, hoc ſeptum tranſuerſum non eſt ſciſſum. Animaduerte ſecundum Themiſtium libro primo de ſomno cap. II. quòd inſectorum quædam bombum ædunt cum aerem innatū terunt ad pelliculam, ut cicadę & apes commouent̄: quędam bombum ædunt attritione aeris exterioris percutientis ad membranam: quędam (ut alij dicunt) ſonant cum terunt aerem exteriorem alis, ut apparet in muſca, quæ cum per unam alam tenetur ſonat per aliam, quæ in aere mouetur.

*Quinetiam e ſanguineis, & pulmonem quidem habentibus ſed parum ſanguinis nactum fungoſumque: nonnulla irreſpiranter longo temporis ſpatio uiuere poſſunt. quòd eorum pulmo multum attollatur: cum parum ſanguinis ac humoris contineat. quandoquidem propria pulmonis agitatio: ad longum tempus ſatis refrigerare poteſt. Tandem uero non poſſunt: ſed ſuffocantur non reſpirando, quemadmodum etiam ante diximus. Ea enim corruptio quæ marcore ob refrigerationis penuriam fit: ſuffocatio uocari ſolet. & quæ ita intereunt: ea ſuffocari dicimus.*

*Et ſanguinem autem habentium, & pulmonem habentium: pauci autem ſanguinis habentium & inanem: quædam horum multo tempore poſſunt ſine reſpiratione uiuere. quia pulmo eleuationem habet multam: paucum habens ſanguinem & humidum. proprius enim motus: ad multum tempus ſufficit refrigerans. Tandem autem non poſſunt: ſed ſuffocantur non reſpirantia, quemadmodum dictum eſt & prius. Marcoris enim, quæ propter non refrigerationem corruptio: uocatur ſuffocatio. & ſic corrupta: ſuffocari dicimus.*

Hic declarat, quod quædam animalia reſpirantia diu poſſunt uiuere ſine reſpiratione. Sed unde ad declarādum hoc ueniat, & quam ob cauſam cum loquatur de inſectis interponat de ſanguineis, non eſt clara ratio. Aluernus Philoſophiæ peripateticæ non ignarus, ait Ariſtotelem uenire ad hoc, ut compleat declarationem eius, quod ſuperius cœpit in principio libri, cum dixit. Alique minus reſpirare. Quod non mihi placet, quoniam non eſt conſuetudo Ariſtotelis poſt tantum interuallum redire, & potiſſimum interponendo inter ſermonem unum, qui eſt de una re: ut patet his, qui legerunt Ariſtotelis libros. melius igitur uidetur eſſe dicendum quod cum cœpit dicere de refrigeratione, & proceſſit augēdo in animalibus reſpirationem. Dixit enim ꝙ quædam refrigerantur continente tātum: quoniam modici caloris ſunt: quædam refrigerātur membrana, quoniam maioris calidi ſunt: nunc ponit, quæ adhuc maiore refrigeratione indigent, & ſunt ea: quæ ſanguinem habēt, & pulmonem, uerum ſunt pauci ſanguinis, & pulmonem habent parum ſanguineum.

Et hæc eſt tertia concluſio ꝙ animalia ſanguinea: quę tamen pulmonem pauci ſanguinis, & uacuum habent, indigent maiore refrigeratione quā per motum membranæ, unde dicit. Et ſanguinem autem habentium, & pulmonem habentium, ea tamen quæ habēt pulmonem pauci ſanguinis, & inanem, quoniam ſpongioſum & multarum uacuitatum: ut quæ oua pariunt, ut ranæ, & mures fluuiales, id genus, quædam horum multo tempore poſſunt ſine reſpiratione uiuere, & dixit { quædam horum } quoniam non niſi illa de numero horum: que oua pariūt, quæq; pulmonem habent fungoſum: ut dictum eſt ſuperius. Cuius cauſam dicit, quia pulmo horum parum ſanguinis & humoris habens eleuationem habet multā propter eius ſpongioſitatem, cauſa autem, quoniam motus proprius pulmonis ſine tractione noui aeris ad multum tempus eſt ſufficiens refrigerare. Et ne quis dicat cur pro toto uitæ tempore non ſufficit una reſpiratio, propterea dicit. Tādem autem pro toto uitæ tempore non poſſunt, ſed ſi diutius teneantur in aquis non reſpirantia ſuffocantur: ut dictum eſt prius. Dictum eſt enim ſuperius, ꝙ ea marcoris corruptio, quæ fit propter refrigerationis carentiam: uocatur ſuffocatio, & ea: quæ ſic corrumpūtur ſine refrigeratione ſuffocari dicimus. Quo ad uerba attinet, ſuffocatio græce eſt, πνῖξις. eſt autem ſuffocari obſtrictis faucibus ſpiritum præcludere, unde Ouidius. Suffocent animam dira uenena tuā. deducitur autem a ſub ꝙ faux. Melius autē ſuffocari deducitur a ſub, & foco, quaſi ſub foco focum adhuc addere: quotiens enim calido additur calidum animal ſuffocatur, additur autē calidum calido, cum non conuenienter animalis præcordia refrigerantur: & dixit ea marcoris ſpecies, quę fit per carentiam refrigerationis, quoniam duplex eſt marcoris ſpecies, altera ſubitaria quæ dicitur ſuffocatio: & hęc fit carentia refrigerationis, altera fit paulatine, & hæc dicitur naturalis corruptio (ut dictum eſt) quoniam fit per paulatinam humidi exiccationem.

*Porro inſecta non ſpirare dictum quidem eſt etiam prius: ſed hoc apertum uel in puſillis eſt, ut muſcis & apibus. quippe quæ diu in humore ſupernatant: niſi frigidus admodū, aut calidus ſit. atqui quæ uireis habent exiguas: crębriorem ſibi requirunt ſpirationem. Verum ſimul ac uēter aqua oppletur, & humor corrumpitur quem ſeptum tranſuerſum continet: ea intereunt, & ſuffocari dicuntur. Vnde etiam fit, ut ſi diutile cinere operiantur, poſtea reſurgant reuiuiſcantq;.*

*Quòd autem non reſpirant entoma animalium, dictum quidem eſt & prius: manifeſtū autem eſt & in paruis animalibus, puta muſcis & apibus. in humidis enim multo tempore innatant: ſi nō ualde ſit calidū, aut frigidum. quāuis modicā habentia uirtutē: ſpiſſius exigunt reſpirare. Sed corrūpuntur hæc, et dicūtur ſuffocari: repleto uētre, & corrupto humido qd' in ſuccinctorio. Quapropter: & in cinere demorata, reſurgunt.*

Quia accepit entoma non reſpirare, ſed refrigerari dilatatione, & cōſtrictione membranæ ad aerem exteriorem, hoc declarat in aliquibus: & dicit. Quòd autem non reſpirent entoma animalium, dictum quidem eſt & prius. Manifeſtum autē eſt & in paruis animalibus, ut in muſcis & apibus: quoniam in humido multo tempore innatant modo humidum nec ualde calidum, nec ualde frigidum ſit. quoniam ubi eſſet aut calidum ualde, aut frigidum ualde morerētur in humido: approbat ſignum & dicit, ſubaudi dico ꝙ non reſpirant, quoniam quāuis ſint habentia uirtutem ſpiſſius exigerēt reſpirare quā tempus eſſet in quo

in humido detinentur: quantumuis enim parum reſpirantia, non poſſent tamdiu in humido ſtare ſine reſpiratione. Sed dices hæc in humido uidentur corrupta, ergo reſpirare. Reſpondet, ꝙ hæc corrumpuntur, & dicuntur ſuffocari repleto uẽtre, & corrupto humido qđ in ſuccinctorio eſt, ſubaudiendum ſed in humido non ſemper corrumpitur humidum nec ſcinditur ſuccinctorium, ſed quandoq; humectatur nimis pellicula, & inde hebetatur calidum & uidentur mortua: ſignum autem, quoniam & in cinere demorata, reſurgunt. Quo uero ad contextum attinet, Ariſtoteles primo ponit dubitationem & inquit. Sed corrumpuntur hęc in humido, & dicuntur ſuffocari repleto uentre ſuperflua humiditate, & corrupto humido, hoc eſt ſpiritu, quod eſt in ſuccinctorio: ergo reſpirãt, quoniam ſi non reſpirarent non morerentur in humido: uult ſubaudiendum eſſe reſpirationem, quòd ſcilicet non ſemper moriuntur in humido, niſi in caſu: quo pellicula ſcinderetur, & humidum innatum corrumperetur, aliquando tamen membrana humectatur, & calidum hebetatur: & uidentur mortua: ꝙ declarat, & dicit. Quapropter & in cinere demorata, reſurgunt.

*Quinetiam e genere aquatili: quæ ſanguine carent, ea diutius in aere uiuunt, quàm quæ ſanguine prædita mare recipiunt. ut piſces. nam quia parum caloris obtinẽt: aere ſatis ad longum tempus refrigerantur, ut cruſtacea & polypi. Non tamen ad poſtremum uiuere ſufficiunt: propterea quòd exiguum calorem habeant. quandoquidem & piſcium plurimi in terra, ſed immobiles, uiuũt: & defoßi reperiuntur. quæ enim nullum prorſus, aut certe exanguem habent pulmonem: ea refrigeratione minus indigent. De ijs igitur quæ ſanguine carent, alijs continentem aerem, alijs humorem auxilio eſſe ut uitam tueantur & conſeruent: dictum eſt.*

*Et eorum autem quæ in humido uiuunt: quæcunque exanguia, pluri tempore uiuunt in aere, ſanguinem habentibus & ſuſcipientibus mare, utputa piſcibus. propterea enim quòd habent modicum calidum: aer eſt ſufficiens ad multum tempus refrigerare, utputa malacoſtracis & polypodibus. Non tamen in finem ſufficiunt ad uiuendum: quia ſunt pauci caloris. quoniam & piſcium multi uiuunt in terra, immobiles tamen: & inueniuntur defoßi. quæcunque enim non totaliter habent pulmonem, aut exãguem: minus indigent refrigeratione. De exanguibus igitur, quòd his quidem continens aer, his autem humidum auxiliatur ad uitam: dictum eſt.*

Obiter ad dicta comparat aquatilia exanguia ad aquatilia ſanguinea, & dicit. Et eorum quę in humido uiuunt, ut aquatilia quæcunq; exanguia ſunt, pluri tẽpore uiuunt in aere, ſanguinem habẽtibus, quæ mare ſuſcipiunt, & habitant, ut ſunt piſces: & ſic habetur quaſi quarta concluſio. Cuius etiam cauſam affert, & dicit. Propterea enim ꝙ habeant modicum calidum, cum ſint exãguia, aer eſt ſufficiens ad multum tempus illa refrigerare, utputa malacoſtracis, ut locuſtis, & gammaris, & polypodibus, non tamen ita ſufficiens, ut totam uitam quæ ſibi ſecundum ſpeciem data eſt, in aere agere poſſint, quamuis ſint pauci caloris. Et ꝙ ita ſit probat per aliud, quoniam & piſcium multi uiuunt in terra ſubfoſſi, immobiles tamen, nõ enim poſſunt moueri per uiſcera terra: cuius ſignum eſt quoniã inueniuntur defoſſi in multis terræ partibus, in quibus ſunt apti uiuere: ibi enim naſcuntur ex putrefactione, & ibi uiuunt, quod non eſſet niſi poſſent refrigerari per aliud quàm per aquam. Et cauſam affert, & dicit. Quęcunque enim non omnino habẽt pulmonem, aut ſi habent, habẽt exanguem minus indiget refrigeratione, & ſic cum tales piſces non habeant omnino pulmonem, uidentur poſſe uiuere ſine refrigeratione aquę. Tunc epilogat & dicit. De exanguibus igitur, ꝙ his quidem continens aer, his autem humidum auxilietur ad uitam. Manifeſtum eſt, & dictum eſt.

*At ex ijs quæ ſanguine prædita ſunt, & cor habent: quæ pulmonem ſortiuntur, omnia aerem recipiunt, & ſpiritum trahendo reddendoque refrigerantur.*

*Sanguinem autem habentibus, & habentibus cor: quæcunque quidem ipſorum habent pulmonem, omnia ſuſcipiunt aerem, & refrigerationem faciunt per reſpirationem & expirationem.*

Hactenus de refrigeratione exanguium: nunc proficiſcitur ad refrigerationem habentium ſanguinẽ: ubi attentione dignum ea, quæ ſanguinem habent, omnia habere uenas & cor: uenas quidem, ut conceptacula ſanguinis: cor uero, ut principium & originem uenarũ & ſanguinis. Verum ea quæ habent cor, ſanguinem, & uenas, alia habent pulmonem, alia habent brãchias, quæ ſunt luco pulmonis. Tunc his acceptis, ponit primam concluſionem, & eſt hæc, quęcunq; habẽtium cor & ſanguinem, habẽt pulmonem, omnia hæc reſpirant, hoc eſt expirant, & inſpirant. Primo ergo ponit cõcluſionem. ſecundo exponit quę habentium ſanguinem pulmonem habent. De prima parte dicit. Sanguinem autem habentibus, & habentibus cor hoc eſt, cum quęcunq; habẽt ſanguinem, habeãt cor, quęcunq; quidem ipſorum habent pulmonem, omnia ſuſcipiunt aerem, & omnia refrigerationem faciunt per reſpirationem, quę eſt aeris tractio: & per expirationem, quæ eſt aeris expulſio.

Quare illa habẽtia cor & ſanguinẽ [illegible] aerẽ [illegible] gerentur,

Hanc concluſionem Ariſtoteles non probat hic, ſed ex dictis probata eſt, quoniam quæcunque animalia cor & ſanguinem habent, multam habent caliditatem, ergo multa egent refrigeratione, multa autem refrigeratio eſt in magnitudine, & in numero. In numero quidem multa refrigeratio dicitur frequens, in magnitudine uero dicitur magna: ergo huiuſmodi animalia indigent frequenti & magna refrigeratione. Frequens refrigeratio non poteſt fieri per aquam: tum quia aqua non facile trahitur, nec facile expellitur: tum uel maxime, quoniam aqua non facile expanditur ſupra pulmone, neque facile readunatur, ut expellatur. Magna minime: quoniã cum pulmo ſit membrum imbecille, non pollens aquam multam non poſſet expellere propter illius pondus, & grauitatem. ergo frequens, & magna non poteſt fieri niſi per aerem, primo quia facile heret pulmoni, & præcordijs, & facile diſiungitur. Secundo quoniam minus permiſcetur ſanguini, & ſic poteſt refrigerare eum, & deinde non permiſtus ſanguini poteſt expelli. Sed dices cur in reſpirantibus refrigeratio non fit per contagionem, ueluti in piſcibus: in quibus branchiæ primo infrigidatæ, infrigidant per contagionem partes uicinæ uſque ad prǫcordia, & non per ingreſſum aquę ad præcordia: ſic enim poſſet dici in reſpirantibus partes exteriores ab aqua infrigidari: deinde per contagionem omnes alias uſque ad cor. Dicẽdum (ut poſtea dicemus) quòd in animalibus quæ habent cor, & pulmonem, & ſanguinem non ſufficit infrigidatio per contagionem: quoniam ſunt hęc animalia multæ caliditatis, quæ non tam leui refrigeratione poſſunt refrigerari. Præterea hæc contagio augeret potius calidum per antiperiſtaſim: circundans enim aqua ipſum calidum reuerberaret illud ad præcordia & uniret, & ita eſſet cauſa uelocis ſuffocationis, ut etiam experientia docet.

Dubitatio de refrigeratione [illegible] cõtagione

*Pulmonem autem habent: & uiuipera intra ſe & non ſolum foris (nam chartilaginea: uiuipera quidem ſunt, ſed non intra ſe) & ouiperorum tam alata ut aues quàm corticata ut teſtudines, lacerti, ſerpentes. Verum illa, pulmonẽ habent ſanguineum: horum uero plurima, fungoſum.*

*Habent autem pulmonem: & animalificantia in ſelpſis & non deforis ſolum (chartilaginea enim, animalificãt quidẽ, ſed non in ſeipſis) & ouificantiũ & pennata ut aues, & pholidota ut tortucæ & lacertæ & ſerpentes. Illa igitur ſanguineum: horum autem plurima pulmonem habent inanem.*

Exponit quæ animalia pulmonẽ habent, & dicit ꝙ habent pulmonem nõ ſolum, quæ deforis pariunt, ut ouipera, ſed etiam quæ in ſeipſis fætum gerunt in utero, ut uiuipera. unde dicit. Habent autem pulmonem, & animalificantia in ſeipſis, quæ animal ferunt, & uiuum in utero, & non ſolum quæ deforis ædũt, ut ouipera: & probat quaſi a minore, & dicit. Chartilaginea. n. ut teſtudines animalificant qdem, ſed nõ in ſeipſis, ſed oua pariunt, & hñt pulmonem, de quibus minus uidetᷣ, cum ſint frigidiora cæteris. ergo a fortiori pulmonem hñt, quæ animal pariunt: cũ ſint chartilagineis calidiora. Quo uero ad uerba attinet, animaduerſione dignum, ꝙ animalium quæ cor, & ſanguinem habent, alia dicuntur ouipera: quæ oua pariũt, & non animal in utero gerunt. Quædam dicuntur uiuipera: quæ uiuum pariunt, & animal in utero gerunt. Cauſa eſt, qm̃ quædam hñt calidum non multum, quod non ſufficeret ad digerendum cibum pro ipſis, & pro fætu in utero exiſtente: ideo primo intra ſe ouum faciunt: deinde extra ædunt, ut ab illo animal fiat, quod ſtatim alimentum accipere poſſit. Alia hñt calidum ſufficiens ad digerendũ cibum pro ipſis, & pro fætu in utero exiſtẽte: & hæc dicuntur uiuipera & animal gerentia & parientia. Vtraq; ergo pulmonem habere aſſerit, qm̃ in utriſq; calidum eſt, gratia cuius pulmo animalibus inditus eſt Eſt enim nobis datum pulmo, ut calidũ ſanguineum, copioſum poſſit refrigerari motu pulmonis. In piſcibus autẽ non eſt datus, qm̃ non requirunt tãtam refrigerationem, ut poſtea dicemus. Ouantium autem quædam ſunt pennata: quæ pennas habent, ut aues: quędam loco pennarum habent cortices, ut teſtudines, uerrucæ: quæ duram habent, & lacertæ & ſerpentes, quę hñt mollem: & utraq; habent pulmonem, & hoc dicit. Et ouantium, & pennata ut aues hñt pulmonẽ, & pholidota, quæ corticata dicunᷣ, ut tortucæ: quæ duram hñt corticem, & lacertę, & ſerpentes, & chamæleones & id genus, q̃ corticem hñt mollẽ: omnia. n. hæc pulmonem habent, qm̃ licet ſint non multum calida, tñ adeo calida ſunt, ꝙ niſi haberent pulmonem, non poſſent refrigerari: uerum in habendo pulmonem differentia eſt, nam illa quæ uiuum pariunt, & aues, ſanguineum habent, plurima uero pholidotorum pulmonem babent exãguem & ſpongioſum. Quo uero ad conteſtum attinet, lege igitur pro ſed: non enim tenetur illatiue: ſed aduerſatiue.

*Quamobrem & ſpiratione rarius utuntur: quemadmodum dictum iam eſt. Vtuntur autem: & omnia quæcunq; uerſantur uictumq; ſumunt in aquis. ut hydrorum genus (quas quidam boas nuncupãt) & mures aquatiles, & ranæ, & crocodilli, & teſtudines tam marinæ quàm terreſtres, & uituli marini quos græci uocant phocas. nã hæc & cætera id genus omnia: & pariunt in terra, & dormiunt aut in terra, aut in humore roſtro emerſo ſpirandi cauſa.*

*Quapropter & reſpiratione utuntur rarius: quemadmodum dictum eſt & prius. Vtuntur autem: omnia & quæcunq; morantur & faciunt uitam in aquis. puta hydrorum genus & ranarum & crocodillorum & mydes & tortucæ marinæ & terreſtres, & boues marini. omnia enim hæc & talia: pariunt in ſicco, & dormiunt aut in ſicco, aut in humido extollentia os propter reſpirationem.*

Hæc põt eſſe ratio eius quod dixit a ſigno accepta, dictum eſt. n. plurima pholidotorum pulmonem hñt inanẽ, & ſpongioſum, reddit nunc ſignũ, quia uidemus ipſa uti rara reſpiratione: ut ſuperius dictum eſt. Poteſt etiam hic poni ſecunda cõcluſio: quaſi ex dictis ſequẽs: ita, ut quapropter legatᷣ illatiue, & eſt, aĩaliũ pholidotorũ quæcũq; pulmonem inanem habent, rarius reſpiratione utunᷣ. Sequitur autẽ hæc concluſio ex dictis qm̃ pulmo eſt pauci ſanguinis, & ſpongioſus una attractione multi aeris capax: ut dictum eſt. Exponit autem hæc, quæ pholidotorũ rarius reſpirare, & dicit. Vtuntur autẽ reſpiratione rarius, omnia & quæcunq; morantur, & faciunt uitam in aquis, ut amphibij generis. Dixit autem {omnia & quæcũq;} ad maiorem uehementiam, ut innuat efficaciam uniuerſalitatis: & exemplificat dicens, puta hydrorum genus. Eſt enim hydrus qui uulgo ſcortio aquatilis dicitur: & genꝰ ranarum, & genus crocodillorum, & mydes quidicuntur mures aquatiles, & fortaſſe, quæ apud nos uulgo lutriæ dicuntur, & tortucæ marinæ, q̃ omnino aquatiles dicuntur & tortuces terreſtres, quæ iuxta fluminum ripas ſtãt: & boues marini. Omnia. n. talia (ut inquit) amphibij generis ſunt, quoniam Pariunt in ſicco. & dormiunt aut in ſicco, aut in humido, & cum dormiunt in humido, extollũt os propter reſpirationem, hæc. n. omnia raro reſpirãt propter cauſam aſſignatam. Hæc de ſecunda concluſione.

*Quæcunquæ uero branchias obtinent: omnia accipiendo aquam refrigerantur.*

*Quæcunque autem branchias habent: omnia refrigerantur ſuſcipientia aquam.*

Hic ponitur tertia cõcluſio, & intelligitur ſic. Quæcũq; autẽ branchias hñt de numero eorum quæ ſanguinem habent, omnia refrigeranᷣ ſuſcipiendo aquã per branchias. Hæc eſt concluſio, ſed quo modo refrigerentur per branchias, & uſquequo aqua penetret, & propter quam cauſam, poſtea dicemus: nunc ſatis ſit notaſſe concluſionem.

*Branchias autem obtinent: quæ genere chartilagineo continentur, & cætera quæ pedibus carent. caret autem pedibus: genus omne piſcium. nam quæ pedes habere uidentur: eos pinnis ſimiles gerunt. At e pedatis quæ nouimus: unum tãtummodo branchiatum eſt, cordulus nomine.*

*Habet autem branchias: genus uocatorum chartilagineorum, & aliorum quæ ſine pedibus. ſine pedibus autem: piſces omnes. etenim quæ habent: ſecundum ſimilitudinem alarum habent. Pedes autem habẽtium: unum habet branchiam ſolum uiſorum, uocatus cordylus.*

Exponit quæ animalia branchias hñt, & dicit. Habet autem branchias genus eorũ, quæ uocanᷣ chartilaginea, ut torpedo & raia, & id genus, & eorum quę ſunt ſine pedibus. Exponit autẽ quæ ſint ſine pedibus, & dicit. Sine pedibus autem ſunt piſces omnes, etenim quæ horum animalium pedes habent, æquiuoce pedes habent, qm̃ ſecundum ſimilitudinem alarum habent. Alæ enim in piſcibus ſunt ſicut pedes in animalibus greſſibilibus, dicũturq; latine pinnæ: quas magna ex parte quaternas gerunt, ut inquit Ariſtoteles. Excipit autem ex his unum piſcem: qui ſimul habet branchias, & pedes, ut cordylus. ideo dicit. Pedes autem habentium, unũ genus tantum eorum: quæ uiſa ſunt, pedes & branchias habet, qui ſcilicet uocatur cordylus, latine etiam cordulus.

*Cæterum ſimul & pulmonem & branchias habere: nullum unquam uiſum eſt. Cauſa cur ita: quòd pulmo quidem, refrigerationis eiuſce gratia ſit quæ ſpiritu fiat (uidetur enim uocatus eſſe πνεύμων, propter πνεύματος, ideſt ſpiritus, receptionem) branchiæ uero, ob eam refrigerationem quæ ab humore proueniat. porro unum inſtrumentum, ad unum utile eſt: & omnibus una refrigeratio ſufficit. Quare cum natura nihil fruſtra agere cernatur, ſi uero eſſent duo alterum fruſtra foret: ideo alia branchias habent, alia pulmonem, nullum utrunque.*

*Simul autem pulmonem & brãchias, nullum uiſum unquã habens. Cauſa autem, quia pulmo quidem, gratia refrigerationis a ſpiritu eſt (uidetur enim & nomen accepiſſe pulmo, pro-*

*pter ſuſceptionem ſpiritus) branchiæ autem, ad refrigerationem ab aqua. unum autem ad unum, opportunum organū, & una refrigeratio, ſufficiens eſt omnibus. Quare quoniã fruſtra nihil uidemus facientem naturam, duobus autem exiſtentibus alterū utiq; eſſet fruſtra: propter hoc hæc quidem habent branchias, hæc autem pulmonem, ambo autem nullum.*

Cū demõſtraſſet quæ aĩalia pulmonẽ, quęue brãchias habeãt, & quis poſſet dubitare. utrū reperiatur genus animaliū habẽs utrunq; : ideo pro ſolutione dicit. Simul autẽ pulmonẽ & brãchias nulliũ uiſum eſt unquã habẽs. Aſſignat autẽ cauſam, & dicit. Cauſa autẽ, quia pulmo quidẽ gratia refrigerationis a ſpiritu eſt. Per pulmonẽ enim aer trahitur ad refrigerandã cordis caliditatẽ: quod quidẽ & græcũ nomẽ indicat, dicitur enim græce πνεύμων, propter ſuſceptionẽ ſpiritus, qui dicitur πνεῦμα, quaſi pneuma ſuſcipiẽs, brãchiæ autẽ, ad refrigerationẽ ab aqua: ſunt enim branchiæ inſtrumentū per quod trahitur aqua ad refrigerationẽ cordis. His definitionibus ſumptis, ſumit ſecundo ꝙ ad unã operationẽ ſufficit unũ inſtrumentũ, unde dicit. Vnū aũt. ſ. inſtrm̃ ad unũ. ſ. op⁹ opportunū organū eſt, & tu intellige quãdo illud eſt adęquatū illi operi. Tũc accipit quaſi minorẽ, et dicit. Et una refrigeratio eſt unũ opus ſufficiẽs omnibus. ſ. pro ſalute, ergo pro illa ſufficit unum inſtrumentum ideo reſumens quaſi rationis uim in epilogo, inquit. Quare quoniam fruſtra nihil uidemus facientem naturã, duobus autẽ inſtrumentis exiſtentibus, alterū utiq; eorum ad unam operationem eſſet fruſtra: inde concludit, ꝙ animalium, hæc quidem habent branchias, hęc autem pulmonem, ambo autem nullum uiſum eſt animal habere. Sed occurres, quoniam ars, & natura uidetur uti pluribus inſtrumentis ad unum opus, ut faber utitur martello, & incute, & tenaculis, & id genus. Cœlũ utitur luce & motu pro generatione calidi. Dicendum ꝙ nec ars, neq; natura utitur niſi uno inſtrumento ad unum opus, quando inſtrumentum eſt adęquatum artifici & operi, & unius rationis. Pluribus n. alterius rationis, & in adæquatis nihil prohibet naturã uel artem uti (ut probatum eſt) alioquin fruſtra eſſet alterum.

*Cum autẽ quodq; animal ut ſit cibo indigeat, ut cõſeruetur refrigeratione, ad hoc utrũq; natura eodem utitur inſtrumẽto.*

*Quoniam autem ad eſſe quidem alimento indiget animaliũ unumquodq;, ad ſalutem autem refrigeratione, eodem organo utitur natura ad ambo hæc.*

Sed contra dicet quis, quoniã ſi una operatio non eſt niſi unius inſtrumenti, ergo unū inſtrumentum erit unius operationis. Reſpondet negando conſequentiam, & dicit. Quoniam autem ad eſſe quidem unumquodq; animalium indiget alimento, ad ſalutem autem, indiget refrigeratione, eodem organo utitur natura ad ambo hęc ſcilicet ipſo ore, utitur enim ore pro nutrimento, & reſpiratione: & ſic non ſequitur conſequentia.

*Etenim ut in quibuſdam lingua & ad percipiendos ſapores & ad formandum ſermonem uti ſolet, ſic in ijs quæ habent pulmonem, ore tam ad cibum conficiendum quàm ad trahendũ reddendumq; ſpiritum. In ijs uero quæ neq; pulmonẽ, neq; ſpirandi uſum habent, os quidem cibi conficiendi cauſa habetur, branchiæ uero ad refrigerationem quibus ea ipſa opus eſt. Sed quo pacto uis eorum quæ modo dixi inſtrumentorum refrigerationem faciat, dicemus poſt.*

*Quemadmodum enim quibuſdam lingua & ad ſapores & ad interpretationem, ſic habentibus pulmonem, uocato ore & ad alimenti operationem & ad expirationem & reſpirationem. Non habentibus autem pulmonem, neq; reſpirantibus: os quidem ad operationem alimenti, ad refrigerationem autẽ indigentibus refrigeratione, branchiarum exiſtit natura. Qualiter igitur dictorum organorum uirtus facit refrigerationẽ: poſterius dicemus.*

Exponit quod dixerat, & probat per ſimile in linguã, & dicit. Quẽadmodũ enim natura in quibuſdam animalibus utitur lingua ad ſapores diſcernẽdos, & ad interpretationẽ conceptionū mentaliū, ut in hominibus, ſic quoq; natura in habentibus pulmonẽ utitur eo mẽbro, quod uocatur os, & ad alimẽti operationẽ, ut. ſ. per os cibus capiatur, & in ore primo digeratur, & ad reſpirationẽ, quæ eſt inſpiratio, & expiratio. In animalibus autẽ quæ pulmonẽ non habent, nec reſpirant, os eſt inſtitutū a natura ad operationem alimenti tantum, ut per ipſum capiatur, & primo digeratur. Ad refrigerationem autẽ in his piſcibus: ꝗ indigent refrigeratione, ordinata exiſtit branchiarū natura, & quoniã non patet modus quo modo per pulmonẽ, & quo modo per branchias fiat refrigeratio, ideo dicit. Qualiter igitur dictorum organorum uirtus, ſcilicet pulmonis & branchiorum facit refrigerationẽ, poſterius dicemus. Quo uero ad contextū orationis attinet, ſumpſit igitur, pro ſed, ut patet.

*Plane ne quod obſtaculum cibo ingerendo ingruat: ſimiliter & ſpirantibus & ſuſcipientibus humorem accidit.*

*Ad non impediendum autem alimentum: ſimiliter & reſpirantibus accidit, & ſuſcipientibus humidum.*

Sed contra quæres utrū animal poſſit ſumere alimentum ſine impedimento, & reſpirare, uel ſuſcipere aquã: ita ut hæc ſint poſſibilia animal reſpirare, & ſapere alimentũ, uel aĩal refrigerari ꝑ humidū, & ſuſcipere alimentum. Reſpõdet, ꝙ licet hæc ſtẽt ſimul quo ad aĩal ſubiectum: nõ tñ quo ad tẽpus ſtãt ſimul, & dicit. Similiter & eodẽ modo & reſpirãtibus, quæ aerẽ trahũt, & expellũt, & ſuſcipiẽtibus humidū, quæ. ſ. humidū trahũt, et expellũt, ad nõ impediẽdū alimẽtū bene ordinata ſunt a natura: ita ut reſpirare poſſint, & alimentū capere ſine læſione. uel refrigerari per humidū: & alimentū capere etiã ſine læſione: & ita ſtant ſimul in eodem ſubiecto ſine impedimento.

*Non enim reſpirando ſimul cibum admittunt. alioqui: cibo uel ſicco uel humido per arteriam. in pulmonẽ dilabente, ſtrãgulari animal accidit. nam arteria: ante gulam poſita eſt, per quam cibus meat in uentriculum.*

*Neq; enim reſpirantes ſimul ſuſcipiunt alimẽtum. alioqui: accidit ſuffocari ingrediente alimento aut ſicco aut humido ad pulmonem per arteriam. prius enim ponitur arteria: œſophago, per quem alimentum progreditur in uocatum uentrem.*

Probat quod dixit, & primo in animalib⁹ reſpirãtibus. ſecundo in animalibus, quæ refrigerãtur per aquã. Dixit enim ꝙ poſſibile eſt, ut animal habeat reſpirationem, & poſſit cibū aſſumere, hoc declarat, & dicit, hęc eſſe poſſibilia, quoniã quo ad tempus nõ fiunt ſimul, unde inquit. Neq; enim reſpirãtes ſimul ſuſcipiunt alimẽtum: nõ enim reſpirando ſimul cibum deglutiunt: qđ probat, & dicit. Alioqui accideret ipſis reſpirãtibus ingrediente alimento aut ſicco, ut cibo: aut humido, ut potu per arteriã ad pulmonẽ, animalia ipſa ſuffocari. Cuius cãm affert, & dicit. Prius enim ponitur arteria ipſi oeſophago, per quem oeſophagum alimẽtum progreditur in eum locū, qui uocatur uenter, ſiue ſtomachus. ergo ſi cum deglutimus reſpiraremus: cibus uel potus deſcẽderet per arteriam: quæ ponitur ante oeſophagum, & ſtrãgularemur. Quo uero ad uerba attinet, arteria græce, latine ſignat uenam uitalem, & eſt ſemita (ut inquit Gellius) per quam exit, & intrat aer in ipſa reſpiratione. oeſophagus græce, latine gula eſt, gula uero ſemita eſt per quã cibus in ore ingeſtus deſcẽdit in ſtomachum: arteria ponitur in parte anteriore colli, gula uero poſt arteriam in parte poſteriore colli cõſtituta eſt. Collum. n. tam arteriam poſteriorem, q̃ gulam anteriorẽ cõtinet. Cum ergo animal cū deglutiret, reſpiraret, cibus uel potus ꝑ arteriã ad pulmonẽ deſcẽderet, & ſic animal ſuffocaretur,

Arteria Oeſophagus.



ſuffocaretur, hoc eſt ſtrangularetur: cibo opilãte arteriã, & cõprimente pulmonẽ. Inquantū. n. oppilaret, prohiberet inſpirationẽ, & expirationẽ: inquantum uero cõprimeret pulmonẽ, cū pulmo ſit membrū delicatum, ulceraret, aut in magnã tuſſim deduceret. Fit enim tuſſis multis de cauſis, ſed etiã ex potu uel cibo in pulmonem deſcẽdente. Hic patet dum deglutimus, non eſſe loquendū, nec cibus deſcendat per arteriam in pulmonem.

Dũ deglutimus nõ ẽ loquendũ.

*Igitur quæ quadrupedes ſunt, & ſanguine redundant: ijs minor lingua ſiue lingula eſt, qua ceu operculo arteria clauditur. At ouiperis quadrupedibus atq; auibus: eadẽ illa adiuncta non eſt uerum: idem contractione efficitur. nam cum cibus ingeritur: hæc arteriam cõtrahũt, illa lingulam gutturi ſuperponũt. cum uero præterijt: hæc lingulam attollunt, illa guttur diducunt, atq; refrigerationis gratia ſpiritum recipiunt.*

*Quadrupedibus igitur & ſanguinem habẽtibus: habet arteria uelut operculum epiglotida. Auibus autem & quadrupedum ouificantibus: non ineſt. ſed conſtrictione idem faciunt. ſuſcipientia enim alimentum. hæc quidem cõſtringunt, hæc autem ſuperponunt epiglotida. progreſſo autem: hæc quidem attollũt, hæc autẽ dilatãt, & ſuſcipiũt ſpiritũ ad refrigerationẽ.*

Ex his concludit modum, quo poteſt cibus aut potus meare ad gulam ab ore, & tranſire per partem ſuperiorem arteriæ, & nõ deſcendere ad pulmonẽ: quod uidetur quid mirabile. Vel fortaſſe ex dictis aſſignat cauſam neceſſitatis lingulę in animalibus & in auibus cauſam neceſſitatis conſtrictionis, quæ fit loco lingulæ. & dicit. Quadrupedibus igitur, & ſanguinem habentibus: quę ſunt animalia uiuipera: ineſt arteria, quę habet ſupra orificiũ epiglotida, hoc eſt lingulam quandam uelut operculū. Epiglotides enim lingula eſt, qua ueluti operculo arteria clauditur ne lędatur a tranſitu cibi uel potus: cū autem fit reſpiratio aperitur. Auibus autẽ, & ouificantibus de numero quadrupedū, epiglotides hoc eſt lingula non ineſt, ſed loco eius cõſtrictio arteriæ & apertio eſt, qua idẽ faciũt, quod quadrupeda faciunt lingula. Suſcipientia enim alimentū, hęc quidem conſtringunt orificium arterię ueluti clauditur os marſubii: ut aues, & id genus. Hæc aũt ſuperponũt epiglotida, hoc eſt lingulã. Progreſſo aũt cibo ad gulã, hoc eſt poſtquã ad œſophagū & ad gulã pręteriit, hęc epiglotida attollũt, hęc autẽ arteriæ os dilatant, gutturq; deducũt: & ſuſcipiũt ſpiritū, hoc eſt aerẽ ad refrigerationem, ut aues. Patet igitur ex hiſce, ꝙ animalia reſpirabilia, poſſunt eſſe reſpirabilia & cibū ſuſcipere per eandem uiam ſine lęſione: quoniam non ſimul reſpirando cibum deglutiunt, ſed diuerſis tẽporibus: & ita ſtant ſimul quo ad ſubiectum: non autem quo ad tempus.

Quid epiglotides.

*At quæ branchijs prædita ſunt: cibum per os recipere ſolent humore tantum per branchias emiſſo. nullam enim habẽt arteriam. Quare, eatenus quidem nullum ſentiunt incommodum ab humoris interlapſu: ſed quatenus aqua in uentrem ingreditur. Quocirca: raptim ſummaque celeritate cibum ingerunt atque tranſmittunt. Quinetiam: ea pene omnia acutis ſerratiſq; dẽtibus ſunt. non. n. in molendo cibo cõmorari poſſunt.*

*Habentia autem branchias: dimittentia per has humidum, per os ſuſcipiunt alimentum. arteriam enim nõ habent. Quare hæc quidem nihil utique ledentur ab ea quæ humidi decidentia: ſed in uentrem ingrediente aqua. Quapropter: uelocem faciũt dimiſſionem & ſuſceptionem alimẽti. Et dẽtes acutos habent: & omnia fere ſunt carcharodonta. non enim cõtingit comminuere alimentum.*

Nunc oſtendit ꝙ animalia quæ refrigerãtur per aquã, poſſunt cibum aſſumi: & tamen ex refrigeratione nõ lęduntur, & dicit. Animalia autem quæ habent branchias, ut inſtrumenta refrigerationis: trahunt & emittunt ꝑ has humidum: ut refrigerentur, per os uero ſuſcipiunt alimentum, & ita cum refrigeratio & aſſumptio alimẽti, diuerſis uiis fiat, nõ ſe impediũt: immo dato ꝙ ſimul fierẽt, nõ eſſet remotum: & cauſa eſt, qm̃ arteriam nõ habent: cum nec pulmonem habeãt, cuius illa inſtrumentum eſt. Hinc cõcludit, & dicit. Quare hac quidem, ſcilicet arteria nihil utiq; lædũtur ab ea, quæ humidi decidentia: quoniam cū non habeant, per illam aqua nõ poteſt ingredi. Vel aliter: quare hac quidem. ſ. uia: quæ per branchias eſt, ab ea decidentia, quæ eſt humidi, nihil utiq; læduntur, quoniã nõ eſt per eam uiam, qua cibus ingreditur: ſed lædũtur aqua ingrediente in uentrem per gulã, & propter hanc cauſam deducit ſolutionem problematū ut habeatur eorum. quæ dicta ſunt, ratio: & ſignū. Primum, propter quid piſces carẽtes arteria ſumma celeritate cibū ingerũt, atq; maſticant, & in uentrẽ trãſmittũt: atq; trãſglutiũt. Reſpondet hæc facere ne lõga ingeſtione aqua in uẽtrẽ deſcenderẽt: ab ea. n. læduntur, ueluti pulmo a cibo uel potu ad ipſum deſcẽdẽte: & ideo inqt. Quapropter, uelocẽ faciũt dimiſſionẽ hoc eſt ingeſtionẽ, & ſuſceptionẽ, hoc ẽ trãſmiſſionem alimẽti, ne lõga ingeſtione ab aqua deſcẽdente ꝑ gulam in uentrẽ, lęderẽtur. Secundū problema, propter qđ ſunt piſciū dẽtes, acuti, & ad modū dentiū ſerræ. Reſpõdet, ne in molendo cibo cõmorẽtur, hoc periculo deſcendentis aquæ. unde inquit. Et dentes acutos habent, & oĩa animalia huiuſmodi, quæ arteria carẽt & brãchias habẽt fere carcharodonta ſunt. Non. n. contingit lõga mora cõminuere alimẽtū: periculo deſcenſus aquæ in uẽtrẽ. Quo uero ad uerba attinet, ea animalia græci carcharodonta appellãt, quibus ſerrati dentes ſunt, ueluti dentes ſerrę.

*Cæterum ambigat quiſpiã de aquatilibus quæ cetacei ſunt generis (nam & ea: ſeſe iuxta proportionem habent) uerbi cauſa de delphinis, balænis, & reliquis quæ fiſtulam gerunt. hæc enim: tametſi pedibus careant, tamen pulmonem habent & mare excipiunt.*

*Circa cetoda autem aquatilium dubitabit utiq; quis (ſe habent enim & illa ſecundum proportionem) utputa circa delphinos, & balænas, & aliorum quæcunque habent uocatum cannalem. hæc enim: ſine pedibus quidem ſunt habentia autem pulmonem ſuſcipiunt mare.*

Nũc mouet dubitationẽ, dictū eſt. n. primo ꝙ quęcũq; aquatilia brãchias habẽt, carẽt pedibus: & quæcũq; carent pedibus: nõ hñt pulmonẽ, neq; ſuſcipiũt mare. Cõtra obiicit, qm̃ cetarii piſces carẽt pedibus & habẽt pulmonẽ, & ſuſcipiũt mare, ut delphini & balænę: & id genus, unde dicit, Circa cetoda autem, quę ſunt de numero aquatiliū, dubitabit utiq; quis, dubitabit dico de omnib⁹ generatim. Cuius cauſam dicit, ſe habẽt. n. & illa omnia ſecundū proportionẽ & eãdẽ ſimilitudinẽ, ideo de omnibus eſt eadẽ quæſtio. Non. n. quęſtio eſt de uno, & nõ de alio: ſed de omnibus, quoniã omnia ſe habẽt ſimili modo. Exponit autẽ, quæ ſunt cetoda, & dicit. Vtputa circa delphinos, & balænas & aliorū id genus: quæcũq; hñt eam ſemitã, quã uocant canalẽ ſeu fiſtulã. Expoſitis his piſcibus, de qbus quæſtio eſt, mouet quæſtionẽ, & dicit. Hæc enim ſine pedibus quidẽ ſunt, & tamẽ habentia pulmonẽ ſuſcipiũt mare. Et ſic dubitatio eſt propter duo. primo qa dictum eſt ea, quę pedibus carẽt, non habere pulmonem non ſecundo dictum eſt, ꝙ quæ habent pulmonem ſuſcipiunt aquam. Modo cetaria non habẽt pedes, & pulmonem habẽt. Amplius habẽt pulmonẽ, ſuſcipiũt aquã: quę quidẽ dubitationẽ faciũt. Quo uero ad uerba attinet, cetoda græce, latine etiam cetaria uel cetacea dicũtur, ſunt autem cetarii piſces magni piſces, qui & cetæ dicũtur, hi enim nõ oua, ſed animal pariunt. Huius generis ſunt delphini, & balænæ, & cetus: & cæteri magni, quicunq; animal pariunt in mari: de his enim eſt quęſtio, quoniã aquã ſuſcipiunt, & reſpirãt, & pulmonem habent.

Cetoda quæ.

*Cuius rei cauſa: in eo eſt quod modo dixi. non enim refrigerationis cauſa humorem admittunt: cum ſpirando refrigerari ſoleant, ut quæ pulmone prædita ſint. Quamobrem & talia: exerto ore dormiũt. ſtertuntq; ipſi quidem delphini. qui etiam rhetibus apprehenſi: breui tẽpore ſtrãgulãtur, q ſpirãdi facultatẽ amiſerint. & ꝑ ſumma pelagi fluitare uiſuntur: ut ſpirent.*

*Cauſa autem huius: quod nunc dictum eſt. non enim refrigerationis gratia ſuſcipiunt humidũ. hoc enim fit ipſis: reſpirantibus. habent enim pulmonem. Quapropter: & dormiunt extollentia os. & ſtertunt delphini. adhuc autem ſi capiãtur rhetibus: cito ſuffocantur, propterea quòd non reſpirant. & ſupernatantia uidentur talia in mari: propter reſpirationem.*

Nunc reſpõdet, ꝙ huiuſmodi piſces humidum qđ per os intrat, non refrigerationis gratia ſuſcipiunt. ſecũdo declarat, ꝙ illud ſuſcipiunt per accidens. De prima parte, dicit. Cauſa autẽ eius, qđ nunc dictum eſt. ſ. cur ſuſcipiant humidum per os, non eſt ea cauſa: quę aſſignata eſt in dubitatione. Non enim (ut inquit) refrigerationis gratia hæc animalia humidum ſuſcipiunt, probat: quoniam hoc. i. refrigeratio fit ipſis: reſpirantibus. i. ex eo, quia reſpirant. ergo non refrigerantur alio modo. Si enim reſpiratione refrigerãtur: fruſtra refrigerarentur tractione aquæ per os: aut per aliam uiam Quòd autem huiuſmodi animalia reſpirent, probat. & per cauſam, & per ſigna. Per cauſam quidem, & dicit. Habẽt enim pulmonem. dictũ enim eſt, ꝙ reſpirandi cauſa eſt habere pulmonem. Per ſigna uero primo quidem, quoniã cum dormiunt in aqua extollunt os, ut reſpirent. Quo uero ad cõtextum ſermonis attinet, lege. Quapropter pro præterea. q. d. Pręterea, & dormiũt extollentia os. ſ. ut reſpirent. ſecundo, quoniã & delphini ſtertunt, ſtertere autem fit fractione aeris in arteria. Ergo ſignum eſt ꝙ reſpirent. tertio ſigno idem probat, & dicit. Adhuc autem ſi capiantur rhetibus, cito ſuffocantur, non potentes reſpirare. quarto ſigno idem probat, quoniam inter omnes piſces, delphini, & omnia cæteria in mari, cum decurrunt uidentur decurrere ſupernatando cum ore eleuato, ut reſpirare poſſint Patet igitur ꝙ non cauſa refrigerandi aquam ſuſcipiunt per os. Aliĳ confirmant opinionem Ariſtotelis per aliud ſignum, qm̄ delphini, cũ ad ima maris peruenerunt, mox uelociſſime ad aquæ ſuperficiem aſcendunt, & quidem tanta celeritate, ꝙ ſi in aſcenſu naui obuiauerint, eam ſubuerterint: ut non nunq̄ nauigantes uiderunt. hoc autem non facerent, niſi ut ueniant ad locum, ubi reſpirare poſſint Hinc ſoluũt problema propter quid frequens delphinorũ curſus per ſuperficiem maris fluctuationem præſagiant: & tempeſtatem, an, quoniam in principio tempeſtatis exhalationes calidæ eleuantur ab imis maris, quę peruenientes ad delphinos ipſos calefaciunt, excitãdo in ipſis calidum, & ita calidiores facti frequentiore refrigeratione per reſpirationem indigent, & propter hanc cauſam, frequentius per ſuperficiem maris decurrunt caput attollentes.

Aliud ſignum.

Propter quid delphini apparẽtes ſæpius tempeſtatẽ ſignificãt.

*Sed enim cum neceſſarium ſit ut in humore cibum capiant: humorem quem ore accipiunt emittant neceſſe eſt.*

*Sed quoniam neceſſarium eſt facere alimentum in humido: neceſſarium ſuſcipientia humidum dimittere.*

Cum declarauit, ꝙ cæte non ſuſcipiunt humidum per os refrigerandi gratia, & per ſe: declarat ꝙ ſuſcipiunt illud per accidens, & quaſi neceſſitate pendente ex cibi aſſumptione. & dicit. Sed quoniam neceſſe eſt hæc animalia facere alimentum in humido, ſunt enim aquatilia: quę uitam faciunt in aqua: & cũ aſſumant alimentũ in aqua, impoſſibile eſt illud recipere quin aliquid aquæ accipiãt per os, propter hanc cauſam fuit neceſſarium hæc animalia ſuſcipere aquã, qñ cibantur: & ſuſcipiẽtia fuit neceſſarium dimittere illã, ne ingreſſu illius in uentrẽ læderentur. Patet ergo ꝑ accidẽs huiuſmodi aĩalia ſuſcipere, & emittere aquã: hoc eſt neceſſitate pendente a cibationis loco.

*Ob idq;: fiſtula data omnibus eſt. admiſſum enim humorem ut piſces per branchias: ſic cete per fiſtulam reſpuere ſolent.*

*Et propter hoc: habent omnia cannalem. ſuſcipientia enim aquam, quemadmodum piſces ſecundum branchias: hæc ſecundum cannalem remittunt aquam.*

Hinc concludit neceſſitatem eius cannalis, quem habent cetæ ante cerebrum in capite. Eſt enim cannalis iſte ueluti quædam fiſtula conſtituta in capite ante cerebrũ. unde dicit. Et propter hoc. ſ. ꝙ delphini, & cetus aſſumẽdo cibum, ſumunt aquam, omnia talia cannalem habent. Suſcipientia. n. aquã, dũ cibũt capiũt, ſuſcipientia dico ꝑ os, quẽadmodũ piſces ꝑ brãchias, hęc ipſa aĩalia cetaria aquã emittũt per cannalẽ: per os. n. eam capiunt, per cannalem illam remittunt extra, ne deſcẽdat in uẽtrẽ cũ cibo.

*Huius rei argumento uel fiſtulæ ſitus eſt: quæ in nulla parte ſanguinaria deſinit, ſed ante cerebrũ ſita eſt, & aquã emittit.*

*Signũ autẽ: & põ cãnalis. an nihil. n. ſanguinẽ habẽtiũ terminatur: ſed ante cerebrum poſitionẽ habet, & dimittit aquã.*

Quod huiuſmodi animalia aquam non ſuſcipiant propter refrigerationem, probat a ſigno ſumpto à ſitu cãnalis, & dicit. Signum autem. ſ. ꝙ aquã non ſuſcipiant propter refrigerationem, eſt & poſitio cannalis: ad nihil enim ſanguinem habentium cannalis terminatur, hoc eſt ad nullum membrum ſanguineum refrigeratione indigens cannalis ille finitur: qm̄ nec ad pulmonem, nec ad cor, nec ad epar, ſed ante cerebrũ poſitionem habet, qđ eſt membrum exangue, ut dimittant aquam: quam per aſſumptionẽ cibi aſſumpſerunt cetæ. Plinius lib. 9. cap. 7. dicit. ꝙ fiſtula in balęnis eſt in frõte, in delphinis uero eſt in dorſo.

*Nec alia de cauſa: tam mollia, quàm cruſtata ut locuſtæ & cancri, aquam excipiunt. nullum enim eorum refrigeratione eget: quòd parum caloris habeat & exangue ſit, uſque adeo ut a cõtinẽte humore ſatis refrigeretur. Sed ratione cibi: q quoties ore capitur, fieri nõ põt qn ſimul aliquid humoris admittatur.*

*Propter idem autem hoc: ſuſcipiunt & malacia aquam & malacoſtraca. dico autem: puta uocatos carabos & cancros. refrigeratione enim: ipſorum nullum exiſtit indigens pauci caloris enim eſt & exangue: unumquodque ipſorum. quare: ſufficienter refrigerantur a cõtinente humido. Sed propter alimentum: quando ſimul ſuſcipientibus, influit humidum.*

Neceſſitatem quoq; cuiuſdam cannalis illi proportionalis, qui in cetariĳs eſt, exponit in aliĳs quibuſdam animalibus, & dicit. Propter idem hoc, hoc eſt propter eandem hanc cauſam, aquã ſuſcipiunt & malacia, hoc eſt mollia, & malacoſtraca, hoc eſt cruſtata, exponit, quæ nam hæc ſint, & dicit. Dico autem, utpote ea, quæ uocãtur carabi, hoc eſt locuſtæ: & cancri. Quòd autem non per ſe refrigerationis gratia ſuſcipiant, probat, & inquit. Ipſorũ enim nullum refrigeratione exiſtit indigens. Cuius cauſam repetit, & inquit. quia unumquodq; ipſorum pauci caloris eſt, & exãgue, & propter hoc ſufficienter a continẽte humido refrigeratur. Non ergo gratia refrigerationis aquã aſſumunt, ſed per accidens. ſ. propter alimẽtum, quoniam ipſis ſuſcipientibus nutrimẽtum, cum illo in os influit humidũ: oĩa ergo hęc aquã ſuſcipiũt ꝑ accidẽs ꝑ os, in quãtũ nõ põt cibꝰ ore capi, quin ſimul aliqd humoris admittat̃.

*Igitur quæ cruſta integuntur. uidelicet. tam cancri quàm locuſtæ: per applicamina iuxta hirtiuſcula aquam egerunt. Sepiæ uero & polypi: per cauum illud quod ſupra alueum quem caput appellant, poſitum eſt. Sed de his: exactius in commentatione, hoc eſt hiſtoria animalium ſcripſimus.*

*Malacoſtraca igitur uelut & cancri & carabi: ſecundum aſpera emittũt aquã ꝑ epitygmata. ſepiæ aũt & polypodes: ꝑ concauum quod eſt ſuꝑ uocatum caput. Scriptum eſt autem de ipſis per diligẽtiam magis: in ĳs quæ de animalibus, hiſtoriĳs.*

Oſtendit



Oſtendit nunc ꝙ non eodem modo hæc animalia ſuſceptã aquam, emittant, & dicit. Malacoſtraca igitur uelut & cancri, & carabi, hoc eſt locuſtę emittunt aquã per epitygmata ſecũdum aſpera, hoc eſt, quæ epitymagmata ſunt iuxta aſpera. Sepię autẽ & polypodes per cõcauum illud. uidelicet. qđ eſt ſupra eum locum: quem uocant caput. Quo uero ad uerba attinet, epitygmata græce, latine applicamina: quæ collocata foramina ſunt iuxta partes aſperas uerſus caput. Et dixit quem uocant caput, qm̄ reuera hęc non habent caput, ſed quoddam ſimile: remittit autem rem hãc ad librũ quartum de hiſtoria animalium: ubi & horum genera diſtinguit, & partes horũ deſcribit, & partium neceſſitatem probat. ibi enim capite tertio de locis emittendi aquam in cruſtatis loquens, inquit { Humorem igitur ore accipit, tegminibus illis depellendo, emittiq; meatu oris ſuperiore adductis meatibus, qua interfluxit, duplex ille meatus ſub oculis eſt, quotiens ergo aquam acceperit, utroq; tegmento os obdurat, atque ita reſpuit humorem. } Patet igitur locus, & quid per epitygmata intelligat.

*Humorem igitur excipi ſolere refrigerationis cauſa, & quia animantia aquatilia pro ſorte naturæ exiſtentia cibũ ex humore capiant: dictum eſt.*

*De ſuſcipiendo igitur humidum: dictũ eſt quòd accidit propter refrigerationẽ, & propterea quòd oportet ſuſcipere alimẽtũ ex humido quæ ſecũdũ naturã exiſtũt aquatilia animaliũ.*

Nunc epilogat, & dicit. De eo autem qđ eſt humidum ſuſcipere, dictum eſt, ꝙ quibuſdam accidit propter refrigerationem, utputa his omnibus: quæ branchias habent. Et etiam dictum eſt ꝙ quibuſdam accidit propterea ꝙ oportet ſuſcipere alimentum ex humido, ſunt autem hæc (ut dictum eſt) quæ ſunt ſm naturam aquatilia animalia. Hæc. n. quia a ſpecie ſunt aquatilia, a ſpecie cibũ aſſumũt in humidis. Quæritur hic utrum piſces reſpirẽt. & uidetur ꝙ omnes, qm̄ ſi aliqui non reſpirarent, eſſent, qui brãchias habent (ut Ariſtote. inquit). Sed ſyrenæ hñt branchias, & reſpirant, auditæ enim ſunt cantare, qđ fieri non poteſt ſine reſpiratione, & aeris colliſione, ut ſecundo de anima patet. In hac quæſtione Anaxagoras clazomenius, & Diogenes apollinates dixerũt omnes piſces, imo omnia animalia reſpirare. Cuius opinionis eſt Plinius 9. libro hiſtorię naturalis, ubi aſſerit omnes piſces reſpirare. Refutat hanc opinionem Ariſt. a cauſa quidem, qm̄ non omnes ſunt habentes pulmonem. Eſt enim pulmo inſtrumentum datum, animalibus propter reſpirationem, quæ ergo carent pulmone, carent ipſa reſpiratione. ſecũdo argumentatur, reſpiratio fit per aerem, ſed intra aquam non eſt aer, ut probauit contra Diogenem. Plinius reſpondet ad hęc argumenta. Ad primum dicit, ꝙ in piſcibus loco pulmonis eſſe poſſunt alia uiſcera ſpirabilia ita uolẽte natura: & ſic licet non ſit pulmo, eſt aliquid loco illius. Ad ſecũdum dicit, aerem penetrare in aquas pro reſpiratione illorum, qđ oſtendit eo quia terra eſt ſpiſſior aqua, & tñ in terram penetrat aer: argumẽto animalium, quæ ſemper defoſſa uiuunt, ceu talpę: quæ reſpirant ſub terra. Quòd autem reſpirẽt piſces, probat primo, quoniam æſtiuo calore in piſcibus annotata eſt anhelatio. ſecundo quoniam in trãquillo annotata eſt oſcitatio: quæ ſine reſpiratione, & aeris attractione fieri non poſſunt. tertio qm̄ non eſt locus ſomni ſine reſpiratione, ut ſumit, & non probat. 4. conchilia creſcunt creſcente luna: qđ ſine aeris attractione fieri non poteſt. quinto piſces odorãt, ergo trahunt aerem: odor enim defertur in odoratus organum per aerem: non enim aliud odor eſt ꝗ̃ aer infectus. Ex his tenet Plinius contra Ariſtotelem ꝙ omnes diſces reſpirent, tenet etiam, ꝙ delphini & balęnę, & omnes cetariĳ piſces ſpirent per fiſtulas. Sed pace tãti uiri dixerim, hæc nõ ſunt ex phyſica ratione cõprobata: unde Ariſto. hanc opinionem multis ratiõibus, & ſignis reprobauit, primo quidẽ, quia piſces, carẽt pulmone & arteria, quæ ſunt inſtrumẽta reſpirationis, non enim aer trahi & expelli põt niſi his inſtrumentis, ut Ariſtoteles probauit. Nec poteſt Plinius, fingere alia ſpirabilia inſtrumẽta in piſcibus loco horum: qm̄ natura nõ dat duo inſtrumẽta ad unã operationem, ut branchias, & ſpirabilia hæc inſtrumenta: ut hic probauit Ariſto. Plura autem ſigna in hoc libro adducta ſunt, quæ non oportet repetere. ſecundo reſpiratio fit tractu & expulſione aeris, ſed aer non eſt in aqua nec penetrare poteſt deorſum, eſt enim aer leuior aqua, & ita nec in aquã, nec in terram penetrat, imo (ut Ariſto. ſuperius dixit) animalia reſpirantia, cum ſuffocantur in aqua, mittunt ampullas in ſuperficie aquę ab aere emiſſo eleuatas. Illud de talpa non cogit, qm̄ talpa tarde reſpirat. & tãdiu ſub terra manet. quãdiu indiget noui aeris reſpiratione. Præterea refrigerantur frigiditate terræ, ut terracei piſces. Rationes uero Pliniĳ non cogunt: qm̄ anhelatio illa annotata eſt in cetariĳs piſcibus: non autem in aliĳs. Cetariĳ enim piſces reſpirant (ut dictum eſt) Simili modo oſcitatio nõ in omnibus annotata eſt, ſed in cetariĳs. tertia ratio minime cogit, dicit enim Ariſto. ꝙ cetariĳ piſces reſpirant, & dormiunt ore exiſtente ſupra ęquas, ceteri dormiunt intra aquas: quoniam refrigerãtur branchĳs. quarta deletur ꝙ creſcunt & decreſcunt non creſcente & decreſcente aere, ſed humido naturali. quinta dicendũ ꝙ ſi piſces odorant, etiam per aquas poteſt odor intentionaliter multiplicari, immo per terrã & parietem. Vtrum uero odor perueniat ad organum odoratus realiter, & utrum odorent piſces, quęſtio eſt phyſica: creditur tñ ꝙ non, quoniam non habent organum odoratus: ideo quærunt cibum per uiſum. Ex his concluditur, ꝙ piſces quæ branchias habent, nõ reſpirent, ſed per brãchias refrigerantur. Secundo quę carent brãchĳs & habent pulmonem, & arteriam reſpirãt, ut cetariĳ piſces. aliĳ uero, ut exangues neq; reſpirant, neq; branchĳs refrigerantur (ut dictum eſt) ſed continente humido refrigerantur. Hæc eſt poſitio Ariſtotelis: quæ conſonat rationibus, & experientĳs, & ſignis. Ad illud de ſyrenis, ſi non eſt falſum, & fabuloſum, illæ reſpirant, ut cetæ, & non habent branchias uerum poeticum uidetur. fingunt enim poetæ ſyrenes fuiſſe acheloi & caliopes filias ore & pubetenus uirgines: reliqua corporis parte, piſces mare ſiculum incolentes, quarum nomina fuerunt, Parthenope, Lygia, & Leucoſia.

De piſciũ reſpiratione.

Poſitio philoſophorũ Cap. 7.

Rationes Pliniĳ

Triplicia aquatilia.

*De refrigeratione uero, quonam pacto fiat tam ĳs quæ ſpirant, quàm ĳs quæ branchias obtinent: poſt hæc dicendum.*

*De refrigeratione autem quo fit modo, & reſpirantibus & habentibus branchias: poſt hæc dicendum.*

Cum egiſſet quę animalia reſpirent, & quę nõ: & quibus inſtrumentis refrigerentur reſpirantia & non reſpirantia, nunc proponit dicere de modo refrigerandi, & dicit. De refrigeratione autem quomodo fit, & reſpirantibus, & habentibus branchias, hoc eſt tam in reſpirantibus, cum in his, quæ per branchias refrigerantur: poſt hæc dicendum. Hæc de intentione partis.

*Igitur animalia quæ pulmonem habeant ſpirare omnia: ſupra diximus. Quamobrem autem nonnulla particulam hanc obtineãt, & quãobrẽ quæ obtinẽt ſpiratiõe indigeãt: agẽdũ eſt.*

*Quod igitur reſpirant quæcunque animalium habent pulmonem: prius dictum eſt. Propter quid autem hãc particulam habent quædã: & propter quid habentia indigẽt reſpiratione?*

Propoſita intentione exequitur, & primo reſumit illud quod dictum eſt, & dicit. Quòd igitur reſpirent quæcunque animalium habent pulmonem, prius dictum eſt, & nunc ſupponendum. Deinde mouet duas quæſtiones, & dicit. Propter quid hanc particulam. ſ. pulmonem habent quædam animalium, & ſubaudi quædam non: & hæc eſt prima quæſtio: & propter quid habentia pulmonem indigent reſpiratione, hæc eſt ſecunda quæſtio: quæ debent legi ſuſpenſiue, uſq; ad ſolutionem ibi { Cauſa habendi quidem. }

*Cauſa cur obtineant ea eſt: quòd quæ inter animalia honoratiora ſunt, plus caloris ſortita ſint. nam ſimul & animam ſortita eſſe honoratiorem; neceſſe eſt honoratiora enim ſunt hæc; plantis. Quocirca & quod pulmonem maiore copia refertum ſanguinis & caloris habet; ei magnitudo corporis maior eſt, & quod plurimi.*

*Cauſa habendi quidem; quòd honorabiliora animalium plurem ſortita ſunt caliditatem. ſimul enim neceſſe & animam ſortita eſſe honorabiliorẽ. honorabiliora enim hæc: quàm natura plantarum. Quapropter & maxime habentia pulmonem ſanguinem habentem & calidum, & maiora magnitudinibus.*

Nunc ſoluit quæſtiones, & primo primam, & ſolutio primæ eſt, quoniam quædã animalia ſunt calida: & propter multitudinem calidi habent pulmonem: quæcunque enim ualde calida ſunt, multitudine calidi pulmonem habẽs. Accipit autem primo ꝙ pulmo ſit propter calidum: & ꝙ omnia animalia, quæ pulmonem habent, eũ habent propter calidum: & ſyllogiçat ſic. Honorabiliora animalia ſunt propter calidum, honorabiliora animalia & magnitudinibus maiora habent pulmonem: igitur quæ habent pulmonem, habent pulmonem propter calidum. De ratione primo accipit maiorem, & dicit. Cauſa autem habendi quidem eſt, ꝙ honorabiliora animalium plurẽ caliditatem ſortita ſunt, hoc eſt, ſint propter calidũ: hæc eſt maior, quam probat, & inquit. Nam neceſſe eſt nobiliora animalia eo eſſe nobiliora, ꝙ ſimul animam nobiliorem ſortita ſunt, & maiorem caliditatem, nam hæc animalia nobiliora ſunt quã plantarum, & plantæ calidum & animam ſortitæ ſunt. ergo hæc ſimul ſortita ſunt nobiliorem animam, & calidum maius quã plantę. Ex his uult habere nobiliora animalia eſſe propter calidũ maius. Non. n. poſſunt habere animam ſine calido, & ſic ſi habent animam nobiliorem oportet, ut habeant illam propter calidum, ita ut habeant animam exiſtẽtem in maiore calido. Patet igitur nobiliora animalia eſſe propter calidum. Deinde accepit minorẽ, & dicit. Quapropter & maiora magnitudinibus: & honorabiliora ſunt quæ habent pulmonem, uerum addit, multa uerba non neceſſaria ad ſyllogiſmum, ſed ad declarandum pulmonem, & dicit. Dico ſubaudi quæ habent pulmonem, qui ſanguinem habet, & calidum, eſt igitur minor, animalia honoratiora & corpore maiora habent pulmonem ſanguineum. Tunc potes addere concluſionem, quam poſtea addet. ſ. quę pulmonem habent, eum habent propter calidum: & ſic ſyllogiſmus eſt in tertia figura.

*Et puriſsimi ſanguinis compos eſt, ut homo: id ex omnibus animalibus erectiſsimum incedit. atque partem ſuperiorem ad uniuerſi ſupremum erectam obtinet: propterea quòd hanc particulam, talem habeat.*

*Et puriſsimo & uſum ſanguinem animalium, rectiſsimum eſt, homo. & ſurſum ad totius ſurſum habet ſolum: propterea quòd talem habet hanc particulam.*

Ex hac ratione, quã dedit, infert cauſam, quare homo eſt recte ſtaturæ habens ſurſum ad partem cœli ſuperiorem, & quare inter animalia homo eſt multo et puriſſimo ſanguine uſum in ſui nutritione, & dicit. Et pro igiť. q. d. ergo & homo animalium animal eſt & puriſſimo, & plurimo uſum ſanguine in ſui nutritionem, & rectiſſimũ, & habens ſurſum, hoc eſt caput, ipſe ſolum ad ſurſum totius cœli: & cauſa omnium horꝫ eſt, propterea ꝙ homo habet hanc particulam talem. ſ. calidam & multi ſanguinis.

*Quare & ea particula perinde ut quælibet alia: cauſa eſſentiæ, huius & reliquorum ſtatui debet. Ob id igitur: pulmo haberi ſolet.*

*Quare & ſubſtantiæ huic & alijs ponendum eſt cauſam, ipſam: quemadmodum quamcunq; aliam particulam. Habent igitur: gratia huius.*

Nunc dat cõcluſionem, & uult ꝙ pulmo & quælibet particula quæ ſe tenet cum pulmone: ſit propter calidũ, unde dicit. Quare & ſubſtantiæ huic. ſ. pulmoni, & alijs ſubſtantijs, quæ ſe tenent cum pulmone ut arteriæ & cordi: ipſam. ſ. caliditatem ponendum eſt cauſam: ita, ut caliditas ſit ueluti alia quædam particula neceſſaria animali: propter quam animal habẽt pulmonem, arteriam, & cor. unde concludit. Animalia igitur pulmonem & arteriam & cor habent gratia huius, hoc eſt propter calidum: tanq̃ propter finem: qđ erat concluſio. Sed circa rationem Ariſtotelis dubitatur: qm̄ cum accipitur maior, uidelicet, honorabiliora animalia ſunt propter calidum, quæritur quomodo propter calidum ſint, utrum tanquã finem, & hoc non, quoniam nobilius non eſt gratia ignobilioris. Si autem intelligit propter calidum, tanq̃ propter cauſam factiuam, tunc concluſio Ariſtotelis ꝙ pulmo ſit huius gratia non eſt ad propoſitum. Dicendum ꝙ animalia ſunt propter calidum tanquã propter finem, capiendo calidum non pro qualitate: ſed pro anima exiſtente in calido, ut uerba eius innuunt. Dicit enim {ſimul enim neceſſe & animam ſortitam eſſe honorabiliorem} & ſic uult animalia honorabiliora eſſe propter calidum, hoc eſt propter animam collocatam in calido: & hoc pacto pulmo datus eſt animalibus perfectis, & honorabilibus propter animam conſtitutam in excellenti calido, tanq̃ propter finem. Anima. n. in calido excellens eſt finalis cauſa pulmonis, & aïalis. Eſt. n. datus pulmo, ut aïa in huiuſmodi excellẽti calido cõſeruetur: & aïal eſt honorabile propter animã quæ in huiuſmodi excellẽti calido cõſeruatur. Ex his patet prima cauſa quare non oïa aïalia hñt pulmonẽ, qm̄ nõ oïa hñt animam collocatam in excellenti calido.

Digreſſio circa rõnẽ Ariſtotel.

*Cur autem neceſſario moueatur, hanc eſſe cauſam arbitrandum eſt: quòd talia animalia ſic conſtant ut multa non ita conſtent. nam alia ex terra ampliore facta ſunt, ut genus plantarum: alia ex aqua, ut aquatilium. uolatilium uero & pedeſtrium: altera ex aere, altera ex igni. Porro ſingula ea: ſuis in locis diſpoſita ſunt.*

*Eam autem quæ ex neceſsitate & motus cauſam oportet putare: talia conſiſtere animalia quemadmodum & non talia multa conſtituta ſunt. hæc enim ex terra ampliori facta ſunt, puta plantarum genus: hæc autem ex aqua, puta aquatilium. uolatilium autem & campeſtrium: hæc quidem ex aere, hæc autem ex igne. Singula autem: in proprijs locis habent ordinem ipſorum.*

Cum dedit cauſam cur pulmo quibuſdam animalibus datus ſit, & non omnibus: & dedit cauſam propter quã pulmo eſt, hic uult dare cauſam: quare diuerſis animalibꝰ motus dati ſunt diuerſi: ut piſcibus per aquam, auibus per aerem: greſſibilibus per terram, & alijs per ignem, ut dęmonibus. Et uult cauſam hanc eſſe ex diuerſa animalium elementaria conſtitutione, ſiquidem alia conſtituta ſunt ex quatuor elemẽtis prędominante aere, alia ex quatuor elementis prædominante aqua, & in cæteris id genus ſimili ratione; unde dicit. Eam autem cauſam quę eſt ex neceſſitate motus, hoc eſt per quã animalibus ineſt motus neceſſario, alius atq; alius in alia atq; alia regione, oportet putare talia conſiſtere animalia, quemadmodũ & non talia multa conſtituta ſunt, hoc eſt oportet putare quædam animalia conſiſtere uno modo ex elementis, per quẽ modum alia non conſiſtunt ex illis. ergo differentia motuum pendet ex differentia conſtitutionũ elementalium. & exponit ſe dicens. Hæc enim ex terra ampliori facta ſunt, hoc eſt ex quatuor elementis prædominãte terra: puta plantarum genus, & ſic fixæ ſtant in terra. Hæc autem ex aqua puta aquatilium: ut piſces, & ideo mouentur per aquam, uolatiliũ autẽ & cãpeſtriũ, hęc quidem ex aere, hoc eſt ex quatuor elemẽtis ſunt dñante aere, ut aues, hæc autem ex quatuor elementis dominante igne, ut animalia ignea. ſ. dæmones ſecundũ Apulleiũ. Tacuit autẽ genus hominũ, quod ambulat ꝑ terrã & cætera cãpeſtria: quia facile poſſunt colligi ex his, in talibus. n. prædominatur terra: ſed ui nobilitatis animæ mouẽtur per terrã: & ſicut eſt de motibus horũ, eodem modo eſt de locis, ideo dicit. Singula autẽ ipſorũ quæ dicta ſunt, in proprijs locis habẽt ordinẽ, ut aquatilia in aquis, & aerea in aere, & ignea in igne locanť. Vel ſic autẽ pro & ſingula elemẽta in proprijs locis hñt ordinem ipſorũ. ſ. elementorũ, qm̄ ſunt in locis ꝓ ratione elementorũ dominãtiũ: ea. n. quibus aqua prædominatur, in aqua locantur, & ſic de cæteris. Vtrũ uero dentur hęc animalia ignea, quæ dæmones a Platonicis dicuntur, Ariſtoteles uideť hic illa olfacere, & pro parte hac eſt auctoritas omniũ Platonicorũ, & ratio, qm̄ in ipſis animatis contingit quodlibet elementũ prędominari: uidemus. n. in aliquibus p̃dominari terrã, alijs aquã, alijs aerẽ, ergo alijs oportet prædominari ignẽ, alioquin natura eſſet mãca. Pręterea quicquid eſt poſſibile in natura, eſt neceſſariũ: ſed poſſibile eſt in animato aliquo ignẽ prædominari. Non. n. uideo cur magis ſit neceſſariũ prędominari in aliquo eorũ terrã, & nõ ignẽ. ergo neceſſariũ eſt animal aliquod eſſe igneũ, quod uiuat in igne, ut piſcis in aqua. Pręterea quicquid nõ repugnat generi, nõ repugnat ſpeciei: ſed nõ repugnat miſto prædominari ignem, ergo nec animato, quod eſt miſti ſpecies. Pręterea hæc repugnãtia nõ eſt ex parte aïæ, qm̄ anima, ut aïa põt perficere corpus nobilius q̃ ſit tale miſtũ igneũ, ut anima cœli, quæ perficit cœlũ: nec ex parte elementi ignis, nã ignis põt eſſe in miſtura prædominãs: ergo põt eſſe aïatum, in quo prædomineť ignis. Propter has rationes, Apulleius Platonicus fortaſſe credidit dari huiuſmodi aïalia ignea, in quibus ignis prædominetur: quę dæmones appellat: & Ariſtoteles in præſenti loco, olfacere hęc uideť. Accidũt tñ cõtra hãc opinionẽ dubitationes, qm̄ ſi ſunt miſta, eſſent corruptibilia: nullũ. n. miſtum ex elemẽtis Ariſtoteles ponit æternũ, & tñ Apulleius ponit hæc æterna, quod naturali philoſophię repugnat. Præterea ſi hęc animalia eſſent, hæc uiuerẽt, omne aũt uiuũ eget refrigeratiõe, ĩ igne aũt nihil põt refrigerari. Præterea omne uiuẽs uiuit ꝓpter calm & humidũ, calm aũt niſi humidũ inſtaurareť cibis: cõſumeret humidũ illud: igiť nõ pñt uiuere ſine cibis. Tu uero de his lege, q̃ diximꝰ in iuuenta in libello de dæmonibus. illud uero non ignorabis, ꝙ dato ꝙ dentur animalia ignea, hæc nõ eſſent illi dæmones, quos ponũt ſancti doctores. Illi. n. ſubſtantię ſunt ſpiritales incorporeæ: ab ipſo deo productæ ex nihilo: de quibus ad theologica.

De dæmonibus.

*At uero Empedocles improbe hoc dixit: aſſerens animaliũ calidiſsima præcipue & copioſiſsimum nacta feruorem aquatilia eſſe, natiui caloris exceſſum fugientia. ut cum frigoris & humoris defectum ſuſtineant: contrario in loco ſeruentur, quod aqua minus quàm aer calida ſit.*

*Empedocles autẽ nõ bene hoc dixit: dicens calidiſsima maxime & ignem habentia plurimum animalium aquatilia eſſe, fugientia exceſſum eius quæ in natura caliditatis. ut quoniam frigido & humido deficiunt: ſecundum locũ ſaluentur cõtraria exiſtentia. quod enim humidum: calidum eſſe minus aere.*

Cum declarauit ꝙ ſingula aïalia naturaliter locũ hñt in elemẽto: quod in ipſis prædominať, qm̄ ꝑ illud elementum mouẽtur & quieſcũt in illo: nũc uult narrare opinionẽ Empe. contrariũ dicentis. Dixit. n. ꝙ aïalia calida loca frigida habitãt, ut piſces, qui calidi ſunt, & nati in arida: uenerũt in aquas frigidas: ad tẽperãdum. n. exceſſum ſuę caliditatis migrarunt, ad aquã, quæ naturaliter eſt frigida. Proponit igitur primo ꝙ Empe. nõ bene dixit de habitatione aïaliũ, deinde narrat illius opinionẽ, & inquit. Empe. autẽ nõ bene hoc dixit cum ait aïalia uõ habitare pro ratione elemẽti prędominantis. Tunc narrat poſitionẽ, & dicit. Dicens calidiſſima maxime, & ignẽ habentia plurimũ animalia aquatilia eſſe, fugientia exceſſum eius: q̃ in natura caliditatis eorũ eſt, ſubaudi ueniſſe in aquas, ut quoniã frigido & humido deficiũt, & abũdãt calido & ſicco, ſecundũ locũ ſaluenť cõtraria exiſtẽtia, nã id qđ humidum eſt minus calidũ aere eſt, & ideo in humidũ ueniſſe narrat: ꝙ ille locus cõtrarius ſit eorũ naturis calidiſſimis, & igneis. Pro opinione Empe. uidetur regula medicorũ q̃ dicũt ꝙ ſimile appoſitũ ſimili facit ipſum furere: contrarium uero reducit, unde Galenus ait. omnis diſcraſia læditur a ſimili & iuuatur a contrario. Videmus enim febricitantibus non eſſe calida cõuenientia, ſed frigida & humida. Eſtate etiã cibis utimur frigidis quoniã hora calida eſt, hæc. n. omnia uidẽtur propoſitione Empe. facere.

*Nam omnino abſurdum eſt: qui fieri poſsit ut ſingula ea in arido genita, ſeſe mutatis ſedibus in humorem conferant, cum eorum pars pene maxima expes ſit? At ille primam eorum conſtitutionem referens: orta quidem in ſicco eſſe dicit, ſed fugiendo in humorem ueniſſe.*

*Totaliter igitur inconueniens: quo modo contingit factum unumquodq; ipſorum in ſicco, permutare locum in humidum. fere enim: ſine pedibus plurima ipſorum ſunt. Dicens autem eã quæ a principio ipſorum conſtitutionẽ: facta quidẽ eſſe in ſicco ait, fugientia autem ueniſſe ad humidum.*

Nũc Ariſtoteles reprobat opinionẽ Empe. poſtea ſoluit rationẽ, reprobando uero poſitionẽ. primo oñdit opinionẽ Empe. eſſe fictionẽ, cui nihil rñdet in re. Dixit. n. piſces in prima mũdi origine factos eſſe in arida, & poſtea cõfugiſſe in aquas, & dicit. Totaliter igitur incõueniens eſt illud quod Empe. dicit, de prima origine & diuiſione piſcium, & exponit opinionem. d. qũo cõtingit factũ eſſe unũquodq; ipſorũ in ſicco in prima mundi origine, & deinde permutaſſe locũ in humidũ: quod quidẽ eſſe impoſſibile ꝓbat, & dicit. Fere. n. ſine pedibus plurima ipſorum ſunt. & dixit {fere plurima} qm̄ cordulus, & bos marinus & multi alij piſces pedes habẽt. Exponit aũt opinionẽ Empe. & dicit. Dicẽs autẽ Empe. eam conſtitutionẽ mundi quæ eſt a principio: hoc eſt aſſerens mundi originem ac facturam ait aquatilia facta quidem eſſe in ſicco, fugientia autem calidum terrenum, ait ueniſſe ad humidum, ut ad mare, & ad aquas: modo hæc fictio eſt, quoniam carent pedibus: q̃ ſunt inſtrumẽta motus, ẽt nõ ſunt reptilia aïalia, q̃ per terrã, ut ſerpentes repãt. Quare cum huic opinioni nihil correſpõdeat in re, commentum eſt.

*Præterea: non uidentur eſſe calidiora pedeſtribus. nam ex eis: quædam nullum prorſus, quædã paucũ ſanguinem habent.*

*Adhuc autem: neq; uidẽtur calidiora eſſe quàm campeſtria. hæc enim ipſorum, exanguia omnino: hæc autem, pauci ſanguinis ſunt.*

Cum reprobauit opinionẽ Empe. oñdendo ꝙ illi nihil correſpõdet in re: nunc reprobat opinionis cauſam, dixit enim illa confugiſſe ad humida, qm̄ ſunt ignea ac calidiſſima. Cõtra obijcit, qm̄ nõ uideñ piſces calidiores q̃ cãpeſtria, qm̄ piſces uel ſunt exangues, uel pauci ſanguinis. Cetarij. n. piſces ſanguinẽ hñt, ſed parũ cõparatione campeſtrium ſanguinẽ habentiũ, cæteri ſunt exãgues, q̃ cõparatione campeſtrium ſunt frigidi. unde dicit. Adhuc autẽ neq; uidentur aquatilia calidiora eſſe q̃ cãpeſtria, immo frigidiora. Cuius cauſam exponit, & inquit. Hęc. n. ipſorũ exãguia omnino, hæc autẽ pauci ſanguinis ſunt. Quo uero ad rationem attinet, animaduerte, ꝙ aquatilia non ſunt omnibꝰ cãpeſtribus frigidiora: nõ. n. cetarij piſces ſunt frigidiores exanguibus cãpeſtribus, ut apibus, & formicis, & pulicibus, & id genus. Propterea Ariſtoteles non dixit aquatilia eſſe cãpeſtribus frigidiora, ſed dixit nõ eſſe cali

diora,qm̄ nõ omnibus cãpeſtribus frigidiora ſunt : eſt tñ uerum,ꝙ referendo paria ad paria oïa aquatilia ſunt campeſtribus frigidiora : qm̄ aquatilia ſanguinea frigidiora ſunt cãpeſtribus ſanguineis , & aquatilia exanguia cãpeſtribus exanguibus: ſatis aũt pro rationis efficacia eſt , ꝙ aquatilia nõ fugierũt ad aquas,q̃a ſunt calidiora ipſis cãpeſtribus ſaltem aliqua:& ſic cauſa opinionis nulla eſt.

*Attamen qualia dici debeant calida & frigida per ſe: conſiderationem ſumpſerat. Cæterum cauſa ea quam idem reddidit:aliquo modo quæſitã continet rationem, non tamen id quod ille dicit uerum eſt.*

*Sed qualia quidem dicere oportet calida & frigida ſecundũ ſe:conſiderationem ſumpſit. De qua autem dixit cauſa* Empe*docles ſic quidem habet quæſitam rationem , non tamen quod ait ille uerum eſt.*

Cum reprobauit opinionẽ oſtendendo illã eſſe fictionẽ,& cauſam opinionis nullã eſſe : hic uult exponere uſquequo Empe.bene dixit,et dicit primo ꝙ quãtũ ad hoc bene cõſiderauit. ſ. quæ horum ſm̃ ſe dicenda ſint calida quæue frigida , an campeſtria,an aquatilia, & ſic aliquid fecit,inquantũ excitauit nos ad hanc inueſtigationẽ. Vel ſic. Sed qualia q̃dẽ oportet dicere calida & frigida ꝑ ſe, ſubaudi & qualia ꝑ accidẽs , bñ conſiderationẽ ſumpſit, & ſic aliquid fecit inquãtũ fecit nos cõſiderare quæ per ſe,quæ ex accidenti ſint calida uel frigida. ſecundo dicit, ꝙ cauſa ꝑ quã Empe.dixit piſces ſtare ĩ mari, facit nos dubitare,uidem⁹ aliq̃n cõtraria cõtrarijs curari,& rõne cõtrarij in melius permutari.Quare facit nos dubitare an piſces ſint calidi,an frigidi,ex eo.n.quia cõtrariũ reducitur a cõtrario,uidetur ꝙ debeãt eſſe calidi,ex alio errauit.qm̄ quod dicit nõ eſt uerũ:non.n.uerũ eſt piſces eſſe calidos. unde dicit. Sed qualia oportet dicere aquatilia calida & frigida ſecũdũ ſe,an cãpeſtria,Empe.conſiderationẽ ſumpſit,& quãtũ ad hoc aliquid fecit,qm̄ excitauit nos, hoc eſt primũ. De ſecundo dicit. Cauſa autẽ de qua dixit ſic quidẽ,hoc eſt iſto modo habet quæſitã rationẽ , hoc eſt quæſitã dubitationẽ,per rationẽ.n.dubitationẽ intelligit. Facit q̃dẽ cauſa Empe.nos dubitare,inquãtũ dicit, ꝙ nõ ſtarent in locis frigidis,niſi eſſent calida: non tñ quod ait ille,uerũ eſt,ait.n.piſces eſſe calidos, quod nõ eſt uerum. Quid igitur bene,& quid non dixit Empe.ex hiſce patet.

*Nam contraria loca & tempora quæ habituum exuperantias exceperint:ſeruandi facultatem obtinẽt. natura uero: ſuis in locis potiſſimum ſeruatur. non enim idẽ ſunt: materia ex qua ſingula animalia conſtant, & eius habitus diſpoſitione ſue.*

*Habituum enim exceſſus habentia loca contraria , & tempora:ſaluant. natura autem : in proprijs maxime ſaluatur locis. non enim eſt idem: materia animaliũ ex qua eſt unũquodq;, & habitus & diſpoſitiones ipſius.*

Refutata põne Empe. in parte hac uult ſoluere rationem Empe.Empe.n.ratio hæc erat cõtraria diſpoſitio ſaluatur a cõtrario,ergo piſces habitãt aquas,q̃a ſunt calidi, ut cõſeruentur à diſpoſitione contraria ei diſpoſitioni quã habẽt.Reſpõdet, ꝙ loca & tẽpora cõtraria q̃ hñt exceſſus habituũ bene ſaluãt , & reducũt locatorũ diſpoſitiones,nõ aũt ſaluant, nec reducunt naturas locatorũ , unde dicit.Loca.n.contraria:quę hñt exceſſus habituũ,& tꝑa contraria q̃ excedunt in aliqua cõſtitutione , ut in calida uel frigida uel aliqua tali ſaluant,hoc eſt reducunt diſpoſitiones & habitus locatorũ,omnis.n.immoderata diſcraſia reducitur a cõtrario : natura autẽ & cõplexio naturalis locati maxime ſaluat̃,hoc eſt conſeruat̃ in proprijs, & ſimilibus locis,& tẽporibus:ut Galenus inq̃t.Cuius cauſam dicit.Nõ.n.eſt idẽ materia aïalium, hoc eſt cõplexio & naturalis qualitas aïalium ex qua conſtat unũquodq;, & habitus & diſpoſitiones ipſius animalis. Quo uero ad uerba attinet,aïaduerte ꝙ qualitates animalium duplices

Qualitates duplices.

ſunt naturales , quas animal habet ex principijs generationis ex uaria elementorũ miſtione, & uario elemẽti dominio immiſto: ſm̃ quã qualitatẽ dicimus campeſtria calida,aquatilia frigida: hñt aũt aïalia has naturales qualitates ratione formæ, quæ ſecundum genus aut ſm̃ ſpeciẽ limitat ſibi tales qualitates:uel ſecundũ formã indiuidualẽ in eadẽ ſpecie tales limitãtis.Has Ariſtoteles appellat naturã,& materiã,quo ex ipſis cõſtat aïal:alię ſunt accidẽtales , q̃ non inſunt aïalibus ui genericæ aut ſpecificæ aut indiuiduæ formæ,ſed ui cõtinentis, aut ui horæ anni, aut ui rerũ nõ naturaliũ,aut ui cauſarũ præter naturaliũ:quę ſi fixæ ſint,habitus dicunt̃:ſi non fixæ,dicunt̃ diſpoſitiones,& hoc pacto ægritudines,& accidẽtales diſpoſitiones,quæcũq; nõ inſunt a forma generica uel ſpecifica uel indiuiduali limitante ſibi illas,dicunt̃ accidentales qualitates habitus,uidelicet,uel diſpoſitiones.Ex his ad formã uult habere ſolutionẽ,ꝙ cum Empe. accepit qualitates a cõtrarijs ſaluari uerũ eſt, accipiẽdo qualitates pro diſpoſitionibus uel habitibus accidẽtalibus,ſed ſumendo qualitates pro naturalibus qualitatibus,iſtæ potius ſaluantur in ſimilibus.Quare cũ Ariſtoteles dixit ꝙ loca & tẽpora cõtraria,q̃ hñt exceſſus habituũ uel diſpoſitionũ , ſaluãt, intellexit ꝑ ſaluare reducere , & per exceſſus habituũ, intellexit conſtitutionũ exceſſus.ſ.in calido aut frigido,aut alia qualitate tali. Cum uero dixit,natura aũt in proprijs maxime ſaluat̃:ꝑ ſaluatur,conſeruat̃ intelligit, qm̄ qualitas naturalis ſeruat̃ a ſimili, & qualitas non naturalis reducitur a contrario, ut probat Galenus, nec eſt remotum uerbum mutaſſe,qm̄ eius uaria ſignificatio ex additis perſpicua eſt:natura.n.ſeruatur: diſpoſitio uel habitus reducitur. Verum annotatione dignũ eſt nõ eodẽ modo habitum reduci & diſpoſitionẽ.habitus.n.cũ reducit̃:paulatine & lente ac moderate reducit̃. Si.n.ethiops ſubito tranſiret in ſcythiã ægrotaret,qm̄ habitus nõ ſuſtinet repẽtinam mutationẽ:ut Auicẽna dixit. Diſpoſitio uero quandoq; ũna cõtrarij applicatione reducta eſt Ex his dicam⁹ ꝙ piſces uiuũt in humidis & frigidis, qm̄ eorũ natura eſt talis,campeſtria uiuunt in aere,& calido,quia eorum natura eſt talis. Et ſic patet ſolutio argumenti Empedoclis.

Non eo[dem] modo h[a]bitus re[du]citur & [di]ſpoſitio.

*Hoc autem ita accipio:ſi quid è cera aut glacie natura conſtituerit:haudquaquàm in calido poſitum ſeruabit. corrumpetur enim celeriter ob cõtrarium:quòd calor quicquid a ſuo contrario conſtiterit,eliquare ſoleat. Itẽ ſi quid é ſale aut nitro conſtituerit:nequaquàm id in humorem transferet deponetq;, cum humor quæ à calido & ſicco conſtitere,diſperdat.*

*Dico autem,ut ſi quid ex cera cõſtitueret natura: non utiq; in calido ponẽs ſaluaret. neq; ſi quid ex glacie. corrumperetur enim utique cito : propter cõtrarium. liquefacit enim calidum: quod a contrario conſtat. Neq; ſi quid ex ſale aut nitro conſtitueret : in humidum utique ferens deponeret. corrumpit enim humidum:a ſicco & calido conſiſtentia.*

Hæc quæ dixit,probat exemplis,& dicit. Vt ſi natura cõſtitueret aliquid ex cera,nõ utiq; illud ſaluaret ponens ipſum in calido loco,neq; ſi q̃d cõſtitueret ex glacie,ſaluaret,ſi illud ponat in loco calido, corrumperetur.n. utrũq; cito propter cõtrariũ,nã calidũ liquefacit, quod conſtat & coagulatur a contrario. ſ. frigido: & ita calidũ cerã & glaciem liquefacit,quæ a frigido coagulatæ ſunt.Ampli⁹ neq; ſi quid ex ſale conſtiterit , aut conſtiterit ex nitro : in humidum illud ferens reponeret,qm̄ humidũ (ut inquit) corrumpit ea,quæ conſiſtunt a ſicco & calido : ueluti ſal & nitrum ſunt. Quo uero ad uerba attinet, dixit ex ſale, aut nitro,quoniam nitrum ſpecies ſalis eſt, ſed nõ quo utimur in ferculis.ideo diſiunctione uſus eſt.

*Si igitur humidum & ſiccum materiam corporibus ſuggerunt omnibus:ratione optima euenit ut quæ ex humido conſtãt in humido ſint,quæ ex ſicco in ſicco.*

Si igitur



*Si igitur materia omnibus corporibus humidum & ſiccum:rationabiliter, quæ quidem ex humido conſiſtunt in humido ſunt,quæ autem ex ſicco in ſicco.*

Ex his exemplis concludit propoſitũ,& dicit:ꝙ ſi materia, hoc eſt ſi natura cuiuslibet miſti eſt humidũ , & ſiccum,& calidum,& frigidum,rationabiliter, quæ quidem ex humido conſiſtunt:in humido ſunt, quę autẽ ex ſicco, ſunt in ſicco,& quę ex frigido, ſunt in frigido:& quæ ex calido ſunt.in calido:& quæ etiam ex calido & humido conſiſtunt,ſunt in loco calido & humido, & quæ conſiſtunt ex frigido & humido,ſunt in loco frigido & humido. Piſces igitur, quoniam natura conſtant frigida & humida ſunt in aquis : campeſtria uero, quia natura conſtant calida & humida,ſunt in aere.

*Ob id: arborum genera non in aqua naſci ſolent , ſed in terra.*

*Propter hæc: arbores non in aqua naſcuntur , ſed in terra.*

Hinc quaſi corollarie ſoluit problema propter quid arbores non naſcuntur in aqua.Reſpondet,quoniam earum natura eſt ſicca terrea:ideo ſeruantur in terra.

*Atqui eadem ratione in aquam ueniſſent , quòd præarida ſint:qua ille præferuida ueniſſe affirmat. non enim ueniſſent in eam quòd frigida ſit:ſed quod humida.*

*Quamuis eiuſdem rationis eſt in aquam , propterea quod ipſæ ſuperſiccæ ſunt : quemadmodum ſuperignea ait ille. non enim propter frigidum uenirent in ipſam:ſed quia humida.*

Obiter hic reducit rationẽ Empe.cõtra ipſum, dixit.n. piſces ueniſſe in aquas,q̃a igneos,cõtra obijcit, qm̄ a pari plantæ debuiſſent uenire in aquas,q̃a plãtę ſunt ſiccæ,& aquæ ſunt humidæ:& quia plantę ſunt in terra,debuerũt eſſe humidæ & nõ ſiccę:quare ratio illius nulla eſt(inq̃t) hæc q̃ diximus uera ſunt,quãuis eiuſdem rationis eſt plãtas ueniſſe in aquã, qua ratione piſces uenerunt in aquas, dico eiuſdem rationis eſſe,ut plãtæ ueniant in aquas, propterea ꝙ ipſæ ſuperſiccæ ſint & aridæ.aquę contra humidæ.quemadmodũ ille ait.ignea animalia ueniſſe in aquas frigidas,quia illa calida ſunt.Si enim ratio Empe.bona eſſet,plantæ non uenirent in ipſam terram , ſed quia humida eſt planta : ueniret in terram. Cuius oppoſitum patet: planta enim ſicca eſt,& arida manet.

*Naturæ igitur materiæ : tales eſſe ſolent qualis eſt locus in quo ſunt. quæ in aqua ſunt humidæ: quæ in terra, ſiccæ. Habituum tamen ij qui calore excellunt , in frigido poſiti melius ſeruantur:contra qui frigore, in calido. natura enim loci: habitus exceſſum ad mediocritatem reducit.*

*Naturæ igitur materiæ : in quali quidem loco ſunt , tales exiſtentes ſunt . quæ quidem in aqua , humidæ : quæ autem in terra, ſiccæ. Habitus tamẽ , qui quidem excedentes ſunt caliditate, in frigido : qui autem frigiditate, in calido poſiti ſaluantur magis . reducit enim ad menſuratum , locus : habitus exceſſum .*

His declaratis concludit ſolutionem ad formam argumenti Empedoclis. Naturæ igitur materiæ, hoc eſt naturales qualitates ipſius materiæ : hoc eſt materialis cõplexionis,quæ corporibus inſunt ex principijs materialibus: tales ſunt exiſtẽtes in quali quidem loco naturaliter ſunt, ut ſi ſunt in loco calido naturæ locatorum ſunt calidæ : ſi in loco ſunt frigido, & naturæ ſunt frigidæ : ut quęcunq; naturæ ſunt in aqua: tales ſunt humidę naturæ : quæ autem naturæ ſunt in terra : tales naturæ ſunt ſiccæ : & eodem modo de alijs. In talibus enim locis naturaliter ſunt, & in talibus ſeruantur . habitus autem & diſpoſitiones, quæ ex accidenti ſunt:qui quidem in calido excedunt, in frigido bene ſe habent : qui autem excedunt in frigido, in calido poſiti ſaluãtur,hoc eſt reducũtur magis cauſa eſt, quoniam (ut inquit) locus reducit exceſſum habitus ad menſuratum,hoc eſt ad temperamentum, nam remittẽdo exceſſum habitus, temperantiam facit.

*Hoc igitur quæri debet : in proprijs locis cuiuſque materiæ, iuxta communis temporis uarietates . nam ut habitus locis contrarij ſint, fieri poteſt:ut materia, non poteſt.*

*Hoc igitur oportet quærere:in locis proprijs uniuſcuiuſque materiæ:etiam ſecundum permutationes communis temporis: habitus enim contingit locis contrarios eſſe: materiam autem,*

Ex dictis facit quoddam utile excerptum, licet non facile intelligatur : intelligitur tamen (ut mihi uidetur) hoc pacto. Hoc igitur.ſ.hanc conuenientiam loci cum locato,oportet quęrere in locis proprijs uniuſcuiuſque materiæ atque naturę, Oportet dico quærere hanc conuenientiam loci cum locato in natura ſecundum omnes permutationes communis temporis , hoc eſt ſecundum ætates omnes , quæ ſunt communis temporis , quo uiuunt illa animalia , quaſi dicat ita oportet talia eſſe in locis proprijs ſuæ naturæ,ut per totum commune tempus, quo uiuunt , illa non mutent , & cauſa eſt (ut inquit) quia habitus contingit eſſe contrarios locis , & ideo poſſunt loca mutare , materiam autem impoſſibile eſt eſſe contrariam loco naturali.

*Quod igitur non propter calorem naturæ, animalium alia aquatilia ſint, alia pedeſtria, quemadmodum* Empedocles *aſſerit, necnon cur quædam non habeant:hactenus dictum ſit.*

*Quod igitur non propter caliditatem naturæ hæc quidem aquatilia, hæc autem campeſtria animalium ſunt, quemadmodum* Empedocles *ait:tot dicta ſint, & cur hæc quidem non habent pulmonem, hæc autem habent.*

Epilogat,& dicit. Quod igitur non propter naturalem caliditatem, hæc quidem aquatilia ſint, hæc autẽ propter naturalẽ frigiditatẽ ſint cãpeſtria : quemadmodũ Empe. ait,tot dicta ſint:ꝙ cur hæc quidẽ non habent pulmonẽ, hęc autem habent, etiã tot dicta ſint. Sed non ſunt facilia hęc quę Ariſtot. dixit primo quidẽ , qm̄ ſicut ſe habet nutrimentum ad cõplexionem , ita locus ad naturã locati,ſed uidemus animalia calida nutriri frigidis , ut pecora & iumenta herbis,quę frigidę ſunt.Animalia uero frigida uidemus nutriri calidis,ut apes q̃ nutriunt̃ melle,muſcas, & pulices quæ nutriunt̃ ſanguine: igit̃ locata calida poſſunt uiuere in frigidis,et locata frigida in calidis.Pręterea nos uidemus apes , & muſcas & id genus frigidiora eſſe cetarijs piſcib⁹,& uiuere in aere, piſces uero calidiores in aquis. Quòd piſces cetarij ſint calidiores,docuit Ariſtot. ſunt enim maiores:& ſanguinẽ habẽt,& reſpirãt, inſecta uero,quæ aerẽ habitant,cum frigida ſint, continente ſolo refrigerãtur.Iuniores dixerunt, ꝙ aïalium q̃dam habent calidum ſufficiẽs naturale & cõueniens , ut per illud poſſint habere omne opus uitæ. Alia uero calidũ non habẽt ſufficiens,niſi aliunde fortificet̃:& excitet̃: tunc dicunt ꝙ quæ aïalia ſufficiens calidũ non habẽt, hæc non uiuũt in locis cõſimilibus,qm̄ quãuis frigida ſint,habitant in calidis locis,ut eorũ calidum fortificet̃ a loco : & ſic apes,& muſcæ & id genus uiuunt in calidis locis, & nõ in aquis: quæ uero ſufficiẽs habent calidũ,hęc uiuunt in locis conſimilibus , ut calidiora in calidis, & frigidiora in frigidis: & ſic cãpeſtria quę plenũ habẽt calidũ,uiuunt in calidis, piſces, qui calidũ habent pro eorũ uita plenum, cum ſint frigidi , in frigidis uiuunt. Ariſtotelis ergo contra Empe. locutus eſt de animalibus habentibus calidum, quod nõ requirit fortificationem extrinſecus. Sed adhuc contra hanc poſitionem eſt dubitatio , quoniam aquatilia exanguia non deberent ſtare in aquis , quoniam non habent calidum ſufficiens,quemadmodum nec inſecta:quę uiuunt in calidis. Videtur igitur mihi eſſe dicendum,

Digreſſio de uita aïaliũ ĩ locis.

quòd animalia duplicia ſunt, alia quidem calida, alia autem frigida: & frigida duplicia, alia quæ quantum uis calidum habent, ſiue paucum, ſiue multum ſufficit pro uitæ operationibus, alia quæ quo ad calidum quod habent, requirunt confortationem exterius: & hęc differentia eſt ex parte differentiarum ſpecifica formarum. Illa enim requirunt, quia talis ſpeciei ſunt, hęc uero non requirunt, quia huius ſpeciei uidentur. Tunc dico quòd ea, quæ dicit Ariſtoteles intelligenda ſunt de his uiuentibus & animalibus quæ calidum habent, quod non requirit exteriorem confortationem, de his enim uerum eſt, quòd calidiora in calidis, & frigidiora in frigidis habitant. Tunc patet ſolutio, apes enim licet frigidæ ſint, & ratione naturalis frigiditatis deberent uiuere in frigidis, tamen earum calidum requirit confortationem exteriorem: & ſic uiuunt in calidis. Exanguia aquatilia licet ſint pauci caloris, uiuunt tamen in aquis, quia eorum calidum licet paruum, non tamen requirit cõfortationem exteriorem, quoniam illud quod habent, ſufficit eis. Ex his patet regulam Ariſtotelis eſſe ueram per ſe, & falſam per accidens. Calidiora enim in calidis, & frigidiora in frigidis uiuere debent per ſe: per accidens aũt, quia talia, contingit contrarium. Hæc mihi uidentur pro defenſione Ariſtotelis. Rationes uero ad oppoſitum ſolutæ. Apes enim per accidens nutriuntur calidis, quoniam calidum earum non ſufficeret uitæ: niſi confortaretur: pecora nutriuntur frigidis, quoniam habent calidum ſufficiens, quod nõ eget exteriori confortatione.

Secũda dubitatio utrũ q̃ habitãt loca frigida habeant interiora calida.

Conſequẽter quæritur utrum quæ habitent regiones calidas, habeant interiora frigida: quæ uero frigidas, habeant interiora calida: & notanter quęritur de interioribus, quoniam exteriora ſe habent ẜm qualitatẽ loci. Videtur ꝙ ſic, quoniam per antiperiſtaſim alterum contrarium fortificat alterum. Contra uidetur per experientiam, nam piſces & intus & extra ſunt brutis frigidiores. Quidam nulla diſtinctione pręposita, dixerunt animalia quæ loca calidiora habitant, habere interiora frigida: quoniam frigidum innatum per antiperiſtaſim augetur a calido continentis circunſtante. Quæ uero contra habitant loca frigida: habent interiora calidiora illis, propter eandem cauſam, quia per antiperiſtaſim contrarij frigidi calidũ augetur internum. Quòd autem ita ſit, Ariſtoteles in libris politicorum innuit, qui dicit quòd ſeptentrionales ſunt animoſiores auſtralibus: & Galenus & Auicenna idem aſſerunt, quod quidem non contingeret, niſi quia habitantes ſeptẽtrionem habent interiora & cor calidum propter circunſtantiam frigidi. Auſtrales contra habent interiora & cor frigidũ propter circunſtantiam calidi. Sed hęc poſitio eſt contra experientiam. Videmus enim piſces etiam cetarios habere interiora magis frigida quàm bruta, & tamen piſces habitant loca frigidiora quàm bruta. Propterea dicendum ꝙ animalium quædam ſunt a tota ſpecie frigida uel a toto genere frigidiora alijs ſecundum naturam, ut piſces: quædam autem a tota ſpecie calida: uel a toto genere calidiora alijs ut campeſtria, ſecundo accipio quòd calidum uel frigidum regionale alterum eſt circundans, & non penetrans uiſcera, ut quando non eſt ita intenſum, ut penetret: ut propter magnitudinem & uiuacitatem animalis: alterum uiſcera penetrãs: quod quidem ſui magnitudine obtinet intus & extra. Tunc dicendum quòd comparando animalia a tota ſpecie uel genere calida ad animalia a tota ſpecie frigida: ſic talia animalia in quocunq; loco ponantur, modo ibi poſſint uiuere, ſemper habent interiora magis calida quàm habeant quæ a tota ſpecie ſunt frigida: & quę a tota ſpecie ſunt frigida in quocunq; loco ponantur, in quo uiuere poſſint, ſemper habent exteriora & interiora magis frigida quàm quę a tota ſpecie ſunt calida. At ſi comparemus calida ad calida a tota ſpecie, ut homines ad homines, & equos ad equos, quæ a tota ſpecie dicuntur calida dico ꝙ in locis frigidis, in quibus cõuenienter poſſunt uiuere, habent interiora calidiora quã ſibi ſimilia poſita in quibus poſſunt uiuere: dico ſibi ſimilia in genere, ſexu, complexione, & cæteris id genus probatur: quoniam frigidum circunſtat, & non penetrat, & ſic per antiperiſtaſim fortificat calidum. Quę uero in locis calidis ponuntur, habent interiora frigida, quoniã calidum circunſtat, & non penetrat, & ſic auget frigidum per antiperiſtaſim. Dixi quã ſibi ſimilia in genere, quoniam non oportet ꝙ ſerpens habeat in locis frigidis interiora calidiora quã homo exiſtẽs in locis calidis. Dico in ſexu: quoniam non oportet ut mulier exiſtens in locis frigidis habeat interiora magis calida quã homo exiſtẽs in calidis. Dico in complexione, quoniam fortaſſe nõ oportet quòd homo a complexione habens cor frigidum exiſtens in loco frigido, habeat cor calidius eo, qui a complexione habet cor calidum, etiam dato quòd ſit in regione calida. Hæc de dilucidatione: & patet ſolutio ad obiecta.

3. dubitatio utrũ tẽpibus calidis interiora ſunt frigida.

Vlterius quæritur utrum in tẽporibus calidis animalia a tota ſpecie calida, ut homines, & pecora: quæ a tota ſpecie, ac genere ſunt calida reſpectu piſciũ, habeant interiora frigidiora, hoc eſt utrum comparando idem animal calidum ad ſeipſum temporibus calidis habeat interiora frigida, & temporibus frigidis, calida, & dico interiora, quoniam non eſt dubium de exterioribus. Videtur quòd ſic: quoniam inquit Hippocrates uẽtres hyeme, & uere calidisſimi ſint. In contrarium eſt experientia: quoniam æſtate reſpirationes & pulſus ſunt frequentiores. Hic ſunt duæ poſitiones. prima uidetur eorum: qui aſſerunt calidum potens eſſe ſemper intus & extra obtinens: & ſic dixerunt animalia ęſtate, & in calidisſimis temporibus eſſe intus, & extra calidiora: quoniam calidum potens intus & extra obtinet. Simili modo animalia temporibus frigidis exteriora & interiora calidiora habere uidentur: eadem ratione: quia potens frigidum intus & extra eſt potens. Pro hac poſitione ſunt experientię & rationes, primo quidem, quoniã multa animalia in hyeme ſuis ab operationibus uacant, non ſolum exteriorum ſed interiorum membrorum, conduntur q; in cauernis quaſi mortua, quatenus extrinſecus, & intrinſecus calor defecit. Veniente uero æſtiuo calore, mox reſurgunt, reuiuiſcuntque, qua ratione patet temporibus calidis exteriora & interiora calida eſſe magis, frigidis uero magis frigida. ſecundo quoniam uidemus multa animalia hyeme non parere, nec concipere, quoniam calidum & extrinſecus, & intrinſecus illis deficit, quo poſſint concipere, ut aues, & id genus: accedente calido nidificant. tertio uidemus multa animalia hyeme non capere nutrimentum ut glires, & urſos, & multa ſerpentum genera: ęſtate uero cibi multum capiunt, & hoc pro tanto, quia hyeme calidum nutrimentale minus eſt, æſtate uero maius: & pollentius. quarto æſtate utimur cibis frigidioribus pro refrigeratione caloris externi, & interni, hyeme contra utimur cibis calidioribus pro calefactione interiorum & exteriorum. ergo æſtate interiora & exteriora ſunt magis calida, hyeme uero contra. quinto æſtate plerunq; ęgritudines calidæ, hyeme frigidæ contingunt, quod non eſſet, niſi æſtate interiora & exteriora eſſent magis calida, hyeme contra frigidiora. ſexto uidemus ęſtate corpora magis reſolui, hyeme minus. Ex his uolunt corpora noſtra intus & extra pro ratione temporum fieri frigidiora, ac calidiora. Alij uero dixerunt, exteriora mutari pro temporum mutatione, non autem interiora. Immo temporibus calidis interiora ſunt frigidiora, temporibus uero frigidis interiora ſunt calidiora. Pro hac poſitione ſunt experientię, prima quidem, quoniam hyeme digeſtio uidetur eſſe pollentior, digerimus enim cibos magnitudine maiores, & qualitate craſſiores. ſecunda quia uidemus caua loca hyeme calidiora eſſe. Quidam dixerunt quòd animalia duplicia ſint, alia parua magnitudine, & calore, uel calore tantum, alia magna calore, & magnitudine: tunc dicunt, quòd loquendo de paruis animalibus ſtante eorum uita: mutantur intus &

extra



extra pro mutatione temporum, quoniam calidum uel frigidum temporis eſt obtinens intus & extra in huiuſmodi paruis animalibus, & ſic ueram eſſe primam poſitionẽ aſſerunt, loquendo uero de magnis animalibus, quæ calore, & corpore magna ſunt, hæc pro mutatione temporũ mutant exteriora. Interiora uero mutant cõtra rationem temporum q̃m calidis temporibus interiora frigida, frigidis calida habent, & ſic acceptant ſecundam poſitionem. Sed pace horum dixerim ex hac poſitione nõ habetur an membra interiora ſint calidiora uel frigidiora ęſtate uel hyeme. Amplius non habetur modus quo modo augetur uel diminuitur calidum pro differentia temporum. Præterea nec ex hac conſideratione habetur uia ſoluendi hinc idem obiectiones. Adhuc non loquimur in animalibꝰ magnis quæ habent calorem plenum, cõparãdo hęc ad ſeipſa. In iuuenta diximus eundem calorem innatum fieri ęſtate & hyeme intenſiorem, & magis naturalem uel minus. Calor enim natiuus noſter, quando in gradu eſt intenſior, dicitur maior ſecundũ intenſionem, quoniam magis conuenit operationibus noſtris, dicitur maior ſecundum naturalitatem, & ſic membrum dici poteſt calidiꝰ uel frigidiꝰ uno tempore magis quam alio, quando in gradu eſt magis uel minus tale. Et poteſt dici calidius uel frigidius, q̃m per calidum melius exercet operationes, quæ ſibi competunt, ſiue ſit intenſius, ſiue remisſius. Dicebã igitur in ęſtate calorem eſſe maiorem quam in hyeme ſecundum intenſionem gradualem, infra tamẽ latitudinẽ ſanitatis, ut multæ rationes cogunt, tam intra quam extra, hyeme uero eſſe maiorem quo ad conuenientiam ac naturalitatem, quoniam per ipſum anima exercet melius opera uitæ, ut digeſtionem, & inſtaurationem, & ſomnum, & id genus. Calor ergo exterior additus interiori illum reddit intenſiorẽ in gradu, & quidem non extra ſanitatis latitudinem, niſi nimis exceſſerit, frigus uero continentis calorem innatum reddit conuenientiorem & magis operationibus uitę naturalem, illium uiuendo ac ad interiora magis conuertendo. Ex his patere poteſt conſilium, qui enim dicunt calidum membrorum interiorũ & exteriorum mutari pro tẽporum mutatione, intelligunt quo ad gradus, & quãtum ad hoc eſt probabile, ut multę rõnes probant. Qui autem dicit uentres hyeme & uere eſſe calidiores intellexit quo ad naturalitatem & conuenientiam, qua calor cõuenit uitę operationibus, ideo dixit ſenex, & ſomni longisſimi, ut inueret perationes eſſe perfectiores. Hęc ſolutio, & conſilium licet fuerit in iuuẽta approbatũ, nũc nõ reprobo, tñ non uidetur ire ad mentem Ariſto. in hoc loco, ut patet determinãti ſolutionem ſuam contra Empe.

Solutio Ariſtotelis.

Propterea uidetur mihi aliter eſſe dicendum, ꝙ calor eſt duplex ĩ unoquoque uiuente, aliter naturalis, & hic datur a generante mediante forma & anima, dans enim formam, dat omnia quæ illam conſequuntur mediante forma, ut Auer. ait Calor ergo naturalis oĩbus uiuentibus datus eſt a generante, ſed mediante anima illum a ſua ſpecie ſibi limitante, ut ꝑ ip̃m tãtũ & talem exercent opera uitę. Hic licet ſit in toto aĩato, ut in ſubiecto, principaliter eſt in corde, ut in fonte caloris, & ꝑ ſp̃us a corde emiſſos cõicat oĩbus alijs mẽbris, de hoc dictũ eſt amplius ſupra. Alter eſt calor accidentalis, qui ſi eſt fixus, habitus dicitur, ſin aũt nõ fixus, diſp̃õ in textu appellat̃, hic dicit̃ accidẽtalis, q̃m nõ datur nobis mediante forma, ſed accidit nobis a cauſis nõ naturalibus, quę ſunt ſex (ut Galenus inquit) vt ab aere, cibo et potu, & cæteris rebus non naturalibus, de quibus ad medicos. Differũt aũt iſti calores nõ quidem ſubiecto, quoniam in eiſdẽ mẽbris ſunt, idem. n. epar eſt naturali & aduentitio calore calidum, idẽ etiam cor, & ita de alijs. Differunt aũt ſpecie, non quidem in rõne metaphyſica, quæ pręſcindit a motu & a mutatione, & a cauſis naturalibꝰ, ſed differunt ſpecie phyſica, cum differant cauſis, naturalibus, & proprijs affectionibus. Ex his duobus caloribꝰ in nobis fit unus calor miſtus, qui non eſſentia & definitione unꝰ eſt, ſed ſubiecto, quo aĩa utitur pro ſuis ↄpationibus. Si enim corpora noſtra eſſe poſſent alicubi, ubi externis motionibus, non afficeremur, anima ſolo naturali calore uteretur pro oĩbus operationibus, quia ṽo ubiq; afficimur calido externo, ideo aĩa utit̃ utroq; quaſi uno inſtrumento ad oẽs ſuas operationes, quoniam iſtud aggregatũ aliud æſtate, aliud hyeme fit, hinc operationes animæ mutantur, & mores, & neceſſitates, & regimina. Nec eſt credendum hoc miſtum eſſe animę, & nobis præter naturale, ſic enim eſſet ęgrotatiuum, ſed non naturale ſecundum partem, naturale autem ſecundum partẽ. Ex his patet dilucidatio ueritatis peripateticę, ꝙ ęſtate calor accidentalis eſt maior intus & extra, ut ꝑ rõnes probatũ eſt, hyeme uero naturalis calor maior, q̃m circũſtãtia frigidi ille calor naturalis melius conuertitur ad interiora. Calor ṽo miſtus ex utroq; in ęſtate eſt ſimpl'r maior, q̃m computãdo gradꝰ ꝑtiũ, ex qbꝰ cõſtat, ſunt plures. Q2 calor naturalis hyeme ſit maior, p3, q̃m ↄpationes naturales ſunt ꝑfectiores, & meliores. Q2 ęſtate calor accidẽtalis ſit maior intus et extra, etiã patet, q̃a ↄpatiões naturales ſunt q̃ſi extraneatæ. Quod ṽo calor ↄpoſitus ſit maior calidis tẽporibus, p3, q̃a gradꝰ utriuſq; ꝑtis enumerati, reperiunt̃ plures, & ſicut de calore dc̃m eſt, eodẽ mõ dici põt de unaquaq; qualitate. Quod ſi ita eſt, p3 ęſtate interiora naturali caliditate eẽ minus cal'a quã hyeme, accñtali ṽo magis. Miſta aũt cal'itate exteriora & interiora calidiora. Hyeme cõtra p3 interiora eẽ calidiora naturali cal'itate, accñtali ṽo minus, & cõpoſita cal'itate tã exteriora q̃ interiora eſſe minus cal'a, & hoc loquendo de eodẽ aĩali ad ſeip̃m cõparato, ut in q̃õne ſuppoſitũ eſt. Argumẽta ꝓ utraq; ꝑte ſt̃ ſoluta ex his.

De permutatiõe corporũ q.

Quarto quęrit̃ utrũ corꝑa ẜm artis pręcepta poſſint ꝑmutari de una cõplexione in alterã, ut cholericũ in flegmaticũ, & ſanguineũ in mel'icũ, & etiã econtrario. Videt̃ ꝙ ſic, nã Galenus in techna docuit corꝑa lapſa ad tẽperamẽtũ ꝑ artẽ reducere, & extrema ad extrema ꝑmutare, pro ꝑte cõtraria eſt Ariſto. qui ait naturã ꝑmutari eſt ipſam corrũpi. Pro declaratiõe ſumamꝰ primo, ꝙ corpus unius cõplexionis ꝑmutari in aliã cõpl'onẽ bifariã eſt, aut intra ambitũ ſuę ſp̃ei, aut extra ambitũ ſp̃ei. Secũdo accipio ꝙ corpus permutari ad aliã cõplexionẽ intra ambitũ ſuę ſp̃ei bifariã eſt adhuc, aut ꝑmutando cõplexionẽ quę inſequitur formam, aut cõplexionem quæ inſequit̃ materiã. Pro cõplexione, quę inſequitur formã, homo eſt cholericus, melancholicus, & id genus. Per complexionẽ inſequẽtẽ materiam homo tẽperatus eſt breuis uitę, & melancholicus lõgę uitę, etiã ꝑ complexionem inſequentẽ materiã, homo cholericus eſt manſuetus, flegmaticus eſt iracũdus, nam licet una & eadem ſit complexio ſequens formam, & ſequens materiam ſubiecto & re, differunt ratione. Cholerica enim complexio ut elementaria eſt, & ut reſultat ab elementarijs qualitatibus, inſequens formam dicitur. datur enim a generantibus mediante forma, ut uero cœleſtis, & ut affecta cœleſti calido, dicitur inſequens materiam, hoc eſt indiuidualem naturam. Datur enim a cœlo mediante indiuiduo, quod eſt materia cœleſtis calidi, ut Philoponus dixit ſecundo de generatione. Hanc uocant medici proprietatem indiuidualem, quæ nihil aliud eſt niſi complexio elementaria, ut pendet a diſpoſitione cœleſti, & ut contracta a cœlo in generatione animalis, unde differunt ratione, ſubiecto autem & re, ſunt eadem. Dicitur enim complexio cholerica uel ſanguinea elementaria, quo reſultat ex elementis, dicitur inſequens formam, quo datur a generantibus mediante forma, hæc quo dicitur cœleſtis, ut in principio generationis contracta a cœlo, dicitur etiam inſequens materiam, quoniam inſequitur indiuiduum, datur enim a cœlo in principio generationis mediante indiuiduo quod eſt materia cœleſtium, & materia ſpeciei, & formæ. Sic igitur tria ſumenda ſunt, primum quod duplex ſit cõplexio altera inſequẽs, formã, alterã inſequẽs materiã. Sc̃dm eſt, ꝙ corpus permutare eiꝰ complexionẽ intelligi poteſt, aut quę inſequit̃ formã aut quę materiã inſeqtur. Tertiũ, ꝙ permutare ↄplexionẽ in-

ſequentem formam, poteſt intelligi extra ſpeciem eius, cuius eſt complexio, aut intra ſpeciem. His ſuppoſitis, medici dicunt, quòd corpus non poteſt permutari de complexione inſequente formam ad complexionem inſequentem formam extra ſpeciem, hæc patet, quoniam campeſtre nunquam poteſt permutari ad complexionem aquatilis, nec homo ad complexionem equi, & hoc concedunt Philoſophi etiam, quoniam hæc permutatio eſſet corruptio permutati, & propter hanc cauſam mercurius non poteſt per artem permutari in argentum, quoniam permutatio eſt extra ſpeciem. Secundo dico, quòd corpus bene poteſt permutari de complexione ſequente formam in complexionem ſequentem formam intra ambitum ſuæ ſpeciei, probatur, quoniam per debitam adminiſtrationem ſex rerum nō naturalium poteſt calidum fieri minus calidum, & ita frigidum, & humidum minus humidum & ita fieri ſiccum, quinimmo quod eſt uenenum poteſt cōuerti in cibum, ut patet de puella, quæ conſueuit ſumere uenenum, & tandē in cibum aſſumpſit. Tertio dico, ꝙ hæc permutatio eſt periculoſa, niſi fiat lente, atque paulatine, & uſu moderato, ut inquit Galenus, hæc de complexione ſequente formā, at ſi loquimur de complexione ſequente materiam. Quarto dicunt aſtronomi quòd complexio inſequēs materiam non poteſt permutari, probant, quoniam permutatio ſemper fit per applicationem contrarij, cum lente & moderate applicatur, ſed tali complexioni nihil eſt contrarium. Cœleſti enim affectioni nihil terrenum cōtrariari poteſt. Ex his concludunt ꝙ ſi cholericus permutetur ad temperatum, non propter hoc eſſet uitæ longioris, quam ex cœlo in genitura erat conſtitutum, quoniam complexio inſequens materiam non eſt permutabilis. Similiter ſi erat ex genitura iracundus, dato quòd ad temperantiam eſſet per artem permutatus, non propter hoc erit manſuetus. Medici tamen dicunt, quòd dato quòd aliquis ex cœlo ſit breuis uitæ, beneficio artis poteſt fieri longeuus, probatur, quoniam non poteſt hic a cœlo in breui mori, niſi occurrat cauſis mortis, uel cauſis ægrotare facientibus ad mortem, ſed hic occurſus, cū ſcitur poteſt euitari. Ergo poteſt permutari corpus non ſolum quo ad complexionē ſequētem formam, ſed etiam quo ad complexionem ſequētem materiam. Hactenus de permutatione.

*Cur autem quæ pulmone prædita ſunt, aerem excipiant ſpirentque, & præſertim quæ illum ſanguinolentum obtinent, dicendum eſt.*

*Propter quid autem habentia ſuſcipiunt aerem & reſpirāt, & maxime ipſorum quæcūq; habent ſanguinem habentem?*

Cum ſoluit primam quæſtionem, & declarauit propter quam cauſam quædam animalia habent pulmonem, & quædam non habent, non, ſoluit ſecundam, & declarabit duo, primum quidem cur quæ pulmonem habent, reſpirent, & ſecundum eſt cur quæ pulmonem habēt plurimi ſanguinis, plurimum frequentius reſpirēt. Et hęc duo proponit, & dicit. Propter quid autem animalia quæ habent ſcilicet pulmonem ſuſcipiant aerem, hoc eſt inſpirēt, & reſpirent, hoc eſt exſpirēt, hoc eſt primū, & ſubaudi ꝑꝑ quid maxime inſpirent, & expirēt quæcūq; ipſorum hn̄t pulmonem habentem ſanguinem, ut homo, & pecora, hoc eſt ſecundum, & uerba ſunt ſuſpenſiua, & terminatur ſuſpenſio ibi { cauſa reſpirandi quidem } Hæc duo proponit diſſerere.

*Cauſa ſpirandi, pulmo eſt fungoſus exiſtens & fiſtulis plenus, qui etiam, omnium maxime partium quæ uiſcera appellantur, ſanguine refertus eſt.*

Syringia Fiſtula *Cauſa reſpirandi quidem, pulmo inanis exiſtens & plenus fiſtulis, & maxime utiq; ſanguinem habens hæc particula, uocatorum uiſcerum.*

Soluit quæſita, & ſuſpenſionem terminat, primo aſſignat cauſam primi cur ſcilicet habentia pulmonem trahāt & expellant aerem, & non aquam. Secundo aſſignat cauſam ſecundi, ibi { & cur maxime. } De prima parte primo aſſignat cauſam, deinde exponit illam. Aſſignādo autem cauſam, dicit. Cauſa reſpirandi quidem eſt pulmo exiſtēs inanis, & uacuus, & pro id eſt, & plenus ſyringis, hoc eſt fiſtulis, hoc eſt paruis uenis, & quia inter uocata uiſcera hæc particula eſt maxime ſanguinem habens ſcilicet multitudine uenarū. Ergo cauſa reſpirandi eſt pulmo exiſtens multis uenis plenus & exiſtens inter uiſcera particula potiſſimum ſanguinem habens. Hæc eſt cauſa, cur aer trahatur & expellatur.

*Quæ itaq; ſanguineum habent, ea celeri refrigeratione indigent ꝙ calor animalis paululum deuergat, & penetratione quæ per totum eat ob ſanguinis caloriſq; copiam, quod utrūq;, aer committere facile poteſt, nam quia natura tenui eſt, & celeriter & per totū ſubit atq; refrigerat, at aqua, nō pōt,*

*Quæcūq; autem habent ſanguinem habentem ipſam, celeri quidem indigent refrigeratione (propterea ꝙ parua eſt inclinatio animati ignis) intra autem ingredi per omne, propter multitudinem ſanguinis & caliditatis, hæc autem ambo, aer quidem pōt facile facere, propterea enim ꝙ habet ſubtilem naturā, & per omne & celeriter penetrans refrigerat, aqua autem contrarium.*

Exponit illam cauſam, & oſtēdit, quòd talis reſpiratio per aerem, & non per aquā conuenienter fit, & dicit. Quęcūq; autem animalia habent ipſam particulam, quæ eſt pulmo, habentem plurimum ſanguinem, duobus indigēt, & celeri refrigeratiōe, propterea ꝙ parua ſit animati ignis hoc eſt animalis calidi inclinatio ad uiuendum propter eiꝰ feruorem, & indigēt etiam, ut aer penetret, non tantum ad pulmonem, ſed & ad cor, & per omne mēbrum refrigeratione indigens. At aer & nō aqua celerem refrigerationē poteſt dare, quoniam per omnia facile penetrat, & per oīa penetrare poteſt ſui tenuitate, unde dicit. Quæcūq; autem animalia habent ipſam particulam ſcilicet pulmonem habentem ſanguinem, indigent duobus, primo quidem celeri refrigeratione, & hoc propterea quia animati ignis, hoc eſt animalis calidi parua eſt inclinatio ad uiuendum de ꝑ ſe, niſi refrigeretur, niſi enim refrigeraretur, mox ſuffocaretur. Secundo indigent, refrigerationem debere ingredi intro per omne ſcilicet membrum calidum, hoc eſt cor, & arterias, & uenas, quæ feruent. Addit quòd hæc duo per aerem & non per aquam conuenienter fiunt & dicit. Hæc autē ambo aer quidem poteſt facile facere, penetrationem quidem per omne, propterea quia habet naturam ſubtilem, raram, & penetratiuam. Refrigerationem uero celerem, quoniam per omne & celeriter penetrans refrigerat. Aqua autem contrarium faceret, eſt enim craſſa, grauis, & aere minus mobilis. Patet ergo expoſitio cauſæ, cur ſcilicet quæ pulmonem habent reſpirent.

*Itē, cur ea potiſſimum ſpirent quæ pulmonem habēt ſanguinarium, ex hoc liquere poteſt, nam quod calidius eſt, id refrigeratione indiget uberiori.*

*Et cur maxime reſpirant habentia pulmonem habentē ſanguinem, ex his palam, quod enim calidius, ampliori indiget refrigeratione.*

Hic aſſignat cauſam ſecundi quæſiti, cur ſcilicet magis reſpirent, quæ pulmonem habent magis ſanguineum, & dicit, quòd cauſa patet ex his, quæ dicta ſunt, quoniam hæc habent pulmonem calidiorem, & ſic magis refrigeratione indigentem, & dicit. Et cur maxime reſpirent habētia pulmonem plurimum ſanguinem habētem, ex his quę dicta ſunt, in proximo quæſito, palam, & repetit cauſam, & dicit. Quod enim calidius eſt, ampliori indiget refrigeratione, & numero & magnitudine, & hęc eſt cauſa.

*Adde etiā, ꝙ ſpiritus ad originem caloris cordi inditi, facile commeat. Verū quemadmodum cor ad pulmonem foraminibus peruiū ſit: tum ex diſſectionibus: tum ex hiſtorijs quæ de animalibus ſcriptæ ſunt contemplari oportet.*



*Simul autem, & ad principiū caliditatis quæ in corde, progreditur ſpiritus de facili. Quo autem modo cor colligationem habet ad pulmonem, oportet contemplari ex anatomis, & ex hiſtorijs circa animalia ſcriptis.*

Conſequenter ex his, declarat quomodo per reſpirationeꝫ pulmonis ſequitur refrigeratio cordis, & dicit. Simul autem ad pulmonem progreditur ſpiritꝰ, hoc eſt aer de facili, & ad cor, quod eſt fons, & principium caliditatis, aer enim ad pulmonem trahitur, pulmo uero ad cor colligationem habet, per quaſdam uenas, quæ a corde in pulmonem progrediuntur, ideo aer cum in pulmonem peruenit, per illas uenas penetrat ad cor, & ſic quodāmodo ſimul refrigeratur cor, & pulmo, quia uero, non eſt clarum quid hæc colligatio ſit & qualis, ideo inquit. Quo autem modo cor alligationem habeat ad pulmonem, oportet cōtemplari ex anatomis, & ex hiſtorijs circa aīalia ſcriptis. Sed quæres utrum reſpiratio ſit propter cor, an propter refrigerationem pulmonis, uidetur quòd propter pulmonis refrigerationem, quoniam Ariſtoteles cauſam non cor ſed pulmonem aſſignauit, cordis enim refrigerationem cōcomitatiuam cauſam aſſignauit. Sed contra eſt ratio, quoniam propter principale ſemper uidetur eſſe omne quod eſt, magis quam propter minus principale, modo cor eſt pulmone principalius. Dicendum quòd reſpirationem eſſe propter cor poteſt intelligi, aut propter cor tanquā finem adæquatum, & ſic reſpiratio non eſt propter cor tanquam propter finem adæquatum, quoniam ſic omne habens cor reſpiraret, aut poteſt intelligi propter cor tanquā propter finem excellentiorem & magis intentum, & ſic reſpiratio eſt propter cor, propter pulmonem aūt tāquam propter finē minus principalem.

An ꝑꝑ cor reſpiratio, ſit.

*Omnino igitur animantium natura refrigerationem deſiderat, ob animæ in corde incendium, eam autem per reſpirationem moliri ſolent, animalia quæ nō tantum cor habent, ſed etiā pulmonem.*

*Refrigeratione igitur totaliter indiget animalium natura, propter ignitionem animæ in corde, hanc autem faciunt per reſpirationem, quæcūq; non ſolum habent cor, ſed etiam pulmonem, animalium.*

Concludit quæ dixit de refrigeratione eorum, quę pulmonem habent, & dicit. Refrigeratione igitur omnino indiget animalium natura propter ignitionem animę in corde, hoc eſt propterea quia anima eſt in corde excellenter calido. Verum non eodem modo omnia (ut dictum eſt) ideo dicit. Hanc autem faciunt per reſpirationem, quæcūque animalium non ſolum habent cor, ſed etiam pulmonem, & uſque hoc cauſa declarata eſt.

*At quæ cor habent, ſed pulmone uacant, uti piſces, aqua per branchias refrigerantur, ꝙ eorum natura aquatilis ſit. Qualiter autem ſitus cordis ad branchias ſeſe habeat, ad oculum per diſſectiones ſpectari debet, exacte per hiſtorias.*

*Habentia autem cor: pulmonem autem non, quemadmodum piſces: propterea quod aquatilis eſt ipſorum natura, aqua faciunt refrigerationem per branchias. Quomodo autem poſitio habet cordis ad branchias, ad uiſum quidem ex anatomis oportet cōtemplari, ad certitudinem aūt ex hiſtorijs.*

Exponit nunc modum quo refrigerentur animalia quę pulmonem non habent, ſed branchias, & dicit. Habentia autem cor, pulmonem autem non, ut piſces, hi propterea quòd ipſorum natura eſt aquatilis mediante aqua tracta & pulſa per branchias refrigerationem faciunt. De colligatione autem branchiarum cum corde, remittit nos, & dicit. Quomodo autem, poſitio cordis ſe habeat ad brāchias, ad uiſum quidem ex anatomis oportet contēplari, ad certitudinem aūt & ꝑ rationes, ex hiſtorijs.

*Vt autem uel nunc ſummatim dicatur, ſeſe ad hūc habet modum. Cor enim pedeſtribus animantibus & piſcibus non ſimilem ſitum tenere uideatur, ſimilē tamen obtinet. Nam quo piſcium capita eminent, eodem cordis mucro ſpectat, at cum capita nequaquam eodem proſpectent, tam pedeſtribus quam piſcibus cor ſuum mucronem ad os iactitat.*

*Vt autem in ſumma dicatur & nunc, habet hoc modo. Videbitur enim non eodem modo habere poſitionem cor campeſtribus animalium & piſcibus, habet autem eodē modo. Qua enim inclinant capita, hic cor, acutum habet: quoniam autem non eodem modo capita nuunt, campeſtribus animalium & piſcibus ad os cor: acutum habet.*

Poſitionem cordis ad branchias breuibus hic exponit, & primo præmittit intentionem, et dicit. Vt autem in ſumma dicatur & nunc, cor ſubaudi ab branchias, hoc modo colligationem habet, ut dicetur ſtatim, hæc eſt intentio. Deinde exponit hanc colligationem, & primo exponit poſitionem cordis in piſcibus ſecundum differentiam & conuenientiam in capeſtribus, & dicit primo qđ primo aſpectu differentia ſitus cernitur, nam ſaltem in homine cor habet orificium ad cœlum reſpiciens, in piſcibꝰ nō habet orificium ſic erectum, cum non incedant recte, ſed prona natando, uerum licet primo aſpectu non uidetur eodem modo cor in piſcibus, & campeſtribus ſituatum propter ſitum, quem habet cor in homine, tamen in omnibus eodem modo ſituatur, & hoc dicit. Videtur enī non eodem modo habere poſitionem cor campeſtribus animalium, & piſcibus primo aſpectu propter ſitum, quē habet in homine aliter quam in piſcibus, ſed re uera habet cor ſitum in omnibus eodem modo, quoniam in omnibus cor ſuum orificium habet uerſus ad partem capitis, & hoc inquit. Qua enim parte campeſtria & aquatilia inclinant capita, hic cor habet ſuum acutum, hoc eſt ſuum orificiū, ut ſi animalia habēt caput ad cœlum, orificium habet cor ad cœlum uerſum, & ſi caput habent inter cœlum & terrā, etiā orificiū cordis erit ad eam partem uerſum, & propterea dicit. Quoniam autem non eodem modo animalia omnia capita nuunt, ac conſtituta habent, ideo omnibus & campeſtribus animalium, & piſcibus cor habet ſuum acutum ad os animalis uerſus caput poſitum, aliter tamen & aliter, ut dictum eſt. Quo uero ad uerba attinet, Ariſtoteles per acutum, non cuſpitem cordis intelligit, ad quem pyramidaliter lineæ cordis terminantur, ſed orificium, ex quo calidum effluit, hoc enim cor habet uerſum ad caput, & ad os, ut frigiditas cerebri mitigetur, & ut per frigiditatem cerebri refrigeretur cor. Hæc de cordis poſitione.

*Ac fiſtula uenæ & nerui faciem repræſentans, de cordis extremo ad medium illud tendit: ubi brāchiæ omnes inter ſe coeūt copulāturq;: hæc igitur ampliſſima eſt. Sed & aliæ de utraque parte cordis ad branchiarum extrema ſingularum tendūt, per quas in cor refrigeratio penetrat, diſcurſante ſemper aqua per branchias.*

*Tendit autem ex extremitate cordis, cannalis quaſi phlebo neurodes ad medium: qua contingunt inuicem omnes brāchiæ: maximus igitur: iſte eſt. Hinc autem & inde cordis: protenduntur quidem & alteri in extremitatem uniuſcuiuſque branchiarum, per quos refrigeratio fit ad cor, decurrente ſemper aqua per branchias.*

Cum poſitionē cordis expoſuit, in ꝑte iſta, declarat colligationē cordis ad branchias, & dicit. Sed ex extremita-

Phlebo neurodes

te orificiali cordis tendit cannalis uerſus caput, & collum quaſi phleboneurodes, hoc eſt quæ fiſtula uel cannalis eſt quaſi uena neruea, terminata ad medium inter cerebrum, & cor, ligata ſcilicet ad radicem capitis, qua uena neruea contingunt, hoc eſt uniuntur omnes branchiæ quoniam hic neruus eſt maximus habens hinc inde conterminationem ad branchias. Et tu lege uerbum igitur, pro enim quaſi dicat maximus enim eſt iſte neruus inter cor, & caput medians, ideo poſſunt illi branchię uniri. Verum (ut dicit) licet branchiæ huic neruo uniãtur, tamen hic inde cordis, hoc eſt ex hac & illa parte cordis protendũtur quidem & alij nerui in extremitatẽ uniuſcuiuſq; branchiarum applicati, per quos neruos refrigeratio fit ad cor decurrente ſemper aqua per branchias, & ſic branchiæ una ratione neruo medio uniuntur, & alia ratione hinc inde utraꝗ unitur cordi, per alterum atq; alterum neruum. Fit ergo refrigeratio ſecundum Ariſtotelem per contagionem quatenus refrigeratis brãchijs, per aquam, infrigidãtur capita neruorum uel uenarum, quæ a medio neruo ad branchias protenduntur, & illis refrigeratis, rerefrigerantur conſequenter per contagionem aliæ partes illarum uenarum, & ſic uſꝗ ad cannalem, undæ ille oriuntur, illo ꝟo refrigerato per contagionem tandem refrigeratur cor, & hæc refrigeratio ſufficit, ut fiat per cõtagionẽ, quoniam ſunt pauci caloris, & cor eorum parũ habet ſanguinis, ut ſuperius dictum eſt.

*Porro quemadmodum branchiæ piſcibus, ſic reſpirantibus thorax, crebro ſurſum deorſumq; mouetur, cum ea ſpiritum accipiunt redduntq;.*

*Eodem aũt modo & reſpirantibus thorax ſurſum & deorſum mouetur frequenter, ſuſcipientibus ſpiritum & emittentibus, ut branchiæ piſcibus.*

His declaratis, dat tres conuenientias inter reſpirãtia, et non reſpirantia, & continuetur textus ſic, licet campeſtria & piſces differant in modo refrigerandi, tamen eodẽ modo, & reſpirantibus thorax ſurſum & deorſum mouetur frequenter in his, vʒ, animalibus, quæ ſpiritum ac aerẽ ſuſcipiunt, & emittunt, ut brãchiæ mouẽtur in piſcibus.

*Item quæ ſpirant, in pauco & eodem aere, quæ uero aquatilia ſunt, in pauca eadẽq; aqua ſtrangulari ſolent, nam eorum utrũq;, celeriter calidum redditur, calefacit enim utrũq;, contactus ſanguinis, qui cum calidus eſt, refrigerationẽ præpedit.*

*Et reſpirantia quidem, in pauco aere & eodem, aquatilia autem, in pauca aqua & eadẽ ſuffocantur, uelociter enim utrũque ipſorum, fit calidũ, calefacit enim ſanguinis attactus, utrũque, calidus aũt exiſtens ſanguis, prohibet refrigerationẽ.*

Secunda conuenientia eſt, ꝙ reſpirantia in pauco aere & eodem, qui non innouatur, ſuffocãtur, & aquatilia etiã in pauca aqua & eadem, quæ non fit noua, ſuffocãtur. Cuius cãm affert, & dicit. Velociter enim utrũꝗ ipſorum ſcilicet aer & aqua fit calidum, nam attactꝰ ſanguinis, & uapores, qui exeunt a corporibus illorum calefaciunt utrũq; ſcilicet aerem & aquam, at cum ſanguis eſt calidus, & nõ refrigeratur externo refrigerante prohibet refrigerationem cordis, & non permittit fieri refrigerationem ab aere illo uel aqua prios calefacta.

*Quin etiam cum ſpirantia pulmonem, aquatilia branchias, mouere non poſſunt ob affectionem ſeniũue, tum ea mori contingit.*

*Et non potentibus mouere, reſpirãtibus quidem pulmonẽ, aquatilibus autem branchias, propter paſſionem aut propter ſenectutem, tunc accidit mors.*

Tertia conuenientia eſt, quòd cum non poſſunt mouere particulam illam, quæ eſt inſtrumentum refrigerationis, tunc mors accidit, unde dicit. Et non potentibus mouere hanc particulam reſpirantibus quidem pulmonem, aquatilibus autem branchias, propter paſſionem, aut propter ſenectutem, tunc accidit mors. Dixit propter paſſionem, ut in morte uiolenta, in qua pulmo non mouetur ob ægritudinem, uel uim illatam illi, Dixit propter ſenectutẽ, ut in morte naturali, in qua potentia motiua eſt adeo effecta imbecillis, ut non poſſit animal mouere particulã illam, & hæc naturãlis eſt mors. Sed dices quid demonſtrat illa particula tunc, cum dicit. Tunc mors accidit, aut demonſtrat inſtans in quo adhuc uita eſt, aut inſtans in q̊ uita non eſt. Non demonſtrat inſtãs, in quo uita eſt, quoniam tunc non accidit mors, ſed poſtea, ſi demonſtrat inſtans, in quo uita non eſt, mors tunc iam facta eſt, & nõ tunc accidit. Sed hic cauillus eſt puerilis & fuit Xenocratis, & poteſt dici, ꝙ illud uerbum tunc, demonſtrat inſtans, in quo nunc primo illud animal nõ eſt, quod ſophiſtæ appellant primum non eſſe, quoniam in illo primo nõ poteſt animal mouere pulmonem. Verum de hoc in ludicris dialecticis ſatis dcm̃ eſt. Hęc de libro de reſpiratione. Finis. Piſis. M.D.XXI. Die. XIIII. Maij

# *ARISTOTELIS* DE MORTE ET VITA

## *Libellus cum Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.*

*VT igitur ortus animalibus cõmunis omnibus eſt, ita mors, ſed modi eius, ſpecie diſcrepant, non enim corruptio ipſa, differentiarum expers eſt, quanquam quippiam commune habet, nam mors altera, uiolenta eſt, altera, naturalis. Violenta, cum principium extrinſecus aduenit. Naturalis, cum idem in ipſo animali eſt, & particulæ conſtitutio talis eſt qualis ab initio erat, nec affectio ulla ſuperuenit.*

*EST igitur omnibus animalibus commune, generatio & mors, modi autem, differunt ſpecie, non enim indifferens corruptio, ſed habet aliqd commune, mors enim eſt, hæc quidem uiolenta, hæc autem ſecundum naturam. Violenta quidem, quando principium extra fuerit. Secundum naturam autem, quando in ipſo, & partis conſiſtentia ex principio talis, ſed non aduentitia aliqua paſſio.*

HActenus de reſpiratione, nunc de morte aggreditur, accedit autem ad narrationẽ, quoniam in Libello de iuuentute & ſenectute propoſuit intentionem huius libri. Accedens autem ad narrationem præmittit diſtinctionem mortis, & dicit, quòd licet generatio, & mors in omnibus animalibus communes ſint (nullum enim animal eſt, quod aliquando non fuerit ortum, & nullum eſt, quod ortum, non moriatur) tamen modi mortis ſpecie differunt, unde dicit. Eſt igitur omnibus animalibus commune quid generatio, & mors, modi autem mortis differũt ſpecie quaſi dicat licet generatio & mors communis ſit omnibus animalibus, tamen modi moriendi differunt ſpecie. Quod autem modi moriendi differant ſpecie, probat, & dicit. Non enim corruptio, hoc eſt mors eſt indifferens, hoc eſt caret differẽtijs, ſed ꝑ lʒ habeat aliqd cõe. q. d. nõ. n. mors differẽtiarũ expers eſt, licet habeat qd cõe, utputa trãſmutatione. Cõe. n. morti tranſmutatio eſt. Eſt enim mors trãſmutatio ad nõ eſſe. Quo quidem



quidem ad ꝟba attinet, Ariſto. per corruptionem mortem intellexit, nam in animalibus corruptio mors eſt. Et dixit ꝙ modi moriendi differunt ſpecie, & non modi generandi, quoniam omnia quæ generantur, eodem modo generantur, ſed genita non eodem modo pereunt. Et qa dixit, ꝙ modi moriendi ſint diuerſi, exponit quod dixit, & inquit. Mors enim eſt, hæc quidem uiolenta, hæc autem ſecundum naturã, & exponit mẽbra, & inqt. Violẽta qdeʒ, quando principium eſt extra. Secundum naturam autem, quando in ipſo animali eſt principium, & partis conſtantia ſiue conſtitutio ex principio fuerit talis, qualis poſtea erit, ita ut non eueniat aliq̃ paſſio. ſ. parti uel toti quę corrũpat animal. Quo uero ad uerba attinet, per principium extra intelligit contrarium, contrarium dico formaliter, ut frigidum, quod corrumpit calidum, uel ſiccum, quod corrũpit humidum. Aut repugnans, quod corruptiuum contrarium eſt, ut uulnus, uel ægritudo, uel tale qd, quotiẽs ergo mors accidit aut a contrario formaliter ipſi calido uel ſicco, aut a contrario corruptiuo, hæc mors dicitur uiolenta, qm̃ animal quando iſtud non eueniebat, aptũ erat adhuc diutius uiuere, & ſic hæc mors uiolenta dicit̃, qm̃ contra aptitudinem naturalẽ eſt, qua animal adhuc erat aptũ uiuere. Naturalis autẽ eſt, quando principium corruptiõnis eſt in ipſo animali utputa ab ipſo calido exiccãte humidum paulatine uſq; ad completam exiccationẽ, cũ qua non ſtat uita. Sed dices poſſibile eſt, ut principium corruptionis non ſit in ipſo animali, ſed ſit in parte animalis, per quod pars animalis corrumpatur, & conſequenter totum. Rñdet ꝙ ad hoc ꝙ mors naturalis ſit ſimpliciter naturalis, oportet ut principium corruptiuum ſit in ipſo utputa calidum conſumens humidum, & oportet ut partis cõſtitutio ſit talis, qualis erat a principio, ita ut nulla paſſio illi uiolenta ſit, alioquin mors non eſſet naturalis, ſed uiolenta. Et ſic mors naturalis eſt, quoniam nec ratiõe totiꝰ, nec ratione partis principium eſt extra. Ad hoc autem ut ſit uiolẽta ſufficit, ꝙ principium quod eſt extra, inferat uĩ aut toti, aut parti, rõne cuius totum corrumpitur. Ex his patet, ꝙ ratione habita ad materiam oĩs mors eſt naturalis, ut libro de generatione diximus, ratione habita ad calidũ per quod uiuimus, naturalis dicitur, qñ calidum corrũpitur a ſe conſumendo humidum. Violenta ꝟo, quando calidum corrumpitur aut a cõtrario ipſi formaliter, aut potentialiter, aut ſaltem eius parti. Hęc iam declarauimus Libello de iuuentute & ſenectute.

Quæ uiolenta mors quæue naturalis.

Vñ naturalis mors uł uiolẽta dicatur.

*Hæc igitur in plantis, ariditas appellatur, in animantibus, ſenecta.*

*Plantis igitur, auanſis, in animalibus autem uocatur hæc, ſenectus.*

Exponit nunc nomina mortis naturalis per modum corollarij, & dicit. Plantis igitur hæc naturalis mors, quę fit paulatine per paulatinam exiccationem humidi, dicitur auanſis, græco uerbo. In animalibus autem uocatur græco uerbo, γῆρας geras, hoc eſt ſenectus. Auanſis autem grę ce, latine exiccatio, aut ariditas dicitur. Eſt enim ſeneſcere aĩal a calido in ſuo humido naturali paulatine conſumi. Plantam ꝟo areſcere eſt in ſuo humido exiccari. Tu uero hæc intelligas de naturali morte, non quæ ſumitur pro ſubitaria mutatione de eſſe in nõ eſſe, ſed pro paulatina mutatione de eſſe perfecto ad non eſſe ſimpliciter, ut dictũ et Libello de iuuentute.

*Fit autem mors & corruptio, perfectis omnibus eodem modo, imperfectis uero, conſimiliter quidem, ſed alio modo. Imperfecta uoco, ut oua, & ea plãtarũ ſemina quæ radice carẽt.*

*Eſt autem mors & corruptio, omnibus ſimiliter non imperfectis, his autem aſſimilatim quidem, alio autem modo. Imperfecta autem dico, ut oua, & ſemina plantarum quæcũque ſine radice.*

Sed dubitabis utrum ea, quæ ſunt animalia imperfecta, & potentia animalia, ut oua & ſemina, dicantur mori. Reſpondet ꝙ in animalibus perfectis mors, & corruptio uere & proprie dicitur. In talibus imperfectis dicitur per ſimilitudinem, & improprie, non enim dicuntur proprie mori, quæ non proprie uiuunt, ſed dicuntur mori ſimilitudinarie, quatenus deſinunt poſſe uiuere, unde dicit. Eſt autẽ mors & corruptio omnibus animalibus non imperfectis ſimiliter, quoniam propriæ, & uere, his autem quæ dicuntur animalia imperfecta ac potentia, aſſimilatim quidem, ac improprie, alio tamen modo, ꝗ̃ mors perfectorũ, quoniam per mortem non deſinunt uiuere, ſed deſinunt habere potẽtiam ad uitam. Exponit autem quid intelligat per imperfecta, & dicit. Imperfecta aũt dico, ut oua, & ſemina plantarum quæcunꝗ ſine radice ſunt, & ſemina animalium. Hęc enim dicuntur mori, quatenus deſinunt poſſe uiuere.

*Omnibus igitur corruptio obuenit, ob caloris defectum, ſed perfectis, in eo in quo eſſentiæ principium habetur, hoc autem id eſt, ut ante diximus, in quo ſuperum & inferum coeũt, plantis, quod inter germen & radicem medium eſt. animalium ſanguinarijs, cor exanguibus, proportionale.*

*Omnibus igitur corruptio fit, propter calidi defectum: perfectis autem, in quo ſubſtantiæ principium, hoc aũt eſt, quemadmodum dictum eſt prius, in quo ſurſum & deorſum copulantur, plantis quidem, medium germinis & radicis, animalium autem habentibus quidem ſanguinem, cor, exanguibus autem, proportionale.*

In parte hac partim ex dictis in hoc Libro, partim ex illis, quæ dicta ſunt libro de iuuentute, uult cõcludere cauſam mortis, & uitæ eſſe cor, in animalibus cor habentibus, aut proportionale cordi, in his, quæ uerum cor non habent. Eſt enim cor cauſa mortis cum deficit in ipſo calidum, eſt autem cauſa uitæ, cum in ipſo eſt calidum uitale ſufficiens pro uitæ operibus, procedit autem a primo ad ultimum, & dicit. Omnibus igitur corruptio fit propter calidi defectum, non tamen eodem modo animalibus perfectis, & imperfectis. Imperfectis quidem (ut dictum eſt) perfectis autem propter defectum calidi in eo membro, in quo eſt anima, quæ eſt principium ſubſtantiæ ut eſſendi. Hoc autem membrum eſt (ut dictum eſt) in quo ſurſum & deorſum in animali exiſtẽtium copulantur, plantis quidem medium germinis, hoc eſt ſtipitis, & radicis ſcilicet truncus. Animalium autem habentibꝰ quidem ſanguinem cor, exãguibus autem proportionale cordi, ergo uitæ & mortis principium eſt aut cor, aut cordi proportionale. Inquantum enim calido abũdat, uitę principium eſt, quo uero deficit, mortis eſt cauſa. Veluti nauta ſui præſentia eſt ſalutis nauis cauſa, ſui abſentia cauſa ſubmerſionis, ita quoꝗ cor, ut calido abundans, eſt uitę cauſa, ut calido deficiẽs eſt mortis principium.

*Cæterum ex hiſce nonnulla, potentia multa principia, non tamen actu, continent. Quamobrem, & inſecta quædam præciſa uiuunt. Quin & ſanguineorum quæcunque uiuacia admodum non ſunt, exempto corde longo temporis ſpatio uiuunt ut teſtudines, & inambulant ſi adhuc puſillæ ſint, q. eorum natura non bene compoſita ſit, perinde atq; inſecta.*

*Horum autem quædam, uirtute, multa principia habent, non tamen actu. Quapropter, & entomorum quædam diuiſa uiuunt. Et ſanguinem habentium quæcũq; non uitalia ualde ſunt, multo tempore uiuunt ablato corde ut tortucæ, & mouentur pedibus adhuc exiſtentibus tortuculis, propterea, q. non cõponitur natura ipſorum bene, ſimiliter entomis.*

Obiter quaſi ponit differẽtiã ĩter exãguia et ſanguinea animalia, & ſic cõtinuet̃ ſi textꝰ, licet exãguia nõ habeãt cor, ſed cordi proportionale, tñ horum exanguiũ q̃dã ha-

bent uirtute principia multa, non tamen actu, habent quidem uirtute principia multa quatenus una anima actu poteſt per diuiſionem fieri plures, et ita unum animal diuiſione fieri poteſt plura animalia. Hinc concludit, ꝙ & entomorum quędam diuiſa uiuunt, & dixit quędam, quoniã ſunt quædam entoma adeo parua, ꝙ diuiſa non uiuũt, ut pulices, & id genꝰ, qm̃ uita non ſtat in altera parte ꝑpter paruitatem. Concludit etiam & ſecundo, ꝙ et aĩaliũ quę ſanguinem habent, quęcũq; non uitalia ualde ſunt, quoniam ſunt fere exanguia, multo tempore uiuũt ablato etiã corde, ut tortucę, quę diuiſę a corde uiuunt, & mouentur pedibus progrediendo, adhuc exiſtentibus per diuiſionẽ quaſi paruulis tortuculis. Et huius rei cauſa eſt, tum quia non ſunt ualde uitales, ſed quaſi exangues, tum etiã quoniam non componitur natura earum bene, ſed componit̃ ſimiliter fere entomis, hoc pacto & anuloſa animalia licet ſanguinea ſint, etiam diuiſa uiuunt propter eaſdem cauſas, ut quia ſunt fere exanguia, & quia non bene cõpoſita & unita, ac cõtinua ſunt.

*Porro uitæ principium in quibus habetur, deficere ſolet, cũ calor uitalis non refrigeratur, tunc enim idem, quod ſæpe diximus ſeipſum conſumit.*

*Principium autem uitæ, deficit habentibus, cum non refrigeratur calidum communicans ipſo, quemadmodum enim dictum eſt frequenter, cõtabeſcit ipſum a ſeipſo.*

Dictum eſt, ꝙ corruptio accidit uiuentibus propter defectum calidi, hoc eſt propter cor uel proportionale, cum illi deficit calidum. At oſtendit quando, & quomodo calidum deficiat his animalibus aut uiuentibus, quæ calidũ hñt, & primo quidem generatim, deinde ſpeciatim, & dicit. Principium autem uitę, deficit habentibus, hoc eſt, ſed calidum quod eſt uitæ principium, deficit uiuẽtibus, quæ calidum habent, deficit dico tunc, cum calidum ipſo principio uitę communicans, hoc eſt cum calidum uitale non refrigeratur, nam ut dictum eſt ſæpius, cum calidum non refrigerat̃, a ſeipſo contabeſcit per exiccationem humidi, non aũt per applicationem cõtrarij, & hoc pacto calidũ uitale deficere dicitur, & quæ moriuntur defectu calidi hoc pacto, morte naturali mori dicuntur.

*Quoties igitur alijs pulmo, alijs branchiæ obdureſcũt, præ temporis longitudine reſiccatis, his quidem branchijs, illis uero pulmone, & terroſioribus redditis, has particulas mouere, hoc eſt attollere & comprimere, non poſſunt, ac tandem, accedẽte intenſione, calor ille obſoleſcit.*

*Quando igitur his quidem pulmo, his autem branchiæ induratæ fuerint, propter temporis longitudinem deſiccatis, his quidem branchijs, hijs autem pulmone, & factis terreſtribus, non poſſunt has partes mouere, neq; eleuare et ſimul ducere, tãdem autem, facta intenſione, marceſcit ignis.*

Concludit ſpeciatim tempus quando calidum deficit magis determinatum, generatim enim dictum eſt tunc uitale calidum deficere, cum non refrigeratur, nunc concludit quando non refrigeratur, & dicit, ꝙ tunc non refrigeratur cum pulmo aut branchiæ non amplius mouentur. Tunc autem non mouent̃, cum uirtꝰ eſt effecta debilis, & pulmo uel branchiæ terreſtres, & graues, & hoc paulatine per partem poſt partem, cum enim graues, & terreſtres effectę ſint, ineptę motui ſunt, uirtus autem eſt effecta imbecillis, ideo tũc deficit calidum defectu refrigerationis, unde dicit. Quando igitur, his quidem pulmo, his autem branchię induratę fuerint & exiccatæ & terreſtrificatæ, propter temporis longitudinem, exiccatis, his quidẽ brãchijs, his autem pulmone, & factis terreſtribus, tunc animalia has partes mouere non poſſunt, neq; eleuare, neque ſimulducere, hoc eſt comprimere, tandem autem facta calidi intenſione defectu refrigerationis, ignis hoc eſt calidũ uitale marceſcit, ac naturalem ſuffocationem patitur. Sed dubitatur quoniam tũc non ultimum quod moritur, eſſet cor, ſed ſimul cor & pulmo. Cõtrarium aũt dicit Ariſto. eſt enim cor primum quod uiuit, & ultimum quod morit̃, poteſt dici ꝙ quando Ariſto. aſſerit cor eſſe primũ, quod uiuit, & ultimum, ꝙ moritur, comparat cor ad alia membra principalia non autem ad pulmonem, quoniam ſimul & ſemel pulmo deficit a motu, & calidũ uitale mareſcit. Vel poſſet dici, ꝙ dato ꝙ pulmo deſinat moueri, nõ propter hoc immediate poſt hoc cor deſinit uiuere, quoniam adhuc poſt hoc tempore imperceptibili cor uiuit, donec calidum eius uitale marceſcat. Patet igitur generatim tũc animal mori, cum uitale calidum deficit, ſpeciatim ṽo tũc moritur, cum deſinit poſſe mouere pulmonem uel branchias. Deſinit autem poſſe hęc mouere, cum membra terreſtrificata & inepta motui effecta fuerint, & uirtus admodum debilitata.

An cor ultimo moriatur.

*Quocirca & paruis affectibus in ſenectute ſubortis, animalia cito commoriuntur, nam quia calor exiguus eſt, ut qui plurimus per uitam quæ longa fuit difflarit, ſi qua intenſio parti illi ſuperueniat, celeriter extinguitur, quemadmodũ cum tenuis & exigua flamma in eo ineſt, parui motus opa extingui ſolet.*

*Quapropter & paruis paſſionibus aduenientibus in ſenectute, uelociter moriuntur, propterea enim ꝙ paucum eſt calidum, uelut plurimo euaporato in multitudine uitæ, ſi qua utiq; intenſio fiat particulæ, cito extinguitur, quemadmodum momentanea & parua in ipſo flamma exiſtente, propter paruum motum extinguitur.*

Ex his concludit corollarie quoddam utile medicis & philoſophis, & eſt cur ſenibus paruis euenientibus paſſionibus, uelociter moriuntur, & dicit. Quapp & paruis paſſionibus aduenientibꝰ in ſenectute, uelociter animalia cõmoriuntur. Cuius cauſam repetit, & dicit. Propterea enim ꝙ eorum calidum & paucum & exiguum eſt, uelut plurimo euaporato in multitudine uitę. Eſt enim calidum propter uitam, quę longa fuit, ualde diminutum, & quodammodo infrigidatum, propter longam humidi conſumptionem. Ideo (ut inquit) ſi qua calidi intenſio fiat particulę, quę eſt inſtrumentum refrigerationis. ſ. pulmoni, tale calidum propter uelocem humidi conſumptionem cito extinguitur. Cuius exemplum affert, et dicit. Quemadmodum parua flamma & momentanea exiſtẽte in ipſo calido qđ in candela eſt, propter motum leuem extinguitur, paruus enim ille motus flamme conuertit flammam per antiperiſtaſim ad humidum candelę paucum, & ſic extinguitur, uel flamma illa moritur a paruo motu illam ſuperflue infrigidante, ſic & ſenile calidum a contrario leui extinguitur. Sed dubitatur, quoniam in ſenectute paruum calidũ eſt. Ergo parua eget refrigeratione, & ſic ſicut calidum in iuuene non corrumpitur facile, ſic nec in ſene, habet enĩ ad ſuum humidum proportionem æqualem ei proportioni, quam habet calidum iuuenile ad ſuum humidum. Secũdo dubitatur utrum in ſenectute poſſit accidere mors, quæ eſt extinctio. Et uidetur, ꝙ nõ, quoniam ſuperius dictum eſt, ꝙ mors quæ accidit in ſenectute, eſt naturalis, et marcor, non autem uiolenta. Dicendum ad primam dubitationem ꝙ calidum ſenile licet ſit paucum reſpectu calidi iuuenilis, & egeat minori refrigeratione in quanto, nõ tamen eget minore proportionabiliter, & quoniam uirtus pulmonis eſt ſenio imbecillis, leui occaſione accidente extinguitur. Eſt enim illa occaſio cõtraria illi calido, aut formaliter, aut ſaltem corruptiue contraria, unde patet, ꝙ licet calor in ſene, non ſit multum, reſpectu ſui humidi, eſt multum, & ſic poteſt ipſum cito conſumere. Ad ſecundã dicendum ꝙ in ſenectute poteſt accidere marcor, & extinctio. Marcor quidem, quando per paulatinam humidi cõſumptionem, marceſcit calidum, extinctio ṽo, quando nõdum penitus exiccato humido, occurrit ipſi calido cõtrarium uel pulmoni, ut dictũ eſt, ꝑ quod ampliꝰ a uirtute moueri non poteſt. Quando ṽo Ariſtoteles dixit marcorẽ accidere in ſenectute, uerum dixit. Non tamẽ ſequitur ut omnis mors, quæ in ſenectute accidit, ſit marcor.

An in ſenectute accidere poſſit mors quæ eſt extinctio.

*Quapropter & mors ea quæ in ſenecta accidit, dolori obnoxia non eſt, tunc enim animalia mortem, obeunt, etiam ſi nullo uiolento affectu tententur, immo uero, citra ullum penitus ſenſum anima ipſa recedit.*

*Quapropter, & ſine triſtitia eſt quæ in ſenectute mors, nulla enim uiolenta ipſis paſsione contingente, moriuntur, ſed inſenſibilis, animæ abſolutio fit omnino.*

Secundo corollarie concludit qualis mors ſit marcor, quæ mors eſt in ſenectute contingens per totalem humidi conſumptionẽ, & dicit. Quapropter, & ſine triſtitia eſt, quæ in ſenectute fit mors. Cuius cãm affert, & inqt. Nulla enim uiolenta paſſione contingente, animalia moriunt̃, ſed fit omnino inſenſibilis animę a corpore abſolutio, atque ſeparatio, & dixit {aĩę abſolutio} quoniã loquit̃ de morte naturali hominis, per quam anima humana, nõ corrumpitur, ſed ab ipſo corpore abſoluitur. Nam ſm ueram Ariſto. opinionem anima humana remanet poſt mortem. Sed mirum eſt, quõ in tali morte non ſit dolor, cum ibi ſit præſentia mali corrumpentis. Præterea & cognitione corruptiui mali triſtitia & dolor nobis accidit. Sed in morte naturali eſt cognitio mali corruptiui, ergo eſt triſtitia. Reſpondent, ꝙ mors naturalis eſt ſine triſtitia, quæ ſequit̃ appræhenſionem triſtis tangibilis. Non enim eſt ibi aliquod tangibile dolorificum præſens, cuius apprehenſionem ſequatur ſenſitiua triſtitia, ut Cãdauenſis bene exponit, tñ dicunt naturalem mortem non eſſe abſq; triſtitia mẽtalis, quæ ſequitur mentalem appræhenſionem corruptiui mali. Videns enim ſe mori morte naturali, triſtatur mentaliter propter damnum uitę. Sed ego dico ꝙ hoc eſſet uerũ quãdo eſſet cognoſcibile, mõ iſtud non eſt cognoſcibile, qm̃ ex parte ſenſus nõ cognoſcitur, aĩalia enim cum ſunt prope talem mortem lętantur, qm̃ calidum propter priuationem refrigerationis acuit̃, & ſic uidentur admodum uiuaciora facta, unde cygnus propter hanc cãꝫ, cũ morit̃ morte naturali dulciter cantat, qm̃ ſenſit ſe uigoroſius aucto calido. Ex parte ṽo intellectus tale corruptiuum non cognoſcitur, qm̃ nullus eſt ſenex, qui uno anno non credat ſe adhuc eſſe uicturum, unde Ariſto. ſecundo rhetoricorũ nullus timet mortem, qm̃ unuſquiſq; exiſtimat mortẽ eſſe procul. Quare hæc mors inſenſibilis eſt, hac morte Antonia Patauina cõuicina noſtra mortua eſt, & quidem læta atq; periucunda, cum arbitraretur ſe eſſe pollentiorem factam. Vixit enim annis pluribus ultra centum.

De immortalitate animæ.

De dolore mortis naturalis.

*Quinetiam in morbis illis qui durum reddunt pulmonem, aut tuberculis, aut uacante materia, aut caloris morbidi exceſſu ut in febribus accidit, ſpiritus frequens efficitur, propterea quod pulmo multum attolli ac ſubſidere nequeat, tandemq; ubi præterea moueri non poteſt, expirando uita cum morte commutatur.*

*Et infirmitatum quæcũq; faciunt pulmonem durum, aut naſcentijs, aut ſuperfluitatibus, aut caliditatis ægritudinalis exceſsu quemadmodum in febribus, ſpiſſum ſpiritum faciunt, propterea quod non poſſunt pulmonem longe tollere ſurſum & demittere, tandem autem quando nõ amplius poſſunt mouere, moriuntur expirantia.*

Tertio corollarie cõcludit, ꝙ morbi, & oẽs diſpoſitiones præternaturales, quæ faciũt pulmonem durum & ſiccum, aut grauem, aut craſſum & amplum, ſunt cauſæ, ut reſpirationes frequẽtiores ſint & tãdem ſunt cauſæ mortis, cum enim pulmo non poſſit in quanto per paucas refrigerare reſpirationes, recompenſat in numero, unde dicit. Et infirmitatum quęcũq; faciunt pulmonem durum uel ſiccum & craſſum, aut propter naſcentias, hoc eſt apoſtemata, aut propter ſuperfluitates, quę uia reumatiſmi ad ipſuꝫ deſcendunt, aut propter exceſſum caliditatis ægritudinalis pulmonẽ exiccantis, ut in febribus accidit, hęc omnia ſpiſſum ſpiritum faciunt, & reſpirationem frequẽtẽ. Supletur enim per numerum, quod deficit in magnitudine. Et hoc dicit propterea, ꝙ non poſſunt pulmonem longe ſurſum attollere, nec deorſum longe demittere propter ineptitudinem eius ad motum, & ſic magnitudo ſuppletur per numerum reſpirationum. Tandem autem cũ non poſſunt animalia pulmonem mouere propter grauitatem uel exiccationem pulmonis ex morbis cauſatam, expirando aĩalia moriũtur. Accidit enim mors emiſſo ſpiritu, hoc eſt aere, nam uita accidebat tracto ſpiritu, ut proximo libro dictum eſt. Quo ṽo ad uerba attinet, dixit morbos, qui pulmonem reddunt durum, reſpirationem facere frequentiorem, non autẽ dixit pulſum, qm̃ ut medici dicunt contingere poteſt reſpirationes non correſpondere pulſibus, propter cauſas, quas aſſignant, de qbus ad medicos. Vna ṽo cauſarum eſſe poteſt quia reſpiratio fit a pulmone, pulſus ṽo a corde, modo ſtat pulmonẽ eſſe debilem, et ineptũ motui, non autem cor, uerum de his poſtea. Illud tamẽ obſeruandum eſt, in ęgrotis, quibus uis morbis, et maxime pectoralibus optimum eſſe reperire in ipſis anhelitum cõuenientem & bene ordinatum. Contrarium ṽo eſt peſſimũ. Amplius in ægrotis, cum non adeſt malitia anhelitus, neque malitia pulſus, omnibus alijs malis accidẽtibus in ipſis compertis, ſemper eſt bene ſperandum. Si hęc duplex bonitas perſeuerat, quoniam alteram bonitatem pulmonis, altera bonitatem cordis ſignificat, ut ex dictis patet, & poſtea apparebit.

Pronoſticũ in morbis ex anhelitu.

*Eſt igitur ortus quidem, prima uegetatricis animę cum calore participatio. Vita uero, mora eius.*

*Generatio igitur eſt, prima participatio in calido, nutritiuæ animæ. Vita aũt, manſio huius.*

His declaratis, in parte hac accedit ad definitiões, quas promiſit declarare libro de iuuentute & ſenectute, & dicit. Generatio igit̃ eſt prima participatio nutritiuę aĩæ in calido. Quo uero ad uerba attinet, hic generationẽ Ariſtoteles accepit pro ortu, quo uiuens oritur. Eſt enim ortꝰ uitalis generatio, non enim loquitur de generatione communi, qua & elementa, & metalla generantur, ſed qua ſolum uiuentia generantur, ergo generationem accepit pro ortu. Sed dices quid eſt mors. Reſpondent, ꝙ eſt ultima participatio animę nutritiuæ in calido, probant ꝑ oppoſitum, qm̃ ſi generatio uitalis, hoc eſt ortus eſt prima participatio nutritiuæ animæ in calido, ſequitur ꝑ oppoſitum ꝙ mors ſit ultima participatio animæ nutritiue in calido. Sed hoc non eſt uerum, quoniam octauo libro phyſicæ auſcultationis rei permanentis datur primum, ideo dat̃ prima animæ nutritiuæ participatio in calido, non autem datur ultimum, ergo mors non eſt ultima animæ nutritiuæ participatio in calido, alioquin rei permanentis daret̃ ultimum. Melius ergo dicendum, ꝙ mors eſt prima imparticipatio nutritiuæ animæ in calidum, quãprimo enim animal non participat nutritiua anima in calido, tunc nõ eſt, & moritur. Circa definitionem generatiõis dubitat̃, qm̃ Ariſto. ubiq; aſſerit, ꝙ primum quod uiuit, & ultimũ qđ moritur, eſt cor. Sumatur ergo cor primo ortum, & quæritur cum cor uiuat, ergo habet animam, & ſic erit animatũ, & cum nullius alterius ſit ſpeciei, quam ſpeciei hominis, tunc cor erit homo. Quidam concedunt cor primo aĩatum ex parte animæ eſſe hominem perfectum, ex parte uero corporis imperfectum, quia uero ab anima eſt principalis denominatio, abſolute cõcedi poteſt cor eſſe hominẽ, quãuis non ſit homo perfectus propter defectum mẽbrorum. Sed dices tunc ex parte corporis generatio hominis eſſet temporalis. Reſpondent, ꝙ ex parte corporis generatio hominis eſt temporalis. Ex parte uero animæ eſt temporalis ſecundum quid, non enim poſtquã anima generata eſt in corde, uerũ eſt aliquid animæ adhuc eſſe ge-

De morte

De generatione dubitatur.

An cor ſit homo.

nerata eſt in corde,uerum eſt aliqd animæ adhuc eſſe generandum,uel ꝙ adhuc de ea aliquid fiet. Secūdum quid aūt,et additione facta,uerum eſt dicere,ꝙ anima fiet,qm̄ eſt uerum,ꝙ ipſa fiet in capite, cum erit caput formatum, & in epate,cum epar erit formatum , & in pede,cum pes erit formatus,& ſic ſucceſſiue fit in partibus,licet ſimpliciter non fiat. Ex his patet quid ſit generatio uitalis , eſt enim prima animæ nutritiuæ participatio in calido , hoc eſt in corde. Sed cōtra adhuc dubitabis, quoniam in homine generatio erit prima participatio humanæ in corde, & in animali prima participatio animę ſenſitiuæ in corde, & in plantis prima participatio animæ nutritiuæ in calido,quod eſt ſimile cordi.Igitur hæc definitio ſolum generationi plantarum competit.Dicendum ꝙ argumentū cōcludit uerū,qm̄ in hoīe aīa hūana eſt idē qđ nutritiua & ſenſitiua.ī aīalib⁹ aīa ſenſitiua eſt ſenſitiua & uegetatiua, in plantis uegetatiua eſt uegetatiua tm̄, ideo deſcripſit generationem uitalem per participationem animæ nutritiuę,ut eſſet omnibus cōis.Hęc pro expoſitione illorū.

Quid ortꝰ.

Sed quidam nō imperiti refellunt hanc poſitionē, primo qm̄ humana anima eſt perfectiſſima,ergo requirit pro ſui eſſe omnia mēbra principalia,& ſic nō poteſt cor in illo priori eſſe homo perfectus ex parte animæ. Præterea Ariſto. dicit,ꝙ fætus primo uiuit uitam plantæ . Secūdo uitā animalis.Tertio & ultimo uitā hoīs , quæ non eſſent uera,ſi cor primo formatum uiuere ſecundum uitam ſuæ ſpeciei. Propterea dicunt, ꝙ cor in illo priori uiuit uitā animalis, et antea embrium uixit uitam plantæ. Embriū.n.antequā formatum eſſet cor,uiuebat uitam plantæ , qm̄ nutriebať, & creſcebat,formato corde,uiuit uitam animalis, qm̄ cor eſt primum ſenſitiuum.Deſinit enim uiuere uitam plantę, & incipit uiuere uitam animalis, omnibus membris principalibus formatis,& contiguatis,et recte cōſtructis,deſinit uiuere uitam animalis , & uiuit uitam hominis uſq; ad mortem.In animalib⁹ uero formato corde animal uiuit uitam ſue ſpeciei,& propter animam ſuæ ſpeciei.

Contra eā pōnē quæ dixit cor eſſe hoīem.

Siquis tamen uellet defendere poſitionem priorum poſſet dicere ad primum ꝙ aīa humana in facto eſſe requirit omnia membra principalia,at in fieri pōt ſaluari in corde (ut dcm̄ eſt) Ad ſecundum dicerent ꝙ embrium ſecundum operationē prius uiuit uitam plantę , ſed ſecundum exiſtentiā quāprimum cor eſt,uiuit ſm oēm uitam, licet prius appareat uiuere ſecundum uitam plantæ,deinde ſecundum uitam animalis, & ultimo ſm uitam hoīs .

Defenſio.

Secundo principaliter dubitatur utrum generatio uitalis , quæ dicitur ortus , ſit participatio prima animæ nutritiuę in calido . Et uideť ꝙ non quia non uidetur pro quo accipi debeat participatio, an pro anima,an pro corpore. Amplius nō uideť ꝙ ſit prima participatio,quoniam anima a toto corpore non participať primo,& ſimul ſed ſucceſſiue.

De definitione generationis.

Iuniores rn̄dent , ꝙ Ariſto.per participationem intelligit animaȝ participatā, & per calidum intelligit corpus calidum caliditate ſufficienti ad opera uitæ , tunc per primum intelligunt totum primum tempus in quo formatur corpus uiuens, erit ergo ſenſus,ortus eſt anima nutritiua participata in toto corpore calido,& primo tempore formationis membrorum uiuentis.Hoc enim tempus dicitur primum in comparatione ad tempus nutritionis,& augmentationis,quod ſequiť hoc totale tempus formationis .

prima expoſitio.

Certe hæc expoſitio eſt obſcura & lōga,ideo facilius dici poteſt, ꝙ ortus uitalis, ſit prima participatio animæ nutritiuæ in calido , hoc eſt, ortus uitalis eſt anima nutritiua nunc primo participata in calido,hoc eſt in membro principaliter calido,ut in aīalibus quidem in corde,in plantis uero in trunco . Et dico nunc primo participata,quoniā ſubdit, & uita eſt ei⁹ permanſio,hoc eſt quoniam uita eſt anima permanens a prima participatione uſque ad ultimam, ad differētiā ergo uitæ,addit prima,qm̄ uita nō eſt prima participatio, ſed cōtinua participatio a prima uſq; ad finem.

Alia expō

*Iuuenta,primæ refrigerabilis particulæ auctio. Senecta, eiuſdem decretio. Status , ſiue ætas adulta, quod horum medium eſt.*

*Iuuentus autem eſt primæ , refrigeratiuæ particulæ augmētatio. Senectus autem, huius decrementum. Status autem , horum medium.*

Nunc definit iuuentutem,ſenectutem,& uirilitatem, et dicit,quòd iuuentus eſt augmentatio primę refrigerabilis particulæ. Senectus ṽo eſt primę refrigerabilis particulæ decrementum,ſtatus autem,qui eſt uirilitas , eſt horū medium,hoc eſt nec augmentum , nec decrementum primæ refrigerabilis particulę,ſed inter hæc æqualitas. Sed contra has definitiones quidam obījciūt, & primo,qa in multis uiuentibus non inuenitur prima refrigerabilis particula,& tn̄ ſeneſcūt,et iuueneſcunt,ut ſunt ea aīalia,quę ſolo continente refrigerantur,& plantæ etiam. Præterea quodlibet mēbrum ſeneſcit,ut oculus,& brachium, quorū nullum habet primam aliquā particulam refrigerabilē. Amplius ſubiectum totale & adęquatum iuuentutis non eſt prima refrigerabilis particula,ſed totum aīal , uel totū uiuens,ergo debet definiri per ipſum aīal uel uiuens totum, & non per refrigerabilem particulam. Ad hæc ſtat particulam primo refrigerabilem diminui , & aīal iuueneſcere, ut ſi pulmo propter ægritudinem diminueretur .

Dubſ. cōtra definitiones

Propter hæc argumenta dicunt,quòd Ariſto.per hæc noluit deſcribere iuuentutem,& ſenectutem, & uirilitatem , ſed uoluit aſſignare effect⁹ iuuentutis,& ſenectutis,& uirilitatis circa primam refrigerabilem particulam,tunc.n.prima refrigerabilis particula iuueneſcit,cum augetur, tunc ſeneſcit, cum diminuitur,tūc uireſcit, cum cōſiſtit inter hęc .

prima expoſitio.

Ego autem defendo Ariſto. & primo accipio, quod uirtus nutritiua,per quam anima corpus ſeruat uſq; ad uitæ finem, habet tres habitudines ad corpus,prima quidem qua uirtus nutritiua poteſt augmentare corpus,propter cauſas aſſignatas libro de generatione. Secunda, qua uirtus nutritiua eſt nata diminuere ſuū corpus propter cauſas aſſignatas libro de generatione. Tertia uero, qua notabiliter quo ad experientiam noſtram ſenſatam, nec auget , nec diminuit,ſed facit ipſum conſiſtere. Prima habitudo quę eſt iuuentus, eſt ab ortu uſq; ad trigeſimum annū. Scđa quæ eſt uirilitas,eſt trigeſimo anno ad trigeſimūquintum.Vltima habitudo,quæ eſt ſenectus,eſt uſq; ad finem uitæ. Ex his patet quid ſit iuuentus,qm̄ eſt iuuentus augmentatio, hoc eſt habitudo corporis naturalis uiuentis, ſecundum q̃ uirtus nutritiua eſt nata ipſum augere . Sūpſit enim augmentationem pro habitudine naturalis corporis uiuentis, ſecūdum quam uirtus nutritiua eſt nata ipſum augere. Ille enim terminus incōplexus accipitur ab Ariſtote. pro toto iſto complexo,gratia breuitatis. Senectus eſt decrementum,hoc eſt habitudo naturalis corporis uiuentis ſecundum quam uirtus nutritiua eſt nata illud corpus diminuere. Virilitas uero eſt habitudo naturalis corporis uiuētis ſecundum quam uirtus nutritiua nec augere, nec diminuere corpus ſenſibiliter eſt apta.Dico ſenſibiliter,quoniam inſenſibiliter diminuitur , propter cauſas aſſignatas in libro de generatione,& in tertio libro de anima . Sed dices cur potius deſcribit has per refrigerabilem particulam.Dicendum quòd Ariſto.per refrigerabilem particulam fortaſſe intelligit cor,quod eſt principaliter refrigerabile . Pulmo enim eſt inſtrumentum refrigerandi , & quid refrigerabile,at cor per excellentiā refrigerabilis particula diciť. Et quoniam principaliter anima & uita & ſenſus eſt toti corpori,& ſingulis partibus propter cor,deſcripſit per hanc, ut innueret principalitatem , uel forte per refrigeratiuam particulam,pulmonem intellexit,& definit hęc per illum tanquā per principale inſtrumentum e quo pendent omnia hæc.Hactenus de his.

Defenſio Ariſtotelis

*Obitus atq; corruptio,uiolenta quidē, caloris extinctio aut marcor(his.n.utriſq; de cauſis,calor extingui poteſt).*

Mors



*Mors autem & corruptio,uiolenta quidem,calidi extinctio & marcor(corrūpetur enim utiq;,propter ambas has cauſas)*

Nunc definit mortem & primo uiolentā,et dicit. Mors autem & corruptio,uiolenta quidem eſt extinctio calidi, & marcor.Dico & marcor , quoniam in uiolenta morte utraq; cauſa concurrit,extinguitur enim a cōtrario formaliter,uel corruptiuo,& conſumendo humidum corrumpit ſeipſum,unde dicit,Corrumpetur enim utiq; calidum uitale in uiolēta morte propter ambas has cauſas ſcilicet a cōtrario,& per conſumptionem humidi.

*Naturalis uero,eiuſdem marcor ob temporis tranſacti longitudinem proueniens,uerum in plantis,ariditas , in animalibus,mors nuncupari ſolet. Cæterum ea quæ in ſenili ætate obuenit , marcor partis illius eſt , qui q̧ eam refrigerare animal præ ſenio non poſſit,committitur. Quid ſit ortus, & quid uita, & quid mors, & quas ob res animantibus iūcta ſint , dictū eſt.*

*Quæ autem ſecundum naturam,eiuſdem huius marcefactio propter temporis longitudinem facta & perfectionem, plantis igitur,auanſis,in animalibus autem , uocatur mors. Huius autem,quæ quidem in ſenectute mors,marcedo particulæ propter impotentiam refrigerandi,à ſenectute. Quid igitur eſt generatio,& uita,& mors,& propter quas cauſas exiſtunt animalibus,dictum eſt,*

Nunc definit naturalem mortem,& dicit. Mors autem quæ ſecundum naturam eſt,eſt eiuſdem uitalis calidi marcefacio facta propter temporis longitudinem , & propter perfectionem,hoc eſt ultimatam conſumptionem humidi,quæ quidem in plantis uocatur auanſis, hoc eſt exiccatio ſubito facta,in animalibus autem uocatur mors. Quo uero ad uerba attinet,uerbum igitur,pro ſed ſumpſit,ut patet conſiderāti. Et exponit cauſam mortis naturalis totiēs expoſitę,& dicit.Huius autem ſcilicet mortis naturalis,q̃ quidem in animalibus dicitur mors,eſt marcedo particulæ refrigerabilis propter impotentiam refrigerandi proficiſcentem a ſenectute.Demuȝ epilogat, & dicit. Quid igitur eſt generatio,& uita,& mors, & propter quas cauſas exiſtunt aīalibus,dictum eſt.

*Patet etiam ex hiſce , & qua de cauſa animalibus quæ ſpirant,in humore præfocari contingat piſcibus in aere , hi enim, aqua,illa,aere refrigerari ſolent , quibus utraq; deſtituuntur, mutatis ſedibus.*

*Palam autem ex his, & propter quam cauſam reſpirantibus quidem animalium ſuffocari accidit in humido,piſcibus autem in aere,his enim,per aquam refrigeratio fit,his autem,per aerem,quibus utraq; priuantur,permutantia loca.*

Recolligit,quæ ex dictis declarata reliquuntur,& primo quare in aere ſuffocantur piſces,& in aqua reſpirātia, & hoc contra Anaxagoram & Diogenem apolinatem,et dicit.Palam autem ex his,& propter quam cauſam reſpirantibus quidem animalium ſuffocari accidit in humido, piſcibus autem in aere,reddit cauſam & dicit , quoniā his ſcilicet piſcibus per aquam refrigeratio fit,his uero,per aerem , & quoniam utriſque permutantur loca , ideo utraq; ſuffocantur . Hoc eſt primum contra Anaxagoram , & Diogenem.

*Cauſa itaq; cur hi branchias,illa pulmonem moueant, quibus aſſurgentibus & reſidentibus illa inſpirant & expirant, hi humorem accipiunt reddunt q;, & inſuper inſtrumenti conſtitutio:ad hunc ſeſe habet modum.*

*Cauſa itaq; motus his quidem branchiarum.his autem pulmonis:quibus eleuatis & depoſitis,hæc quidem expirant & inſpirant: hæc aūt ſuſcipiunt humidum & emittunt,adhuc autem conſiſtentia organi:hoc ſe habet modo.*

Secundum quod ex dictis recolligitur,eſt ꝙ cauſa motus his quidem.ſ. piſcibus branchiarum, his.ſ. reſpirantibus pulmonis ita,& hoc modo ſe habet,ut his eleuatis,et depoſitis hęc quidem expirent & inſpirent.ſ. campeſtria, hęc autem.ſ.piſces ſuſcipiāt humidū & emittant. Adhuc autem cauſa ut organi conſtitutio ſic ſit in piſcibus,& illo modo in campeſtribus,hoc modo ſe habet. unde uerba ſic lege.Cauſa itaque motus branchiarum quidem in his ſcilicet piſcibus,pulmonis autem in his.ſ. campeſtribus, quibus eleuatis & depoſitis,hæc quidem expirant,& inſpirant.ſ.campeſtria,hæc autem ſuſcipiūt humidum emittunt.ſ.piſces, hoc ſe habet modo. Adhuc autem conſtitutio organi ſcilicet branchiarum in piſcibus , & pulmonis in campeſtribus,hoc ſe habet modo. hæc ergo tria colligūtur hæc dictis. Sed quæritur utrum uita poſſit perpetuari. Videtur ꝙ ſic quoniam propter quid per continuā alimenti appoſitionem non poteſt uita perpetuari, uidemus enim ignem perpetuari,& lac in regione aeris per cōtinuam appoſitionem comboſtibilis,lac uero per cōtinuā appoſitionem hypeccaumatis,ut dicit Ariſto. primo meteororum , ergo uita poteſt perpetuari per continuā alimenti appoſitionem . Quidam dixerunt, ꝙ animal per ſe fieri poſſet perpetuum,per accidens autem non fit,primū probant, ſi animal acciperet alimentum conuenientiſſimum,quod quidem nec in quanto,nec in quali,nec in tēpore,aliquo modo eſſet improportionatum . Amplius & ſi in alījs rebus non naturalibus eſſet benemenſuratū,ſtāte enim menſura omnium horum,dicunt animal ꝑ ſe poſſe perpetuari. Per accidens uero nullum perpetuať , quoniam nullum eſt in omnibus commēſuratum , aut uarietate temporum,aut locorum,aut cibi & potus,aut uarietate horæ cibandi,aut alījs id genus. Ergo per ſe quidem uita eſt perpetuabilis,per accidens uero, nullum uiuens perpetuatur. Qui uellet defendere hanc poſitionem poſſet, nec uideo aliquod argumentū,quo hæc opinio refelli poſſet. Verum arbitror per potentiam naturalem nullum uiuens,ꝙ participat anima nutritiua in calido,poſſe fieri ꝑpetuum nec per ſe,nec per accidens. Vnde Ariſto. ubique ait reliquo modo compleuit deus perpetuitatem dādo generationem,ut patet ſecundo de anima. Si enī natura poſſet perpetuare uiuens alio modo q̃ per generationem,fruſtra dediſſet generationem, ut Auuerroes addit .

Prima pō

Philoponus igitur primo libro de generatione neceſſitatē mortis uenatur ex cōſumptiōe humidi radicalis . Imaginatur enim duplex humidum radicale nutrimentale, radicale quidem quod ex principījs generationis contrahitur , nutrimētale ṽo,quod ex nutrimento acquiritur,ut ſanguis generat⁹ per digeſtionem. Naturale calidum in radicali humido naturaliter conſeruatur , quoniam in eo eſt genitū. In nutrimentali autem,non poteſt conſeruari,quoniā cuȝ eo nō eſt genitum,& ideo dicitur ſubiectum extraneum. Tūc dicit,ꝙ calidum uitale tandiu ſeruatur , quādiu durat humidum radicale,quoniam radicale humiduȝ eſt naturale ſubiectum calidi.& quoniam cum eo eſt genitum, & quoniam in illo eſt ſolum aptum ſeruari. Cum igiť tale humidum totum uel pro maiore ſui parte eſt cōſumptū, ſequitur neceſſario expiratio calidi naturalis,et mors quę dicitur marcor,& ſic licet ſuccedat nutrimētale humidū, non conſeruatur in illo calidum uitale,quoniam eſt ſubiectum extraneum illius. Cauſa autem quare non cito tale humidum conſumitur,eſt, quoniam aduenit humidū nutrimentale,per quod diuertitur calidum a conſumptione ſui humidi proprīj,& conuertitur ad humidum nutrimentale exiccando ipſum,& ſic diuertitur, & propter hoc uita prolongatur .

Secunda de anima comē 34. Philoponi poſitio.

Contra hunc modum ego ualde dubitaui ſemper,primo quidem, quoniam humidum radicale non poteſt eſſe maius cōgregato ex ſemine matris & patris,ſed iſtud eſt adeo paucum,quod non poſſet diu reſiſtere tanto calido requiſito ad uitam, quin in breui cōſumeretur. Præterea humidum ſpermaticum, & humidū cibale ſunt eiuſdem rationis,quoniam ſperma eſt ſuperflui-

Dubōnes cōtra poſitionē Philoponi

tas alimenti. Sed humidum cibale nõ eſt cõueniẽs & naturale fundamentum calidi per Philoponum, ergo nec humidum ſpermaticum, & ſi humidum ſpermaticum eſt conueniens, ergo & humidum cibale, quare appoſito ſemper humido cibali fiet uita perpetua, quoniã ſemper ſuccedit illius naturale ſubiectum Pręterea puer in utero formatur & nutritur ex ſanguine matris, ſed ſanguis matris nec eſt purior neq; melior neq; uitalior, quam ſanguis ex quo mater nutritur, igitur ſi ſanguis ex quo mater nutritur non eſt conueniens, & naturale pabulum calido matris, nec ſanguis matris poteſt eſſe naturale pabulum calido pueri, & ſi eſt conueniens calido pueri, ergo proprio calido, & ſic illo ſemper appoſito, uita matris poteſt perpetuari, ſemper enim ſuccedit ſubiectum naturale. Propter hæc argumẽta ego ſemp in poſitione Philoponi fui

Poſitio ꝓpria.

ambiguus. Propterea dicamus ꝙ duplex eſt humidum ſecundum Ariſtotelem, ſolidum, & fluidum. Fluidum qdẽ ſanguis eſt. Solidum uero, eſt ipſa membra. In humido quidem ſolido, ut in ſubiecto anima reſidet. & uita, fluidũ autem humidum licet non ſit animatum, tamen ſine ipſo nõ ſtat uita.

De neceſſitate mortis.

Quidam ergo neceſſitatem mortis ex duobus nacti ſunt, & ex parte humidi ſolidi, & parte humidi fluidi. Ex parte ſolidi quidem, quoniã de ſolido humido, continuo reſoluitur aliquid, propterea ad illius reſtaurationẽ requiritur ſanguis, qui eſt humidum fluidum, hic enim in membra conuertitur, & conſolidatur. Imaginantur ergo in reſolutiõe humidi ſolidi, euaporare quod ſubtile eſt, qđ uero craſſum & terreſtre eſt, remanere, & propter hoc cõtinuo membra dureſcunt & fiunt terreſtria & ſicca, & ita minus apta ſaluare calorem naturalem, unde fit, ut in huiuſmodi exiccatione ſenectus conſiſtat, & tandem mors. Patet ergo ex parte humidi ſolidi non poſſe uitam perpetuari. Sed dices propter quid durificatio nõ poteſt tolli per inſtaurationem, quæ fit appoſitione et conuerſione humidi fluidi in mẽbra. Reſpondetur, q̃m ſemel corruptũ non poteſt redire, terreſtrificatio enim mẽbri corruptio eſt, ut Ariſto. dixit, ideo per inſtaurationẽ nõ poteſt redire, quin ſemper membrum remaneat terreſtrius quã prius erat. Ex parte uero humidi fluidi, quod eſt ſanguis, uenantur neceſſitatem mortis, & ſupponunt, ꝙ humidum ſolidum non ſufficit ſaluare uitam niſi ſit humidum fluidum, humidum enim fluit neceſſarium eſt primo, ut ex ipſo inſtauretur ſolidum humidum, & ſic ſi fluidum humidum non eſſet, ſolidum tandem deſiccaretur. Secundo ut conuertatur eius ſubtile in ſpiritus qui ſeruiunt operationibꝰ uitæ, niſi enim ſubtile humidi fluidi in ſpiritus continuo conuerteretur, epar & ſtomachus, & os non poſſent digerere, digerunt enim calido delato per ſpiritꝰ, nec membra poſſent conuertere nutrimentum in eorum ſubſtantiã, ergo humidum fluidum eſt uitæ neceſſarium. Tunc dicũt, ꝙ quia membra nutritiua continuo durificantur, & exiccantur; fluidum humidum non poſſunt bene digerere, & ſic continuo generatẽ crudus, & aquoſus, ita, ut tandẽ fiat ineptus generationi ſpirituum, cum autem eſt ineptus generationi ſpiritus tunc mors eſt, quare ex hoc duplici humido neceſſitatem mortis attulerunt. Alĳ addiderunt tertiam cauſam ex parte cordis, cor enim continuo fit durius ac terreſtrius, & ſic continuo fit ineptum ad generationem bonorum ſpirituũ, & ineptum ad mouendum illos ad membra, & ſic ſpiritus remanentes in corde paucã humiditatem cordis cito conſumunt, quæ ibi exiſtẽs erat apta conuerti in ſpiritus, & ſic totum exhalat, & fit marcor. Hæ ſunt cauſæ neceſſitatis mortis aſſignatę a iunioribus.

Quales cauſæ iſtæ ſint.

Verum iſtæ cauſæ licet ſint neceſſarię, & mortem neceſſariam inferant, non ſunt cauſæ primæ & propriæ, pendent enim ex alia cauſa. Ariſto. ergo propriam & primam cauſam aſſignauit ex parte pulmonis. Imaginatur enim pulmonẽ continuo durificari & terreſtrificari, quatenus ab ipſo continuo ſubtile reſoluitur, & terreſtre, & craſſum humidum remanet, cum igitur fuerit durificatus ac terreſtrificatus, ut omnino reddatur motui ineptus, uirtus etiam motiua ob reſolutionem & infrigidationẽ ſpirituum, ſit effecta debilis ad moriẽdum, tunc pulmo ceſſat a motu, & ſic illud paululum calidi, quod in corde et pulmone remanſit, non refrigeratum totum humidum cõſumit, & mors accidit, nam licet calidum cordis ſit exiguũ, tamen non eſt ita exiguũ, quin proportionem maioris inęqualitatis ſemper habeat ad ſuum humidum, & ſic ceſſante refrigeratione, quæ fiebat per pulmonem, mors ſequitẽ. Hanc cauſam puto propriam, & adęquatam, ut patet per Ariſtotelem hic. Cauſę uero aſſignatę ab illis, nõ ſunt primæ, quoniam pendẽt ab hac. Qua ratione fit, ut cor ſit cã mortis & uitæ principalis uia excellentiæ, pulmo ṽo principalis, uia neceſſitatis.

*Porro quæ cordi accidere ſolent, ea tria ſunt, quæ eãdem habere naturam uidentur, quãuis eandem non habeant, uidelicet, palpitatio, pulſus, reſpiratio.*

*Tria autem ſunt accidentia circa cor, quæ uidentur eandem naturam habere, habent autem non eandem, ſaltus, & pulſus, & quod reſpirationis.*

Hactenus multa dixit de morte, & uita, & iuuentute & ſenectute, generatione, & corruptione ut pendent ab ipſo pulmone, nũc de corde, & eius proprĳs affectionibus, e quibus poteſt pendere mors, & uita, unde uidetur oſtendere q̃uo mors, & uita poſſunt pendere non tm̃ a pulmone, ſed etiam a corde, & propterea introducit de accidentibꝰ cordis, & primo proponit illa, et dicit. Tria autem ſunt accidentia circa cor, quæ cordi accidunt, quæ uidentẽ eandẽ naturam habere, habent autẽ non eandem, & ſunt ſaltus, ſeu palpitatio, pulſus, & id quod eſt reſpirationis, id eſt reſpiratio ipſa. Quo uero ad uerba attinet, Ariſto. dixit tria eſſe accidentia, quæ uidentur habere eandem naturã, quatenus omnia ſunt in genere motus, omnia enim eleuatio et depræſſio ſunt, & ſic quo in genere motus conueniũt, uidentur habere eandem naturam, quo uero differunt ſpecie motus, reuera eandem naturam ſimpliciter non habent. Differunt enim ſpecie, quoniam palpitatio ſiue ſaltus eſt motus præternaturalis cordi, ut dicemus. Cæteri ſunt naturales. Amplius reſpiratio, & pulſus licet ſint motus naturales proficiſcuntur a diuerſis cauſis, ut dicemus. Dixit autem tria eſſe accidentia cordis, quæ uidentur habere eãdem naturam, quoniam accidentia cordis, ſimpliciter loquendo, plura ſunt, lipopſychia, ſyncopis, & lipoptimia, & alię plures paſſiones præternaturales cordi accidunt, quæ quia non uidentur habere eandem naturam cũ pulſu, & reſpiratione, non enumerãtur. De palpitatione enim dicit quatenus uidetur habere eandem naturam cũ pulſu, & reſpiratione, licet reuera non habeat Cætera ergo accidentia præternaturalia prætermiſit, quoniam cum illis naturalibus conuenientiam non habent.

*Palpitatio igitur, eſt caloris in corde exiſtentis compulſio, ob refrigerationem quæ à materia excreſcente atq; inutili, aut alio quopiam tabico proueniat, ut in eo morbo accidit quẽ tremorem uocant, & alĳs, & metu.*

*Saltus igitur, eſt conſtrictio calidi quod in ipſo, propter refrigerationem ſuperfluificam, aut contabeſcitiuam, ut in infirmitate quæ uocatur palmus, & in alĳs infirmitatibus, & timoribus.*

Propoſitis accidentibus, nunc exequitur exponendo illa, & primo declarat ſaltum, quam etiam palpitationẽ uocant, græce autem dicitur πήδησις, pedeſis, definit autem ſaltum, & uult ꝙ ſaltus ſit compulſio eius calidi, ꝙ eſt in corde propter ſuperfluam infrigidationem illius pendentem ab aliqua cauſa præternaturaliter infrigidante. Quo uero ad definitionem attinet, illud ſupponendum eſt contrarium uniri ac fieri fortius ex circũſtantia ſui contrarĳ, quam græci antiperiſtaſim uocant, ut ſæpius diximus. Amplius omne contrarium cum unitum eſt, ac fortificatũ in eius contrarium repellẽdum nititur, ueluti exhalatio intra nubes contenta, cum per antiperiſtaſim fortificata fuerit, in frigidum nubis nitens, ipſam ſcindit. Ex his patet unde ſaltus ac cordis palpitatio fit. Cum enim calidum cordis a frigido multo præternaturaliter occurrente in ipſo corde in minorem locum cõpellitur, nititur in illud, & ſic calidum cor ſaltat ueluti exhalatio contra nubem. Ex his ſequitur, quid ſit formaliter ſaltus, eſt enim eleuatio cordis, cauſa immediata eſt conſtrictio calidi, calidum enim conſtrictum ſe innitens in frigidum, ſaltat, & ſic cor inſequẽs calidum ſaltat. Cauſa per accidens & remota eſt frigidũ præternaturaliter occurrens, ab aliquo præternaturaliter occurrente, & delegato ad cor, ut cuꝫ a timore, in quo a ſuperioribus frigidum deſcẽdit, aut a tremore, quem palmuꝫ appellant, aut ab alĳs morbis frigidũ ad cor mittitẽ. Quare definitio cauſalis hęc eſt, quã Ariſto. aſſignauit, eſt eniꝫ ſaltus compulſio calidi, quod eſt in corde, facta a frigido præternaturaliter occurrente. Definitio uero formalis eſt, ſaltus eſt eleuatio cordis, definitio cõpoſita ex formali & cauſalis eſt, ſaltus eſt eleuatio cordis facta a calido cõſtricto a frigido præternaturaliter occurrẽte, unde dicit. Saltus igitur eſt conſtrictio calidi, quod in ipſo corde eſt facta propter refrigerationem ſuperfluificam ac excedentẽ, aut contabeſcitiuam, hoc eſt mortificatiuam calidi, ut accidit in ea infirmitate, quę uocatur palmꝰ, hoc eſt tremor, & in alĳs infirmitatibus, ut in febribus uenenoſis petentibus cor, & in timoribus.

*Etenim metuentibus, partes ſuperiores refrigerantur. Calor autem defugiens ſeq; contrahens, motum facit, ubi in anguſtum adeo compellitur ut animantes interdũ præ metu, aut morbo extinguantur.*

*Etenim timentes, infrigidantur ſecundum ſuperiora. Calidum autem fugiens & contractum, facit ſaltum, in paruum cõſtrictũ ita ut aliquando extinguãtur animalia & moriãtur propter timorem, & propter paſſionem ægritudinalem.*

Quia poſſet alicui uideri, ꝙ timor non ſit cauſa conſtrictionis calidi in corde, ideo declarat iſtud, et dicit. Etenim timentes infrigidantur ſecundũ ſuperiora, calidum autem fugiens frigidum quod deſcendit a ſuperioribus ad cor, contrahitur, contractum aũt hac in paruũ conſtrictũ nititur cõtra frigidum, & ſaltat, dico ob timorem calidum in paruum conſtrigi adeo, ut aliquando extinguãtur animalia aucto calido obtinente uſq; ad cor, & moriantur propter timorem, & propter paſſionem ægritudinalem quaſi eodem modo. Quo autem ad rationem attinet, animaduerte ut Themiſtius inquit libello de memoria & reminiſcentia, ꝙ in timore infrigidantur ſuperiora, quoniam cor patitur, modo ad paſſionem cordis ſpiritus, qui erant ſurſum, a cedunt ad cor, ut illi auxilientur, & ſic frigidũ multiplicatur in ſuperioribus, & calidum contrahitur in corde. Hinc patet, cur in timoribus homines egerunt, & mingunt, & rigorem patiuntur, quoniam calidũ deſcendit, & infrigidat exteriora, & deſcendendo comprimit, & facit egerere, & mingere. Vtrũ uero palpitatio cordis fieri poſ

An ſaltus fieri poſſit a calido ꝓternaturaliter occurrẽte,

ſit a calido præternaturaliter occurrenti calido naturali cordis, pulchra quæſtio eſt. Dicunt enim medici aliquando a minera febris peſtilentis eleuari uapores calidos uenenoſos cordi hoſtiles, e quibus calidum cordis refugit, et contrahitur, & ſic contractum innititur contra illos, et facit cordis ſaltum. Verum de his ad medicos, per hæc patet cur in timoribus cor palpitat, & in forti amore. In omni enim paſſione, in qua cor ualde patitur, ſuperiora infrigidantur, & ſic calidum in paruum locum contractum ab illo frigido, facit ſaltum.

*At pulſatio quam cor perpetuo facere uidetur, ei motioni perſimilis eſt, quam tubercula cum dolore efficiunt, q̧ ſanguini mutatio ipſa præter naturam ſit, ea uero fit, uſq; dum ſanguis concoctus ſit, & in pus conuerſus.*

*Accidens autem pulſatio cordis, quã ſemper uidetur faciens continue, ſimilis naſcentĳs eſt, quæ faciunt motum cum dolore, propterea q̧ præter naturam eſt ſanguini permutatio, fit autem uſquequo utiq; ſanies fiat digeſtus.*

Cum dixit de ſaltu, & palpitatione, nunc dicit de pulſu cordis, quæ & pulſio dicitur, per quam nõ ſolum cor mouetur, ſed arteriæ, ut dicemus. Et primo oſtendit, quibꝰ pulſatio ſimilis ſit, & uult ꝙ pulſatio cordis ſit ſimilis pulſationi apoſtematis, & etiam bullitioni. Et hoc proponit, & dicit. Pulſatio autem, quæ accidit cordi, quam ſemper uidetur faciens continue uſq; ad uitæ finem (ceſſatio enim ab hac mors eſt) hæc in quam pulſatio ſimilis eſt naſcentĳs, quæ faciunt motum cũ dolore. hoc eſt, eſt ſimilis pulſationi apoſtematum, qui motus pulſatiuus eſt cum dolore, licet hic ſit præternaturalis, motus uero cordis naturalis. Et ꝙ ſit iſte motus in naſcentĳs, & præternaturalis, declarat dicens. Propterea ꝙ ſanguini ineſt permutatio præternaturam a calido ebulliente, nec ſemper ſit motus iſte ſanguinis, ſed uſquequo ſanies fit digeſtus, hoc eſt uſquequo ſanguis, qui erit ſanies, erit digeſtus, & coctus, ceſſat enim cum erit coctꝰ, ſtatim, & erumpitur a natura, et exit, aut induratur, ut docent medici. Quo uero ad ṽba attinet,

De apoſtemate

animaduerte (vt medici dicunt) Apoſtema eſt tumor alicuius particulę corporis præternaturalis, cauſatus ab humore relegato ad illam particulam, aut propter dolorem trahentem, aut a membro potentiori illum mandante ad illã particulam, aut ex ſuperfluitate multa in toto deſcendente ad illam particulam tanquã ad debiliorem, aut a contuſione & ibi detentus propter oppillationem. Dico tumor pręternaturalis, quoniã Cicero in noſtro nare a natura ortus (ut uidetis) non eſt apoſtema, q̃m licet ſit tumor accidens particulæ mei corporis, non eſt præternaturalis. Dico ab humore relegato ad illam particulam, quoniam tumor cauſatus a uentoſitate, non eſt apoſtema apud Philoſophos, licet medici uelint eſſe apoſtema uẽtoſum ut tympanidem, & undimiam, & id genus. Eſt autem humor in particula relegatus, & conſtrictus materialis cauſa apoſtematis, humor ṽo ex quot cauſis ad locum uenire poſſit, ſuperfluum eſt enarrare. ſatis nunc ſit dicere quaſdaꝫ, ut propter dolorem loci. Eſt enim dolor cauſa attractionis, aut propter membrum aliquod potens, quod ſuum ſuperfluum mittit ad debile, aut propter multitudinem in toto, & a toto permutatur ad particulam ueluti ad debiliorem, ut fit in criſibus permutationis, uel quia cætera mẽbra potentiora ſunt, ideo humor ad illam relegatur ut ad debiliorem, aut propter contuſionem, ut patet. Hęc pauca de apoſtemate.

De pulſatiõe apoſtematis.

De pulſatione uero apoſtematum, dicamus, ꝙ cum ille humor in loco eſt congregatus a calore naturali membri & totius corporis, digeritur, ac decoquitur, eſt enim primo crudus, calidum ergo naturale agit in illũ humorem digerendo, & in ſpirituoſum conuertẽdo, illud autem ſpirituoſum ampliando ſe ad exteriora, ebulliẽdo pulſat, & contrahendo ſe, comprimitur, & ſic cõſtringitur, & dilatatur.

De dolore

De dolore uero dicamus, ꝙ dolor fit pręter motum ſanguinis præternaturam, ſanguis enim ſic motus ſoluit continuum, & facit triſtem ſenſationem, etiam ſui acuitate. Cuius ſignum eſt, quoniam in choleticis apoſtematibus dolor eſt maior propter punctionem. Ex quo ſequitur, quòd dolor durat uſque ad completam digeſtionem, nam digeſtione facta, ceſſat motus ſangninis, & ſolutio continui, & punctio, & fit aliquando eruptio, uel induratio ſaniei, ut dicũt chirurgi. Verum de ceſſatione, dicemus ſtatim.

*Hæc etiam affectio, feruori ſimilis eſt, fit enim feruor, cum humor caloris opera inflatur, nam humor propterea ſeſe attollit, q̧ in molem aſſurgat ampliorem.*

*Eſt autem ſimilis bullitioni, hæc paſſio, bullitio enim fit, ſpirituoſo facto humido à calido eleuatur enim, propterea quod amplior fit moles.*

Hic & ponit ſecũdam ſimilitudinem, inter pulſum cor-

dis,& ebullitionem aquæ in olla,& dicit. Eſt autem ſimilis bullitioni hæc paſſio cordis.ſ.pulſatio, quoniam ſicut in bullitione id,quod ebullit,dilatatur, & cõſtringitur,ſic cor in pulſatiõe eleuatur,& deprimitur, unde ṽo ebullitio ſit,exponit,& dicit. Bullitio enim fit humido, quod ebullit,ab ipſo calido ſpirituoſo facto,propterea ꝙ moles humidi,quod ebullit,fit amplior. Cum enim calidum agit in humidum, reſoluit ipſum in ſpiritum,qui appetens maiorem locum mouetur ad exteri⁹,& ſic ebullitio fit,& quoniam ampliatur humidum, intrat aer,& refrigerat, & ſic compellitur,& in minorem locum contrahitur. Hæc de ſimilitudinibus.

*Cæterum quies in tuberculis agitur,ſi putrefactio non perſpiret,humore craſſiuſculo reddito,feruor uero reſidet,ſi per labra uaſculi humor excidat.*

*Pauſatio autem in naſcentijs quidem, ſi non perſpirauerit, ſpiſſiore facto humido,putrefaſtio,bullitioni autem,excidentia per horizontes.*

Hic declarat pulſationem in naſcentijs ceſſare propter duas cauſas,primo inſenſibiliter cum ſubtiliatum ſpirat ꝑ poros cutis. Secũdo cum digeſto humido fit putrefactio, & ſanies,& hoc inquit. Pulſatio autem in naſcentijs quidem,ſi non perſpirauerit per poros cutis inſenſibiliter, ſpiſſiori facto humido,putrefactio fit & ſanies, & ſic ceſſat. Ea ṽo excedentia,ac ſaltus ebullitionis per horiçõtes,hoc eſt per labra uaſculi ceſſat,quoniam cum peruenit ad illa, aere ſubintrante,refrigeratur,& ceſſat.

*In ipſo autem corde tumefactio humoris qui ſemper é cibo accedit,ultimam cordis tunicam eleuãtis,pulſum facit.*

*In corde autem ſemper accedentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio,facit pulſum, eleuantis ultimam tunicam cordis.*

Nunc accommodat ſimilitudines ad pulſum cordis, et ut mihi uidetur,ſupponit,primo,ꝙ in corde ſit naturale calidum,& quidem maius, & pollentius quã in quauis corporis particula,iſtud non oportet probare, quoniam ſæpius eſt probatum. Secundo ſupponit ꝙ neceſſarium eſt cor ſuſcipere alimentum cõtinuo,ſi debet uiuere, quod alimentum eſt ſanguis non ultimo coctus,ſed ulterius decoquendus,ut ſupponatur pro nunc, quia aliter diximus libello de iuuentute,ſanguis enim iſte non perfecte coctus in epate per uenam magnam fertur ad cor, & intra thalamum medium ultimo decoquitur, ut dictum eſt libro de ſomno. Eſt enim medius thalamus ſpecum mediũ, ad qđ ſanguis deducitur,ut perfecte decoquatur, ut Themiſtius dixit libro de ſomno. Tertio ſupponit calorem cordis agere in ſanguinem illum ſubtiliando ac ſpumificando,& ad cumulum inundando. His ſtantibus,dicit,in corde tumefactio facta propter caliditatem eius humidi, quod ad cor accedit ex alimẽto,facit pulſum, humidum enim illud tumefactum, & ſpumificatum & eleuatum uſꝗ ad tunicã ultimam cordis,eam dilatat,& ſic fit diaſtoles, hoc eſt dilatatio,non potens autem ulterius progredi,humidum illud redit interius,& ſic fit ſyſtoles,hoc eſt cõſtrictio, pulſus autem eſt,qui his duobus motibus conſtat. Hæc ergo eſt cauſa pulſus cordis.

*Atq; hoc ſemper ſine ulla intermiſſione fit, nam ſemper humor ex quo natura ſanguinis oritur,continue influit.*

*Et hoc,ſemper fit continue,affluit enim ſemper humidũ, ex quo fit ſanguinis natura.*

Per hæc uult habere differentiam inter pulſationẽ apoſtematis,& pulſum cordis,& dicit. Et hoc.ſ.pulſus fit cõtinue durante uita,ceſſante enim eſt mors. Quod uero fit continue durante uita probat,quoniã continue affluit ſanguis nouus ad cor,ut ibi digeratur,& fiat perfectus, ergo eius ebullitio erit perpetua durante uita, ſed in apoſtemate,& ebullitione pulſatio non eſt continua, quoniam illa in apoſtemate ceſſat propter cauſas aſſignatas, & etiam ceſſat ebullitio,ut dictum eſt dicit. Et hoc ſemper fit, cõtinuo & inceſſanter. Affluit enim ſemper humidũ nutrimentale,ex quo fit ſanguinis natura,& uerus ſanguis.

*Primum enim,in corde gignitur,id quod, in prima generatione liquido conſtat,nam uenis nondum diſtinctis, ſanguinem habere cernitur.*

*Primo enim in corde fit: palã autem, in generatione à principio,nondum.n.diſtinctis uenis, uidetur habere ſanguinẽ.*

Poſſet quis dicere,ꝙ non ſemper ſanguis ſit in corde, quoniam in prima cordis generatione nõ eſt ſanguis, quaſi reſpondens,aſſignat cauſam quare in corde nũꝗ deeſt ſanguis,& dicit. Primo enim ĩ corde fit ſanguis, & ipſo genito in eo eſt ſanguis,probat,& dicit. Palam autem in generatione quæ fit cordis a principio, & prima eius origine,nondum enim diſtinctis uenis,nec ramificatis per corpus cor in illa ſua prima origine uidetur habere ſanguinẽ, & ſic ſemper habet ſanguinem, & ita ſemper habuit pulſum. Aluernus philoſophiæ peripateticæ non ignarus, & Candauenſis doctor etiam peripateticus contra hæc, quæ Ariſtoteles dixit bonis argumentis obijciunt,& probant, quòd calidum non ſit cauſa pulſus principalis, & ꝑ ſe. Primo quidem,quoniam calidi eſt alterare,ſubtiliare,et reſoluere,ad quæ ſequitur iſte motus cordis, ergo calidũ non eſt per ſe cauſa illius. Secundo quia primus motus in animali eſt motus cordis,ut Philoſophi autumant. Ergo oportet ut ſit a cauſa prima cordis, hæc prima cauſa non poteſt eſſe calidum. Tertio motus cordis eſt cauſa calidi, ergo non fit a calido. Propter hæc tenent duo,quorũ primum eſt,quòd mot⁹ ille cordis per ſe primo fit ab anima mouente cor,ſicut enim primum mobile mouetur ꝑ ſe primo ab anima,ſic cor per ſe primo mouetur ab eius anima, unde ſicut cuilibet miſto inanimato ab eius forma competit aliquis proprius motus, & cuilibet elemento a propria forma,competit proprius motus,& ferro etiam ab ei⁹ propria forma mouetur ad magnetem,ſic cor ab eius propria forma,quæ eſt anima mouetur pulſu, & aĩal mouetur mediante corde ab eius anima hoc proprio motu. Secũdo dicũt,quod licet anima ſit principalis cauſa huius motus,calidum tamen eſt inſtrumentum, mediante quo motũ agit anima, ut enim ignis calefacit per ſuam formam, & propter calidum tanquam propter inſtrumentum, ſic anima mouet cor principaliter, ſed mediante calido tanquam inſtrumẽto,& ſic tenent quòd principalis cauſa hui⁹ motus ſit anima ſenſitiua,inſtrumentaria eſt cordis calidum. Sed hæc poſitio eſt ambigua, quoniam nullum inſtrumẽtum eſt cauſa eius a quo fit,ſed calidum per eos fit a motu cordis,ergo calidum non eſt cauſa,nec principalis, nec inſtrumentalis illius motus cordis. Propter hoc argumẽtum Galenus & medici dicunt, ꝙ anima eſt cauſa pulſus mediante uirtute uitali. Eſt enim anima principalis cauſa, uitalis ṽo uirtus eſt cauſa inſtrumentaria. Anima enim mediante uirtute uitali eleuat tunicam cordis intra quã ſanguis cõtinetur,& ſic ad eleuationem ſequitur tumefactio ſanguinis,& compræſſio,cum tunica deprimitur. Videtur huic opinioni conſonare, quoniam nulla forma per ſui eſſentiam eſt cauſa alicui⁹ operationis. In hoc enim differt forma creata ab increata, ꝙ forma creata agit per potentiam diſtinctam ab eſſentia,deus uero agit per ſuam eſſentiam,ergo anima agit motum illum mediante potentia uitali,ad cuius motum ſequitur ſanguinis eleuatio, & compræſſio,& ſic calidum nec principalis cauſa eſt pulſus, nec inſtrumentaria,ſed anima & uirtus uitalis. Hęc medici. Animaduertendum ergo,quòd Ariſtoteles cum quærit cauſam alicuius operationis particularis alicuius membri,uel particulæ corporis,non quærit cauſam uniuerſalẽ & communem. Declarauit enim in ſecundo de anima,qđ anima eſt cauſa animati corporis in triplici genere cauſę, finalis,& formalis,& factiuæ, & uoluit, ꝙ ſit cauſa factiua corporis animati inquãtum eſt uniuerſalis cã oĩum motuum

Dec[illegible] tus cordis

Dubitatio cõtra poſitionem.

Pō medicorũ.

Pō Ariſtotelis.



motuum & operationum quæ ſunt in animato corpore. Quęrit ergo cauſam particularem,& immediatam: & ſic in hoc loco quærens cauſam motus cordis,non uniuerſalem quærit,ſed particularẽ & propriam: quoniam uniuerſalem eſſe animã non dubitat. unde, ut in libro de ſomno quærens cauſam ſomni particularẽ & propriam, aſſignauit non animam: ſed euaporationem cibalem, licet anima ſit uniuerſalis cauſa ſomni & uigiliæ: ſic in hoc loco quærens cauſam particularẽ & propriam pulſus cordis, non animam aſſignat,ſed calidum,ut regulatur ab anima: ſic enim uaporatio cauſa ſomni eſt, ut regulata ab aĩa. Tunc dicendum ꝙ cauſa per ſe dicitur dupliciter: una quæ eſt cum ſuo effectu uniuoca, & quæ ut talis agit effectũ, & ſic nec euaporatio eſt cauſa per ſe ſomni: nec calidum eſt cauſa motus cordis per ſe. Alio modo cauſa dicitur per ſe quęcunꝗ eſt cauſa effectus non fortuita,nec caſualis. per ſe enim accipitur contra caſuale ſecundo phyſicorum. Et tunc dico ꝙ euaporatio ſomni: & calidum motus cordis cauſa eſt per ſe: quoniam nec euaporatio ſomni, nec calidum pulſus cauſa eſt fortuita: ac caſualis,ſed per ſe, ut directę ab anima: ac ab illa regulatæ: ut ſic enim ſunt particulares & per ſe cauſę. Euaporatio quidem ſomni: calidũ uero pulſus. Et ſecundum hoc fruſtra ponitur a medicis uirtus uitalis,qua anima mouet cor: & arterias, quoniam pro his motibus ſufficit anima,ut uniuerſalis cauſa, & calidum regulatã ab anima, ut cauſa particularis, & per ſe. Errant etiã Aluernus & Candauẽſis, qui credũt pulſum cordis eſſe priorẽ calore cordis. Si enim pulſus eſſet cauſa caloris: calor non poſſet eſſe cauſa pulſus,nec principalis,nec inſtrumẽtaria. Cuius cõtrarium dicunt. Propterea dico, ꝙ calidum ab ipſis generantibus datur uiuenti mediante anima, ſicut grauitas datur terræ a generante mediante forma terræ. Motus autem & operationes dantur mediante calido. Licet enim motus localis ſit prior omni motu,tamen in ſpecie calidũ poteſt eſſe prius motu locali, & motus calidi prior motu cordis. Ex his patet mens Ariſtotelis,& ſolutio rationum Aluerni. prima enim ratio concludit ꝙ calidum non ſit cauſa per ſe uniuoca, & inquantum talis. Calidum enim uniuoca cauſa non eſt niſi calidi,& per ſe cauſa,ut tale non eſt cauſa niſi rarefactionis & attractionis. tamen cauſa per ſe, ut diſtinguiẗ contra cauſam caſualem & fortuitam calidum regulatũ ab anima ut ebulliens mediante ſua ſpumificatione cauſa eſt motus cordis per modũ dictum. Ad ſecundam patuit ſolutio: motus.n.cordis ſecundum Philoſophos eſt primus motuum localium in animalibus: non autem eſt primus ſimpliciter,quoniam fit a calido mediante eius ſpumificatione,& ſpirituificatione (ut dictum eſt) qui motus non eſt pure localis. tertia ratio deleta eſt, ſumit enim falſum. Non enim motus cordis cauſa eſt calidi ſimpliciter, ſed calidum mediante ſua ſpirituificatione ac ſpumificatione cauſa eſt pulſus: ut probatum eſt. Hęc pro dilucidatione. Quæritur obiter propter quid medici pulſum cordis & arteriarum appellauerunt uitalem motum, & uirtutẽ animæ,qua anima mouet hæc,appellauerũt uitalem. Philoſophi autem motũ nutritionis,& generationis,et augmentationis,& diminutionis appellarunt uitalem, ut Druſianus monachus aſſeruit in techna. Cauſa autem eſt, quoniam medici inſpexerũt ſolum ab hominem, & quoniam per hos motus iudicãt hominẽ uiuere, quouſꝗ enim cor & arterię hoc pulſus motu mouẽtur: eum uiuere aſſerũt: quãprimum ceſſare ab hoc,mortuũ putant, hos motus uitales,& uirtutẽ qua anima hos motus perficit uitalem appellarunt. Alia cauſa eſt,quoniã poſuerunt in epate uirtutem nutritiuã,in cerebro motiuam & animalẽ, ergo erat rationi conſonũ ut uitalem ponerẽt in corde. Philoſophi autem inſpexerunt non ſolum ad hominẽ,ſed ad omne uiuens,& quoniã inuenerunt etiam plantas uiuere, & cum non uiuant ſenſu nec intellectu iudicarunt eas uiuere nutritione & auctione,& generatione, & ſic hos motus uitales & uirtutem, qua anima hos perficit uitalem tanꝗ communes omnibus uiuentibus iudicarunt. Præterea in omni uiuente conſiderantes non niſi unum membrum fecerunt primũ & principale,utpote cor,aut uicarium cordis,ideo omnem uirtutem eſſe in eo putarunt: & propterea in homine per eandem uirtutem uiuit, & ſentit, & intelligit,quoniam per animam humanam,licet ratione diuerſa: ut ſecundo de anima dictum eſt.

*Et ob id: iunioribus magis quàm ſenioribus pulſat. utpote quibus: diuaporatio maior fiat.*

*Et propter hoc: pulſat magis iunioribus, quàm ſenioribus. fit enim exhalatio amplior iunioribus.*

Ex his ſoluit duo quæſita, & aſſignat cauſas illorum, primum propter quid cor pulſat magis iunioribus: ꝗ̃ ſenioribus: & reſpondet hoc eſſe: quia calidũ in iunioribus eſt maius,& fortius quã in ſenioribus,cum enim calidum iuuenile ſit maius,ideo ſanguis magis ſpumificatur: ac ſpirituificatur: & ſic magis eleuatur: & ſic pulſus cordis fortior eſt in iunioribus, quã in ſenioribus, unde dicit. Et propter hoc.ſ.quia calidum eſt maius. in iunioribus quam in ſenioribus. cor ipſum pulſat magis iunioribus, quã ſenioribus: calido enim in iunioribus exiſtente maiori, fit ſanguinis exhalatio,& ſpumificatio: ac ſpirituificatio maior, & amplior iunioribus: quàm ſenioribus.

*Quinetiam uenæ, oẽs & ſimul inter ſe pulſare aſſolẽt: quia omnes ex corde ſua initia trahunt. cor autem: ſemper mouet. Quare & illæ ſemper mouent: ſi ſimul inter ſe cũ illud mouet.*

*Et pulſant uenæ omnes, & ſimul inuicem: propterea quòd ortæ ſunt omnes a corde. mouet autem: ſemper. Quare & illæ ſemper: & ſimul inuicem quando mouet.*

Secundum quæſitum, propter quid dilatato corde: uel eius tunica ipſum continente omnes arteriæ dilatantur: & concorditer omnes ſimul, & compreſſa illa tunica: omnes arteriæ comprimuntur, & omnes concorditer, & ſimul: ita, ut pulſus cordis regulariter ſit ſemper cum pulſu omnium arteriarum. Reſpondet, hoc eſſe, quoniam omnes uenæ arteriales oriuntur a corde: ſuntque ſic cordi proportionatæ, & eius tunicæ: ut non poſſit tunica dilatari: quin arterię dilatentur: nec comprimi, quin comprimantur. Continuantur enim ipſi cordi, ut utres fiſtulæ follis, ut patet per anathoma: & propter hanc cauſam non poteſt tunica dilatari, quin omnes dilatentur: nec comprimi, quin comprimantur: & omnes ſimul: quia omnes ſimul ad cor eandem proportionem habent, unde dicit. Et pulſant uenæ omnes ſcilicet pulſatiles, & ſimul inuicem, propterea quòd ortæ ſunt omnes a corde, & ita proportionatę: ut non poſſit cor moueri, niſi ille correſpondenter moueantur. Hinc concludit, quòd quia calidũ ſemper mouet cor: ſemper etiã moueat illas, & regulariter ac proportionaliter ſicut cor mouet. Druſianus autem monachus credidit ſecundo libro technæ: quòd arteriæ mouentur dilatatione & conſtrictione motu proprij ſanguinis: qui intra illas cõtinetur. Imaginatur enim ſanguinem arterialem correſpondenter ſpirituificari ac ſpumificari, ut ſanguis cordis, & ſic motu proprij ſanguinis uult illas pulſare. proportionaliter tamen cum pulſu cordis propter ortum quem habent ad cor. Errauit autem, quoniam ſanguis arterialis non eſt ita calidus, ut ſanguis cordis, nec calidum contentum intra arterias eſt ita calidum, ut poſſit ſanguinem in exhalationem, & ſpumam, ac ſpiritum uertere, cum arteriæ continuo elongentur a corde: & ita calidum deficit in illis. Ergo dicendum eſt arterias correſpondenter pulſare, ſicut cor pulſat, non per motum proprij ſanguinis, ſed concomitatiue ad motum cordis: ad quem motum ſequitur motus tunicarum arteriarum, & motus ſanguinis intra illas contentas. Pendet ergo motus dilatationis, & conſtrictionis arteriæ a conſtrictione, & dilatatione tunicæ cordis intra quam calidum & ſanguis continentur. Motus uero ſan-

De pulſu arteriæ.

guinis intra arterias exundatiuus pendet a motu arteriarum cōſtrictiuo & dilatatiuo: & ſic pulſus arteriarū non pendet a motu proprij ſanguinis,ſed a pulſu cordis:quod Druſianus ignorauit. Ex his ſequitur unde medici ſumpſerunt iudicium a pulſu arteriarum: quoniam arguit ſupra pulſum cordis, propter concomitantiam & cauſalitatem: & iudicauerunt ex pulſu illarum fortitudinem,& debilitatem calidi: & multa alia propter hanc cauſam.

An motus cordis ex arteriæ ſit naturalis.

Sed quæritur utrum dilatatio cordis, & arteriarum ſit motus naturalis, uidetur quòd ſic quoniam motus conſtrictionis eſt naturalis,ergo & motus dilatationis. Contrariorum enim idem eſt naturale principium. Secundo quæritur utrum conſtrictio fit a calido. Videtur ꝙ non: quoniam calidi eſt rarefacere,& non conſtringere. Tertio quæritur, utrum ſanguis calefactus ſit cauſa dilatationis,& conſtrictionis, an calidum partium cordis. Ad hæc per ordinem reſpondemus incipiendo ab ultimo: & dicemus quòd ſanguis calefactus, & calidum cordis, & ſuarum partium eſt cauſa pulſus cordis: ſanguis quidem: quatenus ipſe calefactus,& ſpumificās tunicam dilatat. ipſemet deponens tumefactionem eſt cauſa cōpreſſionis. Aliter tamen & aliter: nam ſpumificans dilatat per ſe:demeſcens conſtringit. quatenus remouetur: ut prohibens deſcenſum tunicæ: & ſic eſt cauſa quaſi ſine qua non illius compreſſionis. Calidum uero partium cordis cauſa eſt quaſi remota pulſus,quatenus eſt cauſa calefactionis ſanguinis:qui ſpumificatur. Ad ſecundam dubitationem, dicendum quòd cauſa conſtrictionis principalis eſt pondus tunicæ,quum enim tunica uiolēter dilatabatur: cum erat grauis: naturaliter conſtringitur: & ſic per ſe cauſa conſtrictionis eſt tunicæ grauedo: cauſa ſine qua non proxima eſt ſanguis deponens tumorē: depoſitione enim tumoris ſanguis cauſa eſt conſtrictionis, ut remouēs prohibēs:depoſitio tumoris fit ex ingreſſu aeris frigidi. Cum enim ſanguis ampliatur, per debitas uias tranſeuntes per pulmonem, & uenas, inter pulmonem & cor, ſubintrat aer, & ſic ſanguis infrigidatur, & deponit tumorem. Ex quo patet ꝙ conſtrictio fit a calido cordis, & partium eius: remote, quem erat cauſa tumefactionis ſanguinis, & tumefactio cauſa, ut intraret aer frigidus, & aer frigidus cauſa eſt depoſitionis tumoris: quæ cauſa eſt ſaltem ſine qua non:ut tunica conſtringatur. Ad primā patet ſolutio,ꝙ ratione habita ad tunicam,& ad cor, quę mouentur, dilatatio uiolenta eſt, quoniam contra naturam eorum:quæ dilatantur:ui enim graue aſcendit: ratione uero habita ad ipſum calidum cordis, cui naturale eſt calefacere ſanguinem: ex cuius calefactione ſequitur, ut ſanguis fiat leuis,& dilatans,dilatatio eſt naturalis. At cōſtrictio naturalis eſt ex eo:quia tunica, & cor naturaliter deſcendunt:prohibente remoto.

*Palpitatio igitur eſt:compellentis frigoris repulſio. Pulſatio uero:humoris concaleſcentis inflatio.*

*Reſilitio igitur eſt: facta obuiatio ad frigidi cōſtrictionem. Pulſatio autem:humidi calefacti ſpiritificatio.*

Nunc uult agere de tertio.ſ.de ipſius cordis reſpiratione,& continuando ſe ad ſequentia, epilogat, quæ dixit, & inquit Reſilitio igitur cordis, hoc eſt, palpitatio eſt obuiatio facta ac ſequens ad conſtrictionem frigidi, hoc eſt cauſata ex frigido conſtringente calidum cordis. Pulſatio autem cordis eſt ſpirituificatio,hoc eſt inflatio humidi calefacti, hoc eſt ſanguinis calefacti. Hæc.n.definitio cauſalis eſt: cauſatur enim pulſus ex inflatione humidi. Quid uero ſit cordis reſpiratio,poſt hæc exponit.

*Reſpiratio autem fit: calore augeſcente in ea parte ubi uegetale principium habetur. nam quemadmodum cæteræ partes alimento indigent: ita & illa quoque. immo magis quàm cæteræ. quippe: quæ cæteris nutricationis cauſa ſit.*

*Reſpiratio autem fit: augmentato calido, in quo principium nutritiuum. quemadmodum enim & alia indigent alimento: & illud. & alijs magis. etenim alijs: illud, alimenti cauſa eſt.*

Hactenus de palpitatione,& pulſu cordis, nunc de reſpiratione cordis agit. Vbi animaduertēdum ꝙ quemadmodum pulſus eſt duplex motus cordis.ſ. & quo dilatatur eius tunica,& quo conſtringitur:quibus arteriæ conformiter & comitanter dilatantur,& conſtringuntur: ſic reſpiratio eſt duplex motus, & quo cor trahit aerem: & quo expellit aerem. Trahit dico mediante eleuatione pulmonis, & expellit mediante compreſſione. Imaginatur igitur Ariſtoteles ꝙ idem calidum.ſ. ſanguis per intumefactionem eſt cauſa,ut cor dilatetur: & comitanter arteriæ per definitionem tumoris,cor conſtringitur,& comitanter arteriæ conſtringuntur. & ſic eſt pulſus. Amplius per eandem ſanguinis calefacti in tumefactionem: cor dilatatur & pulmo eleuatur, & aer intrat, per pulmonem uſque ad cor: & ſic ſanguis depònit tumorem, & cor,& pulmo cōprimuntur & aer expellitur qua ratione patet, quòd ſanguis calefactus a calido cordis mediante tumefactione eſt cauſa dilatationis cordis, & arteriarum: & eleuationis pulmonis & tractionis aeris per totum. Illemet ſanguis refrigeratus mediante depoſitione tumoris eſt cauſa conſtrictionis cordis, & arteriarum, & cauſa deſcenſus pulmonis, & pulſionis aeris. Ariſtoteles ergo primo accipit ex qua cauſa fiat inſpiratio: quæ eſt aeris attractio, & dicit. Reſpiratio autem fit, hoc eſt aeris attractio fit augmentato calido, hoc eſt ſanguine calefacto magis in corde: in quo eſt principium nutritiuum ſcilicet anima & uirtus nutritiua: & quia quis poſſet dicere in corde non eſſe ſanguinem, qui eſt alimentum cordis. Aſſignat rationem quare ibi ſit alimentum ſcilicet ſanguis, & dicit. Quemadmodnm enim & alia membra indigent alimento:ita & illud ſcilicet cor: & alijs particulis cor ipſum magis nutrimento indiget. Debet enim habere nutrimentum ſufficiens ſibi, & ali/s quoniam & alijs illud cor alimenti cauſa eſt. Sic igitur patet in corde eſſe ſanguinem. quod eſt ipſi & eius omnibus particulis nutrimentum, & patet talem ſanguinem a calido cordis & eius partium augeri, & tumefieri. Hoc autem ſupra probatum eſt ſæpius,accepit autem hoc de nouo,ut innuat unam cauſam eſſe dilatationis cordis, & reſpirationis:hoc eſt tractionis aeris.

*Neceſſe itaque eſt: ut cum amplior efficitur, inſtrumentum attollat. Exiſtimare autem oportet: inſtrumenti conſtitutionem ſimilem eſſe follibus qui in officinis ferrarijs habentur (parum enim abeſt: quin pulmo & cor ſibi formam talem uendicent) geminum autem eſſe quod tale eſt, cum eum naturalem potentiam cui nutriendi officium delegatum eſt, in medio conſiſtere oporteat.*

*Neceſſe itaque amplius factum:eleuare organum. Oportet autem exiſtimare: conſiſtentiam organi ſimilem quidem eſſe follibus: qui in ærarijs (non longe enim neque pulmo neq; cor ut ſuſcipiat figuram talem) duplum autem eſſe quod tale. oportet enim:in medio eſſe nutritiuum naturalis uirtutis.*

Cum accepit, quòd inſpiratio fit augmentato calido, hoc eſt intumefacto ſanguine: qui in corde eſt pro eius, & aliarum partium nutrimento: nunc exponit modum quomodo trahitur aer calido illo tumefacto: & primo concludit quòd neceſſe eſt, cum cor dilatatur, ut pulmo eleuetur: & hoc & expoſitione & ordine quem habet pulmo cum corde, & dicit. Neceſſe itaque calidum illud amplius factum, & intumefactum eleuare organum, hoc eſt pulmonem: qui eſt inſtrumentum, mediante quo eleuato aer trahitur per totum: & declarat quomodo neceſſe eſt ad tumorem calidi exiſtentis in corde: ut pulmo eleuetur: & dicit. Oportet autem exiſtimare conſiſtentiam organi, ſimilem quidem eſſe follibus: hoc eſt pulmonem conſtitui ad formam follium:qui ſunt in ærarijs.





Non longe enim eſt pulmo & cor, hoc eſt ab ipſo corde: natura enim fecit pulmonem proximum cordi: ut pulmo ſe habeat ad cor,ut follis ad manum: ita ut ſuſcipiat figuram talem, qualem follis habet cum manu. Cor enim ſua eleuatione eleuat pulmonem ueluti manus ſua eleuatione eleuat follem. Verum aliqua differentia eſt, quoniam quod tale eſt, ideſt pulmo, qui eſt ut follis, eſt duplum,& ſic uidetur figura follis in pulmone quaſi duplicata propter duas, quas habet partes. Quare autem oportet eſſe duplum, cauſam affert, ut in eius quaſi medio ſit cor, & in medio cordis ſit nutritiuum principium ſcilicet anima:quæ eſt principium nutritiuæ uirtutis:quæ mediante calido nutrimentum intumefaciat, ut ſit cauſa tractionis aeris mediāte eleuatione pulmonis. Ex his uult habere pulmonem eo ſitu ac poſitura cūm corde conſtitutum eſſe a natura:ut non poſſit cor dilatari ab ipſo ſanguine intumeſcente: niſi pulmo eleuetur. Hoc ſupponit tum ratione: tum ex anathomis.

*Medium igitur: cnm amplius redditur, eleuari ſolet. cum uero eleuatur: & eam quoque partem quæ illud ambit eleuari neceſſe eſt. Id quod: in reſpirantibus fieri cernitur. quandoquidem pectus attollitur: propterea quòd eiuſmodi partis principium in eo contentum, hoc idem efficit.*

*Eleuatur igitur: maius factum. eleuatò autem: neceſſarium eleuari & continentem ipſam particulam. Quod quidem: uidentur facere reſpirantes. eleuant enim pectus: propterea quòd principium exiſtens in ipſo, huius particulæ, idem hoc facit.*

Cum declarauit, ꝙ corde dilatato: oportet ut pulmo eleuetur:nunc oſtendit, ꝙ eleuato ac ampliato pulmone, neceſſe eſt, ut pectus eleuetur ac moueatur,& dicit. Eleuatur igitur pulmo,cum maius fit: eleuato autem pulmone neceſſarium eſt eleuari & continentem ipſam particulam.ſ.pectus. Non enim poteſt eleuari contētum,niſi eleuetur continens. oſtendit autem hoc quod dixit cōuenire his,quæ uidemus,& dicit. Quod quidem uidentur facere reſpirantes:reſpirantes enim eleuant pectus, propterea ꝙ principium huius particulæ.ſ.pulmo idem hoc facit,hoc eſt eleuatur. Appellat autem pulmonē principium huius particulæ.ſ.pectoris,non ꝙ pulmo ſit principium pectoris ſecundum eſſe,ſed ſecūdum operationem. quaſi dicat. reſpirantes eleuant pectus,quoniam pulmo, qui eſt principium motus pectoris,eleuatur.

*Cum enim attollitur: eodem perinde ut in folles aerem exterum algidumque influere, & refrigerando ignis exuperantiam reſtringere neceſſum eſt.*

*Eleuato enim: quemadmodum in folles,neceſſarium inferri aerem qui deforis & frigidum exiſtentem, & refrigerantem extinguere exceſſum ignis.*

His expoſitis,nunc demōſtrat quomodo fit inſpiratio, quę eſt tractio aeris ad omnia pręcordia:et accepit enim, pro itaque: quaſi dicat. eleuato itaque pectore ad eleuationem pulmonis,neceſſarium eſt inferri aerem,qui eſt deforis, & frigidum exiſtentem, quemadmodum in folles trahitur aer: qui refrigerans ſanguinem cordis tumefactum extinguat exceſſum ignis. & hæc uocatur inſpiratio. Ex quibus patet quid ſit inſpiratio: eſt enim motus aeris ab extra ad ſanguinem cordis uſque deducti genera refrigerandi ſanguinem. Huius plures ſunt cauſæ. Cauſa quidē,ut ſubiectū & materia eſt aer, qui trahitur: ut finis uero, uniuerſalis quidem,eſt ne detur uacuū. Proprijs autem eſt ut refrigeretur ſanguis, & calidum cordis & pulmonis,ꝙ omnium præcordiorum: effectrix cauſa: proxima quidem: eleuatio pulmonis & pectoris,remota uero:eleuatio ac dilatatio cordis:adhuc remotior: ſanguinis tumefactio: adhuc remotior, calidum cordis & eius partium; conuertens ſanguinem in ſpiritum & tumorem.

Hæc de inſpiratione ipſius cordis.

*Quemadmodum autem cum augetur, hæc pars attolli ſolet: ita & cum decreſcit, eandem reſidere neceſſe eſt. atque ea reſidente, aerem ingreſſum rurſum egredi: aerem inquam qui dum ingreditur frigidus eſt, dum egreditur calidus, propter contactum caloris hac in parte contenti.*

*Quemadmodum autem creſcente, eleuatur hæc particula: & decrementum patiente, neceſſarium demitti. & demiſſo, exire aerem qui ingreſſus fuit iterum ingredientem quidem frigidum, exeuntem autem calidum, propter tactum calidi exiſtentis in particula hac.*

Nunc oſtendit modum expirationis,quæ eſt expulſio aeris prius attracti: & loquitur ſimilitudinarie, & dicit. Quemadmodum autem creſcente humido in corde, & tumefacto: hæc particula:quæ eſt pulmo eleuatur, & quidem concomitanter (ut dictum eſt) etiam humido illo patiente decrementum, & deponente tumefactionem, neceſſarium eſt pulmonem demitti: & hoc (ut dictum eſt) concomitanter, corde compreſſo: pulmone autem demiſſo:neceſſe eſt exire aerem, qui ingreſſus fuit, & neceſſe eſt iterum atque iterum hoc fieri, hoc modo ingredientem quidem, frigidum: exeuntem autem cſlidum. Exit dico calidum propter tactum calidi cordis exiſtentis in particula hac ſcilicet corde. Aer enim ille exit calidus,quo tangitur a calido cordis. Ex his ſequitur: quid ſit expiratio: eſt enim expiratio motus aeris calidi ab intra ad extra, ut recens refrigerans ingrediatur. Huius (ut dictum eſt) plures ſunt cauſæ. Cauſa quidem, ut materia & ſubiectum eſt ae:: qui calidus expellitur. Cauſa ut finis,& gratia refrigerandi, ut recens intret ad refrigerandum: effectrix cauſa, eſt deſcenſus cordis & pulmonis: deſcenſus uero cauſa, eſt depoſitio tumoris quæ eſt in ſanguine:depoſitionis autem cauſa,eſt ingreſſus noui aeris refrigerantis concurrunt ad hoc grauitas deſcendentium: quæ cum non poſſint ultro augeri,comprimuntur ut dictum eſt.

*Et potiſſimum in hijs quæ ſanguinolentum habent pulmonem. eum ſiquidem introrumpere oportet in multos quaſi tubos & fiſtulas pulmonis: quarum ſingulis, uenæ adiunctæ ſunt. adeo: ut totus pulmo ſanguine plenus uideatur.*

*Et maxime habentibus pulmonem ſanguinem habentem. in multas enim, uelut cannales, concauitates incidere quæ in pulmone: quarum ſecus quamcunque protenſæ ſunt uene. ita: ut uideatur totus pulmo eſſe plenus ſanguine.*

Comparat reſpirantia inter ſe, & oſtendit quæ magis reſpirant,& quæ minus,& dicit. Et maxime neceſſarium eſt trahi,& expelli aerem his animalibus: quę pulmonem habent multum ſanguineum. Cuius cauſam affert, & dicit. In multas enim neceſſe eſt incidere concauitates, uelut in cannales, quæ concauitates ſunt in pulmone,ſecus quācunque quarum concauitatum protenſæ ſunt uenæ, ita ut uideatur totus pulmo eſſe plenus ſanguine. Animalia uero:quorum pulmo non eſt ita plenus ſanguine, non ita frequenter reſpirant,ut ſuperius diximus.

*Aeris autem ingreſſus, reſpiratio uocatur: egreſſus, expiratio.*

*Vocatur autem ingreſſus quidem aeris, reſpiratio: exitus autem,expiratio.*

Nunc exponit nomina horum motuum,qui in reſpiratione ſunt,& dicit. Vocatur autem ingreſſus quidē aeris, rrſpiratio,hoc eſt inſpiratio:exitus autē expiratio: ut proximo libro ſatis dictum eſt.

*Idque ſemper continue fit: quandiu animalia uiuunt, & hanc particulam continue mouent. Et ob id: in reſpirando & expirando uita conſiſtit.*

*Et ſemper utique hoc continue fit: quamdiu utique uiuunt, & mouent hanc particulam continue. Et propter hoc: in reſpirando & expirando eſt ipſum uiuere.*

Secundo declarat, quomodo ſe habet reſpiratio ad animal, qđ reſpirat: & ad eius uitā: & dicit. Et ſemper utiq; hoc cōtinue fit, quādiu utiq; uiuunt & mouent hāc particulam continue. ſ. cor & pulmonem: & propter hoc in reſpirando: & expirando eſt ipſum uiuere.

*Ad hunc modū: & piſcibus brāchiæ mouētur. nā cum calor ſanguini inditus, per particulas in ſublime ſcandit: attolluntur & branchiæ, & aquam admittunt. cum deſcendit ad cor per meatus, & refrigeratus eſt: reſident, & aquam emittunt. Cum autem ſemper ſanguis in corde contentus efferatur: ſemper cor, eundem refrigeratum rurſus excipit.*

*Eodem aūt modo: et piſcibus motus fit branchiarū. eleuato enim calido qđ in ſanguine per partes: eleuātur & branchiæ, & pertrāſit aqua. deſcendēte aūt ad cor per poros: & refrigerato: demittunt, & emittunt aquam. Semper autem eleuato eo quod in corde: ſemper ſuſcipit iterum refrigeratum.*

Per quandam ſimilitudinē exponit modū refrigerādi in non reſpirātibus, uidelicet, in animalibus, quę brāchijs refrigerātur: & dicit. Eodē autē modo & piſcibus fit motus brāchiarum. Cuius cauſam affert, & dicit. Eleuato. n. calido, qđ eſt in ſanguine cordis piſcium, & per partes ad branchias conterminas: eleuanť, & branchię, & ſic pertrāſit aqua, & refrigerat per contagionē calorē cordis: deſcendente refrigeratione ad cor per poros, & refrigerato corde: demittunt branchias deorſum, & emittunt aquā, ſemper autē eleuato eo qđ in corde calido, ſemper ſuſcipit iterum refrigeratum donec durat uita.

*Ex quo ēt fit: ut illis in reſpirādo, & his in admittēdo humore, finis uiuēdi et nō uiuēdi cōſiſtat. De uita igitur ac morte, et ijs pene omnibus quæ huic conſiderationi affinia ſunt dictū eſt.*

*Quapropter & illis, uiuēdi & non uiuēdi finis, eſt in reſpirando: & his, in ſuſcipiendo humidū. De uita igitur & morte, & de cognatis huius ſpeculationis: fere dictum eſt de omnibus.*

Ex his concludit in quo cōſiſtit uita piſcium. & dicit. Quapropter & illis. ſ. reſpirātibus: uiuēdi & non uiuēdi finis eſt in reſpirādo, & his. ſ. piſcibus uiuēdi & nō uiuendi finis eſt in ſuſcipiēdo humidū. Demum epilogat, & dicit. De uita igiť & morte, & cognatis huius ſpeculationis. ſ. iuuentute & ſenectute: & reſpiratione, fere dictum eſt de omnibus, & dixit fere: ut euitaret arrogantiā. Per ea quæ Ariſto. dixit patet ordo in reſpiratione, & in refrigeratione per branchias: nā inſpiratio eſt primus motus, quo aer ad cor trahiť. Cor. n. fuit generatū cum ſuo calido: & ſuo humido: ideo in corde fuit facta ſanguinis intumeſcentia primo, ad quā tractus fuit aer: & ſic prima fuit inſpiratio: aere uero tracto, fuit refrigeratio ſanguinis, & depoſitio tumoris, ad quā ſequiť expulſio, & ſic expulſio fuit poſt tractionē aeris. Quare expiratio eſt poſt inſpirationē: expulſo uero aere: iterū ſanguis intumeſcit, & nouus aer trahiť: & rurſus refrigerat, & ſic ſanguis deponit tumorē: & eū expellit: & ſic uiciſſim ſemper. Simili ratione fit in refrigeratione per brāchias, intumefacto. n. ſanguine cordis piſcium, branchię eleuanť intumefacto ſanguine ad ipſas exiſtēte: eleuatis autē trahiť aqua, & ſic per contagionē cor refrigerať: & ſanguis deponit tumorē: & ſic deſcēdūt branchiæ, & pellunt aquam: & iterū fit donec durat uita. Animaduerte in hoc libro illud Ariſtotelis eſſe difficillimum ꝙ uelit reſpirationē fieri a motu ſanguinis, ab aſcenſu quidē inſpirationē, a deſcēſu uero expirationē. Ampli⁹ uult cū aſcēſu cordis & ſanguinis, & cor dilatari, & arterias cōcorditer, & pulmonē & pectus, & trahi aerē, condeſcēſu uero cordis & ſanguinis cor cōprimi, arterias cōſtringi & pulmonē & pectus etiā, & aerē expelli. Primū quidē difficile eſt, qm̄ nō eſſet in poteſtate noſtra aliquo tēpore tenere anhelitū: cuius cōtrarium experimur. Et patet conſequētia, quoniā non eſt in poteſtate noſtra ebullitio ſanguinis, & eius calefactio: & ſic nec intumeſcētia, nec detumeſcētia: & ita nec alia, quæ hæ conſequuntur. Quod ſecūdo dicit, eſt difficilius: qm̄ (ut medici dicunt) nō ſemper eſt cōcordia omnium illoꝝ cum pulſu cordis: qm̄ non ſemper reſpiratio correſpōderet pulſui arteriarū, modo nos uidemus aliquādo bonum pulſum, & malum anhelitum. Videmus anhelitum pro certo tēpore eſſe uoluntarium, pulſum uero arteriarum & cordis non eſſe uoluntarium: & ſic hæc concordia non uidetur cōgrua: quę omnia mihi reddunt poſitionem Ariſtotelis difficilem. uerum de his ſatis ſit indicaſſe, locum, fortaſſe alias rem melius dilucidabimus. Et de morte & uita hactenus. Finis Piſis. XXVIII. Maij. M. D. XXI.

De ordine in reſpiratiōe: & pulſu.

# ARISTOTELIS DE MEMORIA ET

## *Reminiſcentia, cum Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.*

*QVID ſit memoria & meminiſſe, quaque de cauſa fiat, & ad quam partem animæ iſthæc affectio referenda ſit, necnon quid reminiſcentia et reminiſci: explicandum eſt. Quippe cum non ijdem memoria præcellant & facile reminiſcantur: ſed magna ex parte qui tardo hebetique ſunt ingenio memoroſiores ſint, qui celeri ac docili reminiſcentiores.*

*DE memoria autem & ipſo meminiſſe, dicendum quid eſt, & propter quam cauſam fit, & qua animæ partium hæc accidit paſſio: & ipſum reminiſci. Non enim ijdem ſunt memoratiui & reminiſcitiui: ſed frequenter magis memoratiui quidem qui tardi, magis reminiſcitiui autem qui ueloces & bene dicentes.*

MORE boni oratoris Ariſtoteles in hoc libello primo pręmittit intētionem, & cauſam intentionis, deinde ibi { Primum igiť } accedit ad narrationem. De prima parte præmittit agere de memoria, et meminiſſe: & ſecundo de reminiſcentia, & reminiſci, quoniam non ſunt idem: & uolens de utriſq; agere, præmittit agere quid ſint, & quas ob cauſas habeantur, & ad quam partem animæ pertineant, unde dicit. De memoria autem & ipſo meminiſſe, dicendum quid eſt, & propter quam cauſam fit, & qua anime partium hęc paſſio accidat, ſimili ratione dicendum de reminiſcentia, & ipſo reminiſci, & quid ſit, & propter quam cauſam fiat, & qua animæ parte nobis accidat. Reddit autem cauſam, cur de his duobus ſeorſum agendum ſit: & dicit. Non enim ijdē ſunt memoratiui, & reminiſcitiui, ſed frequenter magis re memoratiui, qui tardi ſunt ingenio ad addiſcēdum. Magis autem reminiſcitiui qui ingenio ueloces, & bene & facile diſcentes ſunt. Quo quidem ad uerba attinet, per memoriam intelligit habitum uel potētiam, per meminiſſe uero actum memorię accepit. Simili modo per reminiſcētiam & reminiſci. Quo uero ad differētiam, animaduerte, per diſcentes intelligit ex ſe, uel præceptoribus facile inuenientes, & quoniam inuenire ex ſe, aut diſcere ab alijs cōſiſtit

in ſuſcipere



in ſuſcipere, ideo & inuētiui & facile diſciplinabiles, facile ſuſceptiui ſunt impreſſionum, At qui facile impreſſiones ſuſcipiunt, non bene detinent. ut ex differentia corporum perſpicuum eſt: dura enim bene detinēt, male autem ſuſcipiunt. Mollia uero contra bene ſuſcipiunt, male detinent: quare non eſt idem memoratiuum, & reminiſcitiuū. Dixit autem frequenter, quoniam ex optima ſpirituum habitudine cōtingit idem eſſe utrūq; (ut poſtea dicemus) & quia memorari eſt quod acceptum eſt ſeruare, reminiſci uero eſt, quædam inuentio iterum eius, quod prius ſuſceptum eſt, ideo pro maiore parte differunt.

*Ac primum quidem quæ ſint ea quæ memoriæ ſubijciūtur, conſideremus addecet: cum ſoleat in hoc error intercidere.*

*Primum igitur accipiendum eſt: qualia ſunt memorabilia. ſæpe enim decipit hoc.*

Nunc accedit ad narrationem, & ordinat ſe, & ſumit quę præmittenda ſunt, & dicit. Primum igitur accipiendum eſt: qualia ſint memorabilia. Cui⁹ rationē aſſignat, & dicit. Sæpe enim decipit hoc, hoc eſt (ut Themiſtius exponit) ſæpe accidit error, adeo ut ignoretur quid ſit memorabile. Ideo oportet præmittere qualia ſint memorabilia Putant enim nonnulli aliqua eſſe memorabilia, quæ reuera non ſunt. Et aſſignauit Themiſtius aliam cauſam, quia obiecta ſunt notiora actibus, & actus potentijs, ut libro de ſenſu & ſenſibilibus demonſtratū eſt: ideo oportet accipere quæ memorabilia ſint, ut intelligamus qd ſit memoria, ac meminiſſe. hęc de ordine, & cauſa ordinis.

*Nam neq; futura meminiſſe poſſumus: ſed opinari, uel ſperare. quo etiam in genere ſcientia quædam præſagandi habetur: quam nonnulli diuinationem appellant.*

*Neque enim futurum contingit meminiſſe: ſed eſt opinabile & ſperabile. erit autem utique & ſcientia quædam ſperatiua: quemadmodum quidam diuinatiuam dicunt.*

Cum accipit eſſe neceſſariū ſcire quid ſit memorabile ad ſcientiam de memoria, & de ipſo meminiſſe, nunc exequitur: & primo ſumit hanc concluſionē futura non ſunt memorabilia, & nec memoria eſt futurorum, unde dicit. Neq; enim futuroꝝ contingit eſſe memoriā, aut cōtingit meminiſſe: ſed bene cōtingit futuroꝝ eſſe opinionem & ſpem, & ſic cōtingit futurū eſſe ſperabile, & opinabile. Amplius erit futuroꝝ ſcientia: quædam elpiſtica, hoc eſt ſcientia pręſagiēndi quā quidā manticen, hoc eſt diuinationem appellant. Quo quidē ad uerba attinet, de futuris poteſt eſſe opinio & ſpes, opinio quidē, ex parte uirtutis cognoſcitiue, dū aliquis per uirtutē cognoſcitiuā opinať aliquid eſſe futurū. Spes uero ex parte uirtutis deſideratiue, ſiue appetitiue, dum aliquis ſperat, qđ appetit. De futuris etiam (ut Ariſto. inquit) uideť ſcientia elpiſtica, qđ uerbū in trāſlationibus ueteribus, ſperatiua legiť. Melius autem exiſtimatiua: eſt enim ſciētia elpiſtica ſciētia pręſagiendi futura, ut aſtronomia, & alię multæ, hanc ſciētiam præſagiēdi futura, ueteres appellarūt manticen, hoc eſt diuinationem, quæ plura nomina habuit, prout per diuerſa ſigna fit, quæ. n. fit per ſtellas, aſtronomia diciť, quæ per terram geomantia, & in cęteris ſimili ratione dictum eſt. Quo uero ad rē pertinet, dubitatur qm̄ licet ſpes, & opinio poſſint eſſe de futuris, tn̄ nulla ſciētia uideť poſſe eſſe de futuris, cū ſciētia ſit neceſſarioꝝ, at futura ſunt contingentia Ariſto. ij. libro de generatione ſoluit qōnem iſtam diligēter. Dixit enim ꝙ futura, quæ habēt cauſas determinatas, & nō impedibiles, bene ſunt ſcibilia, quoniam ſunt neceſſaria, & nō poſſunt aliter eſſe, ut ortus ſyderū, & futura eſſe anni tēpora. Ver enim habet cauſam determinatam: quę ſm naturam non eſt impedibilis, ideo poſſumus ſcire nunc in hyeme uer eſſe futurū. Amplius poſſum⁹ ſcire hoc anno ecclipſim ſolis futurā, qm̄ ſcimus cām non impedibilē. Futura uero quæ habēt cauſas determinatas ſed impedibiles, nō ſunt ſcibilia niſi ut in pluribus, ut ſub cane eſſe uredinē, et hoīem naſci quinq; digitis; ſimplr̄ aūt hæc ſciri nō pn̄t, qm̄ dato ꝙ ſciamus cās, cauſæ ſunt impedibiles. Futura deniq;, q̄ non habēt cauſas determinatas hæc ſcibilia ſunt, qm̄ non ſunt ſcibilia. De fortuitis. n. ſcientiam, quam habemus, eſt ꝙ non ſint ſcibilia. Verum de his ad librum de generatione ſecundum.

*Neq; inſtantia memoria cōpleti ſolemus: ſed ſenſu. nā ſenſu neq; futura, neq; præterita cognoſcimus: ſed duntaxat pn̄tia.*

*Neque præſentis eſt: ſed ſenſus. hoc enim neq; futurum, neque factum cognoſcimus: ſed tantum præſens.*

Secūda cōcluſio meminiſſe nō eſt præſentiū, ſed ſenſus eſt præſentiū, unde dicit. Neq; præſentis eſt memoria aut meminiſſe, ſed ſenſus, hoc enim. ſ. ſenſus, neq; futurū neq; factum cognoſcit. hoc eſt pręteritum, ſed tantū præſens.

*Præterita uero: mādari memoriæ queunt. Quòd aūt præſens eſt cū adeſt, ut hoc albū cū cernitur oculis: nemo ſe meminiſſe dixerit. ſed nec qđ cōtēplatur: cū qd aīo uerſat ſpeculaturq;. ſed alterū, ſentire ſolū: alterū, diſcere ac meditari. At cū ſciam ſenſumue ſine actiōe tenet: tū demū meminiſſe quippiā creditur ceu angulos triāguli duobus rectis pares eſſe. tum quia id aliquando ſpeculatus eſt aut cōdidicit: tum quia ita accepit aut uidit aut cuiuſpiam ſenſus opera depræhendit. ſemper enim cum quis aliquid meminit: ſecum dicat oportet, hoc ſe antea aliquando audiuiſſe aut ſenſiſſe, aut denique intellexiſſe.*

*Memoria aūt: facti eſt. Præſens aūt cū adeſt, ut hoc albū cū aliquis uidet: nullus utiq; dicet meminiſſe neq; qđ cōſideratur: cum eſt conſiderans & intelligens. ſed hoc quidem, ſentire dicit: illud autem, ſcire ſolum. Cum uero ſine actibus ſcientiam & ſenſum habet: ſic meminit eos qui trianguli quòd duobus rectis æquales. hoc quidem quòd didicit aut ſpeculatus fuit: illud uero quòd audiuit aut uidit aut aliquid tale. ſemper enim cum ſecundum ipſum meminiſſe agit: ſic in anima dicit, quòd hoc prius audiuit aut ſenſit, aut intellexit.*

Nunc ſecundum Themiſtium Ariſtoteles concludit, quorum ſit memoria: & cauſam affert ex uſu loquētium, ſic enim probantur nominum ſignificationes, legit autem Themiſtius uerba hęc illatiue, & ſic oportet legere autē, pro igitur: & uerbum illud autem, cum dicit. Præſens autem, legit cauſaliter pro quoniam, ut ſit ſenſus. Memoria igitur facti, hoc eſt pręteriti eſt, eſt enim memoria alicuius, & nō futuri, neq; præſentis, ergo præteriti. Quòd memoria ſit præſentis: probat ex uſu uiuentium, & lege autem, pro quoniam, ut Themiſtius innuit, hoc pacto, quoniam cum adeſt præſens, ut cum aliquid uidet hoc albū, uidelicet, ouum, nullus utiq;, dum uidet, dicet utique oui meminiſſe, unde Themiſtius dicit, id quod adeſt, quod tenetur: quod ſenſu uſurpatur, qđ oculis cernitur, nemo ſe recordari dixerit. neq; quod conſideratur, cum aliquis illud conſiderans & intelligēs eſt, ſed hoc quidem. ſ. ouum dicet ſe ſentire, uel uidere: illud autem, quod intelligit dicet ſe ſcire ſolum, hoc eſt aut diſcere, aut meditari. Cum uero ſine actibus quis habet ſcientiam, & ſenſum: hoc eſt cum actibus ceſſantibus quis habet habitum, qui eſt aut ſcientia, aut ſenſus, utputa dormiens, ſic meminit eos triāguli angulos, ꝙ duobus rectis æquales ſint, & ſic meminit, hoc quidem. ſ. triangulum habere angulos æquales duobus rectis, ꝙ didicit. ſ. a pręceptore: aut ꝙ hoc ipſe per ſeipſum inuētione ſpeculatus eſt. Illud uero meminit, ꝙ audiuit, ſi fuit ſonorum, uel attinens ad uocem, aut uidit, ſi fuerit attinens ad uiſibile, aut aliquid tale, ſi attinet ad alium ſenſum. Semper enim cū aliquis ſecundū ipſum agit meminiſſe, hoc eſt, ſemper enim cū quis in ſeipſo aliquid meminit, ſic anima eius dicit, ꝙ hoc prius audiuit, aut ſenſit, aut intellexit. Quo uero ad uerba attinet, Themiſtius uerba illa, { cum ſecundum ipſum meminiſſe } intelligit, cum aliquis reſpicit ad imaginem non alterius rei: ſed eius, quā olim accepit. q. d. Semper enim aliquis

non

meminit aliquid ſecundum ipſum, hoc eſt reſpiciendo ad illius imaginem, & non ad imaginem alterius, ſic anima memoriæ adhibet: tempus pręteritum. Non enim adhibet pręteritum tempus rei: ſed appræhenſioni illius rei. Stat enim nos habere memoriam rei, quæ nunc eſt, ſed quæ prius appræhenſa eſt. Sed dubitant quoniam nos meminimus deum & ſolem, qui ſemper ſunt præſentes. ergo memoria eſt pręſentiũ. Amplius meminimus naualis belli: de quo heri conſultauimus: & tamen nauale bellũ eſt futurum: & ſic uidet̃ ꝙ memoria eſt futuri, & præſentis. Pro ſol'one accipiendũ eſt, ꝙ actus memorãdi cadit ſupra tria obiectiue. ſ. ſupra rẽ alias appręhenſam, & ſupra actũ quo illa res alias fuit appræhenſa: & ſupra tẽpus, in quo fuit ille actus appræhẽſionis. Qui enim meminit obiectiue hæc tria proſpectat, ut experientia docet. Hinc ad memoriam ſex concurrunt, tria obiecta, quæ reprę ſentantur in actu memoriæ. ſ. res alias appręhẽſa: actus, quo alias appręhendebatur, & tempus in quo olim appræhendebatur: & tres rationes repræſentatiuæ, quæ illa tria ei, qui meminit, repræſentant. Ratio, quæ repræſentat rem, dicitur ſpecies. Ratio uero quæ repræſentat, actum, quo alias rem appræhendebamus: dicitur intentio: ratio quæ repræſentat tempus: quo rem alias appræhendebamus: nomen non habet apud iuniores. Verum in libris de anima diſputauimus, utrum iſtæ tres rationes reprę ſentatiuę ſint una, ut ſpecies rei appræhenſæ tantum, & ſolum ratione differant, an ſint tres intentiones ſecundum rem diuerſæ, ſed quoniam iſtud propoſitum non uariat, tranſeat. Tunc dicendum ꝙ uel memoria eſt de rationibus repræſentatiuis, quæ illa tria repræſentant, uel de ipſis tribus reprę ſentatis, quæ per illa tria reprę ſentantur. Si memoria accipitur, ut eſt rationum, quæ repræſentãt, ſemper eſt præſentium. nam niſi illæ rationes reprę ſentatiuæ de præſenti eſſent in uirtute memoratiua uel phantaſtica: nunquam ducerent ad aliquem actum cognoſcendi: & ſic neque Ariſtoteles, neq; Themiſtius loquitur. At ſi memoria accipitur, ut eſt rerum, quæ per illss rationes, repræſentantur: ſic poteſt eſſe præteritorum, ſi illæ res pręterierunt, & præſentium, ſi illę res adhuc adſunt in rerum natura: & futurorum ſi illæ res ſint futuræ. Eſt enim memoria naualis belli, de quo heri cõſultauimus: licet nondum ſit nauale bellum. At ſi memoria eſt aliarum rerum repræſentatarum. ſ. temporis, & actus appręhendendi. tunc præteritorum eſt memoria. Nõ enim dicimur meminiſſe uiſionis, quę nunc alicuius rei eſt, nemo. n. (ut Themiſtius inquit) dicit meminiſſe ꝙ nunc uidet, aut nunc audit, ſed ꝙ uidit per uiſionem præteritam: & in tempore præterito, & hæc eſt mens Ariſtotelis & Themiſtij. Hanc dilucidationem olfecit expoſitor qui aſſerit memoriam eſſe de præterito quo ad appræhenſionem, nõ autem quo ad exiſtentiam. Quo enim ad exiſtentiam poteſt eſſe pręſentis & pręteriti, & futuri, quo autem ad appræhenſionem, non poteſt eſſe, niſi præteriti.

*Eſt igitur memoria, neque ſenſus, neque exiſtimatio: ſed alicuius horum habitus aut affectio, cum iam aliquantiſper inſederit. Præſentinm uero in tempore præſenti memoria non eſt, quemadmodum diximus: ſed eorundem ſenſus eſt, futurorum ſpes, præteritorum memoria. Quamobrem memoria omnis: non niſi elapſo quodam temporis curriculo exultat.*

*Eſt igitur memoria, neque ſenſus, neque exiſtimatio: ſed horum alicuius aut habitus aut paßio, cum factum fuerit tẽpus. Ipſius autem nunc, in ipſo nunc: non eſt memoria, ſicut dictum & prius eſt: ſed præſentis quidem: ſenſus. futuri uero: ſpes. facti autem: memoria. Vnde: poſt tempus, memoria omnis.*

Ex his deducit, quid ſit memoria: & primo quid non ſit, & dicit. Eſt igitur memoria neq; ſenſus, neq; exiſtimatio: hoc eſt neq; ipſum ſentire: neq; ipſum exiſtimare, aut opinari: neq; intelligere, ut addit Themiſti9. Deinde quid ſit exponit, & ſicut. Sed eſt aut paſſio, aut habitus, alicuius eorum. ſ. aut ipſius ſentire, aut ipſius exiſtimare, cũ factum, hoc eſt præteritũ fuerit tempus. Themiſtius ſic intelligit, memoria eſt ſpectrum derelictũ in anima ex impreſſione, quæ facta fuit in præterito Ergo ſecundum Themiſtium id cuius eſt memoria eſt ipſum ſentire, aut exiſtimare, aut intelligere, quod fuit alias in præterito, ſpectrum hoc eſt ſpecies, & notio, quę illud reprę ſentat derelictum in anima, eſt memoria. Animaduerte tamen ꝙ memoria poteſt accipi, aut pro naturali uirtute animæ: cuius organum ſecundũ medicos eſt ultimus cerebri uentriculus, & ſic memoria eſt potentia: & hoc pacto non loquitur Themiſtius, nec Ariſto. & poteſt accipi memoria pro actu repræſentato per ſpectrum olim in anima derelictum: ut ſi ego nunc recordarer me cenaſſe heri cũ amico, hic actus memoria dicit̃ actualis. Memoria enim hoc pacto eſt recordatio ipſa actualis, quæ fit eius, quod præceſſit: & nec ſic loquuntur Ariſto. & Themiſtius. tertio poteſt accipi pro ſpectro ac ſpecie, quæ repræſentat actũ appræhenſionis alicuius rei: qui in præterito fuit, & ſic memoria accipit̃ ab Ariſtotele & Themiſtio: hæc enim poteſt eſſe in dormiente, recordatio autem non niſi in uigilante. Dixit autem habitus uel paſſio: quoniam ſpectrũ poteſt eſſe fixum: & facile mobile. Si enim eſt fixum, dicitur ſpectrũ illud habitus. ſi dicitur mobile, dicitur diſpoſitio. Quòd autẽ memoria ſit ipſius ſentire, uel ipſius exiſtimare, ut fuit in præterito probat, & lege autẽ, pro quoniam, ut innuit Themiſtius: ipſius enim nunc præſentis ut ipſius uidere, qđ eſt nunc, in ipſo nunc, non eſt memoria ſicut etiam dictum eſt prius: ſed pręſentis quidem ſenſus, futuri uero ſpecies, & opinio, facti autem & præteriti memoria. Ex his concludit ꝙ omnis memoria eſt poſt tempus, hoc eſt, eſt ſpectrum qđ derelinquitur ex appræhenſione poſt tempus in quo fuit illa appræhenſio, & ut dictum eſt, non tantum ſpectrum memoria eſt, ſed potentia, naturalis animæ, mediante qua ſpectrum in anima derelinquitur, nec tantum ſpectrum & potentia memoria dici poſſunt, ſed recordatio eius appræhẽſionis, quæ in pręterito pręceſſit. Hinc patet ꝙ ſpectrum uno modo eſt memoria, ut. ſ. in pręterito eſt ex appræhenſione derelictum, alio modo non eſt memoria, ſed intentio, ut nunc primo reprę ſentat appręhenſionem uel rem appręhenſam. Quid igitur ſit memoria, ex his patet.

*Hinc fit ut quæ animalia temporis ſenſum habeant, ea ſola meminiſſe poßint: & eadẽ animæ particula, qua illud ſentiant.*

*Quare quæcunque tempus ſentiunt, hæc ſola animalia meminerunt: & iſto quo ſentiunt.*

Ex hac definitione concludit, q̃ animalia meminerũt, & quæ non, & dicit. Quare quæcunq; tempus ſentiunt, hæc ſola animalia meminerunt, & ea uirtute meminerũt, quo & tempus ſenſerunt, Vnde Themiſtius dicit. Animalia non meminiſſe alia parte animę quã ſenſuali, quoniam non alia parte quã ſenſuali tempus ſentiunt. Hoc probat Themiſtius exemplo: nam ſi aſinus ſuperiore anno in foueam occiderit, & hodie locum uideat, recordabitur. Muſca autem, quæ (ut dicitur) caret memoria & cognitione temporis, ſi pellatur flabello, iterum redit, quoniam non recordatur. Sed dubitatur, quoniam non uidetur uerum bruta tempus cognoſcere, quoniam quarto phyſicorum intellectus tempus cognoſcit. Reſpondet Themiſtius, ꝙ bruta different ab homine in cognoſcendo tempus, quoniam homo meminit non ſolum ſe uidiſſe aliquando, aut audiuiſſe, ſed etiam futurum tempus a præterito diſcernit: bruta autem licet ſe modo corruere, aut olim corruiſſe: nõ tamen futurum tempus aut præſens a præterito diſcriminat. Pręterea eſt alia differentia, ꝙ homo recordari ſe percipit, muta autem animalia nequaquam. Sed dices cur dixit { quęcunq; tempus ſentiunt, hæc ſola animalia meminerunt. } Verum ſint aliqua quæ tempus non ſentientia, meminerunt? Reſpondet Themiſtius, ꝙ animantes

Quæ nõ ſent… & memo… ria car…



alię memoroſiores cęteris ſunt, ut quibus purgatior, & abſolutior & perfectior imaginatio eſt: ut apes, & columbę: & id genus. Alię contra immemores atque obliuioſę, quibus imaginatio offenſa ac turbulenta obtinetur: ut uermes & muſcæ. prima tempus percipiũt, ut dictum eſt. ſecunda tempus non percipiunt.

*Sed cum de imaginatione retro dictum ſit in libris de animæ, & fieri non poſſe ut ſine phantaſmate quicquam intelligatur (intelligenti enim euenit cum quid intelligit: quod nobis cũ figuram quampiam delineamus. nam quamuis nullus nobis uſus ſit præfinitæ magnitudinis: deſcribimus tamen triangulum conſtituta certaque quantitate. pari quoque modo & ille, quamuis quod quantum non ſit intelligat: quantum tamen proponit ſibi & quaſi ſubijcit oculis, ſed non ut quantum intelligit. quòd ſi ſuapte natura quantum ſit, infinitum tamen indeterminatumque: ſibi quantum finitum quidem atque determinatum præſentat, intelligit uero ut quantum ſolum.*

*Quoniam autem de phantaſia prius in ijs quæ ſunt de anima dictum eſt, & quòd intelligere non eſt ſine phantaſmate (accidit enim eadem paßio in intelligendo: quæ quidem & in deſcribendo. ibi enim nulla utentes quantitate trigoni determinata: tamen finitum ſecundum quantiatem deſcribimus. & intelligens ſimiliter etſi non intelligit quantum: ponit tamen ante oculos quantum, intelligit autem non ſecundum quòd quãtum eſt. ſi autem natura ſit quantorum, infinitorum autem: ponit quidem quantum determinatum, intelligit autem ſecundum quòd quantum ſolum.*

Quid ſit memoria, ex hiſce perſpicuũ eſt, nunc ad quã animæ partem attineat memoria, intendit declarare, & præmittit quatuor proloquia, partim alibi, partim hic declarata: & textus (ut mihi uidetur ſuſpẽſiuus eſt uſq; ibi { quare manifeſtum eſt. } primum ergo proloquium eſt ꝙ phantaſia ſit motus factus a ſenſu ſecundũ actum: & tu intelligas hoc ſumendo phantaſiam non pro potentia animæ naturali, hęc enim non motus eſt, ſed uirtus & potentia qua moueri poſſumus a ſenſu exteriori ſecundum actum: ſed pro ipſo phantaſiati hoc proloquium innuit, & non explicat, unde dicit. Quoniam autem de phantaſia prius in his, quæ ſunt de anima dictum eſt, ubi definita ſubaudi eſt, ꝙ ſit motus factus a ſenſu ſecũdum actũ, hoc eſt proloquium. ſecundum uero proloquium eſt, ꝙ intelligere non eſt ſine phantaſmate, unde dicit. Et ꝙ intelligere non eſt ſine phantaſmate: & hic per phantaſma (ut mihi uidetur) ſingulare phantaſiatum, ut ita loquar, intelligas. Phantaſma enim apud Peripateticos aliquãdo capitur formaliter pro notione & ſpectro exiſtente in uirtute phantaſtica: quo phantaſiamur ſingulare: cuius eſt: quam Auer. ubiq; intentionem imaginatam uocat. Aliquando accipitur obiectiue pro ipſo ſingulari pro tale ſpectrum, ac ſpeciem phantaſticæ repræſentatum: & ſic accipit Ariſto. Tunc proloquium poteſt uno modo intelligi, ꝙ nos non poſſumus aliquid per intellectum intelligere, quin per phantaſticam phãtaſma, hoc eſt ſingulare phantaſiabile illius phantaſiemur, ueluti non poſſumus intelligere hominem, quin hunc hominem imaginemur, neq; animal, quin per imaginariam imaginemur hoc animal. Et hoc uerum eſt, & poteſt intelligi ꝙ per intellectũ nihil poſſumus intelligere, quin per intellectum illud intelligamus in ſingulari phantaſiato. Veluti uiſus non poteſt uidere colores, quin illos uideat in pariete, ita ut quaſi una uiſione uideat colores per ſe: per accidens autem parietem: eodem modo non poſſumus per intellectũ intelligere hominem, quin per intellectum hominem intelligamus in hoc uel illo homine, quem imaginamur. Eſt enim homo in hoc hoĩe phãtaſiabili, ſicut color quaſi in pariete. nsm parietes eſt obiectum per accidens uiſus, & hic homo obiectum per accidens intellectus: & hoc pacto proloquium uerum eſt: & Ariſto. ipſo ſic utitur. unde dicit. Accidit enim eadem paſſio in intelligẽdo, quæ quidem & in deſcribendo, hoc eſt eodem modo intellectus intelligit, ut deſcribens figuram ſe habet ad deſcriptionẽ figuræ: qđ exponit & dicit. Ibi enim in deſcriptione figuræ nos nulla utentes determinata trianguli quantitate, quoniam non intendimus loqui de triangulo tantæ uel tantæ quantitatis, ſed intendimus demonſtrare de triangulo ſimpliciter ꝙ habeat tres angulos æquales duobus rectis, & tamen non poſſumus hoc demonſtrare, niſi deſcribamus triangulum finitum ſecũdum quantitatem, ita etiam & intelligens ſimpliciter ſe habet. nam licet intellectus non intelligat quantum, tamen ponit ante oculos quantum ut in illo phantaſiato intelligat uniuerſale: qđ quidem intelligit non ſecundum qđ quantum: ſed uniuerſaliter. uerbi cauſa. Si intellectus uult intelligere hominem, intelligit hominem in homine bicubito: per phantaſticam conceptũ: licet non hominem bicubitum intellectus intelligat, ſed hominem. Et addit, ꝙ ſi illud qđ intellectus uult intelligere ſit natura quantorum: & infinitorum intellectus uolens illud intelligere loco illius ponit ante phantaſticam uim quantum determinatum: non intelligens illud ſecundum determinationem quanti, ſed ſecundum qđ quantũ ſolum: & uniuerſaliter. Per hæc uult habere ꝙ uniuerſalia, & omnia quę intellectus intelligit ſint in phantaſmatibus, ut colores in pariete: ita ut quemadmodum non cõtingit uidere colores niſi in pariete: ſic non contingit intellectum intelligere aliquid niſi illud ſit in phantaſmatibus. Et ita uult habere omnia intelligibilia eſſe in phantaſiabilibus, ut Themiſtius innuit. Verum uero intellectus intelligat diuiſibilia & quanta: & quo modo in libro tertio, de anima ſatis abũde diſputauimus: nunc autem hæc ſupponantur.

*Cæterum quam ob cauſam quæ ſub tempore non ſunt ſine molle & tempore intelligi non poßint: alio quidem loco dicendum eſt.*

*Propter quam igitur cauſam non contingit intelligere aliquid ſine continuo, neque ſine tempore quæ non in tempore ſunt: alia ratio.*

Excuſat ſe a fortisſima quæſtione: nã nos intelligimus quædam, quę non ſunt in tempore: ut ſubſtantias ſeparatas ſatem quid non ſunt: & tamen illas non intelligimus ſine phantaſmate aliquo alicuius effectus illarum ſubſtãtiarum: quod phantaſma eſt in continuo & tempore. Intelligimus enim primum motorem eſſe æternum per intellectionem motus cœleſtis, qui eſt in continuo. ſ. in corpore cœleſti, & in tempore, & tamen primus motus, qui intelligitur, nec eſt in tempore, nec in aliquo continuo. Ideo quæritur quomodo fieri poteſt iſtud. Excuſat ergo ſe & dicit. Propter quam autem cauſam non cõtingit intelligere aliquid eorũ quæ non ſunt in tempore ſine continuo & tempore. Alia ratio eſt, & non hic exquirenda: ſed tertio libro de anima, & octauo phyſicorum: nunc uero ſit dictum intantum.

*Neceſſe autem eſt eadem nos amplitudinem & motum parte cognoſcere, qua & tempus.*

*Magnitudinem autem & motum cognoſcere neceſſe eſt: quo & tempus.*

Tertium proloquiũ eſt, ꝙ magnitudo motus & ipſum tempus eadẽ parte animę cognoſcũtur. ſ. ſenſu: ſunt enim ſenſibilia communia, quæ ſenſu cognoſci poſſunt. Signũ autem quoniam & bruta illa cognoſcunt, quæ non habent niſi ſenſus: quæ uero ſint ſenſibilia cõmunia, & quæ propria: & quę per accidens. ſecundo de anima dictũ eſt, hoc enim accipiatur, ut proloquium.

*Vnde conſtat: horum notitiam ad primarium illum principemque ſenſum pertinere.)*

*Et phantaſma: communis ſenſus paßio eſt.*

Quartum proloquiũ eſt, ꝙ phantaſma eſt pasſio communis ſenſus, & hoc eſt ideo, quoniam Ariſto. non ponit differẽtiam in iſtis libris inter ſenſum cõmunem & phantaſticam: ſenſus enim communis eſt phantaſtica uirtus. Verum quo ad proloquium attinet phãtaſma eſt pasſio memoratiuæ uirtutis, & ſenſus communis. Memoratiuæ quidem ut ſubiecti, in quo ſeruatur: ſenſus communis, ut obiectum: cui præſentatur. Ariſto. n. non uidetur dare niſi duas uirtutes interiores. Memoratiuam, quæ ponitur phantaſmatum ſeruatiua, & hæc fortaſſe eſt in cerebro: & ſenſus cõmunis, qui eſt in corde, in illa enim ſpectra, ac phantaſmata conſeruantur, ſenſui autem cõmuni obijciuntur, & ipſa: & ea quæcũq; per illa repræſentãtur: nec inuenimus Ariſtotelem in his libris poſuiſſe ſenſus interiores alios, licet Auicenna, & Auer. ponant plures non tamen neceſſarijs rationibus probarunt: uerũ de his alibi.

*Atque phantaſma communis ſenſus affectio ſit, memoria uero ea quæ de intellectilibus rebus eſt non ſine phãtaſmate habeatur: memoria profecto ipſa per ſe quidem in ſenſu principe conſtituenda eſt, per accidens autem in ipſo intellectu.*

*Quare manifeſtum eſt: quòd primo ſenſitiuo horum cognitio eſt. memoria autem ea quæ intelligibilium: non ſine phantaſmate eſt, quare intellectiui ſecundum accidens utique erit, per ſe autem primi ſenſitiui.*

His ſtantibus, cõcludit primo ꝙ cognitio illorũ triũ. ſ. magnitudinis, motus, & temporis, fiat per primum ſenſitiuum. ſ. per ſenſum communem. & hoc dicit. Quare manifeſtum eſt primo ſenſitiuo hoc eſt ſenſui cõmuni horũ trium cognitio ſit: & concluſit hoc, ut innuat tempus, qđ eſt unum de requiſitis ad memoriam (ut dictum eſt) cognoſcatur a ſenſu cõmuni, cuius eſt recordatio, ut poſtea dicemus. ſecundo concludit, ꝙ memoria: quæ eſt intelligibilium, non eſt ſine phantaſmate. Non enim poſſumus memoria tenere intelligibilia, niſi quia memoria tenemus phantaſmata: in quibus intellectus intelligibilia intelligit. tertio concludit, ꝙ memoria ſit intellectiui per accidens, per ſe autem primi ſenſitiui hoc eſt ſenſus cõmunis. Quo autem ad hãc differẽtiam attinet, animaduerte quæ ſuperius diximus, ꝙ memoria poteſt trifariam accipi pro potentia: quæ phantaſmata conſeruat, & hæc nec intellectus eſt: nec ſenſus communis, ſed uirtus, quæ eſt in cerebro: & pro ſpectro ſeu phantaſmate in prẹterito derelicto in hac potentia memoratiua ab aliqua appræhenſione, quæ fuit in præterito: & hoc pacto memoria ſubiectiue in uirtute memoratiua eſt, ut obiectum uero, in ſenſu communi. tertio poteſt accipi pro ipſa recordatione, quẹ eſt appræhenſio iterata eiuſdem rei: quã in præterito appræhendimus: & ſic eſt per ſe ſenſus communis: per accidens ipſius intellectus inquantum intellectus iterum ſpeculatur in hac recordatione illud quod iam alias ſpeculatus fuit. Ex his ſequitur ꝙ hæc eſt per accidens, intellectus recordatur: quoniam non recordatur recordatione exiſtente in ipſo, ſed in ſenſu communi. Speculatur enim iterum qđ alias ſpeculatus eſt, inquantum illud eſt in recordatione ſenſus communis. Eſt enim recordatio actus cognoſcitiuus; quo iudicamus alias hoc aut uidiſſe, aut audiſſe, aut phantaſiaſſe. Et ſic hoc pacto recordatio eſt accidens ſenſui communi inherens. non enim uidetur hic Ariſtoteles ponere aliam uirtutem ſenſitiuam & cognoſcitiuam interiorem, niſi ſenſum communem. Intellectus igitur ſpeculatur nunc quod alias in phantaſmatibus ſpeculatur: tunc intelligendo, nunc recordando, hoc eſt in phantaſmatibus: quæ ſunt in ſenſitiua recordatione. Verum de his poſtea.

*Quo ſit: ut non modo hominibus & ijs animalibus quibus opinatio & prudentia tributa eſt, ſed nonnullis item alijs memoria inſit. Quòd ſi in parte aliqua intellectus ſtatuenda eſſet memoria: neutiquam multis è brutorum genere contingeret, immo forte nulli mortali.*

*Vnde & alijs quibuſdam ineſt animalium: & non ſolum hominibus, & habentibus opinionem aut prudentiam. Si autem intellectiuarum partium eſſet: non utique ineſſet multis aliorũ animalium, forte autem nulli mortalium.*

Quo memoria attineat ad ſenſum per ſe, probat. primo quidem, quoniam etiam alijs quibuſdam animalibus ineſt memoria: quibus non ineſt intellectus: dicit. Vnde & alijs quibuſdam ineſt animalium & non ſolum hominibus, qui habent & opinionem & prudentiam: & replicat uim argumenti per aliam formam, & dicit. Si autem memoria eſſet intellectiuarum partium, non utiq; ineſſet multis aliorum animalium, forte autem nulli mortalium aliorum ab homine; & dixit. Forte autem nulli mortalium, præterquam homini, propter pygmeos, qui uidentur habere intellectum.

*Quando ne nunc quidem omnibus ea competit: quòd non omnia temporis ſenſum habeant. ſemper enim ut etiam ante retulimus cum quis meminit: præterea ſentit ſe prius id uidiſſe, aut audiuiſſe, aut didiciſſe. at prius & poſterius: in tempore ſunt.*

*Quoniam neq; nunc omnibus: propterea quòd non omnia temporis ſenſum habent. ſemper enim cum agit memoria, ſicut et prius diximus: quòd uidit hoc, aut audiuit, aut didicit, ſimul ſentit quia prius, prius autem & poſterius: in tempore ſunt.*

Quia dixit memoriam attinere ad ſenſitiuam partem: poſſet quis credere, ꝙ omnia animalia habeant memoriam, quoniam omnia habent phantaſiam & ſenſum communem, propterea oſtendit, ꝙ non omnibus habentibus cõmunem ſenſum, & phantaſiam habent memoriam, & dicit. Quoniam neq; nunc omnibus quæ cõmunem ſenſum, & phantaſiam habent, ineſt memoria: propterea ꝙ non omnia temporis ſenſum habent, ſemper enim cũ agit memoria, hoc eſt, cum memorat, & recordatur, memorat & recordatur ſicut & prius diximus, ꝙ uidit hoc, aut audiuit, aut didicit, ſentiẽdo ſimul quia prius hoc uidit, aut audiuit, aut didicit. At prius & poſterius in tempore ſunt. Ergo quẹ præteritum & tempus non cognoſcunt, nõ habent memoriam. At ſunt quẹdã animalia quæ nihil percipiunt niſi apud præſentiam ſenſibilium, ut animalis immobilia; quæ ſenſum cõmunem & phantaſiam habent imperfectam confuſam & indeterminatã, ut Themiſtius expoſuit. & propterea non poſſunt cognoſcere tẽpus, & ita illis memoria non ineſt: non omnibus igitur ſenſum communem & phantaſiam habentibus memoria ineſt.

*Liquet igitur: in ea parte animæ poſitam eſſe memoriam, in qua collocata imaginatio ſit. & ea per ſe memoriæ ſubijci, quæ poſſunt ſub imaginationem cadere. per accidens: quæ non poſſunt ſine imaginatione intelligi.*

*Cuius igitur earum quæ ſunt animæ memoria ſit: manifeſtum eſt, quia cuius & phantaſia eſt. Et ſunt memorabilia per ſe quidem, quorum eſt phantaſia: ſecundum accidens autem, quæcunque non ſine phantaſia.*

His declaratis quaſi epilogando cõcludit cuius animẹ partis ſit memoria, & dicit. Cuius earũ partium quæ ſunt animẹ, memoria ſit, manifeſtũ eſt, qa eſt eius partis, cuius eſt & phãtaſia: hoc eſt ꝙ attinet ad ſenſitiuam: de numero quarum partium eſt phantaſtica, & ſenſus communis. Et manifeſtũ etiam eſt ꝙ memorabilia per ſe quidẽ ſunt quorum eſt phantaſia: ſecundum accidens autem intelligibilium, quæcunq; non ſine phantaſia. Signum autẽ affert expoſitor, & quidem pulchrum, quia ea: quæ habent ſubtilem & ſpiritualem conſiderationẽ minus memoria



tenentur. Quæ uero craſſa ſunt, & ſenſibiliora, facilius memoriæ mandantur. Præterea (ut Cicero docet in rhetoricis) Si aliquas intelligibiles rationes uolumus memoriæ mandare oportet, ut eas quaſi alijs quibuſdam phãtaſmatibus intelligamus. Sed contra hæc obijciunt omnes iuniores, & potisſimum Britanicus, qui, me iudice, optimus Peripateticus fuit: primo quidem quoniam recordamur noſtrarum apprẹhenſionum etiam rerum uniuerſalium: quarum ſenſualis memoria nulla eſſe poteſt. ſecũdo recordamur ſpeculationes, quas his diebus de Deo: de intelligentijs, ac de omnino diuinis rebus fecimus: quæ ad ſenſum communem, aut phantaſticum nequaquam pertinere poſſunt. tertio per intellectũ iudicamus actus noſtros præteritos, & quidẽ per modum prẹteriti, ut ꝙ anno elapſo dẹmones confecimus in dialecticis, in mathematicis, in calculatorijs. Modo hæc recordatio fieri nõ poteſt per ſenſitiuam uim: ergo per intellectum. quarto in parte intellectiua ſeruantur ſpecies: ac rerum, quas pridem intelleximus, ſpectra & notiones, ut Themiſtius aſſerit in primo de anima, & tertio: per quas poſſumus cõſiderare ea: quæ per ipſa prius intelleximus: ergo in parte intellectiua eſt memoria: ut patet per eius definitionẽ. Antecedens autem probatur: quoniam aliter quãdo dormires, nihil plus intellectualium ſcires, quã antea. Eſſet enim intellectus dormientis ita nudus, ſicut erat ante diſciplinam uel doctrinam: niſi in intellectu ſeruarentur ſpectra ac intentiones rerum, quas didicimus. Cur uero Ariſtoteles & Themiſtius, & alij omnes Peripatetici negent memoriam in parte intellectiua, non eſt clarum. Britanicus meo iudicio doctor Peripateticus, aſſerit Ariſtotelem nõ poſuiſſe memoriam in parte intellectuali: quẹ alia uirtus ſit a cognoſcitiua. Eadem enim apud Peripateticos eſt in parte intellectuali uirtus, cognoſcitiua, & appræhenſorum ſeruatiua: non enim alia uirtute intellectuali apprẹhẽdimus: & alia appræhẽſa ſeruamus. At in ſenſitiua parte nos alia uirtute apprẹhẽdim⁹: & alia uirtute re, & organo diſtincta ſeruamus ſpectra ac apprẹhẽſa: & ita in ſenſitiua ꝑte eſt memoria uirtus alia: & alia uirtus cognoſcitiua: partis. n. ſeruatiuæ eſt ſpectra & appræhẽſa detinere. Senſus cõmunis eſt illa obiectiue cognoſcere, & cognita in præterito, recordari. Hac ratione in intellectu ſi memoria eſt, æquiuoce dicitur: potius enim (ut expoſitor inquit) habitus uel diſpoſitio appellatur: in ſenſitiua uero parte memoria: in intellectu quidem habitus dicitur, quo quæ didicit, facile iterum ſpeculari poteſt. In ſenſitiua uero parte, memoria: quatenus quæ uidimus & audiuimus, & pars memoratiua ſeruauit: ſenſu communi iterum appræhendere poſſumus. Eſt & differentia alia, quòd quæ in intellectu ſeruata ſunt, non ſufficit ad mouendum intellectum, ut illa iterum ſpeculetur, aut ut ſemper intelligat. Sed oportet ut intellectus iterum moueatur a phantaſmatibus, non enim ut Ariſtoteles dicit: intellectus intelligit ſine phantaſmate. Quæ autem ſunt reſeruata in parte ſenſuali ſufficiunt mouere communem ſenſum, dato quòd ſenſus exteriores non moueantur actu ab ipſis ſenſibilibus exterioribus. Accedit ad hæc uoluntas, quæ percipere poteſt intellectui, ut nunc intelligat, quæ prius intellexit, aut de nouo alia diſcat. Quare licet eadem uirtute intellectuali apprẹhendamus: & apprẹhenſa ſeruemus: tamen non ſemper quæ appræhendimus iam: neceſſe eſt nos actu apprẹhendere. Ego uero in re hac non parũ ſemper dubitaui. Themiſtius. n. manifeſte in paraphraſibus huius libelli quẹrit quæſtionem, & ſoluẽs tandẽ dicit ꝙ memoria per ſe quidem circa effigies in imaginatione depoſitas, & cõſignatas uerſatur, ſed per accidẽs in notionibus mẽtis obſeruit, & ideo concludit, ꝙ memoria per ſe ad ſentientẽ animam pertinet, ad quam imaginandi quoq; uis pertinet. Per accidens uero functionibus animi & rationis miniſtrat: per quæ dat intelligere ꝙ intellectus quæ didicit, aut appræhendit, in ſe non ſeruat, ſed uolẽs iterum illa cognoſcere, aut ſpeculari, iterum ſumit ab imaginibus & phantaſmatibus: quæ in ſenſuali parte depoſita ac conſignata olim fuerunt. Neq; remanet aliquid in intellectu, ceſſante appræhenſione, niſi in ſenſibus phãtaſmata, quẹ ſenſus poſſunt facile intellectui miniſtrare, ut iterũ in illis intelligat, quæ olim in eis intellexit: ita, ut in dormiẽte nulla remaneat in intellectu ſpecies magis q̃ in nudo intellectu: ſed ſolum ex parte ſenſus phantaſmata & facilitas intelligẽdi iterum ea: quæ in illis primo intellexit. Hæc eſt mens Themiſtij: quẹ mihi primo aſpectu uidẽtur Ariſtotelica: cum ipſe poſt mortẽ in anima nullam ponat memoriam eorum, quæ hic didicit, ſed eam intelligere autumat per alium modum q̃ hic intelligebat, ut in libello de immortalitate animæ diximus. Vbiq;. n. aſſerit poſt mortẽ intellectum non reminiſci, & cum non ſit fruſtra: oportet dicere eum per alium modum intelligere quam hic intelligebat. Hic. n. intelligebat intelligibilia in phantaſmatibus, poſt mortẽ uero intelligit ſenſibilia in intelligibili: uerum de his obiter ſit dictum: quoniam ſecundum ueritatem in theologicis dicemus. Tunc ad rationes contra Themiſtij expoſitionẽ. Ad primam dicerem, ꝙ quando intellectus iterum intelligit quæ in præterito didicit, per ſe quidem non recordatur, ſed iterum illa in phãtaſmatibus intelligit, ut prius illa primo didicit in phantaſmatibus. In prẹterito quidẽ uniuerſalia in phantaſmatibus intellexit, nunc denuo illa intelligit, & per eundẽ modum quo primo in phataſmatibus illa didicit: nam licet ſenſus nõ apprẹhendat uniuerſalia: tamen appræhendit ſingularia, in quorum phãtaſmatibus intellectus uniuerſalia intelligit, & ſe uniuerſalia intelligere cognouit: & in quibus cognoſcit ꝙ illa uniuerſalia didicit, aut inuenit. Per eundẽ enim modum illa iterum intellectus in phantaſmatibus ſeruatis ſpeculatur: ueluti illa prius in phantaſmatibus didicit. Ad ſecundam dicẽdum ꝙ nos bene recordamur ſpeculationes, quas his diebus de diuinis reb⁹ fecimus, per ſe quidem per ſenſitiuam partem recordando phantaſmata in quibus diuina illa intelligibilia intellectus intellexit. Res enim diuinæ in ſuis effectibus per accidẽs phantaſiabiles ſunt, per accidẽs autẽ recordamur illa, inquãtum per intellectum iterum ſpeculamur ipſa in illiſmet phantaſmatibus: in quibus intellectus illa apprẹhẽdit. Nam licet diuinæ illẹ res ad ſenſum communẽ, aut phantaſiam per ſe non attineant, phantaſmata, in quibus intellectus illa aut didicit, aut inuenit, ad partem ſenſitiuam attinent. Ad tertiam dicendũ ꝙ nos iudicamus actus noſtros prẹteritos, & quidẽ per modũ præteriti: & in mathematicis & alijs, non quidẽ per intellectum per ſe hæc recordãdo, ſed per intellectum hẹc per ſe iterum intelligẽdo: per ſe autẽ per ſenſum recordando eorum phantaſmatum: in quibus hæc didicimus: aut inuenimus, aut diſputauimus: et quidẽ per eundem modum hæc iterum intelligẽdo: quo prius in prẹterito in phãtaſmatibus illa didicimus, aut inuenimus: aut demõſtrauimus. Quare hẹc ſenſu per ſe recordamur, intellectu uero ꝑ accidẽs: ſed iterũ ꝑ intellectũ ꝑ ſe intelligim⁹: nec ſequitẽ intellectu hoc iterũ intelligo per ſe: ergo per ſe intellectu hæc recordor. Oportet. n. addere hæc iterũ per intellectum intelligo, & in illis quæ fuerunt ſeruata in intellectu: ergo ꝑ ſe intellectu hæc recordamur. Modo falſum eſt ꝙ hæc iterũ intelligamus per intellectũ, qui hæc iterum intelligit in his, quæ in eo ſunt ſeruata Intelligit. n. iterũ hæc per ea: quæ in ſenſu ſeruata ſunt. Ad quartã patuit ſolutio. In intellectu. n. non ſeruantẽ ſpẽs ceſſante apprẹhẽſione, ſed in ſenſu: & conceditẽ ꝙ intellectus in dormiẽte eſt ita nud⁹, ac ſi nihil ĩtellexiſſet. Differt tñ ſapiẽs & inſipiẽs, qm̃ in ſenſu remanẽt phãtaſmata in quibus facile põt iterũ q̃ prius apprẹhẽdit, ſpeculari: quæ facilitas eſt per ſe ex parte ſenſuũ facile potẽtiæ illa intellectui adminiſtrare. Ex parte uero intellectus ꝑ accidẽs: quatenus ſenſibus cõiunctus eſt, qui facile illi phãtaſmata pro intellectione parãt. Videtẽ autẽ mihi hæc Themiſtij expoſitio ſatis ad Ariſtotelis mẽtem: qm̃ ſi intellectus per ſe recordaretur: aut in hac recordatione ſenſus *miniſtrãt* phan

taſmata, in quibus intellectus prius intellexit, aut nõ: non eſt dicendũ ꝙ non: qm̃ intellectus intelligeret ſine phantaſmate. Cuius cõtrarium Ariſtot. ſuppoſuit, ſi miniſtrant phãtaſmata: tunc phãtaſmata iterũ mouebũt intellectũ: & ſic de nouo efficerẽt ſpẽs, ultra eas: quas prius effecerunt, & ita quotiens fieret intellectiua recordatio, totiens ſpecies de nouo in intellectu fierẽt a phantaſmatibus: & ita ſpẽs eiuſdẽ rationis eſſent in eodẽ ſubiecto plures, & plures, qđ eſt abſurdũ & ſuperfluũ. Præterea ad hoc, ut intellectus rurſus intelligat, quæ prius intellexit, ſufficit, ut ſenſus ſeruet phãtaſmata, in quib⁹ prius intellexit. Igĩ fruſtra daĩ memoria intellectiua. Antecedẽs patet, qm̃ ſi phãtaſmata illa ſufficiẽtia erãt intellectui, ut intelligeret, quicquid intellexit, etiã ſufficiẽtia erunt, ut iterũ intelligat ea, quæ prius intellexit. Fruſtra ergo daĩ memoria intellectiua: hoc igĩ pacto arbitror Themiſtij põnem defendi poſſe. Quid uero ſit dicendum ſm ueritatẽ, in theologicis dicemus. Animaduerte tñ, ꝙ in iuuẽta diximus: ꝙ memoria duplex eſt, abſoluta ac indepẽdens: & hæc ad ſenſum attinet. Põt. n. ſenſus recordari a nullo alio ꝗ̃ a ſenſu depẽdẽdo. Et alia eſt depẽdens, & hæc intellectiua eſt: nõ enim poteſt intellect⁹ recordari: niſi depẽdeat ab alio ꝗ̃ ab intellectu: qm̃ in intelligẽdo & recordando dependet a ſenſu. Sine enim phantaſmate nequaꝗ̃ intelligit anima. Ariſto ergo abſolutam memoriã ſolum ad ſenſualẽ partẽ attinere dicit, non tñ negat dependentem memoriã ad intellectum pertinere. Sed an hęc poſitio ſit peripatetica: non opus eſt nunc diſputare, ſatis autẽ nobis ſit aperuiſſe locum; eſt enim res hæc non leuis.

*Sed quærat aliquis: qui fieri poßit ut affectione ſola præſente, abſentis rei meminerimus.*

*Dubitabit autem utiq; aliquis: quomodo paßione quidem præſente, re uero abſente, meminit quod non præſens.*

Mouet Ariſt. circa determinatam quæſtionẽ, & dicit. Dubitabit autẽ utiꝗ aliquis, quomodo paſſione, hoc eſt phantaſmate, & ſpecie ac ſpectro præſente in ſenſu, re uero, cuius phantaſma illud eſt, abſente animal meminit rẽ potius ꝗ̃ non eſt pręſens, & nõ ſpectrũ eius. Quo uero ad dubitationẽ attinet, animaduerte ꝙ poſt appręhẽſionẽ remanet ſpẽs in parte ſenſuali: res uero abeſt a ſenſu: cuius illa ſpẽs, ꝑpterea quęrit ꝑpter qd animal potius meminit rẽ cuius ſpẽs eſt, & non ſpẽm: & addit Themiſtius etiã, utrum memoria ſit ſpectri, an rei: cuius ſpectrum eſt.

*Nam, ut conſtat, ſcire oportet affectionem quandam quæ picturę ſimilis habeatur, per ſenſum in anima, aut certe in parte corporis eam habente inuri: cuius habitum memoriam eſſe dicimus. ſiquidem motus ille qui fit: quandam ueluti figuram ſenſionis imprimit, haud ſecus atque qui anulis ſigillant.*

*Manifeſtũ. n. eſt ꝙ oportet intelligere talẽ aliq̃ factã per ſenſum in anima et in ꝑte corꝑis hñte ipſam, uelut picturã quãdã, paßionẽ: cuius dicimus habitũ eſſe memoriã. factus. n. motus: imprimit uelut figuram quãdam ſenſi, ſicut ſigillantes anulis.*

Hæc quæſtio unũ præſupponit, alterũ quærit: p̃ſupponit. n. ex appręhẽſione rei ſenſibilis derelinqui in parte ſenſuali ſpectrũ, ac ſpeciẽ ſiue phãtaſma: qđ eſt rei appræhẽſæ ſimilitudo: ac ſimulacrũ, et quærit utrũ memoria ſit ſimulacri, an rei, cuius eſt ſimulacrum. Ideo Ariſtot. anteꝗ̃ quæſtionẽ ſoluat, enitit argumẽtis & ſignis oſtendere rei ſenſibilis appræhẽſæ eſſe dabile ſimulacrũ ac phantaſma in ſenſuali parte derelictũ: qđ aliquãdo ſpẽs, aliqñ phantaſma, aliqñ paſſio uel habitus dicĩ a Peripateticis. Trãſit aũt Ariſt. de his breuibus: qm̃ (ut Themiſtius inquit) in libris de aĩa diligẽtius dictũ eſt, ibi enim diſputatũ eſt, an cuiuslibet ſenſibilis ſit dare ſpeciẽ ſiue ſpectrũ in ſenſu: & cuius nõ, & cuius ſic: & ſi alicuius non eſt dabile, qũo illud ſenſu appręhẽdamus, quæ cum longã morã expoſcant Ariſt. breuibus ſignis & argumẽtis oſtẽdit ſpectra hæc ſenſibiliũ eſſe dãda: & primo manifeſtat talia ſimulacra eſſe dãda ꝑ quandã ſimilitudinẽ ad picturas, & dicit. Manifeſtum. n. eſt, ꝙ oportet intelligere talẽ aliquã paſſionem factã eſſe per ſenſum, hoc eſt per actualẽ ſenſationem alicuius rei ſenſibilis, factã dico, & derelictã in aĩa & in parte corporis: quæ ipſam animã habet. Non. n. paſſio hæc derelinquiĩ in aĩa tantũ: nec in corpore tantũ: ſed in quadã parte organica cõpoſita ex aĩa & corpore. ſ. aut cerebro animato, aut corde, ut Themiſtius autumat. Nã cũ paſſio hæc pertineat ad animã ſenſitiuã, quæ eſt actus corporis organici, non uideĩ ad animã tantũ: nec ad corpus tm̃ pertinere, ſed ad cõiunctũ ex aĩa & corpore, qđ eſt aut cor, aut cerebrũ. Dico derelictã in cõiuncto ex aĩa & corpore, uelut picturã quãdam, cuius paſſionis aut ſimulacri habitũ dicimus eſſe memoriã. Eſt. n. memoria ſimulacrum rei non ſimplr̃, ſed ut habetur ſtabiliter in parte ſenſitiua. Cuius cauſam affert, & dicit. Factus. n. motus ab ipſo ſenſibili in ſenſum, imprimit uelut figuram quandam ſenſi, hoc eſt rei ſenſatæ, ſicut ſigillantes anulis imprimunt in ceram figuram aliquam.

*Quocirca & in hiſce quos præ affectione aliqua aut ætate multiplex motus exercet: memoria non fit, quaſi motus & ſigillum in amnem profugum incidat.*

*Vnde & alijs quidem qui in motu multo propter paßionẽ aut propter ætatem ſunt: non fit memoria, tanquam utique in aquam fluentem incidente motu & ſigillo.*

Ex his obiter cõcludit, qui recordari idonei: & qui nõ idonei ſint: ut pariter habeãt ſigna eius, qđ dixit, & dicit. Quoniam in memorãdo paſſio illa pręſens ſenſui eſſe debet, cõtingit, ut alijs uel non fiat memoria: alijs autẽ fiat: qui quidẽ in multo motu ſunt, aut propter paſſionẽ, aut propter ætatẽ: his nõ fit memoria, & hoc ex eo, quia ſigillũ aut motus ſiue impreſſio incidit uelut in aquã fluentẽ. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte ꝙ corp⁹ noſtrũ, & conſequẽter cor, & cerebrũ, & organũ memoratiuæ uirtutis põt eſſe in motu aut a paſſione corpori occurrente, ſicut eſſet ęgritudo. ſ. lethargus, aut id genus, aut ebrietas, uel crapula: & cæteræ paſſiones corporeę aut paſſiones aĩæ, ueluti ira, concupiſcẽtia, aut id genus. Corpus. n. noſtrum, & ſingulæ eius partes ob tales paſſiones uelut torrens fluit. Amplius fluere poteſt propter ętatem. Cum enim augetur, fluit, & cũ diminuitur, etiam fluit. Hinc fit, ut quemadmodum anulus in profugum torrentem defixus, non ſigillat, ita memoria eorum retinere non poteſt, qui aut ui ægritudinis, aut fluxu ætatis in motu aut agitatu continuo ſunt. Patet igitur generatim quibus non fit memoria. ſ. propter motum corporis.

*In alijs uero ne impreßio quidem afformatur alliniturq;.*

*Alijs aũt propterea ꝙ frigida ſunt ſicut antiqua ædificiorũ.*

Aſſignat ſecundã cãm, quia aliqui memorioſi nõ ſint, & dicit. Alijs autem, non fit memoria: propterea ꝙ frigida ſunt, ſicut antiqua ædificiorum. Quandoq;. n. propter frigiditatem congelantem, ac indurantem humores, ſpectrum non poteſt recipi, ut ijs contingit, qui in magno timore conſtituti ſunt. propter frigiditatẽ. n. quæ humores & ſpũs congelauit, ſpectrum imprimi nõ põt: ut ædificijs antiquis accidit: ædificium enim ac paries, cum recẽs eſt, facile impreſſiones recipit, cum antiquatur, & dureſcit, ueluti lapis impręſſiones non amplius recipit.

*Ob partis quæ affectionem excipere debeat, algorem (inalgeſcit enim ueterum ædificiorum ritu) duritiemque.*

*Et propter duritiã accipientis paßionẽ non inſit impreßio.*

Aſſignat tertiam cãm, quare nonnulli non ſint memorioſi: & propter duritiam eius mẽbri: qđ paſſionẽ accipit ſ. cordis, aut cerebri non fit ſpectri impręſſio, qui enim (ut Themiſtius inquit) duriuſculos & inflexibiles ſenſus habẽt, memorioſi eſſe non poſſunt, quoniã impręſſiones non ſuſcipiũt. Poteſt aũt duritia in ſenſorio cõtingere nõ ſolum ex cõgelationę a frigido facta: ſed etiã naturaliter a calido exiccante & indurante, ac terreſtrificante. Hę igitur ſunt cauſę cur aliqui non memorioſi ſint.

*Proinde: tã pueri ꝗ̃ ſenes, immemores ſunt. propterea ꝙ alteri, ob accretionẽ in quodã quaſi fluxu ſint: alteri ob decretionẽ.*

*Quapropter & multum iuuenes et ſenes: immemores ſunt. fluunt enim, hi quidem propter augmentum: illi uero, propter decrementum.*

Ex his cauſis, ſoluit problemata: primum propter quid decrepiti, qui ualde diminuuntur, & pueri, qui ualde creſcunt immemores ſint, & dicit. Quapropter & multum iuuenes. ſ. pueri, qui nimis creſcunt, & multum ſenes, qui ſenſibiliter diminuunĩ: immemores ſint, aſſignat cauſam, & dicit. Fluunt. n. hi quidẽ propter augmentũ uidelicet, pueri: illi uero propter decrementum. ſ. decrepiti.

*Pari quoque modo carere memoria uidentur: tum qui præceleres & impendio uolucres ſunt, tum qui admodum tardi ſtupidiq;. nam hi quidem, humidiores ſunt quàm par ſit: illi uero, retorridiores. Primi ergo, uiſorum impræßionem ſeruare ac retinere non poſſunt: alteri, recipere.*

*Similiter autem & multum ueloces, & multum tardi: neutri uidentur memores. illi enim, humidiores ſunt quàm opportunum ſit: hi uero, duriores. Illis igitur non manet phantaſma in anima: alios uero non tangit.*

Soluit ſecundum problema, & dicit. Similiter autem & multum ueloces, & multum tardi in appręhendendo: ſed horum neutri uidentur memores. Ille enim qui in appræhendẽdo ueloces ſunt, immemores ſunt, quoniam humidiores ſunt cerebro aut corde quã opportunum ſit. facile enim appręhẽdunt propter humiditatem cerebri aut cordis appręhendentis, humidi enim eſt recipere, hi uero, qui tarde appræhendunt, duriores ſunt, & propterea dicit. Illis igitur qui ueloces ſunt, non manet phantaſma in anima, hoc eſt in corde uel cerebro, ubi eſt anima: alios uero, qui duri ſunt, phantaſma animam non tangit, qm̃ propter duritiam organi non recipitur. Mediocres uero bene ſe habent, quoniam in mollitie & duritia ſenſorium bene conſtitutum habent. Sed quæres propter quid quę uidimus, aut audiuimus, in pueritia: melius: & diutius memoria tenemus: cum ea ætas fluida ſit. An, quoniam quæ accepimus in ſenſu fortem & pollentem impręſſionẽ fecerũt. Cauſa autem fuit admiratio & nouitas, noua enim & admirabilia nobis fortem motum faciunt in memoriã (ut Ariſtoteles inquit primo rhetoricorum) quia igitur fecerunt pollentem in ſenſorio impręſſionẽ propter nouitatem: omnia enim pueris noua ſunt, quaſi per totam ætatẽ ſeruantur, eſt igitur hoc per accidens, & non per ſe.

*At ſi de memoria ſtatuendum ita ſit: utrum huiuſce affectionis meminimus, an illius unde hæc profecta eſt?*

*Sed ſi quidem tale accidens eſt circa memoriam: utrum hanc meminit paßionem, an illud a quo facta eſt?*

Cum Ariſto. declarauit ſuppoſitionem, quæ in quęſtione ſupponitur, quęrit nunc iterum quæſtionem, & argumentatur ad partes. unde quæſtio eſt, utrum hoc ſimulacrum recordetur animus, an illud, unde hoc profectũ eſt. dicit. Sed ſiquidẽ tale accidens. ſ. phantaſma eſt circa memoriam derelictũ, uidelicet, ab ipſa re prius appræhenſa, ut ſuppoſitum eſt, & probatum. Vtrum hanc animus meminit paſſionem, ac ſimulacrum: an illud, a quo factũ eſt ſimulacrum iſtud. hæc ergo quæſtio ſupponit ſimulacrũ: & quærit cuius ſit memoria an rei, an ſimulacri.

*Nam ſi huius: nihil quod abſens ſit, meminiſſe poſſumus.*

*Si enim hanc: abſentium nihil utique meminerimus.*

Argumentatur ad partes, & primo ꝙ non ſit memoria ſimulacri: quoniam tunc nihil rerum abſentium recordaremur, ſed ſolum eſſet memoria ſimulacri pręſentis, quod eſt contra dicta. unde dicit. Si enim hanc ſubaudi recordamur: tunc nihil abſentium & præteritorum meminerimus, ſed præſentium. Simulacra enim præſentia ſunt, res unde profectæ ſunt, abſentes ſunt.

*Si illius: qui fieri poteſt ut hanc ſentiendo, eius meminerimus quod non ſentimus, quodq; abiunctum remotumque a nobis eſt?*

*Si uero illud: quomodo ſentientes hanc, meminerimus quod non ſentimus, quod abſens?*

Obijcit cõtra aliam partem, primo quidem: quoniam ſi animus recordetur rem e qua profecta eſt paſſio: tunc uidetur ꝙ ſimul ſentiret paſſionẽ, & rem unde facta eſt paſſio. unde dicit. Si uero illud e quo profecta paſſio eſt, quomodo ſentientes hanc paſſionẽ. ſ. ſimulacrũ meminerimus qđ non ſentimus, ſed abſens eſt, & abiunctum: niſi ſimul utrunq; ſentiremus: quod uidetur abſurdum.

*Item ſi ex ipſius rei ſenſu quædã quaſi pictura ac impræßio in nobis relicta ſit: curnam alterius, & non huius ipſius meminerimus? nam qui meminit: hanc affectionem ſpectat ſentitq;.*

*Et ſi eſt ſimile ſicut figura aut pictura in nobis, huius ipſius ſenſus: propter quid utiq; erit memoria alterius, ſed non huius ipſius? agens enim memoria: ſpeculatur hanc paßionem, & ſentit hanc.*

Secundo obijcit contra eandem partem, & dicit. Et ſi illa paſſio eſt ſimile ſicut figura aut pictura in nobis, huius ipſius ſenſus noſtri, ut dictũ eſt. Diximus enim phantaſma eſſe ueluti picturam ſenſus noſtri derelictũ a re ſenſata. Si igĩ eſt ueluti pictura in ſenſu noſtro: propter quid erit utiq; memoria alterius rei. ſ. abſentis, unde hęc paſſio facta eſt, & non huius paſſionis: uidetur enim & debeat eſſe huius paſſionis, quoniam homo, qui agit memoriam, hoc eſt, qui recordatur: in recordando ſpeculatur, & ſentit hanc paſſionem, modo uidetur abſurdum ꝙ non recordetur id: quod cadit in appræhenſione.

*Quonam igitur pacto: meminiſſe poteſt eiuſce qđ præſens non ſit? hoc enim modo: cernere etiã & audire abſentia liceret.*

*Quomodo igitur: non præſens meminit? erit enim utique: uidere non præſens, & audire.*

Tertio obijcit iterum, & dicit. Quo modo igitur non præſens meminit. Non enim uidetur conſonum, ut ſenſus id recordetur: qđ non eſt præſens, quoniam ſic ſenſus interior poſſet ſentire qđ non eſſet præſens: qđ ſi ita eſſet, eodem modo poſſet dici de ſenſu exteriori. ſ. ꝙ ſenſus exterior ſentiat ſenſibile non pręſens, non enim uideĩ maior ratio de interiori quã exteriori, uterꝗ enim ſenſus eſt, ergo ſi interior poteſt rem abſentem ſentire: etiam exterior rem abſentem ſentire poterit, & ſic erit utiq; non præſens uidere aut audire. ergo non uidetur uerum ꝙ memoria ſit rei, unde paſſio facta eſt, & non paſſionis. Hæc eſt quæſtio: & quidem ualde pulchra.

*An fieri poteſt: ut hoc ipſum contingat eueniatque?*

*An eſt: ut contingit & accidit hoc?*

Soluit quęſtionem, & concedit, ꝙ aliquis poteſt ſentire paſſionem præſentem, & per eam recordari rem abſentem: unde dicit. An eſt, hoc eſt an fieri poteſt, ut cõtingat, & accidat hoc. ſ. ut quis præſentem paſſionem ſentiat, & abſentem recordetur. Hæc enim ſimul ſtant.

*Vt enim animal depictum in tabula et animal eſt et imago, & cum unum idemq; ſit utraq; eſt ſed tamen eorũ ratio diuerſa exiſtit, conſiderariq; poteſt & ut animal eſt & ut imago: ſic & de phantaſmate quod in nobis eſt cenſere oportet, & ipſum quippiam in ſe, & alterius ſimulacrum eſſe. nam quatenus in ſe ſeorſumq; ſpectatur, ſpectrum aut uiſum eſt: quatenus uero aliud refert, imago & monimentum.*

*Vt enim in tabula pictum animal, & animal eſt & imago, & idem & unum ipſum eſt ambo, eſſe tamen non idem ambo*

*rum, & eſt conſiderare & ut animal & ut imaginem: ſic & quod in nobis phantaſma oportet ſuſcipere, & ipſum aliquid ſecundum ſe eſſe, & alterius phantaſma. inquantum quidem ſecundum ſeipſum, ſpeculamen aut phantaſma eſt: inquantum uero alterius, ut imago & memoriale.*

Exponit ſolutionem per exemplũ, & dicit. Vt enim in tabula pictum animal, & animal eſt pictũ, & imago ueri animalis: & idem & unum ipſum animal pictũ eſt ambo ſubiecto & re, & tamen eſſe & ratio nõ eſt eadẽ amborũ, & ideo eſt ipſum cõſiderare, ut animal pictũ, & ut imaginem: ſic & qđ in nobis phantaſma eſt, oportet ſuſcipere, ut ipſum ſit aliquid in ſe, & in rerũ natura propriã rationem habens, & ut ſit alterius phãtaſma. Hoc.n. eſt quod Auer. ait, ꝙ intentio imaginata hoc eſt phãtaſma poteſt conſiderari, ut res, & ut imago rei, unde profecta eſt. Inquantum quidẽ ſecundũ ſeipſum ut res ſumit̃, eſt ens ſpeculabile, & phãtaſma, ſeu res phãtaſiabilis uel intelligibilis, ut quęcũq; res mũdi. Inquãtum uero eſt alterius imago: ut ſic eſt memoriale illius. Quo uero ad differentiã attinet phãtaſma cũ intelligit̃, aut ſentitur ut res eſt, intuitiue intelligitur, aut ſentitur: ut uero intelligitur, aut ſentit̃, ut imago: ſic in ipſo intelligitur res abſens abſtractiue, ut iuniores loquuntur. primo modo nõ eſt memoria rei, nec memoriale, ſed res, quæ eſt quoddam ſpeculamen. ſecundo modo eſt memoria, ſeu memoriale: & ſic idem eſt alterius memoria: & res intelligibilis uel ſenſibilis.

*Quare etiam cum idem animum uellicat ac laceſſit, ſi quis ipſum in ſe & ut ſui quippiã generis eſt animo percipiat: quædam ueluti conceptio aut uiſum ſuccurriſſe uidetur. ſin uero quatenus alterius eſt, & uti in pictura accidit tanquàm ſimulacrum & imitationem contempletur, eandemque tametſi antea nunquàm Coriſcum uiderit tanquã Coriſci imaginem conſideret: tum ſane conſiderationis huiuſce conditio atq; natura longe alia eſt quàm cum tanquàm animal depictum in animo ſpectat. hic enim, mera cõceptio euadit: illic, quòd ſimulacrum alterius ſit, monimentum.*

*Quare & cum agit motus ipſius, ſiquidem inquantum ſecundum ſe ſit ſentit anima ipſum: ut intellectum aliquod aut phantaſma uidetur adeſſe, ſi autem inquantum alterius, & ſicut in pictura ut imaginem ſpeculatur, & qui non uidet Coriſcum ut Coriſci imaginem: hic alia paßio huius ſpeculationis: & quando ſicut animal pictum conſiderat in anima. hoc quidem, fit ſicut intellectum ſolum: hoc autem. ut ibi quia imago, memoriale.*

Nunc colligit quodãmodo ſolutionẽ, & dicit. Quare & cum ipſius phãtaſmatis motus agit, hoc eſt cum actu conſideratur phãtaſma: ſiquidẽ inquantum quidẽ ſecundum ſe conſideratur, uidelicet, ut res, ſic aĩa ſentit ipſum, ut quoddã intelligibile, aut ut quoddã phantaſiabile: & hoc dicit. Siquidem inquãtum ſecundum ſe ſic ſentit aĩa ipm̃, uidelicet, ut rem, ſic uidet̃ adeſſe, ut quoddã intellectũ, aut phãtaſma, hoc eſt phãtaſiabile: & hoc pacto nõ eſt memoria nec memoriale. Si aũt conſideratur inquantum alterius imago. & ſimulacrũ, & ſicut pictura: ſic aĩa ipſum ſpeculat̃ ut imaginẽ & memoriale, hoc pacto: qui nũc nõ uidet coriſcũ, & phãtaſma ſpeculat̃ ut coriſci imaginẽ, hic eſt alia paſſio & ratio huius ſpeculationis ab ea ſubaudi: qua ſpeculamur imaginẽ coriſci, ut rẽ: & quoddã intelligibile, ueluti quãdo animal pictũ cõſideramꝰ in aĩa, alia ratione fit, cũ conſiderat̃, ut intellectũ ſolum, & alia, quãdo cõſideramus ipſum, ut imago. Prima.n. cõſideratio nõ attinet ad memoriã. Sed ſecũda eſt memoriale rei abſentis. Ex his uult habere ſolutionẽ, una enim met appręhenſio eſt recordãtio, & appręhẽſio cognitio enim phantaſmatis, ut phantaſma eſt unum ſenſibilium uel intelligibilium appræhenſio eſt; ut eſt imago rei, eſt memoria & recordatio rei abſentis.

*Et ob id cum ſenſio quæ præceßi, tales motus in animo noſtro excitat: plerũq; neſcimus ſenſu ne an alia ratione idipſum proueniat, & nonnunquã hæſitamus ſi ſit memoria necne.*

*Et ob hoc aliquãdo neſcimus, factis nobis in anima huiuſmodi motibus ab eo ꝙ prius ſenſimus: ſi ſecundum ſenſationem accidit, & ſi eſt memoria an non dubitamus quandoque.*

Ex ſolutione aſsignata Ariſtot. ſoluit problema, ꝓpter quid eſt, ut ea quæ quis meminit, aliquãdo meminiſſe ſe neſciat, hoc pacto exponit Themiſtiꝰ. Solet.n. accidere, ut id qđ memoria tenemus, plerũq; neſciamꝰ unde acceſſerit, ſenſu ne an alia rõne. Speculãtibus.n. nobis, occurrũt aliqua quę nec quãdo, neq; in quo loco, neq; a quo didicerimus, uenire põt in mẽtem, unde fit, ut ſæpe dubitemꝰ an inuenerimus ipſi ea: an a docẽte aliquo acceperimꝰ, unde dicit. Et ob hoc aliquãdo neſcimꝰ, factis nobis in anima huiuſmodi motibus phãtaſticis ab eo qđ prius ſenſimus: utrũ ſi ſecundũ ſenſationẽ accidãt, & nõ ſit memoria ab alijs derelicta, & ſi eſt memoria an non dubitemus quandoq;: & tota cauſa eſt, qm̃ non attendimus ad phantaſma, ut imago eſt: ſed, ut quoddã iuuentum & intellectum per nos, uidelicet, ut animal uel tale quid.

*Interdum autem euenit: ut cogitando ſcrutandoque recordemur prius a nobis quippiam auditũ, aut uiſum fuiſſe. Quod euenit: quoties qui phantaſma aliquod ita cõſiderabat ut nihil præterea niſi ipſum illud in ſe contemplaretur, mutata ſententia ut ſimulacrum alterius eſt, ſpeculatur.*

*Aliquando autem accidit: intelligere & reminiſci ꝙ aliquid audiuimus prius, aut uidimus.* Hoc *autem cõtingit: cum ſpeculans tanquã ipſum, permutatur & conſiderat tanquã alterius.*

Secũdum ꝓblema eſt, ꝓpter ꝗd aliqñ accidit ut ſimul aliquid intelligamus, et recordemur, ac reminiſcamur. Interdum.n. didicimus aliquid, & obliti fuimus, deinde contingit ut ſimul illud iterũ intelligamus, & reminiſcamur, ꝙ olim didicimꝰ, & a quo, & qñ, & in quo loco. Nullus enim eſt, cui res hæc aliquãdo nõ euenerit. Soluit Ariſtot. & dicit. Aliquãdo aũt accidit, intelligere aliquid & reminiſci ſimul, ꝙ illud audiuimus prius, aut uidimus. Cauſam affert, & dicit. Hoc autẽ contingit, cum ſpeculans tanq̃ ipſum in ſe. mox permutatur & conſiderat ipſum tanquã imaginem alterius: & ſic quaſi ſimul hæc facit.

*Eſt quando & contra accidat: quemadmodum Antipheronti Oreitæ, cæteriſq; qui exceſſu mentis tentabantur, contigit. nam quæ imaginabantur: tanquàm facta & geſta narrabant, & ita ut qui meminiſſent. Atque hoc fit: ubi quis id quod non eſt imago, ſpeculatur ut imaginem.*

*Fit autem aliquando & contrarium: ut accidit Antipheronti Oritæ, et alijs ecſtaſin paßis. phantaſmata enim dicebant: ut facta, & ut qui meminiſſent. Hoc autem fit: cum aliquis non imaginem tanquam imaginem conſiderat.*

Tertiũ ꝓblema eſt, ꝓpter quid accidit aliqñ, ut ea, quę nõ fecimus, recordemur feciſſe: uel credamꝰ feciſſe, & recordari dicamus feciſſe. Eſt.n. ꝓblema hoc contrarium, uidelicet, unde fit, ut ea quæ qs imaginat̃, fingitq;, aliqñ meminiſſe et recordari ſe putet. Hoc pacto exponit Themiſtius. unde dicit. Fit aũt aliqñ & contrariũ, nã ea quæ imaginant̃, meminiſſe ac recordari ſe putãt: ut accidit Antipheronti Oritę, & alijs quãplurimis, qui ecſtaſim, paſſi ſunt. Hi.n. quę imaginant̃, putãt ſe recordari. Sumpſit aũt ecſtaſim improprie pro mẽtis alienatione, ut libro de ſomno dicemus. Iſti enim phantaſmata, & quæ imaginantur dicebant, ut facta, & prædicant, ut qui meminiſſent. Aſſignat cauſam, & dicit. Hoc enim fit, cum aliquis imaginẽ non tanquam imaginem conſiderat, ſed ut quoddam intellectum uel ſpeculamen.





*Porro meditationes, recolendo memoriam conſeruant incolumemque reddunt.* Recolere *autem, nihil aliud eſt, quam crebro phantaſmata ut imagines, non ut in ſe ſpectra ſunt, reſpicere.*

*Meditationes autem, memoriam ſaluant reminiſcendo. Hoc autem, nihil aliud eſt quam ſpeculari ſæpe ut imaginem, et non ut ſecundum ſe.*

Quartum problema eſt, propter quid meditationes frequentes memoriam ſaluat reminiſcendo, atq; recolendo, unde dicit. Meditationes autem memoriam ſaluant, reminiſcendo, exponit rationem, & dicit. Hoc autem ſcilicet meditari nihil aliud eſt quam ſpeculari ſæpe phantaſma ut imaginem, & non, ut ſpeculamen ſecundum ſe, ex frequenti enim hac phantaſmatis meditatione memoria ſeruat̃. Ex frequentatis enim actibꝰ generat̃ habitus.

*Dictum eſt igitur quid ſit memoria, quid meminiſſe, habitus ſcilicet phantaſmatis ut imaginis eiuſce rei quæ imaginationi ſubditur, necnon cui earum quæ ſunt in nobis animæ partium tribui debeat, nempe illi quæ ſibi primariam ſentiendi poteſtatem uendicat, quæque nobis ſenſum notitiamque temporis inuehit.*

*Quid igitur eſt memoria & meminiſſe dictum eſt, quoniam phantaſmatis ut imaginis cuius phantaſma habitus, & cuius particulæ earum quæ in nobis, quia primi ſenſitiui, & quo tẽpus ſentimus.*

Nunc epilogat, & breuiter memoriam definit, & dicit. Quid igitur eſt memoria, & meminiſſe, dictum eſt. Eſt enim memoria habitus, firma quædam conſeruatio phantaſmatis, non quidem ſecundum ſeipſum, ſed ut imaginis eius rei, cuius eſt phantaſma, unde Themiſtius dicit. Memoria eſt habitus quo imagines rerum poſt impræſſionẽ cuſtodiuntur ac retinentur, ut imagines ſunt. Præterea dictum eſt earum particularum quæ nobis inſunt cuius eſt memoria, nam dictum eſt ꝙ memoria eſt primi ſenſitiui, inquantum per ipſum cognoſcimus tempus. Hæc Ariſtoteles ſcribit de memoria. Ex his quæ Ariſto. dixit breuiter colligi poteſt, ꝙ bonitas uel malitia memoriæ aliquando contingit ex parte motus uel quietis ſenſorij, in quo phantaſmata imprimuntur, nam cum in ſenſorio phantaſmatum impræſſio facta eſt, & partes illius fluunt, ac refluunt, fluxus huiuſmodi turbat, uel delet impræſſionem illorum. Motus autem aut fluxus ſenſorij aliquando prouenit, ob paſſionem, ut ægrotis, ebrijs, iratis, & id genus, aliqñ ob ætatem, ut in paruis, qui multum creſcunt, & decrepitis, qui multum diminuuntur. Aliquãdo uero ex parte cõplexionis, complexio enim ſenſorij ſicca ac dura impreſſionem non permittit, humida uero ac mollis, permittit quidem impræſſionem, non tamen detinet, quia uero ſenes duriuſculi ſunt, pueri molles, ſenes non recipiunt, illi non retinent. Aliquando ex parte appręhẽſionem, ſeu meditationum, quæ poſſunt memoriam firmare, aut fortiter imprimẽdo, ut in pueris, primę meditationes (ut dictũ eſt) aut frequenter imprimendo, ex frequentatis enim actibꝰ generat̃ habitus, qui eſt memoria, hinc fit, ut decrepiti bene recordentur antiqua, quoniam ſæpius circa illa uel illis ſimilia cõſiderauerunt. Male aũt noua, qm̃ illis impræſſio non facile fit, propter duritiem, ac ſiccitatem ſenſorij, uelut i nec in pariete ſeniori fieri põt impręſſio. Hęc ſunt, quæ de memoria Ariſto. tradit.

*Reliquũ eſt, ut de reminiſcentia ſiue recordatione dicamus. Primum igitur quæ in aggreſſorijs ſermonibus uera ſunt, ea pro ueris habeamus oportet.*

*De ipſo reminiſci autem, reliquum eſt dicere. Primum igitur quæcũq; in argumẽtatiuis rationibus uera ſunt, oportet ponere ut exiſtentia.*

Cum dixiſſet de memoria & meminiſſe, nunc proponit dicere de reminiſcẽtia & reminiſci, & proponit intentionem ſuam ſic dicẽs. De ipſo reminiſci autem, & ſubaudi reminiſcentia, reliquum eſt dicere. Hęc eſt intentio. Deinde pro executione huius intentionis, quæ ſupponẽda ſint, accipit, & dicit. Primũ igitur per huius intẽtionis executione, quæcũq; in argumentatiuis rationibus uera ſunt, oportet ponere ut exiſtẽtia. Et per argumentatiuas rõnes Themiſtius qõnes populariter ab Ariſto. ſcriptas intelligit, in quibus dixit quędam de reminiſci ac reminiſcentia, quæ nũc reſumẽs, uult eſſe ſupponenda tãquã exiſtentia. Quæ uero ſint qõnes iſtę ab Ariſto. populariter ſcriptę, nõ legimus. Themiſtius autem legit.

*Reminiſcentiam ſcilicet non eſſe reſumptionem memoriæ, neq; item aſſumptionem.*

*Nõ.n. eſt memoriæ reſumptio, reminiſcẽtia, neque acceptio.*

Nunc ſm Themiſtium, explicat, quæ ſint ea, quę de reminiſci in qõnibus populariter ſcripta ſint, & ſunt duo, primum quidem ꝙ reminiſcentia nõ ſit reſumptio memorię, ſecundum uero, ꝙ reminiſcentia nõ ſit diſciplinæ aſſumptio, & per reſumptionẽ memoriæ, ut arbitror, intelligit reſumere memoriã, non interuenta obliuiõe. Qui enim reſumit memoriam, iterum accipit, quod retinuit, nulla interuenta obliuione.

*Nam cum quis primum diſcit, aut notitia rei imbuitur: neq; reſumit memoriam ullam (nulla enim antegreſſa eſt.*

*Cum enim primum addiſcit, aut patitur, non reſumit memoriam ullam (nulla enim ante facta eſt.)*

Anteq̃ illa duo, quę accepit a qõnibꝰ populariter ſcriptis, exponat, & probet, oñdit eſſe differẽtiã inter addiſcere, quod eſt diſciplinã ſumere, & memoriã reſumere, & dicit Cũ enim quis primum diſcit ſ. intellectu, aut patit̃ ſ. a ſenſibili ſenſum, nullã reſumit memoriã, quoniã (ut inqt) nulla diſciplina, aut ſenſatio ante facta eſt, & ſic diſcere nõ eſt memoriã reſumere.

*Neq; deintegro aſſumit, quia tum demum memoria dicitur eſſe, cum iam factus corroboratuſq; fuerit habitus, aut certe affectus. Vnde fit, ut memoria nõ ſimul cum affectu fiat.*

*Neq; a principio accipit, cum enim factus fuerit habitus, aut paßio, tunc memoria eſt. Quare, cum paßione quæ fit, non inſit.*

Secũdo oñdit ecõtrario, ꝙ reſumẽs memoriã, uel commemorãs nõ primo diſciplinã accipiat, & hoc ꝓponit, et dicit. Neq; ſubaudi ꝯtra reſumẽs memoriam uel cõmemorãs ex principio diſciplinã accipit, ꝓbat, qm̃ tunc memoria eſt, cũ factꝰ fuerit habitus, aut paſſio, quare, ut ꝯcludit, cũ paſſione quę fit, hoc eſt cũ ipſa diſciplina quę eſt paſſio; q̃ nũc primo fit, memorię reſumptio nõ fit, ergo reſumẽs memoriã, ac cõmemorãs, nõ prĩo diſciplinã accipit.

*Item cum primum affectio facta eſt, in ultimo illo momẽto, affectio quidem & ſcientia, ſi tamen affectionem aut habitũ ſciẽtiã appellare liceat, in re affecta iam ineſt, memoria uero haud quaquam. Nihil tamen uetat, quominus quædam ex ijs quæ ſcimus, per accidens meminiſſe dicamur. Quanquam meminiſſe per ſe non poſſumus, antequam ſpatium aliquod temporis interlapſum ſit, ſiquidem nunc eius rei memini quam prius audiui, aut uidi, aut aliquo ſenſu cognoui, & non quam nunc ſenſi, eius nunc memini.*

*Adhuc autem cum primum facta eſt, in indiuiduo & ultimo, paßio quidem ineſt iam patienti & ſcientia, ſi oportet uocare ſcientiam habitum aut paßionem.* Nihil *autem prohibet, ſecundum accidens meminiſſe quorũdam quæ ſcimus. Meminiſſe autem ſecundum ſe, non eſt ante factum tempus, meminit enim nunc quod audiuit, aut uidit, aut paſſus fuit prius, nõ quod nũc paſſus eſt, meminit nunc.*

Tertio oſtendit, ꝙ in inſtanti in quo nunc primo ſcientia uel diſciplina facta eſt, non fit tũc memoria, niſi per accidens, per ſe autem nequaquã. Si enim nunc primo ſcĩa facta eſt in me, per accidens contingit fieri memoriam aliquorum, quæ prius nouimus, nõ aũt omnium, quorũ ſciẽtia nunc primo in me facta eſt, qm̃ fieri poteſt, ut illa ſcientia nunc primo facta ſit partim ex aliquibus, quæ prius ſciuimus, & nunc recordamur, partim ex aliquibus de nouo nunc primo auditis, aut inuentis, & ſic ſcĩa nunc primo facta eſt, & tñ per accidens cum cõtingit fieri memoriam, per ſe aũt nõ contingit, qm̃ per ſe memoria nõ fit, niſi ſpatium aliquod tẽporis interlapſum ſit. Quo uero ad expoſitionem textus attinet, animaduerte, ꝙ in ſexto phyſicorũ primum inſtans eſſe rei, Ariſto. appellat ultimum motus, & generationis, qua illa res fiebat, ultimum dico per excluſionem ut Themiſtius inuitus Sexto phyſicorum. Vltimum enim inſtans generationis ignis, eſt primum inſtans ignis geniti, & ultimum per excluſionem eius generationis, per quam fiebat. Tunc lege uerba. Adhuc autem cum primum facta eſt ſcientia uel diſciplina, dico primum facta eſt ſcilicet in indiuiduo, hoc eſt in inſtanti & ultimo, inſtans enim ubique indiuiduum temporis appellat. Dico ultimo per excluſionem, quod eſt primum rei, cum in quã nunc primo ſcientia uel diſciplina facta eſt, paſſio quidẽ ineſt iam patienti & ſcientia, & per ſe ſubaudi tunc nõ fit memoria. Dico paſſio & ſcientia, ſi oportet uocare ſcĩam habitum aut paſſionem, qm̃ de hoc eſt quęſtio ſexto ethicorum, uerum nunc non faciamus uim in uerbis, & uocemus ſcientiam uel diſciplinam habitum, uel paſſionẽ. Dico ꝙ in hoc primo inſtanti in quo ſciẽtia facta eſt, nõ fieri memoriã per ſe, quoniam (vt inquit) nihil prohibet ſecũdum accidens eorum quæ nunc ſcimus aliqua meminiſſe, quatenus hęc ſcientia nunc primo facta, accidit, ut facta ſit partim ex his quæ nunc recordamur, partim ex his nũc inuenimus uel audimus, ſed in hac facta ſcientia, quę nũc primo facta eſt ſecundum ſe non eſt ante factum tempus hoc eſt anteq̃ ſpatium aliquod temporis interlapſum ſit, nam per ſe & proprie illud eſt nunc meminiſſe, quod pars audiuit, aut uidit, non quod nunc aliquo ſenſu paſſus eſt, meminit nunc, ergo per accidens cum ſciẽtia nunc primo facta, eſt memoria, quatenus accidit illam eſſe nũc primo factam ex aliquibus quę nunc meminit, & aliquibus quę quis nũc audit uel inuenit, per ſe autem non eſt meminiſſe cum ſciẽtia nunc facta, quoniam poteſt eſſe aliqua ſciẽtia ex toto nunc primo eſſe facta, & nihil meminiſſe. Hęc de drĩa inter reſumptionem memorię, & aſſumptionẽ diſciplinæ aut ſcientiæ.

*Præterea manifeſtum eſt fieri ut qui nunc non reminiſcitur, meminerit, ſi denuo ſentiat, aut doceatur q̃ ſit oblitus.*

*Amplius manifeſtum eſt q̃ meminiſſe eſt, non nunc reminiſcentem, qui a principio ſentit, aut patitur.*

Cũ declarauit drĩaꝫ inter memoriæ reſumptionẽ, & aſſumptionẽ diſciplinę. In parte iſta declarat, ꝙ reminiſcẽs non eſt, qui meminit, uel qui memoriam reſumit, & lege ſic. Amplius autem manifeſtum eſt, ꝙ reminiſcẽs nũc, qui a principio ſentit, aut patitur non meminit, uel nõ reſumit memoriam, hoc eſt nõ eſt qui reſumit memoriã. q. d. manifeſtum eſt, ꝙ nunc reminiſcentem, qui quidem reminiſcẽs olim a pricipio ſenſit aut paſſus eſt diſciplinã, nõ eſt hoc eſt, non contingit meminiſſe, qm̃ (vt Themiſtius ſupplet) meminiſſe eſt ſine ulla interuentione obliuionis, reminiſci cum obliuionis interuentione. Ergo reminiſci, non eſt meminiſſe. Quod autem reminiſci non ſit ſenſus, aut diſciplinę acceptio, ut propoſuit, non probat, ſed tanquam manifeſtum derelinquit ex differentia inter aſſumere diſciplinam, & reſumere memoriam, ut bene Themiſtius aĩaduertit. Si enim diſciplinari non eſt meminiſſe, nec econtrario, etiam reminiſci non erit diſciplinari, nec econtrario, non enim eſt reminiſcentia, ſine aliqua præteritorũ memoria.

Habemus igitur duo, quod reminiſci non ſit diſciplinari, neq; ſit meminiſſe. Et ſic habetur quid nõ eſt reminiſci.

*At quoties quam prius tenebat ſcientiam, aut ſenſum, aut denique quoduis aliud cuius habitum eſſe memoriam diximus, iam pene interlitũ obſoletũq; recolendo inſtaurat & quaſi poſt liminio reuerſum tractat uerſatq;, tum et hoc quoq; alicuius eorum quæ dicta ſunt reminiſci eſt.*

*Sed cum reſumit quam prius habuit ſcientiam, aut ſenſum, aut cuiuſcũq; habitum memoriam diximus, hoc eſt & tunc reminiſci eorum quæ dicta ſunt, aliquid.*

Cum declarauit, quid non eſt reminiſci, qm̃ neq; meminiſſe, neq; diſciplinari aut ſentire, nũc exponit q̃d eſt, et primo ſumit quid eſt genus ipſius reminiſci, et dicit. Quod reminiſci ſit reſumere ſcĩam uel ſenſum, quem qui prius accepit, non autem cõtra, omne reſumere ſciẽtiam uel ſenſum, quem quis prius habuit, eſt reminiſci, per quæ uult habere reſumere habitum uel ſenſum prius acceptum eſſe gen⁹ ipſius reminiſci. Tria ergo facit Ariſt. qm̃ primo ſumit, ꝙ reminiſci ſit reſumere ſenſum uel ſcientiam prius habitã, & dicit. Sed cum quis reſumit ſcientiam, quã quis prius habuit, aut ſenſum, aut id, cuiuſcũq; habitum memoriam diximus, hoc eſt reminiſci, & tunc eſt reminiſci aliquid eorum, quę dicta ſunt. Sic igitur uult habere primuꝫ ſcilicet ꝙ oẽ reminiſci ſit reſumere ſcientiam, aut habitum, aut ſenſum, ad id, cuiuſcũq; memoriã diximus eſſe, & ꝑ hęc dat intelligere genus, ut poſtea dicemus. Quo uero ad uerba attinet, dixit reminiſci eſſe ſciẽtiã reſumere, qm̃ reminiſcentia eſt & ſenſibilium, & ſcibilium, dixit aut ſenſum, ut notaret reminiſcentiã eſſe etiã eorũ, quę exterioribus ſenſib⁹ uidimus, aut audiuimus, dixit, aut cuiuſcũq; habitum memoriam diximus, ut notaret, reminiſcentiam eſſe etiam phãtaſiabilium, uel opinabilium, quorum memoriam eſſe diximus.

*Accidit tamen ut reminiſcentiam, memoria: et reminiſci, meminiſſe comitetur.*

*Ipſum meminiſſe autem accidit & memoriam ſequi.*

Secũdũ quod Ariſto. oſtendit, eſt, ꝙ ipſam reminiſcentiam comitetur memoria, ipſum reminiſci cõcomitetur meminiſſe. Nõ enim põt eſſe reminiſcẽtia, oĩbus, quę memoria habebãtur, deletis, nec poteſt eſſe reminiſci niſi aliquorum ad minus quæ memoria tenebamus meminerim⁹. Ad memoriã enim reqritur memoria aliquorum eorum, quæ prius accepimus, unde dicit. Sed ipſum meminiſſe ad reminiſci, & memoriã ſeq ad reminiſcẽtiã accidit. q. d. ꝙ accidit ut reminiſcentiam memoria, & reminiſci meminiſſe comitetur.

*Neque continuo fit ut ſimpliciter illa, ſciẽtiam dico, ſenſum, & ſi quid eſt eiuſmodi, ſi prius in animo fuerint, rurſus in mentem redire & inſtaurari debeant. ſed contra, quandoq; reſtituũtur animo, quandoq; ab eodem perpetuo exulant, nam & ut iterum diſcat, & iterum inueniat idem eãdem ſcientiam, uulgo cõtingere ſolet.*

*Neque itaq; hæc ſimpliciter, ſi ante extiterint, iterum fiunt, ſed eſt ut, eſt autem ut non bis enim diſcere & inuenire contingit eundem, idem.*

Tertiũ quod oſtendit eſt, ꝙ licet reminiſci ſit reſumere ſciẽtiam, aut ſenſum, nõ tamẽ cõtra oĩs, q reſumit ſciẽtiã aut ſenſum, reminiſcitur, qm̃ cõtingit idẽ bis ſcire & idem bis ſentire, per quæ dat intelligere, ꝙ reſumere ſcientiam uel ſenſum non interuẽtu obliuionis penitus, hoc ſit reminiſci, ergo reſumere ſcientiam uel ſenſum eſt in plus q̃ reminiſci, & ſic eſt ueluti gen⁹. Vnde dicit. Neq; itaq; hæc ſimpl'r, ſi añ extiterint, & penit⁹ obliuioni ſint mãdata, & iterum fiant, & reſumantur, ſubaudi ſunt reminiſci, ſed eſt, hoc eſt, ſed contingit ut ſic, illa eſſe reminiſci. ſ. interuentione non totalis obliuionis, eſt autem ut non ſint reminiſci. ſ. interuentione totalis obliuionis, cauſam affert, quoniam eundem hominem contingit bis diſcere, & inuenire, utputa, qm̃ prius didicit, & penitus eſt oblitus, poſtea iterum diſcit. Hoc enim iterum diſcere nõ eſt reminiſci, per quæ uult ad ipſum reminiſci requiri memoriam aliquorũ. Tres enim actus ad ipſum reminiſci, ut poſtea dicemus, requiruntur. Primus eſt memoria aliquorum, quæ prius accepit, non tamen omnium. Secundus eſt diſcurſus, ſeu negociatio ex illis aliquibus, quæ memoriæ remanſerunt, ad illud, quod quærimus recordari. Tertius eſt inuentio illi⁹, quod quærimus recordari, qui uero horum actuum ſit reminiſcentia, & an reminiſci ſit omnes hi actus, poſtea dicemus, nunc autem illud ſit dictum, quòd iterum diſcere non eſt reminiſci.

*Reminiſcentiam igitur ab inuentione & diſciplina, differre oportet, & qui reminiſcitur maius principium intus habere, q̃ qui diſcit aut inuenit.*

*Oportet igitur differre reminiſci, ab his, & inexiſtente pluri principio q̃ ex quo addiſcunt, reminiſci.*

Ex his cõcludit per modum epilogi, ꝙ oportet ipſum reminiſci differre ab his ſcilicet ab iterato inuenire, & iterato diſcere, & hoc pro tãto, qm̃ ipſi reminiſci ineſt mai⁹ principium, quam id, ex quo addiſcunt, & qui diſcunt, q̃d autem ſit iſtud maius principiũ, quod ineſt ei, qui reminiſcitur, quã ſit principium q̃d ineſt ei, qui diſcit, poſterius Ariſto. exponet, unde Themiſtius, dixit maius, quia tam q diſcũt, quam qui inueniũt, certum initium ac ſeminarium intra ſegerunt, quoniam omnis doctrina ex aliqua prænotione fit.

*Fit autem reminiſcentia, cum motus animæ ita ſe hñt ut alter ſubinde poſt alterum fieri natus ſit.*

*Contingunt autem reminiſcentiæ, quoniam aptus natura eſt hic motus fieri poſt hunc.*

Poſtquã declarauit q̃d ſit reminiſci, & a q̃bus differat, nunc uult dare modum, quo reminiſcimur, & cãm, & ſumit, ꝙ in omni reminiſci quædam ſimulacra ſequunť quædam neceſſario, & quędam ex aſſuefactione, & hęc eſt expoſitio Themiſtij, & dicit. Contingunt aũt reminiſcẽtiæ, qm̃ unus motus natura aptus eſt fieri poſt hũc, & per motum impręſſionem ſimulacri intelligit, ita ut ſit ſenſus, reminiſcẽtiæ fiũt, qm̃ una ſimulacri impręſſio apta eſt fieri poſt alterã. Eſt ergo ſuppõ, ꝙ ĩ omni reminiſci oportet, ut altera ſimulacra impręſſio fiat poſt alteram.

*Nam ſi neceſſario unus alterum conſequio trahat, palam eſt ſimulatq; ille mouerit eam, hunc moturum, ſi uero non neceſſario, ſed ex conſuetudine alter inſequatur, maiori ex parte mouebit. Contingitq;, ut quidam ſemel permoti magis aſſueſcant, q̃ alijs ſæpius. Et iccirco, quorundam quæ ſemel uiderimus, facilius quam aliorum quæ ſæpicule, meminiſſe ſolemus.*

*Si enim ex neceßitate, manifeſtum eſt quod cum motus fuerit illo, hoc mouebitur, ſi autem non ex neceßitate, ſed conſuetudine, utplurimũ mouebitur. Accidit aũt, quoſdam ſemel conſueuiſſe uelocius, quam alios ſæpe motos. Vnde, quædam ſemel uidentes magis meminimus, q̃ alia ſæpe.*

Declarat ſuppõnẽ, dictum eſt enim in omni reminiſcentia unã ſimulacri impręſſionem fieri poſt alteram, nunc oſtendit alteram impreſſionem fieri poteſt alteram eſſe bifariam, aut neceſſario, aut ex aſſuefactione, ideo dicit. Si enim ex neceſſitate altera impręſſio fit poſt alteram, manifeſtum eſt, ꝙ cum aliquis fuerit motus illo ſimulacro, ac phantaſmate, hoc altero mouebitur ad illud conſequẽte, uerbi cauſa. Si aliquis eſt motus a phantaſmate hominis, neceſſario mouebitur a phantaſmate animalis, & conſequenter corporis, uſq; ad ultimum. Themiſtius autẽ exemplum ponit magis ad propoſitum, uerbi grã incidat mihi aliquando ob oculos coriſcus cum lyra, ab eo tempore ſimulacrum coriſci, & ſimulacrum lyræ impræſſum & ꝯſignatuꝫ in animo eſt, bono poſt tempore uideo Socratẽ inſtitui lyra, & fidib⁹ canere, ita ſtatim fit, ut lyra coriſci mihi ueniat in mẽtem, & coriſcus, q cecinit. Deinde declarat quæ impręſſio alterã ſequať nõ neceſſario, ſed ut in pluribus, & dicit. Si aũt non ex neceſſitate, ſed cõſuetudine altera ſimulacri impræſſio ſequitur alteram, animus nõ neceſſario, ſed ut in pluribus mouebitur. Addit tamen, ꝙ nõ in omnibus alteram impręſſionem ſequi alteram eſt ęqualiter conſuetum, quoniam in quibuſdam ſemel alteram alteram ſequi eſt uelocius & magis, quam eſt alios ſępe fuiſſe motos, ſicut quædam ſæpe uidentes meminimus magis q̃ alia ſępe, utpote ſi quæ ſemel uidim⁹ maiorem impręſſionem fecerunt, ut ſi erant noua, & admirabilia. Sũpſit enim illam particulam {unde} pro ueluti. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte, ut Themiſtius dicit, ꝙ accidit ſæpe, ut uolentes reminiſci illius uerbi lupercalia. Ex conſuetudine loco eius accipere in artę reminiſcendi lupum, nam dictio lupus, a lu, incipit, ueluti lupercalia, habita uero prima ſyllaba lu, ſtatim reminiſcimur uerbum lupercalia. Alij uolentes reminiſci taurominium aſſuerunt in nomen tauri. Alij uolentes reminiſci illius uerbi pleurites, qui laterum dolor dicitur, aſſueuerunt in nomen lateris, quando ergo id quod aſſueuerunt, eſt ualde ſimile, una aſſuetudo efficacior eſt, quam multæ in his, quæ non habent tãtam ſimilitudinem. Et hoc dicit Ariſt. accidit autẽ ſemel quoſdam motos ab una impręſſione poſt alteram, uelocius & magis eſſe motos, q̃ alios fuiſſe ſępe motos ab altera poſt alterã, qm̃ primi fuerunt magis moti q̃ alij, unde hoc eſt, ueluti quędam ſemel uidentes, magis meminim⁹ q̃ alia ſæpe uidendo, qm̃ fecerunt fortiorẽ impręſſionem. Hinc cõcludit Themiſtius aliquos facilius recordari, quę uice ſimplici uiderint q̃ quę cencies.

*Cum ergo reminiſcimur, quibuſdã antegreßis motibus mouemur, quouſq; eo moueamur poſt quẽ ille ſequi cõſueuit.*

*Cum igitur reminiſcimur, mouemur ſecundum quẽdam primorum motuum, quouſque utique moueamur, poſt quem ille conſueuit.*

Hac ſuppoſitione ſtanti, Ariſtoteles uult concludere breuibus artem reminiſcendi, quam nonnulli artem memorandi appellant. Ars autem colligitur ex modo, quo reminiſcimur, ideo dat modum, & primo concludit eum qui reminiſcitur moueri quibuſdam primis impræſſionibus uſque ad eam, ad quam ſequitur illa, cuius reminiſcentiam quærit, & dicit, Cum igitur reminiſcimur, mouemur ſecundum quendam motum de numero primorũ motuũ, cuius in prõptu memoriam habem⁹, quouſq; utiq; moueamur eo motu ac impręſſione, poſt quẽ motum ac impręſſionem ille conſueuit, hoc eſt (ut Themiſtius exponit) poſt quẽ, ille. i. reminiſcentia ſequi ſolet. ſ. aut ex aſſuetudine, & exercitatione, aut ex neceſſitate.

*Quocirca & ex hoc nunc, aut alio quodam initio ſeriem ſequelamq; uenamur, & à ſimili, aut contrario, aut finitimo. Et ob id, recordatio fieri aſſolet, motus enim quorundam ex his, ijdem ſunt, quorundam ſimul fiunt, quorũdã alter alterius partem obtinent connexiq; ſunt adeo ut reliqua pars quæ illam ſequatur exigua ſit.*

*Vnde & quod conſequenter eſt uenamur, meditantes ab ipſo nunc aut alio aliquo, & à ſimili, aut contrario, aut propinquo. Propter hoc, fit reminiſcentia, motus enim horum, aliorũ quidem ſunt ijdem, aliorum aũt ſimul, aliorum aũt partẽ hñt, quare reliquum, paruũ eſt, quod motum eſt poſt illum.*

Hinc ꝯcludit reminiſcentiã induci in nobis triplici modo (ut Themiſtius exponit) aut a ſimili, aut a cõtrario, aut a ꝓpinquo, unde dicit. Vñ & q̃d cõſequẽter eſt, uenamur

reminiſcendo meditantes ab ipſo nunc, aut ab aliquo alio ſcilicet principio, & Themiſtius (ſi recte intellexi) intelligit, ꝙ cum reminiſcimur, mouemur ab ipſo nunc, hoc eſt ab eo principio, quod nunc nobis occurrit, aut ab aliquo alio principio quicquid illud ſit. Alij exponũt aliter, & bene dicunt, ſed expoſitio eſt obſcura. Ariſtoteles enim nihil aliud intendit, niſi quòd q reminiſcitur, moueri debeat aut a principio quod eſt ſibi nũc occurrens, aut ab aliquo alio ab ipſo ficto, quod eſt tribus modis, aut ſimile, aut cõtrarium, aut propinquum, nam, ut dicit, propter hoc fit reminiſcentia, quoniam motus horum, qui ſeſe conſequuntur, aliorum quidem ſunt ijdem, hoc eſt ſimiles, aliorum autem ſimul, hoc eſt contrarij, ſed ſimul, aliorum autem partem habent, quia ſunt propinqui in parte, ut lupus, & lupercalia, & propter hanc cauſam reliquum quod apptæhenſioni deeſt, & quod motum eſt poſt illud, paruum eſt. Si enim recordor uerbum, lu, in illa particula lupus, paruum eſt recordari, percalia, quod ſequitur poſt, lu. Exempla horum ponit Themiſtius, & primo de reminiſcentia, quæ fit a ſimilibus, ut uerbi gratia, ut ſi cum ſocratis ſtatua uidero, admonear ſocratis. A diſſimilibus, ut ſi cãdorem intuitus recordatuſue, nigritiam meminerim, aut ex calido occurrat frigidi memoria. Ex propinquis autem, multis modis fieri poteſt, ſatis ſit dare exemplum in uno, ut cum recordamur principium ex cõſuetudine recordamur omnia quæ ſequuntur, ut illius carminis principium quod eſt Irã pande mihi, quis recordaretur, facile recordabitur uerba, quæ ſequuntur, pellidę diua ſuperbi. Et ex memoria patris ſæpe reminiſcimur filium, & ex memoria fratris, reminiſcimur fratrem, & ſic de multis alijs.

*Ad hunc igitur modum, inueſtigare ſolemus. Sed & interim nobis non ita inquirentibus reminiſci accidit, cum recordatio motum alterum continuo excipit ſubſequiturq;, cæterum illa fere fit, antegreſſis alijs motibus quos dixi.*

*Quærunt igitur ſic* Et non *quærentes autem ſic reminiſcuntur, cum poſt alterum motum ille fit, utplurimum autem alteris factis motibus quales diximus, fiebat ille.*

Cum oſtendit, quòd reminiſcentia non fiat niſi pluribꝰ antegreſſis motibus, oſtendit quòd aliquando fiat uno antegreſſo motu. Verum primus modus eſt, ut in pluribꝰ. Secundus modus eſt de raro cõtingenti, unde dicit. Quęrunt igitur ſic qui reminiſcuntur ſcilicet pluribus antegreſſis motibus, & etiam non quærentes ſic antegreſſis pluribus motibus reminiſcuntur, cum poſt alterum ſolum motum antegreſſum ille fit, qui eſt reminiſcẽtia. Ergo duobus modis reminiſcimur ſcilicet antegreſſis pluribꝰ, & antegreſſo uno ſolo motu. Verum (ut inquit) utplurimum alteris, & pluribus factis motibus, quales diximus, motus ille fiebat, qui eſt reminiſcentia, rarenter aũt fit reminiſcentia uno ſolo antegreſſo, hęc de modo reminiſcẽdi.

*Nec id ſpectandum eſt, quomodo quæ remota ſunt meminimus, & quomodo quæ propinqua, negligendum, quandoquidem unum eundemq; modum eſſe, liquido conſtat, dico autem eum, quo quis ea quæ in ſeriem digeſta ſunt, nulla antecedente inquiſitione recordationeue recenſet, conſequũtur enim ſeſe quadam conſuetudinem, motus. Quoties itaq; reminiſci uolet, id faciet, motus initium capere ſtudebit, quem hic ideſt reminiſcentia, ſequitur.*

*Nihil autem oportet conſiderare quæ procul ſunt, quomodo meminimus, ſed non quæ prope, manifeſtum enim, quod idem modus aliqualiter, dico autem, quomodo dicit quod conſequenter, non præinquirens, neq; reminiſcens, conſuetudine enim conſequitur motus hic, poſt hunc. Et cum igitur reminiſci uoluerit, hoc faciet, quæret accipere principium motus, poſt quem ille erit.*

Remouet unam dubitationem, nam uidemus aliquos q facilius meminerunt, quæ procul ſunt, utpote quæ multis annis iam elapſis fecerunt, quam quæ proximis diebus. Quærit ergo propter quid eſt. Reſpondet quòd cauſa eſt conſuetudo, contingit enim motus eorũ, qui procul ſunt, ex conſuetudine eſſe magis firmatos, qui uero prope ſunt, minus. Et ideo facilius meminerunt motus, qui procul, quam qui prope, quoniam illos ſæpius conſueuerunt recenſere, qui uero prope, rarius, unde dicit. Nihil autẽ oportet conſiderare, & admirari quæ procul ſunt, quo modo meminimus, non autem quæ prope. Cuius cauſam affert, & dicit. Manifeſtum enim quòd idem modus aliqualiter eſt, hoc eſt conſuetudo, qua conſueuimus illa ſæpe recenſere, quæ prope uero, non conſueuimus, & exponit quòd hoc proficiſcatur a cõſuetudine, per quodam ſimile in motibus qui conſequuntur ad primos motus ex conſuetudine. Accidit enim ex conſuetudine, & exercitatione diu obſeruata, quòd aliqui quum dixerint primam partem orationis (ut Themiſtius dicit) ut dicant etiam omnes conſequentes, & hoc nulla ratione coniungendo partes has ad illas, niſi exercitatione, & obſeruata cõſuetudine. Eodem modo ex conſuetudine recenſendi quæ procul ſunt, aliquando potius aliqui meminerũt uetera quam recẽtia, quoniam illa conſueuerunt recenſere, hæc non unde dicit. Dico autem eum modum quo quis poſt primum motum, ac primam partem orationis dicit totum id quod conſequenter eſt, non perquirens, neque reminiſcens a ſimili neq; a contrario, neque a propinquo, ſed a conſuetudine qua obſeruauit dicere hæc omnia poſt illud, nam cõſuetudine hic motus, qui eſt reminiſcentia, poſt illum ſequitur. Signum autem affert, ex eo, quòd cum quis reminiſci uoluerit motus conſequentes, hoc faciet, & quęret accipere principicipium totius motus orationis, poſt quem ille qui eſt reminiſcẽtia, erit. Quare ſi nulla ratione motꝰ, qui conſequenter ſunt facilius quis recenſet, primo motu, ad quem illi conſequuntur. reſumpto, ſed ſola conſuetudine ac exercitatione, eodem modo uetera ex conſuetudine, qua illa ſæpius recenſuimus, facilius & citiꝰ recordamur quam recentia. Neque enim alia cauſa aſſignari poteſt, ueluti neque illius ordinis recenſendi alia cauſa aſſignari poteſt, niſi quia poſt primos conſueuimus moueri a poſterioribus.

*Quamobrem, omnis reminiſcentia, ex principio pulcherrime ac ſumma celeritate corriuatur, nam quo res inter ſe ordine diſpoſitæ ſunt, eum quoq; motus earundẽ obtinent.*

*Vnde, citiſſime & optime fiunt a principio reminiſcentiæ, ſicut enim ſe habent res adinuicem, in eo quod conſequenter, ſic & motus.*

Ex his conclũdit duo præcepta pulchta in reminiſcendi arte. Quorum primum eſt, cum quis ex arte uult reminiſci incipiat a principio, & procedat eo rerum ac geſtorum ordine, quo facta ſunt, & ut ita dicam, ab ouo. Facile enim geſta recenſemus, cum eo ordine in oratione collocantur, quo factę ſunt. Cauſa autem, quoniam ſicut ſe habent res geſtæ ad inuicem, ita ſe habent & in mouendo animam, & dicit. Vnde citiſſime & optime hoc eſt ſumma celeritate, & pulcherrime fiunt a principio reminiſcentię, hoc eſt, cum eo ordine incipiat quis recẽſere, quo res ſunt, nam (ut inq̃t) ſicut ſe habẽt res ad inuicem in eo qđ cõſequẽter, ſic et motus ſe habebũt in aĩa noſtra. Hoc eſt primum præceptũ, & quidem pulcherrimum.

*Et ea item facile memoria continentur, quæ quodam ordine conſtant, ut Mathematica, at quæ praue diſpoſita ſunt, ægre cuſtodiuntur.*

*Et ſunt facile reminiſcibilia, quæcũq; ordinationem habent aliquam, ſicut Mathemata, quæ aũt praue, & grauiter.*

Hic ponit ſecundum, ut ordo ſeruetur in rebus, quarum



reminiſcentiam quærimus. Cuius ſignum eſt, quoniam quæ de ſe ordinata ſunt, facilius memoriæ mandantur, ut mathematica, in quibus ex primo ſequitur ſecundum, & ex ſecundo tertium, & ſic deinceps, unde dicit. Et ſunt facile reminiſcibilia, quæcũque ordinationem habent aliquam, ſicut mathematica, quæ autem praue ordinata ſunt, & grauiter reminiſcibilia ſunt, ut ſententiæ Hippocraticę. Hinc expoſitor colligit ad reminiſcendi artem quatuor præcepta eſſe obſeruanda. Primum quidem eſt ordinis conſtitutio, qui aut ut res ſunt, aut fieri poteſt ſeruetur. Secundum uero, eſt diligens attẽtio, nã ex diligenti attentione maior fit motus, ac impræſſio firmior. Tertium eſt frequens meditatio in ordine, qui enim frequenter, & ſæpe conſueuit poſt primum recenſere ſecũdum, & ſic deinceps ad finẽ uſq; hic facilꝰ recordabitur. Quartum eſt, ſi nõ poteſt, quæ poſterius ſunt, reminiſci, incipiat ab ouo a quo conſueuit recenſere.

Præcepta reminiſcẽdi.

*Atque hoc intereſt inter reminiſci et iterum diſcere, ꝙ qui reminiſcitur ab ipſo ſe moueri quodãmodo poteſt, ad id quod poſt principium eſt, at cum per ſe non poteſt, ſed alterius ceu præceptoris auxilium deſiderat, non amplius meminiſſe uidetur.*

*Et in hoc reminiſci differt ab iterum addiſcere, quia poterit quodã modo per ſeipſum moueri in id quod eſt poſt principiũ, cum uero non, ſed per alium, non adhuc meminit.*

His declaratis, redit ad differentiam, quam accepit ſuperius iner iterũ uiſcere, & reminiſci. Et declarat ſecũdum Themiſtium differentiam quæ eſt inter reminiſci, & iterũ diſcere, & inter diſciplinam, & reminiſcentiam. Eſt autem differentia hæc ſecũdum Themiſtium ꝙ is qui reminiſcitur mouetur & a ſeipſo, & a principio quodam incolumi, & intus manente, ex quo ueſtigat iuncta principio (ut dictum eſt) at cum quis non poteſt ex principio intꝰ manẽte, quę illi principio iuncta ſunt, ueſtigare, ſed a præceptore, docenteq; mouetur illo principio mediante. Hic iterum diſcit, unde dicit. Et in hoc reminiſci differt ab iterum addiſcere, quia is reminiſcitur qui poterit per ſeipſum moueri ab eo principio, quod intꝰ manet, in id, quod eſt poſt principium. ſ. in reminiſcenriã. Cũ uero mediante illo principio non poterit per ſe moueri ad illud quod ſequitur poſt principium, ſed per alium aut præceptorem, aut librũ, non adhuc meminit, nec dicitur amplius reminiſci, ſed iterũ diſcere. Quo uero ad uerba attinet, hoc dicitur iterum diſcere, quoniam mediante illo principio intus manente recuperat a præceptore, quod oblitus eſt diſcere uero dicetur, ſi nullo prius habito principio, nec ſi alias id ſciuiſſet, id nouo principio a præceptore acciperet.

*Sæpe uero iam quidem reminiſci non poteſt, quærendo tamẽ poteſt, ac inuenit. Quod homini contingere ſolet, dum tantiſper uaria mouet, quoad in motionem eam inciderit poſt quam res ſequatur.*

*Sæpe autem iam quidem non poteſt reminiſci, quærens autem poteſt, & inuenit. Hoc autem fit, multa mouenti quouſque moueat huiuſmodi motu quem conſequitur res.*

Quidam uolunt, quòd Ariſtoteles hic ponat differentiam inter reminiſci, & inuenire. Nam reminiſci eſt aliquid reſcire, quod ad iuſſum occurrit (ut Themiſtius inquit) Inuenire uero eſt reſcire aliquid, quod non ad iuſſum occurrit. Sed uerſando & ſatagendo ſolet inueniri. Etenim multo motu ac diſcurſu multo contingit quoad dum perueniatur ad eam motionem, poſt quam id ſequitur, quod requirebatur. Dicit, ſæpe autem iam quidem non poteſt aliqs reminiſci ſcilicet ad iuſſum, ac uoluntatem. Quęrens autẽ poteſt reminiſci, & inuenit, ergo reminiſci eſt ad uoluntatem & ad iuſſum, inuenire autem eſt cum inquiſitione, & multo diſcurſu: Et exponit quomodo fit inuẽtio, & dicit. Hoc autem fit ei qui multa mouet, ac diſcurrit, quouſque obiter moueat ac diſcurrat huiuſmodi motu, quem conſequitur res, quæ eſt quæſita. Cuius exemplum ponit Themiſtius, nam quemadmodum multæ guttæ quæ præceſſerunt, non cauant lapidem, ſed diſponunt & mollificãt, ultima uero cauat, ita cor in ipſa inuentione multos motꝰ patitur antequam id quod quærit, teneatur ſed ultimus motus ipſe præſentat rem, quam conſequi memoria uolebamus. Melius autem fortaſſe exponi poteſt textus, ꝙ Ariſtoteles uoluerit declarare, qualiter non ſemper reminiſcẽtia fit facilis pro arbitrio ac iuſſu, ſed interdum cum difficultate, utputa cum animus multis motibus mouetur donec ille occurrat, ad quem reminiſcentia ſequitur, & hoc pacto, ut arbitror intellexit Themi. & uerba hinc conſonant, ut legenti, patet.

*Eſt enim meminiſſe, mouentem quandam facultatem intus poſſidere, ſed tamen eiuſmodi, ut animus ex ſeipſo, & motibus quos habet moueri queat, uti dictum eſt.*

*Meminiſſe enim eſt, ineſſe potentiam mouentem, hoc autem, ita ut ex ipſa, & quibus habet motibus, moueatur, ſicut dictum eſt.*

Ex his (ut Themiſtiꝰ innuit) Ariſtoteles deducit quaſi cauſalem ipſius reminiſci definitionem. Nam legit, uerbũ, enim, pro igitur, hoc pacto. Meminiſſe igitur eſt in eſſe nobis potentiam mouentem, hoc eſt reminiſci eſt habere potentiam, ac facultatem inſitam, hoc autem ita, ut ex ipſa facultate inſita, & motibus, quos quis habet, moueatur eo ordine, ac modo, ut dictum eſt. Accepit enim meminiſſe pro reminiſci, ut Themiſtius expoſuit. Cauſalis ergo definitio ipſius reminiſci eſt habere inſitam potẽtiam, ex qua cum motibus & impræſſionibus ſeruatis unuſquiſq; mouetur ad ultimum motum, qui quęrebatur. Vbi patet ad reminiſcentiam duo præcipue eſſe neceſſaria, primum eſt facultas, ac potentia nobis inſita, qua moueri apti ſumꝰ pluribus motibus. & impræſſionibus alia poſt aliam modo quo dictum eſt. Alterum eſt, motus ipſi, ac reliquiæ illæ quæ in animo relictæ ſunt poſt obliuionem, quæ excitãt ad inſtaurandum atq; recuperandũ id quod perierit, & ꝑ ueſtigationem quærimus. Quid uero hæc facultas ſit; Themiſtius uelle uidetur eſſe mentem & intellectum, nec ab ratione, quoniam nulla facultas uidetur diſcurrere niſi intellectus, accedit quòd reminiſcentia brutis nõ ineſt, quibus ineſt ſenſus phãtaſticus. Verũ de re hac poſtea.

De facultate q̃ reminiſcit.

*Ac principium quidem, ſummi debet. Quocirca, nonnũquã uidetur ex locorum diſpoſitione reminiſci.*

*Oportet autem, acceptum eſſe principium. Quapropter, à locis uidentur reminiſci aliquando.*

His, quæ dixit de reminiſcentia, & de modo reminiſcendi, ſuppoſuit in opere reminiſcentiæ eſſe ſupponendũ quoddam principium, ex quo conſequenter deuenitur ad ultimam animi motionem, poſtquam ſequitur reminiſcentia, iſtud ſuppoſuit, & ratione efficaci non probauit. Ideo redit ad probandum hanc ſuppoſitionem ſcilicet quòd in omni reminiſcentia oportet ſupponere quoddam principium, quod in memoria remanſit, e quo reminiſcẽtia fit. Dictum eſt autem duplex principium inſitum, & eſt facultas, & non loquitur de hoc, & reliquiæ quæ remanſerunt in animo, quæ ualent ad inſtaurandum ac recuperandum, quod perijt. Et de hoc principio loquitur. Hoc probat, quoniam homines a locis aliquando uidentur reminiſci, quod non eſt, niſi quatenus locus uidetur quoddam principium eſſe reminiſcentiæ. Ergo niſi ſupponatur quoddam principium reminiſcentiæ, uidetur fieri non poſſe. Quo uero ad uerba attinet. Themiſtius per loca intelligit ſedes argumentorum, de quibus in topicis & in rhetoricis dictum eſt, utpote uel a ſimilibus, uel a contrarijs, uel a propinquis. Ab his enim homines reminiſci uidentur. Amplius intelligit per loca, quæ corporalia ſunt, & certa ſede diſpoſita collocataque interuallis, ut docet

M. Tullius in rhetoricis. Ait enim ad facile memorãdum oportere conſtituere quędam corporalia loca debite ordinata, in phantaſmata eorũ quæ memoria tenere uolumus quodam ordine diſtribuantur. Per hęc enim nonnunquã homines facile reminiſcuntur, quoniam ſunt ueluti principia reminiſcentiæ Et dixit { aliquando, } quoniã nõ ſemper ſufficiunt loca pro reminiſcentia, niſi in illis phantaſmata diſponantur modo, quo docent artifices memorandi. Patet igitur in omni reminiſcentia eſſe principiũ quoddam ſupponẽdũ, quod debet eſſe tale (ut inquit Themiſtius) cui celerrime ad reminiſcentiam loca rñdeant.

*Cauſa autem eſt, ꝗ cito ex alio in aliud ueniat, ut ex lacte in candorem, ex candore in aerem, ex aere in humorem, ex humore in autumni memoriã: cum hanc partẽ anni ſatagit inuenire.*

*Cauſa autem eſt, quia uelociter ab alio in aliud ueniũt, ut à lacte in album, ab albo autem in aerem, & ab hoc in humidum, à quo meminit autumni, hoc quærens tempus.*

Com probauit per ſignum, ꝙ in reminiſcentia ſupponi debet principium. Nunc aſſignat cauſam, & dicit. Cã autem eſt, quia uelociter ac facile per mentis quandam euagationem de uno ueniunt in aliud, aut ratione ſimilitudinis, aut contrarietatis, aut propinquitatis. Exemplũ affert, quo modo facile homines ueniant ex uno in aliud ratione propinquitatis, & dicit, ut a lacte deuenimus in albũ, propter albedinem lactis. Ab albo autem deuenimꝰ in aerem propter claritatem aeris, quæ albedinem efficit, & ab hoc ſcilicet aerem deuenimus in humidum, quoniam aer eſt humidus, a quo humido meminit homo autumni ratione cõtrarietatis, quia ſcilicet autumnus ſiccus eſt, hoc quęrens tempus.

*Videtur autem uniuerſaliter in omni genere quod medium eſt, uicem principij obtinere. Nam ſi non prius, ſaltem cum ad id quod in meditullio eſt peruenerit, res ueſtigata ſuccurret, aut nũquã præterea, nec aliunde.*

*Videtur autem uniuerſale principium, et medium omnium. Si enim non prius, cum in hoc uenerit reminiſcetur, aut non adhuc neq; aliunde.*

Quale principium illud eſſe debeat, exponit, & dicit ꝙ illud reminiſcendi principium debet eſſe uniuerſale, nã ſic uidetur medium, & principium omnium eorum, quę conſequuntur. Et cauſam reddit, quoniam ſi non prius reminiſcimur ſubaudi alicuius poſteriorum per aliqua alia poſteriora principia, quæ ad illud uniuerſale ſequuntur, cũ quis uenerit in hoc uniuerſale principium omnium, reminiſcetũ eius, cuius quærit reminiſcentiam. Aut ſubaudi, ſi ad illud uenerit, non adhuc reminiſcitur, non aliũde poterit ſubaudi reminiſci. Quo uero ad uerba attinet, per uniuerſale nõ illud quod de pluribus prædicatur, intelligit, ſed id, a quo conſueuit ad diuerſa moueri, ueluti ſi poſt lac aliquis conſueuit moueri ad album, & ad dulce, & ab albo in aerem, & alia ut dictum eſt. & a dulci ad calidũ digerens, et hinc ad ignem, & ad alia plura cogitata, unde lac erit quaſi uniuerſale principium & medium reminiſcendi.

*Verbi gratia, aſcribantur literæ ſeptẽ* A C D E F G H, *per quas mentis cogitatio itura ſit. Si enim non continuo ubi uentum eſt ad* E, *meminit, ſimulatq; ad* H *appulerit, meminiſſe dicetur, nam ab* E, *in utrãq; partem, & in* D *& in* F *diſcurrere poteſt. Quod ſi ex his nullam diſquirat, in* C *profecta meminerit, ſi* D *aut* C *ueſtiget, quemadmodum in* G *profecta meminerit, ſi* G *aut* F *perquirat. Sin minus, in* A, *& ita ordine perpetuo.*

*Vt ſi quis intellexerit, in quibus* A B C D E F G H. *Si enim non in* E *reminiſcitur, in* D *meminit, hinc enim, ad ambo motũ eſſe contingit, & in* D *& in* F. *Si uero non per horum aliquod quærit, in* C *ueniens reminiſcetur, ſi per* D *aut* C *inquirit, quẽadmodum in* G *ueniens reminiſcetur, ſi per* G *aut* F *inquirit. Si autem non, in* A. *& ſic ſemper.*

Exemplũm ponit in elementis, & conſtituit ſm Themiſtium literas octo, A B C D E F G H. Harum ſymbola ſunt, Athenæ licium, ædes Platonis, calendæ, conuitiũ Socratis, uapulaſſe a ſocrate fidicula. Vel loco horum accipe octo ſymbola, uidelicet, Scyllam, Cæſarem, Auguſtum, Tyberium, Neronem, Titum, Veſpaſianum, Antoniũ. Fuit enim Scylla quaſi uniuerſale principium tyrannorũ Romanorum. Fuit Cæſar ſecundum uniuerſale principium, et ſic deinde. Quo autem ad literas attinet, animaduerte, ꝙ literas ordinauit Ariſtote. in græco codice ſm ordinẽ alphabeti græci, nõ intendens ꝙ eo ordine reminiſcentia fieri debeat, quo literę in alphabeto ſunt ordinatę. Tunc dicit, hoc pacto ſupponendo ꝙ aliquis uelit reminiſci ipſius H, & diſcurrat per omnia priora ad H, tũc dicit. Si enim cum ille peruenit in E non reminiſcitur ipſius H, cum deueniet in D, Meminit, hoc eſt reminiſcetur ipſius H, nam ex ipſo E poteſt ad ambo eſſe motus. ſ. in D & in F, & cum in D ueniet, & reminiſcitur ipſius H: non ulterius quærat. Si uero non per horum aliquid quærit H, ſed per D aut C, in C ueniens, reminiſcetur ipſius H, ſi per D aut C inquirit H. Quod ſi per hæc non reminiſcitur ipſius H, ſi per G aut F inquirit H reminiſcetur, cum ueniet in G ipſius H, ſi autem nec per G reminiſcitur ipſiꝰ H, in A cum deueniet, reminiſcetur, & ſic ſemper in alĳs ſimilibus agendum eſt, ſicut enim de uno exemplo eſt, ita in alĳs plurimis dici poteſt. Animaduerte ꝙ in codicibꝰ græcis literę nõ ſic ſcribuntur, & ut ſcribuntur non eſt textus apud me intelligibilis, nec inuenio, quæ Themiſtius dicit, conuenire uerbis græcis eorum librorum, quos ego uidi, ideo ego ſic expoſui ut melius & facilius, quæ ipſe dicit, intelligantur. Fateor tamen locum eſſe difficilem.

*Cur autem ab eodem principio interim meminiſſe, queat, interim non queat, cauſa eſt, quod ex eodem principio in multas parteis ire contingat, ueluti ex* E, *in* F, *aut in* D. *Si igitur non per uetera ſimulacra diſcurrat, ad id rapi ſolet quod ſibi familiarius propter conſuetudinem reddidit, iam enim conſuetudo ipſa, in quandam naturam commigrauit.*

*Eius autem quod eſt ab eodem aliquãdo quidem meminiſſe, aliquando autem non, cauſa eſt, quia contingit ad plura motum eſſe ab eodẽ principio, ut ab ipſo* E, *in* F: *aut in* D. *Si igitur ad per antiquum mouetur, ad conſuetius mouetur, tãquã enim natura, iam conſuetudo eſt.*

Soluit problema propter quid eſt quòd aliquando aliquis ab eodem principio reminiſcitur, aliquando autem non reminiſcitur. Reſpondet, & dicit. Eius autem, ꝙ eſt ab eodem principio, aliquando quidem meminiſſe, aliquando autem non, cauſa eſt, quia de conſuetudine eſt eum eſſe motum ad plura ab eodem principio, uerbi cauſa, ut ab ipſo E in F, & in D. Ideo concludit. Si igitur aliquis mouetur per antiquum phantaſma, per quod ſolet moueri poſt principium, ipſe motus antiquo phantaſmate, ad conſuetius mouetur. Eſt enim conſuetudo tanquam altera natura, quare ſubaudiendum. Si aliquis indifferenter conſuetus eſt moueri ab uno principio ad plura, hac ratione fit, ꝙ ſæpe habito principio, non reminiſcitur poſterioris, quoniam de conſuetudine non magis conſueuit moueri ad illud quam ad aliud. Quando ꝟo de conſuetudine eſſet conſuetus magis ad unum quam ad aliud moueri, tunc poſt habitum principium facile reminiſcitur eiꝰ, ad quod conſueuit poſt principium deuenire. Quo uero ad uerba attinet, aliqui textus habent. { Si igitur non per antiquum } & cum difficultate intelligitur, non tamen legi in græco. Sed ſi uideretur poſſe ſtare, legatur pro arbitrio.

*Quapropter quæ frequenter cogitamus, cito reminiſcimur, nam ut natura unum alterum ſequitur, ita & operatione, quin immo frequens multuſq; uſus, naturam facit.*

*Vnde quæ ſæpe intelligimus, cito reminiſcimur, ſicut enim natura hoc poſt hoc eſt, ſic & operatione, ipſum ſæpe autem, naturam facit.*

Ex his concludit quæ eſt cauſa uelocis reminiſcentiæ aliquando, & dicit. Vnde quæ ſæpe intelligimus, cito reminiſcimur, ſæpe dico alterum poſt alterum, qui enim cõſueuit alterum poſt alterum reminiſci, hic habito principio, facile habere poteſt totam reminiſcẽtiam. Cauſam affert, quoniam ſicut natura res ita ſunt, ut hoc ſi poſt hoc, ſic & operatione & motu animæ, ut enim poſt ignem natura feruor ſequitur, poſt ſolem ſplendor, ita quædam conſuetudine ſe ſequuntur. Dat cauſam, quoniam ipſum ſæpe uidetur naturam facere, & propterea uerbum autem, cum dicitur ipſum autem ſæpe. Hic cauſam reddit.

*Quoniam autem ſicut in naturalibus errata quædam naturæ & fortuita euenire ſolent, adhuc magis in conſuetis, quibus natura non perinde ineſt, peccata quædam intercidunt, hinc ſane fit ut nonnũquam animus huc illuc impellatur, præſertim cũ à certo quodã initio auſpicatus, quouis alio deuius fertur. Propterea cõtingere ſolet, ut cum alicuius nominis meminiſſe uolumus, in alterum conſimile, non in illud, quaſi ſolœciſmum committens incidamus. Ad hunc igitur modum, reminiſci accidit.*

*Quoniam autem ſicut fiunt in ĳs quæ ſunt natura, & extra naturam & à fortuna, adhuc magis in ĳs quæ per conſuetudinem ſunt, quibus natura non ſimiliter ineſt, quare mouetur aliquando & illuc & aliter, præſertim & cum retrahitur illinc iſtuc aliquo. Et propter hoc cum opus eſt nomen reminiſci, aſſimile quidem, non autem illud, ſolœcizamus. Reminiſci igitur, hoc accidit modo.*

Secundum Themiſtium Ariſto. uult aſſignare cãm ex dictis, cur in reminiſcentia nõnũquã error accidat, & cur qui reminiſcitur, aliquando quodãmodo faciat, ſolœciſmum, & dicit. Quoniam autem, ſicut fiunt in ĳs, quæ natura ſunt, & monſtra, quæ pręter naturam ſunt, & a fortuna nõnũquam quædam proficiſcũtur. Adhuc magis peccata fiunt in ĳs, quæ per cõſuetudinem ſunt. Dico magis, quoniam his natura non ſimiliter eſt, conſueta enim minꝰ naturalia ſunt, q̃ quæ a natura ſunt. Ideo ſi errores in natura accidunt, & magis in conſuetudine accidere uidẽtur. Ideo concludit quare animus aliquãdo mouetur & illuc & aliter, præſertim cũ retrahitur illinc, quo conſueuit moueri, & mouetur iſtuc aliquo alio motu, quo non conſueuit moueri. Deinde aſſignat cauſam ſolœciſmi in ipſa reminiſcentia, & dicit. Et propter hoc, cum opus eſt nomen reminiſci, utputa iliacuꝫ, aſſimile quidem, nõ autem illud, ſolœciçamus, uidelicet reminiſcentes ilium, etiam ſi quis leophanem reminiſci quærit, ſi leoſthenem reminiſcatur, ſolœciçat in reminiſcentia. Tunc epilogat, & dicit. Reminiſci igitur, hoc accidit modo.

*Sed enim notitia temporis, ſiue illud certum conſtitutumque habeatur, ſiue incertum & infinitum, quãmaxime neceſſaria exiſtit.*

*Maxime autem oportet cognoſcere tempus, aut menſura, aut infinite.*

Cum egit de ipſo reminiſci ex parte rerum, quas reminiſcimur, & de modo reminiſcendi ex parte illarum, hic agit de modo reminiſcendi ex parte temporis, ſine quo nec memoria, nec reminiſcẽtia fieri poteſt. Et proponit primo quod intendit, & dicit. Maxime autem ad reminiſcendũ oportet cognoſcere tempus, aut menſura, hoc eſt determinate, aut infinite, hoc eſt indeterminate. Dicit Themiſtius, in omni memoria ac reminiſcentia commune eſt adhiberi tempus aut certum aut incertum. Certum quidem ut heri, aut ſuperiorem mẽſem. Incertum uero, ut ſi quod quis reminiſcitur aut meminit, diu ſit, quod audierit, aut nouerit. Nam (ut Themiſtius dicit) niſi concedatur ſciẽtiam temporis ad memoriam ac reminiſcentiam pertinere, neceſſe eſt, ut hoc, quod modo meminiſſe, aut reminiſci dicimur, nec meminiſſe nec reminiſci eſſe uideatur, ſed cognoſcere nunc primum, aut diſcere. Oportet ergo, ut qui meminit, et ꝗ reminiſcit, id qđ meminit, aut reminiſcitur, cognoſcat ſe in præterito, aut didiciſſe, aut uidiſſe, aut audiſſe, quę ſine cognitione temporis fieri non poſſunt, aut determinati, aut indeterminati. Diximus enim ſuperius, ꝙ actus memorię ac reminiſcentiæ ſupra tres res quaſi tria obiecta ꝑ ſe cadit, ſupra rem alias appręhenſam, ſupra actum, quo illa res alias appræhenſa fuit, & ſupra tempus determinatũ uel indeterminatum, in quo appręhenſio illa fuit. Niſi enĩ hęc tria quis apprehenderit, nec reminiſci, nec meminiſſe dici põt. Ariſto. proponit hoc, deinde exponit modũ reminiſcendi ex parte temporis.

*Eſt autem aliquid, quo, de pluri minoriq; tempore iudicamus, conſentaneumq; eſt, ut quippiã in nobis ſit, quod ſicut magnitudines, ita & tempus internoſcat.*

*Eſt autem aliquid, quo indicat maius & minus, rationabile autem, ſicut & magnitudines.*

Quia accepit nec reminiſci nec meminiſſe poſſe aliquẽ, niſi tempus cognoſcat. Exponit nunc eſſe aliquid in nobis, quo, & tempus cognoſcimus, & dicit. Eſt autem aliquid, quo anima cognoſcit tempus maius, & minus, quẽadmodum aliquid eſt, quo cognoſcit corpora, & magnitudines. Quæ autem ſit iſta uirtus, qua aĩa cognoſcit tempus, ſicut & magnitudines, Themiſtiꝰ uult ꝙ ſit ſenſus cõmunis, qui reſidet in corde, ut in proprio ſubiecto. Per ſenſum enim communem nos tempus, & magnitudines, & figuras, & motus cognoſcimus. Vtrum uero per propriã ſpeciem temporis, uel per propriam intentionem, uel ſpectrum, quęſtio animaſtica eſt. Ariſto. enim omniũ quę cognoſcimus, in hoc libro uoluit eſſe phantaſmata unicuiq; propria, & hoc ſupponat pro intellectu eorũ, quę ipſe dicit. Vtrum uero ita ſit, in libris de aĩa perquiratur.

*Porro magnitudines ampliſſimas, et quæ à nobis procul abſunt, intelligere ſolet, non ꝗ intelligentia ipſa (græci dianoeam uocant) procedat foras atq; ad eas ſeſe applicet, quemadmodũ quidam de uiſu dixerunt (nam etiam ſi non ſint, ex æquo tamen intelliget) ſed per motum qui proportione quadam illis reſpondeat, habet enim in ſe, motus effigieſq; rebus quas intelligit per ſimiles.*

*Intelligit autem magnas & procul, non extendendo illuc intelligentiam, ſicut uiſum dicunt quidam (etenim cum non ſint, ſimiliter intelliget) ſed proportionali motu, ſunt enim in ipſa, ſimiles figuræ & motus.*

Quia dixit in nobis eſſe uirtutem, qua tempus cognoſcimus, quã ſenſum communem eſſe dicit Themi. & manifeſtum eſt, ꝙ intellectꝰ intelligit magnitudines magnas, & paruas, prope & procul mediante ſenſu cõmuni, dicit nunc q̃o mediante ſenſu cõi intellectus hęc intelligat, & dicit. Intelligit autẽ anima magnitudines magnas ſubaudi & paruas, & procul, ſubaudi & prope, non extendẽdo illuc, hoc eſt uſq; ad magnitudines intelligentiam, hoc eſt ſenſum cõmunem. Sumpſit enim dianoeam pro ſenſu cõmuni. Nam actio intellectus, cum imaginatione, quę eſt communis ſenſus, coniuncta (ut Themiſtius inquit) dianoea dicitur a gręcis. Non enim anima intelligit magnitudines prope, aut procul per extramiſſionem, ſicut Platonici, & perſpectiui dicunt quidam, uidere extramittendo radios uiſuales ad uiſibilia. Cuiꝰ cauſam interponit, quoniã cum magnitudines maiores nõ ſint, intellectus illas intelligit mediante ſenſu communi & imaginatione, & tamen ad illas non extramittitur radius ſenſualis. Intelligimus

enim magnitudinem maiorem quam ſit magnitudo mundi, quæ non eſt, non ergo conſonum eſt animam intelligere illam extendendo ſenſum communem ad illam, ſed anima intelligit, proportionali motu, ho eſt per impresſionem, quæ proportione quadam illis reſpondet. Sunt enim in ipſa anima omnium rerum, qua cognoſcit aut ſentit, ſimiles figuræ, ſiue ſpecies, & ſimiles motus ipſis reb⁹, quas cognoſcit, aūt ſentit. Quo uero ad uerba attinet, Ariſto. ubiq; omnium, quæ anima cognoſcit, ſiue ſenſu, ſiue intellectu ponit ſimulacra, quæ nunc ſpecies, nunc phantaſmata, nunc figuras, nunc motus appellat. Dicuntur enim motus quo per ipſas anima ad cognoſcendum mouetur. dicūtur autem ſimilitudines, quo proportione quadam reſpondēt rebus, quas cognoſcit, de his ſuperius ſatis. Ex his patet, ꝙ anima cognoſcit magnitudines magnas, & paruas, procul, & prope, & tempus, & omnia proprijs figuris, ac motibus, qui proportione ſimiles ſunt ipſis rebus apprȩhēſis. & ſic magnam magnitudinem appræhendit proprio motu ac ſimilitudine, quæ illam reprȩſentat ſicut eſt, paruam quoq; propria ſpecie ac figura & motu, qui illa reprȩſentat ſicut eſt. Magnitudinem diſtantem procul appræhēdit motu, ꝓprio qui illā reprȩſentat ſicut eſt, et ſicut diſtat, & ſic de omnibus, quæ aīa cognoſcit. Quæ uidētur fortaſſe miratu digna, cum iuniores non omnium ponant ſpecies, niſi per ſe ſenſibilium. Auer. autem in intellectu ſpecies non ponit. At Ariſto. hic uult unicuiq; rei, quȩ appræhenditur, in anima reſpōdere motum proprium, qui illam repræſentat, ſicut eſt, ac ſicut intelligitur, aut ſentitur, & ſic omnium ponit proprios motus, ac impræsſiones, de quibus pulchrum eſſet uidere, uerum de his hactenus, fortaſſe poſtea, uel in libro de ſenſu.

De ſpēbus intelligibilibus & cognoſcibilibus.

*Quo igitur differat, cum maiores intelligit? An quod & minores intelligat? quæcūque enim ambiuntur interioraq; ſunt, minora ſunt, & eis, quæ continent & extima ſunt, proportione quadam reſpondent.*

*Quo igitur differet, cum maiores intelligit? An quia illas intelligit quæ minores? omnia enim quæ intra, minora, & proportionaliter & quæ extra.*

Sed circa hȩc, quæ dicta ſunt, mouet quȩſtionem. nam ſi anima intelligit maiores magnitudines & minores per ſpecies & motus, qui ſunt in anima, cū illȩ ſpecies ſint minores, immo fortaſſe indiuiſibiles, omnia intelligeret per æqualia, & ſic non uidetur differre quo maiores, & quo minores intelligit, unde dicit. Si igitur oīa intelligit aīa ꝑ ſimulacra, & motus, cum illi ſint minores rebus, quas intelligit, immo indiuiſibiles, quo igitur differt anima cum magnitudines maiores intelligit, & ſubaudi, quo intelligit minores? quaſi dicat, uidetur ꝙ per nihil, cum ſpecies ī anima omnes ſint rebus minores, & æquales. Reſpondet & cōcedit ꝙ anima omnia intelligit per ſpecies, quȩ ſunt minores rebus, immo omnes æquales, uerum differūt, quo proportione ad res differunt, unde dicit. An quia illas. ſ. maiores intelligit ſubaudi per figuras, quæ minores ſunt rebus, quas intelligit. Et etiam magnitudines minores intelligit per figuras, quæ minores ſunt rebus. Et cauſa eſt, quoniam omnia quæ ſunt intra animam minora ſunt rebus, quæ ſunt extra animam, immo oēs figuræ ſunt ȩquales, quæ in anima ſunt Verum differēter illas intelligit, qa figurȩ quæ in aīa ſunt proportionabiliter ſunt & his, quæ ſunt extra. Videmus enim figurā Cæſaris in metallo ȩqualem eſſe figuræ Traiani in metallo, utraq; enim in ȩquali metallo deſcriptæ ſunt, tamen diuerſa repræſentant, quoniam diuerſa proportione reſpondent ſuis repræſentatis. Sic licet omnes figuræ, quæ in anima ſunt, ſint minores rebus, quarum ſunt (quia ſunt in ſubiecto minimo, & indiuiſibili) quia tamen proportione reſpondent rebus, quarum ſunt, ideo anima differenter maiores & minores magnitudines intelligit.

*Atq; fortaſſe qualis proportio inter ſimulacra ipſa; ſed adiuncto tempore, capi poteſt, talis et in ipſis quoq; interuallis diſtantijſq; reperiatur.*

*Eſt autem forte ſicut & ſpeciebus proportionale accipere, ſed in ipſo, ſic & diſtantijs.*

Obiter oſtendit, ꝙ qualis modus notionibus & rebus accommodatur, conſimili proportione diſtantijs, quæ in tempore peragrantur, accommodādus eſt, unde dicit. Eſt autem forte ſicut & ſpeciebus, quæ in anima ſunt, proportionale accipere, ſed in ipſo tempore, ſic & in diſtantijs, quaſi dicat, ſic quoq; in diſtantijs, quȩ peragrātur tempore, ut enim in anima notiōes rebus proportione reſpōdēt, ſic diſtantiæ quæ in tempore peragrantur, proportione inuicē reſpondent, quoniam minor reſpondet maiori.

*Nam qui lineas* A B *&* B E *confecit, lineas* A C *&* C D *cōfeciſſe uidetur, quando hæ, cum illis proportionis nexu iunctæ ſunt. Sed cur potius lineas* A C *&* C D, *quā lineas* A F *&* F G? *An ſicut refertur linea* A C *ad* A B: *ita linea* K H *ad lineā* K M? *Qui ergo lineam* K M *tranſegit, ſimul lineam* K H *tranſegerit oportet. Si uero intellexiſſe uelit lineas* A F *&* F G, *lineas quidem* A B *&* B E *ſimiliter intelligit, at è regione lineæ* K M, *lineam* K L. *nam hæc ad illam ita ſeſe habet, ut lineam* F A *ad lineam* B A *ſe habere uidemus.*

*Sicut igitur, ſi ſecundum* A B, B E, *mouetur, facit* A C, C D *proportionale enim eſt:* A C *&* C D. *Quid ergo magis* C D, *quàm* F G *facit? An ſicut* A C *ad* A B *ſe habet, ſic* K H *ad* K M *ſe habet? Secūdum has igitur, ſimul mouetur. Si uero* A F, F G, *uelit intelligere, eàm quidem quæ* A B, B E, *ſimiliter intelliget, ſed pro* K M, K L *intelliget, hæ enim ſe habent, ſicut* F A *ad* B A.

Per exemplum oſtendit ꝙ cum peragratur minor diſtātia in aliquo tempore peragrat̄ proportionabilr̄ maior in eodem tpe. Ad cuiūs euidentiam deſcribantur duo triāguli, & minor intra maiorem, deſignatis per lr̄as, ut uides ꝑ deſcriptionem. Tūc patet, ꝙ qui peragrat latus minoris ſcilicet A B eodem tpe peragrat latus maioris. ſ. K M. & qui peragrat latus B E, eodem tempore peragrat minus, uidelicet, C D, & qui peragrat A C latus min⁹, peragrat K H latus maioris triāguli, & tota cauſa eſt, nō qa diſtantiæ ſint equales, ſed qa proportionales, ut patet ſexto Euclidis. Ariſto. tn̄ hȩc obſcure protulit, quæ reuera in ſe clara ſunt, unde dicit. Sicut igitur ſi ſm A B latus, aliquis mouetur, & idem uel alius moueat̄ ſm B E, ille qui mouetur ab A in B facit A C, & qui mouetur ab ipſo B in E facit C D, quoniam per ſextum Euclidis ac linea, & C D proportionales ſunt. Textus eſt ſuſpenſiuus uſq; ibi { Scd̄m has igitur. } Eſt enim ſupplendum ut uidebitur, ꝙ ſic, qui peragrat A C proportionabiliter eodē tpe peragrat diſtātiam K H. uerum antequam terminet ſuſpenſionem, cōtra exemplum poſitum ab ipſo dubitat, & dicit. Quid ergo magis C D facit ille, q peragrat B E, quā F G, qui enim peragrat B E, eodem tempore peragrat C D, & F G. quȩrit ergo cur in exemplo, potius unum quam alterum peragratum eſſe accepimus Reſpōdet & dicit, hoc eſſe factū, ut accipiamus correſpondentiam in latere maiori trianguli continentis, unde dicit. An ſicut A C ad A B ſe habet, ſic K H ad K M ſe habet, & propterea accepimus in peragratione ex B in E, C D peragratū eſſe quā F G. quoniā A C correſpondet ipſi K H, tunc terminat ſuſpenſionem, & dicit. Secundum has igitur ſimul mouetur, qui enim peragrat A C, eodem tempore proportionabiliter peragrat K H, quoniam proportione ſibĳnuicem correſpōdent. Dicit tamen ꝙ ſiquis uelit intelligere eū qui peragrauit A B peragraſſe A F, & eū qui peragrauit B E, peragraſſe F G, intelligat ut dictum eſt, ꝙ A F peragrat, cum peragrat A B, & F G, cum peragrat B E, & tunc pro K M peragrato ſumat eſſe peragratum K L, nam hæc ſe habent inter ſe ſicut F A ad B A, & ſic poterimus dicere, ꝙ qui peragrat A F, eodem tēpore, peragrat K L. Patet ergo ꝙ ſicut notiones rebus accommodātur non æqualitate, ſed proportione, ſic diſtātiæ quȩ eodē tempore peragrātur, maiores & minores proportione reſpondent ſibi inuicem.



Deſcriptio triangulorum.



*Quando igitur negocium, & tempus ſimul animum inuadunt excitantq;, tum meminiſſe ſolet.*

*Cum igitur ſimul rei fit motus & temporis, tunc memoria agit.*

Nunc ex dictis concludit modum reminiſcendi ex parte temporis, & dicit. Cum igitur mot⁹ rei, hoc eſt impreſſio rei, ſimul fit cum impresſione temporis, tunc memoria agit, hoc eſt tunc memoria eſt in actu, & perfecta, et uera. Simili ratione intelligendum eſt de reminiſcētia, qui enim reminiſcitur, rem & tēpus reminiſci oportet, unde (ut Themiſtius inquit) qui recordantur aut reminiſcuntur, ad eorum intelligentiam, quæ recordantur atq; reminiſcuntur, ſuū tempus adiungere ſolent.

*Quod ſi ſe coniungere utrūq; putet, non tamen coniungat, ſe meminiſſe autumat, nihil enim obſtat, quin fallatur aliquis, & ſe meminiſſe cum non meminit, putet.*

*Si autem putet, non faciens, putat meminiſſe, nihil enim prohibet falli aliquem, & ſibi uideri meminiſſe, cum nō meminit.*

Poſtquam Ariſto. declarauit, ad memoriam & ad reminiſcentiam eſſe tempus neceſſarium, hic oſtēdit, quot modis fallantur, qui meminerunt, & reminiſcuntur. Primus ergo modus eſt, quando alicui occurrit mot⁹ temporis, et non motus rei, posſibile enim eſt alicui occurrere tempus præteritum, & non rem, ſed loco illius alia res occurrit, ut loco Socratis occurrat imago Socratis. Iſte enī erat ī imagine rei, non autem in tempore, unde dicit. Si autē putet, ſubaudi reminiſci rem, non faciens, ſed tempus reminiſcit: & loco rei aliam rem, hic putat meminiſſe, nihil enim prohibet falli aliquem, ut ſi fallatur in re, & nō in tempore, & ſibi uideri meminiſſe, cum non meminit.

*Quanquam fieri non poteſt, ut qui meminit, ſe meminiſſe nō aduertat ſed id eum lateat, nam meminiſſe, idipſum eſt. At ſi negocium abſq; tempore, aut contra tempus abſq; negocio, iacentem animum extimularit, haudquaquam meminit.*

*Agentem autem memoria, non putare ſed latere dum meminit, non eſt, hoc enim erat ipſum meminiſſe. Sed ſi is qui rei, fiat ſine eo qui tēporis, aut hic ſine illo, non meminit.*

Secundo aliquis decipitur, ut cum rem reminiſcitur, nō autem tempus, hic enim reminiſcitur, ſed non putat reminiſci, quoniam rem meminit, tempus non meminit, unde dicit. Agentem autem memoria, hoc reminiſci rem, nō putare autem ſe rem reminiſci, ſed latere dum meminit, non eſt reperibile, non enim fieri poteſt, ut aliquis rem meminit, et tempus non, & dicatur meminiſſe, licet enim reuera meminit, non tamen dicitur meminiſſe, niſi tempus meminerit. Propterea dicit, ſed ſi is motus qui rei eſt fiat ſine eo motu, qui temporis eſt, aut qui temporis ſine illo qui rei eſt, hic non meminit. Dicit Themiſtius, ꝙ morbo aut motione accidit, ut aliquis non meminiſſe ſe animaduertat, qui rem meminit. Quod quidē morbo hoc fieri posſit, nemo eſt, qui dubitat. Motione uero, quoniam ſæpe accidit, ut aliquis occupatus impenſius aliquibus rebus, motu obiter occurrente id occurrat, quod alias cognouit, oblitus tamen temporis propter occupationem, dicit ſe nunquam hoc cognouiſſe. Sæpe enim credo noua ſcribere, quæ decies ſcripſi, & hui⁹ rei cauſa eſt, quoniam rei eſt cognitio, non temporis.

*Cæterum tempus illud, duplex eſt, nam interdum quis certū tempus non adhibet, ut cum ſe feciſſe non pridie ſed aliquando, meminit interdum, etiam adhibet. Verum meminiſſe dicitur, etiam ſi certum tempus minime adhibeat, nam uulgo dici ſolet, equidem memini factum, ſed quando non memini, cum de tempore facti non conſtat.*

*Qui uero eſt temporis, duplex eſt: aliquando enim menſura non meminit ipſum, ut ꝙ tertia die, ꝙ tamen aliquando fecit, aliquando autem, & menſura. Sed meminit, quāuis non menſura: conſueuerunt enim dicere, quod meminerunt quidem, quando tamen neſciunt, cum ipſius quando non cognoſcūt quantitatem metro.*

Oſtendit nunc diuerſum reminiſcendi modum ex parte temporis, & dicit. Motus uero qui temporis eſt duplex eſt. Aliquando enim menſura quis non meminit ipſum tēpus, recordatur enim tempus, non tamen ſub certa menſura, utputa ꝙ tertia die fecerit, cum tamen aliquando tertia fecerit reuera. Et hic eſt unus modus reminiſcendi, deinde exponit ſecundum, & dicit. Aliquando aūt & tempus meminit menſura, ſed meminit quāuis non menſura, hoc eſt aliquando meminit tempus ſub mēſura ſcilicet qa in tempore præterito, non tamen certa menſura. Probat aūt hoc ex uſu loquentium, & dicit. Conſueuerunt enim homines dicere, ꝙ meminerunt quidem alicuius rei ut prȩteritȩ, qū tamen neſciunt, neſciunt enim quando fuerit, cum ipſius quando hoc eſt ipſius temporis quantitatē metro ac menſura determinata non cognoſcunt, hoc modo (ut Themiſtius dicit) utuntur qui ſe cauſis ſubſignāt, cum ijs de tempore facti non conſtat. Hactenus de differentia modorū reminiſcendi ex parte temporis.

*Quibus præcipua ineſt memoria, non eiſdem & reminiſcentiam ineſſe eximiam, diximus ſupra. Diſtat uero memoria à reminiſcentia: non ſolum ratione temporis, ſed in eo quoq; quod & complures aliæ animantes memoria participant, reminiſcētia nulli ex omnium animalium numero quorum natura comperta exploratàq; habeatur, præterquā homini: cōceſſa ſit.*

*Quod igitur non ijdē ſunt memoratiui & reminiſcitiui, in prioribus dictum eſt. Differt autem ipſum meminiſſe ab ipſo reminiſci: non ſolum ſecūdum tempus, ſed ꝙ ipſo qdem meminiſſe & aliorū animalium participant multa, ipſo autem reminiſci nullū ut ita dicam quæ cognoſcūtur animaliū: niſi homo.*

Dictum eſt ſuperius, ꝙ memoria & reminiſcentia quando eidem ſubiecto generi competunt, differāt aptitudine, quoniam bene reminiſcentes, communicet, male memorari conſueuerunt. Amplius & tempore, quoniam memoria ſemper tempore reminiſcentiam præcedit, non enim quis reminiſci poteſt niſi ex eis, quorum habet memoriam. At nunc dat tertiam differentiam, ꝙ reminiſcentia ſub hoib⁹

conceſſa ſit, memoria multis alijs animalibus, unde dicit. Quod igitur non ijdem ſunt memoratiui, & reminiſcitiui, in prioribus dictum eſt propter duas differentias, nunc addit tertiam ex parte ſubiecti, & dicit. Differt autem ipſum meminiſſe ab ipſo reminiſci non ſolum ſm̃ tempus, ſubaudi & aptitudinem, ſed ꝙ ipſo quidem meminiſſe, & aliorum animalium participant multa, ipſum autem reminiſci nullum, ut ita dicam, animalium eorum quæ cognoſcunt, & ad notitiam noſtram uenerunt, niſi homo. Dicit autem hoc, quoniam quidam poſuerunt quædam animalia ultra hominem etiam reminiſcentia, uerum ipſe non nouit, quæ iſta ſint. Sed dices pygmeus reminiſcitur, ut dicit Ariſto. libro de animalibus. Signum autem quia pygmei parant bellum contra grues, quæ ueniunt ad eorum campos deſtruentes cibos eorum. Non autem pararent, niſi reminiſcerentur. Præterea pygmei ſunt logiſtici, & dianoetici ut ſecundo de anima declarauimus, ergo reminiſcuntur. Vno modo poteſt dici, ꝙ Ariſtoteles appellatione hominis, intellexit pygmeos, aliquando enim illos homines appellauit. Vel dicendum, ꝙ Ariſto. per reminiſcentiam intelligit perfectam reminiſcentiam, quæ non ſolum eſt particularium, ſed uniuerſalium apprehenſionum, & hanc ſolus homo habet.

*Cauſa cur ita, eſt, q̃ reminiſcentia ueluti ſyllogiſmus quidam, id eſt ratiocinatio, exiſtit, nam qui reminiſcitur, q̃ prius audierit, uiderit, aut quippiam id genus fecerit, ratiocinari aſſolet.*

*Cauſa autem, quia ipſum reminiſci, eſt ut ſyllogiſmus quidam, q̃ enim prius aut uidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit, ſyllogizat reminiſcens.*

Quod reminiſcentia ſit ſolius hominis, probat dupliciter. Primo quidem, qm̃ reminiſcentia eſt, ut quidam ſyllogiſmus, quatenus in ea ab aliquibus prius notis deuenim⁹ ad ignota, modo ſyllogiçare proprium hominis eſt, unde dicit. Cauſa autẽ, quia ipſum reminiſci eſt ut ſyllogiſmus quidam, quod oſtendit (& inquit) quod enim prius aut uidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit per interiores ſenſus aut intellectũ, ſyllogiçat reminiſcens, qm̃ procedit ab uno ad alterum, uelut ſyllogiçans.

*Item, quaſi diſquiſitio quædam, diſquiſitionem uero ijs ſolis natura tribuit, quibus conſultandi deliberandiq; ratio competit, etenim conſultatio ſiue deliberatio, ratiocinatio quædã eſt.*

Et eſt *ut inquiſitio quædam, hoc autem quibus & deliberatiuum ineſt, natura ſolum accidit, etenim ipſum deliberare, ſyllogiſmus quidam eſt.*

Hoc idem probat, quoniam reminiſcentia eſt quædam inquiſitio deliberatiua, quæ non ineſt niſi hominibus, quibus ineſt deliberatio, & dicit. Et eſt, ut inquiſitio quædã, hoc autem. ſ. inquiſitio ineſt his, quibus & deliberatiuum natura ineſt, ac accidit. Reducit autem hanc rationem ad primam, & dicit. Etenim ipſum deliberare ſyllogiſm⁹ quidam eſt, tunc completur ratio, cum nulli aliorum animalium inſit ſyllogiſmus. Fit ut nullum niſi homo reminiſcẽtię ſit particeps. Hic Themiſtius plane dicit ꝙ reminiſcẽtia operatio ſit intellectus, quoniam (ut inquit) alia uirt⁹ quam intellectus cogitare, & conſultare poteſt, ſola autẽ mens ac intellectus reminiſcitur, hoc idem ſuperius dixit, Verum de his poſtea.

De uirtute reminiſcendi. Cap. 8.

Porro *affectionem ipſam corporalem eſſe, & reminiſcentiã diſquiſitionem in tali uiſo, inditium eſt, q̃ nonnulli obturbari ſolent, & cum reminiſci non poſſunt.*

*Quod autem corporeum quiddam paßio, & reminiſcentia inquiſitio in tali phantaſmate, ſignum turbari quoſdam cũ non poſſunt reminiſci.*

Vt mihi uidetur, oſtendit, ꝙ licet reminiſcentia ſit act⁹ intellectus, tamen non eſt ſine organo corporeo, qm̃ non eſt ſine motu de uno phantaſmate ad aliud, modo hic motus phãtaſmatum non poteſt eſſe ſine ſenſu cõmuni phantaſiante illa, quemadmodum nec intelligere eſt ſine phantaſmate, & ſic exponit Themiſtius, unde dicit. Quod autẽ corporeum quiddam ſit ea paſſio, quæ dicitur reminiſcẽtia, ſignum eſt diligens inquiſitio, quæ fit in tali phantaſmate, unde lege ſic. Q̃ aũt & reminiſcẽtia ſit paſſio, quæ eſt quid corporeũ, & inquiſitio in tali phantaſmate, ſignũ eſt turbari quoſdam, cũ non poſſunt reminiſci, turbantur dico, qm̃ quadam inquietudine pręmuntur.

Et *cum cogitationem reprimunt conanturque non ultra reminiſci.*

Et *ualde cohibentes intelligentiam & non amplius conantes reminiſci, nihil minus.*

Secundum ſignum ponit. ex eo, ꝙ reminiſcentes ualde cohibent intelligentiam, tam ſi conantur reminiſci, q̃ etiã ſi non conantur reminiſci, dato enim ꝙ ceſſarunt a labore reminiſcendi, adhuc intelligentia manet cohibita ac p̃æſſa, ut docet experientia, unde dicit. Et qui conantur reminiſci, ſunt ualde cohibentes, ac reprimentes intelligentiam ad phantaſmata, & etiam non amplius conantes reminiſci, nihil minus etiam intelligentiam reprimunt, qm̃ non reſtat quieta. Vel legantur hæc uerba continuando ipſa ad præcedentia hoc pacto. Et ſignum eſt & qui reminiſci conantur, eſſe cohibentes ualde intelligentiã ad phantaſmata, & nõ amplius conãtes reminiſci, nihil minus cohibẽt intelligẽtiã adhuc uelint nolint ad phantaſmata.

Et *potiſſimum quos atra bilis exercet, hos. n. maxime phantaſmata mouent.*

Et *maxime melancholicos, hos enim phantaſmata mouent maxime.*

Hic ponitur tertium ſignum ſumptũ ab ipſis qui ſunt complexionis melancholicæ, hi enim in reminiſcendo ualde turbantur, quoniam hi maxime phantaſmatibus præmuntur, & lege ſic. Signum eſt etiam maxime turbari melancholicos, quoniam hos phantaſmata mouẽt maxime. Hoc autem non fieret niſi reminiſcentia eſſet non phãtaſmate. Themiſtius hic oſtendit perpulchre, quomodo reminiſcentia non ſit ſine imaginatione per exemplum. Dicit enim quemadmodum qui librum uult legere, uertit ſe ad ea, quæ in libro ſunt ſcripta, ita de reminiſcentia, & intelligentia iudicandum eſt, nã intelligentia cõparatur legenti: cor, libro: phantaſmata literis, non ergo eſt reminiſcentia ſine ſenſu.

*Cauſa uero cur reminiſcentia in poteſtate eorum non ſit, eſt: quod ſicut qui iaculatur emiſſum telum non ultra ſiſtere poteſt, ita qui reminiſci & ueſtigare aliquid contendit, neſcio quid corporeum mouet cui affectio hæc conſignatur.*

*Cauſa autem eius q̃ nõ in ipſis eſt reminiſci, quia ſicut proijcientibus non amplius in ipſis ſiſtere, ſic & reminiſcens & inueſtigãs, corporale aliquid mouet in quo paßio eſt.*

Ex hoc declarat ſolutionẽ cuiuſdam quæſiti. ſ. propter quid reminiſci non ſit in poteſtate noſtra, & operationes intellectiuæ, quæ ſunt ſine organo corporeo, ſunt in poteſtate noſtra, qui enim incipit reminiſci non amplius in poteſtate eius eſt ceſſare a reminiſcentia, ueluti qui incipit iraſci nõ illico eſt in poteſtate ſua ceſſare ab ira, quoniã ſunt operationes corporeę, uel cum motibus corporeis maxime coniunctæ, unde dicit. Cauſa autem eius, ꝙ ipſum reminiſci non ſit in nobiſipſis & ad uoluntatem conſtitutũ, poſtquã cæpimus reminiſci, eſt qm̃ ſicut non amplius in ipſis proijcientibus eſt ſiſtere telum emiſſum, ſic & reminiſcens, & inueſtigans mouet aliquid corporale ſcilicet mouet phantaſma corporale, in quo reminiſcentia eſt. Quare ſicut telum emiſſum non eſt amplius in poteſtate proijciẽtis, donec durat motus, ſic phãtaſma motum ab ipſo reminiſcente poſtquam motum eſt, non eſt amplius in poteſtate eius, donec ceſſet a motu. Quo ꝟo ad uerba attinet, Ariſtoteles



ſtoteles qui illud corpale poteſt intelligere cor quod eſt corporale organum in quo eſt paſſio, uel motus phantaſticus, uel intelligere põt phantaſma, in quo eſt ipſa reminiſcentia, ueluti intelligibilia in phantaſmatibus.

*Maxime autem adagitari ſolent, quibus humoris copia circa ſenſariam ſedem redundat, non enim facile tranquillatur motu ſemel inito, quouſq; id quod quæritur occurrat, & motio ipſa recto inceſſu procedens ad metam uſq; perueniat.*

*Maxime autem turbantur, quibus humiditas fuerit exiſtẽs circa locum ſenſitiuum, non enim facile pauſat mota, quouſque accedat quod quæritur, & recte procedat motus.*

Cum cauſam aſſignaſſet, propter quã poſtquã cæpit quis reminiſci, non eſt in poteſtate eius quieſcere, oſtendit in quibus maxime accidat, ut poſtquam cæperunt reminiſci, non ſit in eorum poteſtate ceſſare, & eos eſſe, in quibus humiditas fuerit exiſtẽs circa locum ſenſitiuum, in quo loco phantaſmata ſunt, unde dicit. Maxime aũt turbantur, & non ceſſat a motu reminiſcentiæ, quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſitiuum, in quo phantaſmata conſtituuntur. Cauſam affert, & dicit. Non enim humiditas illa, in qua erant phantaſmata poſtquam mota eſt, facile pauſat, & ſic nec phantaſmata facile ceſſant a motu, poſtquam cæperunt moueri motu humiditatis, donec accedat, quod quæritur, & motus recte procedat ad metã, ad q̃ cũ peruenit, ipſe finiatur.

*Quamobrem & metus & iræ ſimulatq; commotæ ſunt, ſedari, quãlibet repugnantibus illis, non poſſunt, ſed eodem contranituntur.*

*Vnde & iræ & timores cum commoti fuerint, contramouẽtibus iterum his nõ ſedantur, ſed ad idem cõtramouent.*

Quod dixerat, declarat per ſimile, & primo ex paſſionibus, & dicit. Vnde & iræ, & timores cum cõmoti fuerint, etiam nobis iterum contramouentibus contraq; nitẽtibus his, non ſedãtur, ſed illę paſſiones ad idem ad quod cæperunt tendere, contramouent nos, eodem modo poſtq̃ quis cæpit reminiſci, dato ꝙ uelit deſiſtere, motum ſedare non poteſt.

*Atq; perinde euenit, atq; ijs qui paulo concitatius ualidiuſque nomina aliquot orationem uere cenſuere, aut cantionem aliquam emodulati ſunt, nam ubi ceſſarunt, iterum, etiam inuitis, canere ac loqui ſubit.*

*Et ſimilis eſt hæc paßio, nominibus & melodijs & orationibus, cum per os ſit aliquod ipſorum uehementer, pauſantibus enim & nõ uolẽtibus, ſuperuenit iterum cãtare, aut dicere.*

Secundum ſimile eſt ex quibuſdam actionibus noſtris ſumptum, & dicit. Et ſimilis eſt hæc paſſio quæ reminiſcẽtia dicitur, nominibus, & melodijs hoc eſt cantilenis, & orationibus proſaicis, uel carminibus, cũ p̱ os ſit aliquod ipſorum uehementer prolatum. Nam pauſantibus & nõ uolentibus illa nomina proferre, aut cantilenas cãtare, aut orationem dicere, ſuperuenit inuitis iterum cantilenas cantare, aut orationem dicere, aut nomina proferre, ut quilibet experitur. Et cauſa eſt, ut Themiſtius innuit, uox impetuoſe mota, quæ non facile ceſſat. Sed dubitatur quoniã Ariſtoteles libro ſecundo rhetoricorum uoluit paſſiones noſtras eſſe redactas ad uoluntatem nr̃am, ſed uoluntas noſtra eſt libera, ergo omnes iſtæ actiones ſunt in poteſtate noſtra. Præterea cum has actiones agimus, uel eas agimus uolentes, uel non uolentes. Non eſt dicendum quòd eas agimus non uolentes, quoniam non puniremur, uel non ageremus. Si uolentes, ergo ſunt in poteſtate noſtra, hæc quæſtio fuit diſputata tertio de anima. Breuibus tamen dico, quòd uoluntas eſt formaliter libertas contradictionis ſecundum Ariſtotelem ubique, ut nunc ſuppono, non tamen eſt formaliter libertas indifferentię, quoniam ad aliquos actus non eſt æque differens, licet ad omnes

Vnũ paſſiones ſint in poteſtate nr̃a.

ſic contradictorie ſe habens. Tunc dico, ꝙ omnes motus animales & rationales tam ante quã cæperint, quã poſtquam cæperint, ſunt liberi libertate contradictionis, et ſic iratus libertate contradictionis poteſt ceſſare ab ira, ut argumenta cogunt, quoniam uolens iraſcitur, modo uoluntas eſt formaliter contradictionis libertas, ergo libere libertate contradictionis iraſcitur. Secundo dico, ꝙ paſſiones poſtquam cæperunt, & in primo motu, non ſunt in poteſtate noſtra probatur, quoniam uoluntas ad illas nõ eſt libera libertate indifferentiæ, propendet enim ad illas ob impetum inchoatum, ut Ariſtoteles dicit, & quoniam nõ eſt uoluntas libera ad illas libertate indifferentię, ideo nõ imputantur nobis, & hoc eſt quod dicitur, ꝙ primi mot⁹ non ſunt in poteſtate nr̃a. Verum animaduerte, ꝙ iſti primi motus non ſunt in omnib⁹ ęquales. In aliquibus enim citius, in aliquibus tardius ſedantur, propter diuerſitatem naturæ. Per hæc patet ad argumenta.

*Cæterum illi quibus ſuperiora proportione reliqui corporis ſunt uaſta, quiq; forma pomilionis degenerant, minus memoria ualent, quam qui contrario ſunt habitu, q̃ ipſa ſentiendi uis pondere grauiore opprimatur, quodque nec initio inhærere ac deſiſtere formæ rerum poßint, ſed dißiliant, nec cum reminiſci uolunt, recto itinere ſequantur reddanturq;. Sane impendio pueri: & admodum ſenes, immemores ſunt, propter motum quem ſuſtinẽt, nam hi, ualde minuuntur, illi uero, magnum ſubeunt incrementum, adde etiam, q̃ uſq; ad ætatem prouectam, ſimiles nanis ſunt.*

*Sunt autem & ſuperiora maiora habentes, & nani, peius memoratiui quam contrarij, propterea q̃ grauitatem multam habẽt in ſenſitiuo: & quia neq; à principio motus poſſunt immanere ſed diſſoluuntur, neq; in reminiſcendo facile recte procedunt. Penitus autem iuuenes, & multum ſenes, immemores ſunt, propter motum, hi enim, in decremento, illi uero, in augmento multo ſunt, amplius autem pueri, & nanoſi ſunt uſq; ad longam ætatem.*

Secundũ Themiſtium Ariſtoteles quaſi ex dictis uult aſſignare cauſam quare pomiliones pueri, & ſenes immemores ſint & male reminiſcitiui, & dicit: Præterea, & ſuperiora habentes maiora, ſiue pueri, ſiue nani, ſiue ſenes, ſiue iuuenes ſint, & pomiliones, qui græce nani dicuntur, peius memoratiui, hoc eſt peius reminiſcitiui & magis immemores ſunt, quam illi, qui ſunt his contrario modo diſpoſiti probat, & dicit. Propterea ꝙ grauitatem multam habẽt in ſenſitiuo, hoc eſt in ſenſorio quod eſt cerebrum. Cerebrum enim non eſt ſubiectum ſenſuum, ſed organum congregationis omnium phantaſmatum. Organum uero in quo ſenſatio pficitur, eſt cor, ut libro de ſomno patebit, & quia multum habent grauitatem in cerebro, imagines nõ poſſunt in eo imprimi. In tam enim obeſa, & craſſa materia deſignari, aut exprimi formæ rerum non poſſunt. Cerebrum enim grauatum multitudine materiæ, nõ facile recipit. Præterea dato quòd aliquæ imprimantur, & in ea motus fiant a principio, non poſſunt diu immanere, ac ſiſtere, ſed diſſoluuntur propter humorum confuſionem. Ad hæc dato quòd aliquæ diu permaneant, in reminiſcendo non facile recte procedunt, quoniam non poſſunt regulare motum tantæ materiæ, nec ordinare tantam humorum confuſionem. Et propter eaſdem cauſas pænitus iuuenes, hoc eſt pueri, in quibus augmentum maxime uiget, & multum ſenes immemores ſunt, & male reminiſcitiui, & cauſa eſt propter motum humorum, ut diximus. Hi enim ſcilicet decrepiti in decremento, illi uero, in augmento multo ſunt. Addit quòd hęc ratio in pueris eſſe poteſt, quæ in pomilionibus, quoniam pueri uſque ad longam ætatem, ſcilicet uſque ad ætatem prouectam, ſunt ſimi-

les nanis,inquantum habent ſuperiora maiora,ſicut nani. Patet igitur quas ob cauſas pomiliones, pueri & decrepiti,& quicunq; habent ſuperiora maiora, ſint immemores maleꝗ; reminiſcentes. Qua ratione patet non omnes qui male meminerunt,bene reminiſcantur. Fallit enim in his omnibus,ut patet.

Ergo *quid ſit memoria,quid meminiſſe, qua facultate animalia meminerint,item quid reminiſcẽtia quid reminiſci,quemadmodum fiat & quam ob cãm,dictũ eſt.*

De *memoria igitur & ipſo meminiſſe, quæ ſit natura ipſorum,& qua earum quæ ſunt animæ meminerint animalia, & de ipſo reminiſci quid ſit,& quomodo fiat, & propter quã cauſam,dictum eſt.*

Epilogat,& dicit.De memoria igitur & ipſo meminiſſe,quæ ſit natura ideſt definitio ipſorum, & qua parte earum partium, quæ ſunt animæ,meminerint animalia ſcilicet communi ſenſu,& de ipſo reminiſci quid ſit, & quo modo fiat,& propter quam cauſam, dictum eſt. Sed ex

De reminiſcentia q̃ſtio.

his,quæ Ariſtoteles dicit,nõ ſatis habemus exploratum, cuius ipſum reminiſci actus,utrum ſit act⁹ intellectus, an ſenſus,& ſi actus ſenſus,cuius ſenſus. Ex his enim quæ Themiſtius dixit in hoc libro,uidetur quòd reminiſcẽtia ſit actus mentis,ac intellectus. Ex his uero,quæ Ariſtoteles dixit, uidetur quòd ſit actus ſenſitiuus,quoniã Ariſtoteles uelle uidetur reminiſcentiam eſſe actionem corpoream,non tamen expreſſit cuius ſenſus actus ſit. Candauenſis in hoc loco ſimpliciter uoluit reminiſcentiam eſſe actum ſenſitiuũ,tum quia eſt circa ſingularia tũ etiã, quoniam cum cępit,non ceſſat,quod eſſe non poteſt,niſi quia eſt motus ſenſitiuus corporeus. Pręterea act⁹ iſte impedit ac re corporea,ergo eſt corpore⁹.Propter hęc tenet, ꝙ ſit actus uirtutis cogitatiuæ, quam græci dianoeam uocant,

Cap 4.

ut Themiſtius expoſuit ſuperius. Sed dubitatur, contra hanc opinionem,primo quia Ariſtoteles in his libris non poſuit niſi ſenſum communem, quem nunc phantaſiam, nunc primum ſenſitiuum appellat,& in corde.Ampli⁹ poſuit quandam uirtutem in cerebro,in qua ſeruantur,& cõgregantur phantaſmata,quam non ſenſum uocat,quoniã non cognoſcit,aut ſentit,ſed ſeruat appręhenſa ipſa, ergo per ea,quę Ariſtoteles in his libris dixit, reminiſcentia nõ poteſt eſſe actus cogitatiuæ,niſi cogitatiuã uelit eſſe communem ſenſum,quod non aſſerit Auerroes, quem ipſe ſeq̃tur. Præterea reminiſcentia uidetur actus intellectus, reminiſcimur enim actum,& intellectionum, quarum reminiſcentia non poteſt eſſe in ſenſu, ideo res hæc dubia eſt. Expoſitor in commentarijs ſuis aſſerit reminiſcentiam eſſe actum corporeum,non quidem intellectus,ſed actũ uirtutis ſenſitiuæ,quæ in homine eſt nobilior quam in cæteris animalibus propter coniunctionem, quã habet ad intellectum.Dicendum igitur ꝙ ueluti memoria non eſt uirtus intellectiua,ſed ſenſitiua,ſic uirtus, qua reminiſcimur, non eſt uirtus intellectiua,ſed ſenſitiua. Amplius ſicut meminiſſe non eſt per ſe actio intellectus, ſed actio ſenſitiuæ partis,ſic reminiſci non eſt actio intellect⁹, ſed actio ſenſitiuę partis,ſic reminiſci non eſt actio intellectus,ſed actio ſenſus communis,qui in homine eſt phantaſtica uirtus,& dianoetica apud Ariſtotelem in his libris.Cum uero dicitur,ꝙ nos reminiſcimur intellectionum,concedo,non tamen quatenus reminiſcentia eſt actus intellectus, ſed quatenus reminiſcẽtia eſt actus ſenſus communis,in quo ſunt phantaſmata,in qbus ſunt intellectiones & intelligibilia, ut colores in parięte.Intellectus ergo denominatione intrinſeca intelligit,denominatione uero extrinſeca reminiſcitur,quoniam non reminiſcitur ex illis, quæ ſunt ſeruata in ipſo,ſed in parte ſenſitiua, in quibus ſunt intelligibilia, quæ intellectus denominatione extrinſeca dicitur reminiſci.Et de libello hactenus.

Finis Piſis.M.D.XXI.die.XXVII. Maij.

# *ARISTOTELIS* DE SOMNO ET VIGILIA Libellus, cum Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.

DE *ſomno & uigilia,hæc conſideremus oportet,primum;quid ſint,et utrum animæ an corpori propria ſint,an utriſq; communia: & ſi communia ſint,cui parti tam animæ quã corporis credita, et cur tributa animalibus ſint, & utrum utrũq; omnibus communicatum ſit, an alteris hoc,illud alteris ſolum,an alijs neutrum,aijs utrũq;.*

DE *ſomno autem & uigilia conſiderandum eſt, quid ſint,et utrum animæ an corporis propria ſint,an communia,& ſi communia,cuius particulæ animæ uel corporis, & propter quã cauſam inſint animalibus, & utrum communicẽt omnia ambobus ipſis,an alia quidem altero,alia uero altero ſolum,an alia quidem neutro,alia uero utriſq;.*

MOre oratoris Ariſtoteles pertractaturus de ſomno,atq; uigilia, primo præmittit exordium,in quo quinq; conſideranda eſſe proponit. Quorum primum eſt,quid ſomn⁹ ac uigilia ſint,nam cum de aliqua re nobis ſermo occurrit, a definitione eſt proficiſcendum,modo id de quo ſermo eſt(ut inquit Ariſtoteles ſecũdo libro poſteriorum) uniuocum ſit, ſecundum uero eſt, utrum animæ an corporis ſomnus & uigilia propria ſint, an communia:hoc eſt,an ſomnus & uigilia ſint affectiones animæ ſeorſum a corpore,an corporis ſeorſum ab anima,an coniuncti,ex anima ac corpore, hoc eſt ſecundum, tertium,& ſi ſomnus ac uigilia non propriæ, ſed communes paſſiones ſint:hoc eſt coniuncti ex anima,et corpore, cum animæ plures ſint potentiæ,ut intellectiuum, ſenſitiuum,& id genus,corporis quoq; plures partes, ut cor, cerebrum,epar,& id genus,cuius coniuncti ex parte animę, & parte corporis paſſiones ſint,an eius coniuncti, quod eſt ex cerebro et ſenſitiuo,an eius cõiũcti,qđ eſt ex corde & ſenſitiuo,an alterius, quartum eſt ꝑꝑ quam cãm ſomnus ac uigilia inſint animalibus, propter quam cauſam ſcilicet factiuam & finalem. Tribus enim cauſis exiſtentibus cuiuſlibet accidentis,de omnibus proponit, de materiali quidem,cum quærit cuius particulæ, ut materię paſſiones ſunt.De factiua uero,ac finali,cum quęrit, propter quam cauſam animalibus inſint, quintum eſt utrum oĩa animalia communicent ambobus ipſis, ſcilicet ſomno ac uigilia,an alia quidem altero,alia uero altero ſolũ,an alia quidem neutro,alia uero utriſque,hoc eſt utrum quæcũq; animalia dormiunt,uigilent,& econtrario, quæcũq; uigilant,dormiãt,aut alia quidem animaliũ ſemper dormiãt, nũquam uero uigilent,uel contra,uigilent ſemper, nũquã dormiant.Vel quædam animalia ſint, quæ nec dormiãt, nec uigilent, ut de cœleſtib⁹ aĩalib⁹ dr̃,aut alia utriſq; ſimul ſcilicet afficiãtur,hoc eſt dormiant & uigilent ſemper & ſimul.Hæc quinque de ſomno proponit Ariſto.

*Tum etiam quid ſit inſomnium, & quamobrem dormientes,modo ſomnient modo non ſomnient, aut ſomnient quidem ſemper ſed non meminerint, & hoc ſi ſit,quam ob cauſam fiat. Item, poſſint ne futura præuideri, necne, & ſi poſſint,qua ratione præſentiri queant, & utrum ea ſolum quæ agantur ab homine:an etiam quorum cauſa ſit deus,& natura fiant, temeritateue aliqua.*

*Ad hæc autem,quid ſit ſomnium:et propter quam cauſam dormientes interdum quidem ſomnient, interdum autem non, uel accidat quidem ſemper dormientibus ſomniare,ſed non meminerint: & ſi hoc fiat:propter quam cauſam fiat.* Et *utrum contingat futura præuidere: an non contingat,& qualiter: ſi contingat, & utrum agenda ab homine ſolum: an ea quorum dæmonium habet cauſam,& natura fiunt,aut ab euentu.*

Hæc eſt ſecunda pars exordij: in qua proponit alia, quæ in hoc libro dicturus eſt de ſomno,& ſunt,ut diſtincte loquar ſeptem. Quorum primũ eſt quid ſit ſomnium. ſecundum eſt, propter quam cauſam dormientes interdum quidem ſomnient, interdum autem non. Vel utrum accidat quidem ſemper dormientibus ſomniare, ſed non meminerint.tertium ſi hoc fiat,ut dormiẽtes ſemper ſomnient, quam ob cauſam fiat, ut non ſemper recordentur. quartum utrum contingat futura præuidere in ſomnijs, an non contingat,ſed omnia uana ſint, ac fortuita. quinto dato ꝙ contingat futura præuidere per ſomnia,qualiter contingit illa futura præuidere: hoc eſt utrum ui ſomni,an ui ſuperiorum cauſarum. ſexto utrum ſolum agenda ab homine per ſomnium præuideantur: an ea etiam quorum dæmonum habet cauſam, hoc eſt utrum non ſolum per ſomnia præuideantur, quæ agenda ſunt ab homine. ſed etiam quæ ſunt agenda a cauſis diuinis, ueluti ſunt ſomnia prophetica: & per agenda ab homine intelligit, ea:quorum actio eſt in poteſtate noſtra: per ea,quæ ſunt a dæmonio, intelligit ea: quæ ſunt ultra humanam potentiam, ueluti ſunt ſomnia prophetica, per quæ præuidentur ea,quæ ſunt ſupra nos.Vltimo,an ea ſomnia,quorum dæmonium habet cauſam,etiam eſſe poſſint a natura, & non a dæmonio, aut omnia talia ſint ab euentu ac

Digreſſio

fortuita:ita,ut nulla ſint prophetica ſomnia. Hæc quærit de ſomnio. Verum cum ex nominum ignoratione non parua emergat aliquando rerum inſcitia,nam & ſtoici ut Plato in Cratillo narrat,nomina a rerum proprietate proficiſci autumant. Ideo quo ad uerba attinet, dicamus ꝙ ſomnus & uigilia oppoſita ſignificant. Vigilia enim proprie non dormire ſignificat: non dormimus aũt,cum ſenſus ſolutos habemus:quod uigilare nos intelligimus. Nõ enim uigiliam hic intelligimus lucubrationem: nec,ut ſacrarum rerum ſcriptores acceperunt, cum profectos dies uigilias appellant ꝙ ante feſtum diem in faciendis ſacrificijs uigilare mos ſit. Somnus uero dormitionem: non enim ſomnus hic pro quiete, ut apud Virgilium. Mors hominum facilis,dulciq; ſimillima ſomno. Nec pro quietis deo, ut apud Martialem, Et quia nulla uenit, tu mihi ſomne ueni,ſed pro ſenſuum externorum ligamento accipitur.De ſomnio uero dicamus:ꝙ apud oratores differentia eſt inter ſomnium & inſomnium. Somnium appellãt, cuius interpretatio quæritur, quæ propriæ diuinatio dicitur,de qua tertio huius dicemus. & M. Tullius dixit libro de diuinatione.In ſomnium uero id intelligunt, quod dormientibus apparet,quale aut animi, aut corporis,aut fortunæ opprędſione in uigilia habuit. Animi quidem, ut ſi amator ipſe ſuis delitijs, aut fruentem, aut carentem ſe uideat, itemꝗ; ſi metuens quis perſonam aliquam: hanc aut incurriſſe, aut effugiſſe uideatur. Corporis uero, ut ſi exuriens, cibum: ſitiens uero potum quærere uideatur. Fortunæ denique, cum ſe quis exiſtimat uel potentia uel magiſtratu aut augeri pro deſiderio, aut exui pro timore. Somnium græci hypnion, inſomnium uero enypnion appellant: nos uero inſomnium, ꝙ nihil præter ſomnum ipſum ſit:nam poſt ſomnum:nullam ſui utilitatem, uel ſignificationem derelinquit. Ariſtotelis expoſitores ut diuus Thomas,& Albertus,& alij nullam inter hæc differentiam fecerunt: acceperunt enim ſomnium uel inſomnium pro eodem,utpote pro eo: quod nobis accidere uidere cum ob dormimus: ſiue id interpretatione aliquid pręter ipſum relinquat,ſiue nihil.An uero ita ſit,poſterius uidebimus.Nunc uero loquimur, ut Ariſtotelis expoſitores loquuntur. Per dæmonium urro,diuus Thomas ſpiritum intelligit, quod eſt quid commune angelis & dæmonibus, nam nonnulli putauerunt ſomnia ab angelis, alij a dæmonibus mitti. Themiſtius uero per dęmonium deum intelligit, cum nonnulli dixerunt ſomnia a deo proficiſci: ut poſtea Ariſtoteles diſputabit. Auicenna uero per dæmonium humorem melancholicum intellexit. Quod uidetur conſonum his,quæ Ariſtoteles dicet, Ariſtoteles enim dæmones non cognouit, ſomnia a deo uenire negat, ab humore melancholico concedit, ut poſtea diſputabit.

*Ac primum quidem illud conſtare arbitror: ad eandem animalis partem ſomnum & uigiliam pertinere. quandoquidem oppoſita inuicem ſunt: & ille ut priuatio quædam huius habetur. nam ſemper extrema tam in alijs quàm in hiſce quæ a natura dependent: in eodem recipi, & eiuſdem affectiones eſſe uidentur, ut ſanitas & morbus, pulchritudo & fœditas, robur & imbecillitas, uiſus & cæcitas, auditus & ſurditas.*

*Primum igitur hoc manifeſtum: quòd circa idem animalis uigilia eſt & ſomnus. opponuntur enim: & uidetur ſomnus uigiliæ quædam priuatio. nam extrema ſemper & in alijs, & in naturalibus: circa idem ſuſceptibile uidentur fieri, & eiuſdem paſſiones eſſe. dico autem, ueluti ſanitas & ægritudo, & pulchritudo & turpitudo, & fortitudo & debilitas & uiſus & cæcitas, auditus & ſurditas.*

Hactenus de exordio:nunc ad narrationem accedit,& primo de ſubiecto ſomni atq; uigiliæ differit,nec ab ratione, quoniam ſomnus & uigilia affectiones ſunt, quarum definitiones haberi non poſſunt, niſi per eius ſubiecti cognitionem,cui accidunt, ideo anteꝗ; definitiones afferat, ad qđ ſubiectum, ſubiectiꝗ; partẽ attineant, exponit uel forte ſoluit ſecundam.q.quæ erat. utrũ ſomnus & uigilia ſint animæ uel corporis, nam ex ſolutione huius habetur ſubiectum ſomni & uigiliæ per qđ inueſtigabiť definitio eorum: & ponit hanc ſuppoſitionẽ, ſomnus & uigilia ad eandem animalis partẽ,ut ſubiectũ attinẽt:& hoc inquit. Primum igitur hoc manifeſtũ ꝙ circa idẽ, hoc eſt eãdem partẽ animalis:ut circa ſubiectũ ac materiam, uigilia eſt, & ſomnus.Quam quidẽ ſuppoſitionẽ Ariſtot. ſyllogiçat primo ſic, oppoſita & extrema tam quæ artis ſunt, quã quę in natura ſpectanť, in eodẽ ſubiecto recipi ſolent,& eiuſdem ſubiecti partis affectiones uidenť. Exẽpli cauſa, uiſus & cæcitas in eodẽ oculo habenť:firmitas & debilitas in eodẽ neruo cernunť, pulchritudo ꝙ fœditas in eodem mẽbro cõſiſtunt.Integritas nero & obleſio, temperies,et intẽperies,morbus,& ualẽtia in eodẽ corpore ſunt: hæc in naturalibus.At in his, quæ artis ſunt ſimilis ratio eſt,nã cõſonantia,& inconſonantia in eadẽ uoce ſunt,ordo & inordinatio eiſdẽ in partibus habenť, & in cæteris id genus, ſed ſomnus & uigilia oppoſita extrema uidenť, quoniam inter ſe ut priuatio & habit⁹ aduerſenť: ſomnus ſiquidem uigiliæ priuatio intelligiť: ſomnus ergo & uigilia ad idem ſubiectũ, eundemq; ſubiecti particulam attineant neceſſe eſt.De ratione primo tangit minorẽ cum inquit. Opponuntur enim & uidetur ſomnus uigilię quædam priuatio,hæc eſt minor.Dat maiorẽ & inquit. Nam extrema ſemper & in alijs.ſ.in artificialibus,& in naturalibus circa ſuſceptibile uidentur fieri, & eiuſdem ſubiecti particulæ paſſiones eſſe. probat hanc maiorẽ inductione,& dicit.Dico autẽ ueluti ſanitas & ægritudo, & pulchritudo & turpitudo,& fortitudo et debilitas,& uiſus,

An ſomn⁹ & uigilia opponãtur priuatiue.

& cęcitas. Omnia enim fiunt circa idem ſubiectum, eiuſdemq; ſubiecti particulam. Sed uidetur ꝙ ſomnus & uigilia non opponantur ut habitus & priuatio: quoniam e priuatione in habitū non poteſt fieri regreſſus, ſed de ſomno in uigiliam, & econtrario fit regreſſus. Sed diſtinguūt Peripatetici ꝙ duplex ſit priuatio, altera quę actionē, altera quæ habitum ac formam priuat. Cæcitas enim nō modo uiſionem, ſed etiam uidendi uim adimit: ac ſomnus uigilantiam ſolum. Tunc dicendum e priuatione in habitū fieri poſſe regreſſum quando priuatio nō habitus eſt, ſed actionis: non enim e cæcitate ad uiſum oculus regredi poteſt, ſed e ſomno ad uigilantiam. Non deſunt qui dicunt e priuatione in habitum fieri poſſe regreſſum ſecundum ſpeciem, non autem ſecundum indiuiduum. E uigilia ergo in ſomnum, & e ſomno in uigiliam fit regreſſus, non tamen e ſomno in eandem uigiliam numero, nec e uigiliam in eundem ſomnum numero. Vtrum uero ſomnus ſit proprie priuatio, & uigilia habitus, poſtea diſputabitur.

*Item & ex ijs quæ ſequuntur: palam fiet. nam quo uigilare aliquem cognoſcimus: eodem & dormire depræhendimus.*

*Amplius autem, & ex his manifeſtum. quo enim uigilantem cognoſcimus: hoc & dormientem.*

Hic ponit ſecundam rationē ad idem, & argumētatur more rhetorici per enthymema hoc pacto. Quo uigilantē cognoſcimus, hoc & dormientē etiam cognoſcimus, ergo circa eandē animalis particulam accidunt ſomnus, & uigilia. unde dicit. Amplius autem & ex his manifeſtum. ſ. quæ mox dicentur: & dat primum enthymema: qđ eſt ſecunda ratio, & dicit. Quo enim uigilãtem cognoſcimus, hoc & dormientē etiam ſubaudi cognoſcimus, ſubaudiendum eſt conſequens. ergo circa eandem particulam ſomnus & uigilia accidūt. Poteſt autem hoc enthymema ſic ad ſyllogiſmum reduci, quæ eodem cognoſcuntur, circa idem accidunt, ſomnus, & uigilia eodem cognoſcuntur, ergo ſomnus & uigilia circa idem accidūt. propoſitiones non probat, ſed tanq̄ manifeſtas relinquit. Quo uero ad uerba attinet, Themiſtius per quo, intelligitur quo argumento: ego uero per quo, intelligo qua parte.

*Qui enim ſentit: eundem uigilare cenſemus, atque uigilantem omnem cognoſcimus: aut quia externum motum aliquem ſentiat, aut quia inteſtino aliquo feriatur. Si ergo uigilia ipſa in alio nullo quã in ſentiendo conſiſtat: certum eſt quæ uigilant ac dormiunt, eodem uigilare ac dormire quo ſentiant.*

*Sentientem enim hunc uigilare putamus. Et uigilantem omnem: aut eo quòd eorum quæ extrinſecus aliquid ſentit, aut eo quòd eorum qui in ipſo motuum, aliquem. Si ergo uigilare in nullo alio eſt quã in eo quod eſt ſentire: manifeſtum eſt ꝙ quo quidē ſentiunt hoc uigilant uigilantia, & dormiunt dormiētia.*

Verba iſta omnes copulant ad proxima, propter enim illam cauſalem particulam enim, uidetur ꝙ Ariſtoteles reddat cauſam propoſitionum aſſumptarum in ſyllogiſmo; ego uero arbitror uerbum illud, enim, non pro cauſali eſſe intelligendū, ſed potius confirmatiue pro præterea: & ſic uidetur ꝙ hic ponat tertiam rationem: & ſic componitur, in quo ſentire eſt, in eo eſt uigilare, in quo ſentire eſt, in eo eſt dormire, ergo in quo eſt dormire, in eo eſt uigilare: & ſic ſomnus & uigilia accidūt circa idem. Quod autem in quo ſit ſentire, ſit & uigilare, probat: quoniam ſentientem uigilare putamus: & econtrario uigilantem ſentientem, quoniam qui uigilat, ſentit aut eorū aliquod, quod eſt extra ſenſibilium, aut eorum: quæ intra in ſenſibus interioribus. unde primo accipit probationem maioris, & dicit. Pręterea ſentientem, hunc uigilare putamus: & uigilantem omnem putamus ſubaudi ſentientem, quoniam aut uigilãs dicitur eo quòd eorum quæ extrinſecus ſunt, aliquid ſentit, ut colorem aut ſaporem, aut calidum, aut id genus, aut dicitur eo ꝙ eorum motuum qui in ipſo intrinſecus ſunt in ſenſibus interioribus, aliquem ſubaudi habet. Vigilans enim dicitur aut quia ſentit ſenſibile exterius, aut ſenſibile interius. Tunc recolligit ex hac probatione maiorem, & dicit. Si ergo uigilare in nullo alio eſt quàm in eo, in quo eſt ſentire. Eſt ergo maior, in quo eſt ſentire in eo eſt uigilare, ſubaudi minorem, in quo eſt ſentire, eſt dormire. Tunc dat concluſionem, & dicit. Manifeſtum eſt ꝙ animalia quo quidem ſentiunt, hoc uigilant, & dormiunt, quæ dormiunt: & uis huius ſyllogiſmi eſt in tertia figura, ut patet per reductionem: in quo Ariſtoteles maiorem probauit, minorem uero ut omnibus manifeſtam relinquit. Animaduerte, ut ex uerbis Themiſtij colligitur ꝙ prima ratio habetur demonſtratio a priori. Iſtæ duę uidentur a poſteriori. prima enim procedit per hoc ꝙ ſomnus & uigilia opponuntur. Modo cauſa quare aliqua accidunt circa idem, eſt quia illa ſunt contraria uel oppoſita. ſecunda & tertia ſunt rationes a poſteriori. Somnum enim & uigiliam cognoſci per eandem particulam eſt ſignum, ꝙ accidãt circa idem: & hæc fuit ſecunda ratio Similiter ꝙ ſomnus & uigilia accidant circa eam partem circa quam accidit ſentire, eſt ſignum, ꝙ fiant circa idē Eſt enim ſenſus poſterior uigilia. non enim ſentimus, niſi prius euigilemus. Quare ſecunda & tertia rationes a poſteriori ſunt, prima autem a priori: ut Themiſtius innuit.

Digreſſ. circa ratio nes.

*Cum autem ſentire ipſum, neque animæ, neque corporis proprium ſit (nam ad idem: actus & potentia pertinent. ſenſus autem actu: eſt motio quædam animæ interuentu corporis proueniens) manifeſtum eſt affectionem hanc, dico ipſum uigilare, nec propriam animæ eſſe, neque item corporis, cum corpus inanimæ ſentire non poßit.*

*Quoniam autem neque animæ proprium eſt ſentire, neque corporis (cuius enim eſt potentia: eius eſt & actio. qui uero dicitur ſenſus, ut actio: motus quidam per corpus, animæ eſt) manifeſtum eſt quòd neque animæ paßio propria, neque inanimatum corpus poßibile eſt ſentire.*

Cum declarauit ꝙ ad eandē partem ſomnus ac uigiliã attineant, nūc uult declarare, quęnã particula illa ſit, & primo generatim de genere illius particulæ agit, deinde ſpeciatim de ſpecie. Eſt. n. ordo naturalis ac doctrinalis ab uniuerſalibus procedere. Vel melius Ariſt. fortaſſe illa ſuppoſitione ſtãte, nūc ſoluit quęſtionē: cuius, uidelicet, ſint ſomnus & uigilia: an animę an corporis. Pro cuius declaratione ſumit Ariſto. ꝙ ipſum ſentire neq; ſit aïæ, neq; corporis propriū. Quã ſuppoſitionē Alpharabius babylonienſis illico affirmauit ex eo: q̄m aïa pura nulla. ſ. nec cœlorū, nec cuiuſuis corporis ſine corporis comitatu ſentire pōt. Corpus etiã purū inanimæq;, minime: quãdoquidem ſentiendi uim ſine corpore obtinet nullã. Ariſto. aūt ſyllogiçat cōcluſionem principalē, per quã uult habere, ꝙ neq; animæ neq; corporis ſunt ſomnus, & uigilia, ſed coniuncti ex ipſis, hoc pacto. Cuius eſt ipſum ſentire, eius particulę & ſomnus & uigilia eſt: ut paulo ante probatū eſt. Sentire uero ipſum eſt miſti cuiuſdã ex aïa, & corpore, non autē animę ſeorſum, nec corporis ſeorſum Ergo ſomnus & uigilia propria ſunt cuiuſdã miſti ex aïa & corpore: nō aūt animę ſeorſum, nec corporis ſeorſum. Quòd autem ſentire ſit miſti cuiuſdam ex aïa & corpore, quę fuit minor probat primo: q̄m cuius eſt potētia ſentiendi: eius eſt actus ſenſualis. Sentiēdi potētia eſt miſti ex aïa & corpore, ut ſecūdo de anima probatum eſt, q̄m uiſus eſt oculi, auditus eſt auriū, & in cæteris ſimil'r. Ergo miſti ex aïa & corpore eſt ipſum ſentire. ſecūdo idem probat: q̄m ſenſus ipſe, qui eſt aïæ motus, per corpus explet. unde dicit. Quoniam aūt neq; animæ proprium eſt ſentire ſeorſum a corpore, neq; corporis ſeorſum ab aïa: hæc eſt concluſio, quã probat: & primo ratione ſumpta a potētia: & dicit. Cuius

Cuius. n. eſt potētia. ſ. ſenſitiua: eius eſt actio ſenſitiua, cæteras ſyllogiſmi partes relinquit quaſi manifeſtas. Secundo ratione ſumpta a definitione ipſius ſentire, & lege ipſum uero, pro etiam, hoc pacto, etiam qui dicit ſenſus ut actio, hoc eſt ipſum ſentire, qđ eſt actio ſenſibilis in ſenſum, motus quidē animæ eſt per corpus. Tunc ex his duobus cōcludit cōcluſionē, & dicit. Manifeſtū eſt ꝙ ipſum ſentire neq; eſt propria paſſio animæ, neq; inanimatū corpus, hoc eſt corp⁹ ſeorſum ab aïa poſſibile eſt ſentire: ſed eiuſdem ex aïa & corpore miſti. Tunc ex his uult habere, ꝙ neq; aïæ eſt ſomnus & uigilia, neq; corporis ſeorſum, ſed cōiuncti ex utroq;, hęc Ariſto. de particula in genere. Melius aūt fortaſſe in hoc (ut dictū eſt) uoluit innuere ſolutionē ſecūdi quæſiti ab eo propoſiti in exordio. Quærebatur. n. utrum ſomnus, & uigilia ſint animæ, an corporis, an cōiuncti.

Digreſſio circa rationem Ariſtotelis.

Iuniores uero Peripatetici rōnes Ariſtotelis in unã reduxerūt in hūc modū, Actus & potētia ad idem ſubiecti genus attinēt ceu ſentire & poſſe ſentire, ſiquidē oculis uidemus, & oculis uidere poſſum⁹: auribus audimus, & auribus audire poſſumus, & in cæteris id genus ſimili ratiōe.

Prima pō.

At ſomnus ſentiēdi potētia eſt, qui enim dormit, non ſentit, ſed ſentire pōt. Vigilia uero actus, nam qui uigilat, ſentit. Ad idē ergo ſubiecti genus & ſomnus & uigilia attinēt, quare cū uigilare nec animę ſit, nec corporis, ſed miſti ex aïa & corpore, ſomnus nimirū erit eiuſdem miſti.

Refutatio.

Sed hæc deductio nō Ariſtotelis, ſed eorum eſſe uidet, non enim uerbis Ariſtotelis cōſonat Ariſto. n. multa dicit, quæ huic rationi, aut ſuperfluunt, aut accommodari nō poſſunt. Præterea hæc ratio petit, qđ in principio quærit, aſſumit enim ipm uigilare eſſe miſti affectionem, qđ in principio quærimus.

Ariſtotelis ratio.

Quare dicendū Ariſto. accipere ipſum ſentire neq; eſſe animę, neq; corporis, & hoc dupliciter probauit, & argumēto ſumpto a potentia ſentiēdi, & argumēto ſumpto a definitione ipſius ſentire. Tunc ſubaudiendū eſt, ſed cuius eſt ipſum ſentire, eius eſt ſomnus, & uigilia, ergo ſomn⁹ & uigilia neq; animę ſunt, nec corporis, ſed ex utroq; coniuncti. Vtrum uero ſoluat quæſtionē ſecūdam, uel hæc dicat pro inueſtigatione definitionis ſomni, dictū eſt. Sed tunc emergunt dubitationes in his rationibus. prima: quia prima ratio uidet procedere ab ignotiori, q̄m notius eſt nobis ipſum ſentire, quã ipſa potētia ſentiendi, cum potētiæ non niſi per actus innoteſcant. Pręterea nō uidetur uniuerſaliter uerū ꝙ cuius eſt potentia, eius ſit actus, quoniam potētia eſt agentis, actus uero materię. ſecunda quoq; ratio ambigua eſt: ſumit enim ipſum ſentire eſſe motum animę per corpus, qđ dupliciter falſum eſt, tum quia motus non eſt niſi corporis, quare nō animæ per corpus, ſed potius corporis per animam motus eſt: tum quia ipſum ſentire non uidet motus: cum in nulla ſpecie motus reponi poſſit. ergo nec in genere motus. Si quis uult defendere Ariſtotelem, dicat primum Ariſtotelis ſyllogiſmū eſſe dialecticum per locū a minore. quaſi hoc pacto; potentia ſentiendi eſt cōpoſiti ex anima & corpore, quæ minus animati corporis uidetur eſſe, ergo longe magis ipſum ſentire erit cōpoſiti animati. Conſueuit autem Ariſto. ubi dialecticis in per ſe fere manifeſtis, ut dicit Auerroes: & quia ipſum ſentire eſſe cōpoſiti ex anima & corpore eſt fere per ſe notum, ideo ad cōfirmandum illud dialecticis uſus eſt ſecundus uero eſt demōſtratiuus. procedit enim a definitione ipſius ſentire. Eſt enim definitio ipſius ſentire, motus animę per corpus ab ipſis ſenſibilibus illatus. De propoſitiōe uero Ariſtotelis animaduerte ꝙ Ariſtote. non intelligit illam uniuerſaliter, ſed in ſpecie. ſ. de potētia ſentiendi, & tunc intelligit cuius eſt ſentiendi potētia, ut ſubiecti, eius ut ſubiecti eſt actus ipſe ſenſitiu⁹: & in hoc ſenſu nullus dubitat propoſitionem Ariſtotelis. Sed quæres utrum ſit uera propoſitio Ariſtotelis uniuerſaliter, ꝙ cuius uniuerſaliter eſt potentia, eius ſit actio? Videtur enim uera tribus modis, & tribus modis falſa: eiuſdē enim actio & potentia ſunt, ut a quo; ab eodem enim agente eſt poſſe calefacere, & ipſum calefacere: ſecundo uidetur uera, ut in quo: quoniam in eodem ſubiecto recipitur ipſa potētia paſſiua calefactionis & ipſum calefacere. tertio eſt uera ut circa quod, quoniem circa idē calefactibile eſt potētia calefactiua & calefactio. At ſumendo potentiam & actum diuerſimode, tripliciter eſt falſa primo quidē ut a quo: nam calefacere ipſum ab igne eſt, ut ab agente, potētia uero ſuſceptiua eſt in ligno. ſecundo, ut in quo, calefactio enim ut in quo, eſt in ligno, potētia calefactiua eſt in igne. tertio ut circa quod, quoniam calefactio eſt circa lignū, ut circa obiectum. Suſceptiua uero potentia reſpicit ignem, ut obiectum. Quare ſi propoſitio intelligenda eſt uniuerſaliter, intelligenda eſt de actu quod eſt agere, & de potentia quod eſt pati, & tūc uniuerſaliter uerum eſt quòd eiuſdem, ut ſubiecti & materiæ eſt agere & pati, cum idē ſit actionis & paſſionis materia. Eſt enim idem motus actionis & paſſionis, & idem ſubiectum. Hæc de prima dubitatione. Ad ſecundam dicendum quòd ſenſatio eſt animæ, & eſt corporis, motus: & utriuſq; per alterum, ſiquidem corporis per animam, & animæ per corpus. Sentire enim duo nobis importat, ſpeciei ſenſibilis receptionem, & hæc eſt animæ ut ſubiecti, corporis uero, ut organi: & ita eſt animæ per corpus tanquam per organum: quod a ſpeciei generationem concurrit una cum ipſo ſenſibili: & poteſt accipi pro ipſius ſenſibilis iudiciaria ſenſatione: & ſic eſt corporis, ut ſubiecti, & per animam tanquam per efficientem cauſam. Vel dici poteſt Ariſtotelem uſum eſſe cauſali pro formali, ut ſit ſenſus quòd ſentire eſt motus animæ per corpus, hoc eſt motus animati corporis, ut ſubiecti per ſe: & ſic ceſſat obiectio. Cum uero dicebatur ſentire ipſum non eſſe motum, uerum eſt non eſſe motum corruptiuum: quo per ſe diſponatur ſubiectum, in quo recipitur: ad corruptionem; eſt tamen motus perfectiuus.

*Porro cum de particulis animæ aliubi iam retro definitum ſit, cumq; uegetatrix ſeiuncta a reliquis habeatur, reliquæ ſine hanc ſubſiſtere non poßint: clarum eſt quæ augentur ſolum & minuuntur ut ſtirpes ac plantæ, ſomno & uigilia deſtitui ſolere, quòd ſenſu careant, ſiue ſeparabilis ille quidē ſit, ſiue non ſit. nam potentia & ratione: ſeparabilis eſt.*

*Cum aūt determinatū ſit prius in alijs de ijs quæ dicuntur quaſi particulæ animæ, & de nutritiua quidem quæ ſeparatur ab alijs, aliarum uero nulla ſine hac exiſtente: manifeſtum eſt quæcunque quidem uiuentium augmento diminutioneq; participant ſolum, quòd in his non eſt ſomnus, neque uigilia, uelut plantis, non enim habent particulam ſenſitiuam: neque ſi ſeparabilis, neque ſi non ſeparabilis. poteſtate enim & ipſo eſſe: ſeparabilis eſt.*

Cum ſoluit. q. eam, quã propoſuit, utrum ſomnus & uigilia ſint animę uel corporis, uel ex utriſq; compoſiti, & concluſit, ꝙ ſint animati: cōſequenter declarat, ꝙ non cuiuslibet animati ſunt ſomnus, & uigilia, quoniam plantæ neq; dormiunt, neq; uigilant, & primo proponit cōcluſionem. ſ. ꝙ plantæ neq; dormiunt, neq; uigilant, & dicit. Cum autem determinatū ſit prius in alijs. ſ. libris de anima de his, quę dicunt quaſi particulę animæ, hoc eſt de potentijs animæ: quę non proprie particulæ ſunt: ſed uirtutes, ac potētiæ, eſt etiam determinatū de nutritiua quidem. ſ. ꝙ ſit anima uel potētia quæ ſeparatur ab alijs animabus uel potentijs, nulla uero aliarū exiſtēte ſine hac: & hęc omnia dicta ſunt libro de anima ſecundo: cū hæc ſint declarata, & ſupponēda, ponit concluſionē, & dicit. Manifeſtum eſt, ꝙ in his nō eſt ſomnus neq; uigilia, quęcunq; quidem uiuētium augmento, diminutioneq; participant ſolum, ueluti plantis. Eſt ergo cōcluſio, ſomnus, & uigilia non inſunt plantis. Quam cōcluſionem probat ex eo: quia plantæ non habēt particulam ſenſitiuam, per quam ſomnus & uigilia ſunt, ut probatum eſt. & dicit, ꝙ

plantæ non habēt particulam ſenſitiuam, ſiue uegetatiuū ſit a ſenſitiuo ſeparabile, ut ponit Plato, qui ſenſitiuum in cerebro poſuit, in epate autem nutritiuum: ſiue non ſit ſeparabile ſubiecto, ſicut eſt rei ueritas, nam uegetatiuū a ſenſitiuo ſeparabile eſt non ſubiecto, ſed poteſtate & ipſo eſſe. poteſtate quidem, quoniā ſunt uirtutes diuerſæ: ipſo uero eſſe: qm̃ differunt ratione, ac definitione, cum uegetatiuum ſit in quibuſdam, in quibus nō eſt ſenſitiuum. Ex his uult habere, ꝙ licet ſomnus & uigilia ſint animati, nō tamen cuiuſcꝫ animati ſunt affectiones, ſed eius animati ſunt affectiones, cuius altera pars corpus, altera ſenſitiua anima eſt, quale ipſum animal eſt, quam rem Theophraſtus Themiſtius & Alexāder comprobarunt. Verum nō

An plantæ dormiant.

omnes cum Ariſtotele ita ſentiunt, nam Anaxagoras clazomenius, & Democritus abderita aſſerētes in plātis eſſe particulam ſenſitiuam, ſomnum & uigiliam illis attribuerūt, hos uero (ut Nicolaus peripateticus inquit) eo libro, quem de plantis cōſcripſit, Ebrutalis Philoſophus ſecutus eſt, & quidem nō ab ratione: ſiquidē ſomnus & uigilia primi ſenſitiui affectiones ſunt, ut poſterius uidebitur. At plantę guſtum & tactū habere uidētur, nam cum enutriātur alimoniæ ſenſum habere neceſſum eſt, qui eſt tum tactus, tum guſtus, at ubi hi ſint, cōmunem ſenſum ineſſe, cuius ſomnus & uigilia affectiones ſunt, neceſſe eſt. Hāc opinionem ſecutus iſraelita plantas ſtatuto tempore obdormire, ſtatuto uero uigilare aſſeruit. Nā hyeme eas obdormire credidit, ꝙ defrōdeſcant plantæ: & uacent, ęſtatę autem, atq; uere uigilare, expergefieri enim folijs uidentur & agere. Sed poſitionē hanc Theophraſtus & Themiſtius refellunt approbantes, quę Ariſto. poſtea aſſerit, ꝙ. ſ. ſomnus & uigilia nimalis affectiones ſint, dormit. n. & uigilat, quicquid dormit & uigilat ob ſenſus. Eiuſdem enim ſomnus ac uigilia ſunt, cuius ipſum ſentire eſt. At ſtirpes nec ſentiunt, nec ſenſum ullum habēt. Si enim ſtirpibus ſenſus aliquis ineſſet, appetitio aliqua ipſis ineſſet. At cum plantis nec dolor, nec uoluptas inſit, neq; appetitio ineſſe poteſt. Quòd aūt plātis nec dolor inſit, nec uoluptas, argumēto nobis eſt ſtirpium immobilitas. Plantæ enim a dolorifica re non cōtrahuntur: nec ad uoluptificā diffunduntur. Quare cum plātis appetitio non inſit, nec ſenſus ineſſe poteſt, quo fit, ut nec ſomnus inſit, nec uigilia. Per quæ patet nec ſenſum ipſis ineſſe alimoniæ: cum nec dolorificū, nec uoluptificū diſcernāt, ſed natura ipſa inſtigante cōueniens trahunt, diſcōueniens non trahunt. Quod uero iſraelita adiecit, fabuloſum, atque poeticum eſt. Dormire enim hyeme plantas fabulantur poetæ ꝙ eo tempore ab apparentibus ipſarū operationibus quieſcant. Hyeme enim frigiditate circunſtante calor plantarum adeo intrinſecus cōtrahitur: ut nulla in illis cernatur apparens operatio: & ſic obdormire creduntur. Vere autem uigilare, ꝙ ad operatiōes calidi innati diffuſione moueantur. Quòd igitur plantę non dormiant, ex hiſce patet. Ariſtoteles autem poſterius idem pertractabit.

*Pari quoq; modo conſtat: nullum eſſe animal quod aut ſemper dormiat, aut ſemper uigilet, ſed utrunq; eidem tributum a natura eſſe. non enim ſi quod animal eſt ſenſu præditum: neq; dormire id, neq; uigilare contingit. quando uterq; hic affectus: circa ſenſum primi ſenſitiui accidere ſolet.*

*Similiter autem, & quòd nihil eſt quod ſemper uigilet aut ſemper dormiat, ſed eiſdem inſunt animalium utræque paſſiones hæ: neque enim ſi eſt animal habens ſenſum: hoc contingit, neque dormire, neq; uigilare. utraq; enim paſſio hæc: circa ſenſum primi ſenſitiui.*

Cum ſoluiſſet quęſtionem ſecundam. ſ. utrum ſomnus & uigilia ſint affectiones animæ ſeorſum, an corporis ſeorſum, & declarauit ꝙ ſint affectiones animati & non cuiuſlibet, ſed animalis, nūc ſoluit ultimam quęſtionem, quæ erat, utrum omnia animalia communicent in his, & quomodo in eis communicent, & proponit duo. Quorum primum eſt ꝙ nullum animal eſt, quod ſemper uigilet, aut ſemper dormiat. Secundum uero eſt, ꝙ eiſdem omnibus animalibus utreque hæ paſſiones inſunt, non ſimul, ſed modo altera, modo altera. unde dicit. Similiter autem manifeſtū eſt, & quòd nihil eſt animalium quod ſemper uigilet, aut ſemper dormiat, hoc eſt primum. Dat ſecūdum & dicit, ſed eiſdem animalibus omnibus inſunt utræque paſſiones hæ, non quidem ſimul, ſed diuerſis temporibus. Hæc probat, & primo probat ſecundum, quoniam non eſt reperibile animal ſenſum habēs, quod neque dormiat, neque uigilet: quoniam utraque hęc paſſio circa ſenſum primi ſenſitiui eſt apta uiciſſim fieri. unde dicit. Neque enim ſi eſt animal habens ſenſum, hoc contingit, neque dormire, neque uigilare. Cuius cauſam aſſignat, & dicit. Vtraque enim paſſio hæc diuerſis temporibus uiciſſim apta eſt fieri circa ſenſum communem, qui eſt ſenſus cordis, quod eſt primum ſenſitiuum. Quo uero ad rationem attinet, animaduerte, quòd hæc probatio patet ex his, quæ dixit Ariſtoteles, dictum eſt enim ſomnum & uigiliam eſſe oppoſita circa eam particulam, in qua eſt ipſum ſentire, ideo nunc tanquam ex dictis manifeſtum accipit, ꝙ quia hæc ſunt oppoſita circa eam particulam, in qua ipſum ſentire eſt, ideo nullum eſt animal neque dormiens, neq; uigilans, & ita oportet, ut aliquando dormiat, & aliquando uigilet.

*Fieri autem non poteſt, ut alter horum eidem ſemper inſit: uerbi gratia, ut genus aliquod animalis aut ſemper dormiat, aut ſemper uigilet.*

*Non contingit autem alterum horum ſemper ineſſe eidem: ueluti aliquod genus animalium ſemper dormire, uel ſemper uigilare.*

Cum probauit ſecundum ſcilicet quòd ſingulis animalibus utraque inſint, nunc probat primum quòd ſcilicet nullum eorum inſit ſemper, & hoc probat primo, quoniam ex obſeruatione, & hiſtoria: quæ ab expertis eſt adnotata: non eſt memoriæ proditum, quòd ſit aliquod animal tale. & hoc dicit. Non contingit autem alterum horum ſemper ineſſe eidem ſcilicet uel ſomnum, uel uigiliam: ita ut ſit aliquod genus animalium repertum per hiſtoriam ſemper dormire: uel ſemper uigilare: quoniam diſcurrendo per omnia, hoc non eſt reperibile.

*Nam fieri nequit: ut ullum ſemper uigilet, quando quæcunque munia aliqua naturæ obeunt, ſimulac temporis modū exceſſerint in quantum ſufficere operi poterant: laſſeſcant, ſuccumbantque, & a muneribus quæque ſuis deſiſtant oportet, ut oculi, manus, & quicquid aliud functionem aliquam exercere ſolet. Itaque ſi quid ſentiendi officio fungatur: ſpatio exacto quo continenter gerere & adminiſtrare poteſt, fatiſcet, nec præterea operari ualebit.*

*Amplius quorumcunque eſt aliquod opus ſecundum naturam, quando exceſſerint tempus in quanto poſſunt aliquid facere: neceſſe eſt deficere, ut oculos uidentes, & quieſcere facientes hoc, ſimiliter autem & manum & aliud omne cuius eſt opus aliquod. Si itaque alicuius eſt opus ſentire, & hoc utique excedat tempus quanto erat potens ſentire continue: deficiet, & non amplius faciet hoc.*

Eandem concluſionem probat rationale naturali, & ſyllogiſmus eſt hypotheticus, hoc modo. Si eſt aliquod opus naturale alicui uirtuti naturali: cuius eſt dare maximum tempus, in quo potētia illa materialis poteſt illud perficere, quando tempus exceſſerit maximū, neceſſe eſt tale opus deficere. Vltra enim maximū non poteſt opus eſſe. Hæc propoſitio patet de oculo, & manu, & alijs uirtutibus: datur. n. maximū tempus in quo oculus poteſt, & maximū tempus, in quo manus poteſt laborare, ergo ultra illud nec manus, nec oculus poterit perficere opus. Sed ſentire eſt opus, cuius eſt dare maximū tempus, ultra qđ potentia non poteſt ſentire, ergo neceſſe eſt deficere, & ſic animal non ſemper uigilabit, cū non ſemper ſentire poſſit. unde dicit. Amplius quorumcunq; inſtrumentorū uel uirtutū materialium eſt aliquod opus ſecundū naturam, quando illa inſtrumenta exceſſerint tēpus in quāto poſſunt aliquid tale opus facere: neceſſe eſt illa inſtrumenta deficere ab illo opere, probat exemplis, ut ſubaudi qm̃ oculi ſunt uidentes certo dato tempore, & facientes hoc, cum tempus exceſſerint, neceſſe eſt eos quieſcere a uidere ipſo. Similiter autē & manū & aliud inſtrumentū omne, cuius eſt opus aliquod naturale determinatum ad maximum Hæc eſt hypothetica, & maior, ponit antecedens, & facit minorē, & dicit. Si itaq; alicuius particule. ſ. cordis eſt opus naturale ſentire, & hoc opus aliquando excedat tempus maximū, in quo eſſe poteſt, & in quāto erat potens ſentire continue: hoc eſt quia ita eſt. Sumpſit. n. ſi pro quia: concludit, igitur deficiet aliquando, & non amplius faciet hoc. Patet ergo ꝙ nullū animal ſemper uigilet, per idem probari poteſt, quod non ſemper dormiat.

Polchra quæſtio.

Sed occurres, quoniā operatio uirtutis nutritiuæ eſt operatio naturalis, & tamen non habet maximū tempus, in quo uirtus nutritiua poteſt illam facere, nec uirtus nutritiua uacat aliquando ab ea, ſed eſt illi coęua uſq; ad finē uitæ. Dicendum ꝙ Ariſto. loquitur de operationibus per quas non inſtaurantur ſpiritus, & uirtus ipſa, modo per operationē nutritiuæ uirtutis ſpiritus & uirtus inſtaurantur. At motus & ſentire operationes ſunt, per quas nō inſtaurantur ſpiritus, nec uirtutes, ideo habent maximū tempus, in quibus inſtrumenta poſſunt illas perficere. Vtrum uero detur tale maximum tempus in his operationibus in libro de cœlo dictum eſt.

*Cum ergo uigilia exolutione ſenſus finiatur, & contrariorum ſi alterum adſit alterum abeſſe oporteat, uigilia uero ſomno contraria ſit, ſitque neceſſarium cuilibet alterum ineſſe: ſequitur ut ea dormire oporteat.*

*Si igitur uigilare diffinitur, ſolutione ſenſus, cōtrariorum uero hoc quidem neceſſe eſt adeſſe, illud uero non, uigilare autem ei quod eſt dormire contrarium eſt, & neceſſarium omni alterum ineſſe: neceſſarium utique erit dormire.*

Tertio idē probat, & ſyllogiſmus ſic conficit. Contrariorꝫ neceſſe eſt alterū ineſſe alterū uero nō, uigilare eſt cōtrariū ei: qđ eſt dormire. Ergo neceſſariū eſt uigilare uel dormire omni animali ineſſe: & ſic neceſſariū eſt animal dormire, ſi non uigilat. Minorē probat ex definitione uigiliæ, & ſomni: eſt enim uigilare ſolutio cōmunis ſenſus, dormire uero ligamentum: ut poſtea dicemus. Modo hæ definitiōes ecōrariæ uident. De rōne igitur primo accipit probationē minoris. ſecūdo accipit maiorē. tertio accipit minorē et ſimul has ſumit pro uno aīcedēte: ex his quaſi uno antecedente, infert cōſequens, & ſic totū ſyllogiſmū per enthymema deſcribit. Eſt autem uerbis ſupplendum notam confirmationis, & quaſi dicat præterea. Si uigilare definitur ſolutione ſenſus cōmunis, & ſubaudi ſomnus definitur ligamento, per quæ uult habere ſomnū & uigiliam eſſe contraria: quoniam definitiones contrariæ ſunt, quæ eſt probatio minoris. Accipit ſecundam propoſitionem antecedentis, quę maior, & dicit. Contrariorum autem, hoc quidem neceſſe eſt adeſſe, illud uero non hæc eſt maior. Accipit tertiam, quæ eſt minor, & dicit. Vigilare autem ei, quod eſt dormire, cōtrarium eſt, hæc eſt minor, & propoſitio tertia antecedētis. Ex his infert cōſequens, qđ eſt cōcluſio ſyllogiſmi, & dicit. Et hoc eſt ergo omni animali neceſſarium eſt alterum ineſſe. ſ. uel uigilare, uel dormire. Tunc ſubaudi (ut Themiſtius ſubaudit) neceſſarium utiq; erit omne animal dormire, ſi nō uigilat. Ex his uult habere, ꝙ nō ita neceſſarium ſit alterum ineſſe, quin alterum poſſit ineſſe: & ita nec animal ſemper uigilat, nec animal ſemper dormit.

*Igitur ſi talis affectio ſomnus eſt, ſomnus uero impotentia quam uigiliæ exceſſus committit, uigiliæ autem exceſſus interim ab ægritudine pendet interim citra ægritudinem accidit, unde fit ut quemadmodum exolutio duplex eſt, ita & impotentia duplex haberi poſſit: neceſſariū eſt ut quicquid uigilat dormire aliquando cōtingat, quia ut ſemper agat fieri non poteſt.*

*Si igitur huiuſmodi paſſio eſt ſomnus, hoc autem eſt impotentia propter exceſſum uigilandi, uigilandi autem exceſſus quandoque ab ægritudine, quandoque abſque ægritudine fit, quare & impotentio atque diſſolutio ſimiliter erit, neceſſe eſt omne quod uigilat contingere dormire. impoſſibile enim, ſemper agere.*

Hic ponitur quarta ratio ad idem, & iterum in forma hypothetici ſyllogiſmi, in quo pro antecedente ac maiore ſumit hypotheticam factam ex tribus ſimplicibus propoſitionibus, & infert conſequens, & eſt hic, ſi ſomnus eſt talis paſſio. ſ. particulæ ſenſitiuæ: & ſomnus eſt impotentia quædam eueniens propter exceſſum uigilandi. Et uigilandi exceſſus aliquando ægritudine, aliquando ſine ægritudine fit, neceſſe eſt omne quod uigilat, contingere dormire. Tunc ponendum eſt antecedens, & ſequitur conſequens: hæc forma eſt ſyllogiſmi. unde dicit, & pręterea ſubaudi tu: ſi igitur ſomnus eſt huiuſmodi paſſio. ſ. particulæ ſenſitiuæ, ut dictum eſt. Hæc eſt prima propoſitio. Accipit ſecundam, & dicit. Hoc autem ſcilicet ſomnus eſt impotentia propter exceſſum uigilandi. Impotentes enim uigilare facti, ob exceſſum, nimiamꝙ uigiliam, tandem dormimus, hæc eſt ſecunda. Accipit tertiam & dicit. Vigilandi autem exceſſus quandoq; ob ęgritudine, quandoqꝫ abſque ægritudine fit, ægritudine quidem, ut in eo morbo quem latiniores in ſomniam appellāt, Arabes ſaharam, in quo (ut Themiſtius inquit) cōperti ſunt, qui nouem dies exertis atq; eleuatis & inconniuis atque immotis oculis egerint, ſine ægritudine uero, ut gracilentis accidit atq; per aridis, ut Themiſtius etiam refert. Hi enim ſuæ naturæ ratione longas uigilias patiuntur. Hæc eſt tertia propoſitio. Interponit quartam ex his illatam quæ erit noſtrum propoſitum & quaſi minor, & dicit. Quare & impotentia atqꝫ diſſolutio ſimiliter erit dupliciter, ægritudine ſcilicet aut natura. Ex his infert conſequens, & inquit. Neceſſe eſt ſi hæc ſunt, omne, quod uigilat, cōtingere dormire, & hoc quoniam impoſſibile eſt animal ſemper agere, ac in operatione ſemper eſſe. Modo ſi ponatur antecedens, ſequitur poſitio conſequentis. Poteſt autem ſyllogiſmus iſte ad categoricum ſic reduci, ut mihi uidetur, quod fieri poteſt uigilare impotens, non ſemper uigilat, quod uigilat, poteſt fieri impotens, uigilare aut ægritudine, aut ſine ægritudine: ergo quod uigilat, non ſemper uigilat. Per quæ patet propoſitionum acceptarum ab Ariſtotele quartam eſſe maxime neceſſariam, quoniam habet uim minoris, aliæ ſunt additæ ad explicationem terminorū: qui in ſyllogiſmo accipiuntur: in hūc modū Themiſtius expoſuit. Vnde patet, ꝙ primæ tres acceptæ ſunt, ut inferant quartam, quę fuit ꝙ impotentia ac diſſolutio dupliciter eſt, aliquando ægritudine, aliquando natura: per quam uult habere hanc minorem, qui uigilat, fieri poteſt impotēs uigilare, aut ſcilicet ægritudine, aut natura.

*Conſimiliter fieri nequit, ut ſemper dormiat, nam ſomnus: affectio quædam ſenſariæ partis, quaſi uinculum quoddam & immobilitas, exiſtit. Ex quo ſequitur: quicquid dormit ſenſitiuam partem habere. Senſitiuū aūt eſt, quod ſentire actu poteſt. ſentire uero actu ſimpliciter & proprie: nemo per quietem poteſt. Nullus igitur ſomnus eſt, qui expergiſcibilis non ſit.*

*Similiter autem: neque dormire ſemper quicquã contingit. ſomnus enim: paßio ſenſitiuæ particulæ eſt, ut uinculum & immobilitas quædam. Quare neceſſe eſt: omne dormiens habere ſenſitiuam particulam. Senſitiuum autem; quod poteſt ſentire ſecundum actum. agere autem ſenſu proprie & ſimpliciter: impoßibile eſt dormientẽ ſimul. Ideo neceſſarium eſt: ſomnum omnem excitabilem eſſe.*

Nunc autem probat ꝙ illud quod dormit, non ſemper dormiat, cum enim probauit ꝙ illud, qđ uigilat, non ſemper uigilet, nunc probat ꝙ illud quod dormit, nõ ſemper dormiat: & primo proponit quod intendit, & dicit. Similiter autem, neq; dormire ſemper quicquã contingit. hæc eſt concluſio, qua probat, & procedit ſic, ſomnus eſt paſſio ſenſitiuę particulæ, ut uinculum & immobilitas illius, ut poſtea dicemus. Ex hoc infert ꝙ neceſſe ſit omne dormiens habere ſenſitiuam particulam, hoc eſt, ꝙ omne dormiens ſit ſenſitiuum. Tunc huic minori addit maiorẽ, & dicit: ꝙ ſenſitiuum ſit illud, quod poteſt ſentire ſecũdum actum: & tunc uniuerſus ſyllogiſmus eſt, omne ſenſitiuũ poteſt ſentire ſecundum actum, ut patet ſecundo libro de anima, & nunc eſt aſſumptum, omne dormiens eſt ſenſitiuum: ergo omne dormiens poteſt ſentire ſecundum actũ. Minor probata eſt ex definitione ſomni. Tunc his ſupplet Themiſtius, cum dormiens ſentire posſit aliquãdo ſecundum actum, aliquando ſentiet de facto: omnis enim potentia in actum aliquando refertur Sed (ut Ariſtot. inquit) agere ſenſu proprie & ſimpliciter quod eſt actu ſentire, imposſibile eſt dormientẽ ſimul: non enim idem proprie, & ſimpliciter actu ſenſu agere poteſt, & dormire. Hinc concludit ꝙ neceſſarium ſit ſomnũ omnem eſſe excitabilem, ac dormientem excitari aliquãdo. Quare nihil ſemper dormit. Quòd quidem enim nihil ſemper uigilet, patet primo ex obſeruatione. ſecundo quoniã uigilia operatio eſt naturalis, quæ animalibus ineſt ſtatuto tempore tertio quoniam uigiliæ contrarius eſt ſomnus ideo oportet, ut circa idem ſubiectũ ſucceſſiue fiant. quarto quoniam omne uigilans fieri poteſt nõ ſemper uigilãs. Quòd autem nihil ſemper dormiat, patet his rationibus, & etiã, quoniam dormiens eſt ſenſitiuum, quod aliquãdo poteſt ſentire, & ita uigilare: & ſic aliquando uigilabit. Hę ſunt rationes Ariſtotelis. Quo uero ad uerba attinet, dicit {agere aũt ſenſu proprie & ſimpliciter impoſſe eſt dormire} quoniã agere ſenſu non ſimpliciter neq; proprie ſicut cũ agitur interioribus ſenſibus, posſibile eſt dormire. Sed cũ quis ſentit ſenſu ſimpliciter proprie dicto, ut exteriori, hic non poteſt ſimul dormire. Sunt autem uerba hęc addita, quoniã aduerſarius proteruire poſſet aliquod agere poſſe ſenſu, & dormire, ideo addit hoc eſſe imposſibile.

*Cætera fere omnia, pedeſtria, uolatilia, natatilia: ſomno participant: etenim cuncta piſcium genera, & ea quæ molli cruſta integuntur, & præter ea quæcunque oculos habent: ſoporari cernuntur: nam & quibus oculi duri, & inſecta: dormire palam eſt.*

*Alia igitur pene omnia ſomno communicant, et natabilia, & uolatilia, atque greßibilia. Etenim omnia piſcium genera, & quæ malaciorum, uiſa ſunt dormire: & alia omnia quæcunque habent oculos, etenim quæ duros habent oculos, & enthoma: manifeſtum quòd dormiunt.*

Cũ per rationẽ ꝓbauit oĩa aĩalia aliqñ dormire aliqñ uigilare, & nulla eſſe quæ aut ſemper dormiant, aut ſemper uigilent, nunc hoc idem probat ex hiſtorica inductione. Et proponit primo uim illius inductiõis, & dicit. Alia igitur animalia omnia ſomno cõmunicant, & natabilia, & uolatilia, & gresſibilia, & per gresſibilia omnia, quæ per terram incedunt, intelligit, ut etiã reptilia innuat. Deinde exponit membra, & dicit. Etenim omnia piſcium genera quæ natabilia ſunt: & quæ malacia græce dicuntur, hoc eſt molliam, omnia inquam uiſa ſunt per obſeruationem dormire. Amplius & alia omnia animalia, quæcunq; habent oculos. Dico quæcũq; habent oculos & molles, & duros, quæ enim habent duros oculos, ut cancri, & locuſtę dormiunt. Amplius etiam enthoma, hoc eſt inſecta, ut apes, ueſpæ, muſcæ, & id genus. Manifeſtum eſt, quoniam dormiunt, ergo per hiſtoricam inductionem perſpicuum eſt omnia animalia dormire, omniaq; uigilare, nullaq; eſſe, quæ aut ſemper dormiant, aut ſemper uigilent. Animaduerte ꝙ Ariſto. ſic in libro primo de generatione animaliũ. Animalia ipſa diſſecuit, dixit enim ꝙ animalia alia ſunt habentia ſanguinem: alia exanguia: ſanguinẽ habentium, alia ſunt terreſtria, alia aquatilia, alia amphibia. Exãguium uero, alia ſunt oſtracoderina, hoc eſt teſtacea, alia malacoſtraca, hoc eſt cruſtata, alia malacia, hoc eſt mollia, molliq; teſta obducta, alia enthoma, hoc eſt inſecta. Hiſtorica ergo inductio in omnibus his demonſtrat ſomnum aliquando, & aliquando uigiliam eſſe.

*Quãquam iſthæc omnia: ſomno exiguo contenta ſunt: unde fit etiam, ut ſæpenumero quempiam lateat utrum obdormiſcant, necne. Vtrum uero teſtacea ſopore offundantur, nondum ſenſu quidem cognitum fuit, ſed ratione tamen ea quam prædiximus, ſi cui probabilis uideatur, perſuaderi id poteſt. Somnum igitur animalibus communicatum omnibus eſſe, hac ratione pateſcit: nam animal eo finiri ſolet: quòd ſenſum habeat: ſenſus uero immobilitatem quandam & quaſi nodum & uinculum, ſomnum eſſe dicimus: contra exolutionem atque relaxationem, uigiliam.*

*Breuis autem ſomni ſunt, huiuſmodi omnia: ideoque latebunt utique quædam ſæpe, utrum participant ſomno, uel non. Eorum autem quæ duram habẽt teſtam, ſecundum ſenſum quidem nondum factum eſt manifeſtum ſi dormiunt, ſi cui uero ueriſimilis dicta ratio eſt, ea ſuadebitur. Quòd igitur ſomno communicant omnia animalia, manifeſtum ex his: eo enim quòd ſenſum habeat, diffinitur animal: ſenſus autem modo quidem aliquo immobilitatem & uelut uinculum, ſomnũ eſſe dicimus: ſolutionem autem remißionemque, uigiliam.*

Fuerunt quidam, qui dixerunt eſſe quædam animalia, quę unquã dormiunt ueluti ſunt inſecta, & teſtacea. Amplius dubitarunt de lepore, & de piſcibus, quorum clauſis palpebris oculi unquã reperti ſunt. Præterea dubitationem afferunt animalia, quæ capitæ carent, & cerebro: uel quæ carent corde: nã cum careant cerebro uel corde, non uidetur quo pacto cerebrum ipſorum, aut cor infrigidari posſit: & ſic nõ uidetur ꝙ poſſint dormire, refutat igitur Ariſtoteles poſitionem horum, & dicit. Breuis autẽ ſomni ſunt: huiuſmodi omnia. ſ. inſecta, & habẽtia duros oculos, ideoq; latebunt utiq; quædã ſæpe, utrum participent ſomno, uel non. Et ſic licet hæc breuis ſint ſomni: tamen dormiunt. De teſtaceis uero dicit, eorum autem, quę duram habent teſtam, ut conchilia, & teſtudines, quoniam conduntur intra teſtam, ſecundum ſenſum quidẽ, non dura factum eſt manifeſtum, ſi dormiant. Addit tamen, ꝙ ſi quis eſt cui dicta ratio eſt uerisſimilis, ea ſuadebitur. Eſt autem ratio dicta, illa quæ ex uſu ſenſuũ accipitur. Cum enim uſus ſenſuum conſtitutum tempus habeat, ultra qđ propter reſolutionem ſpirituũ indiget quiete: fit, ut omne animal ſenſum aliquem habens aliquando dormiat, aliquando uigilet: id uero quod de lepore & piſce dictũ eſt, iam ſolutum eſt. Dormiunt enim oculis apertis: quoniam carent palpebris: de carentibus uero capite & corde: etiã patet ſolutio, quoniam habẽt proportionalia. unde dicit. Quòd igitur ſomno communicent omnia animalia, manifeſtum ex his, & ſubaudi ex ratione asſignata ex ipſo ſentire, & ideo explicat illã, & dicit. Eo enim ꝙ animal ſenſum habeat, definit. Animal enim per ſenſum eſt animal. At ſomnum dicimus eſſe modo quidem aliquo ſenſus immobilitatem ueluti uinculum, uigiliam uero ſolutionem, atq; remisſionem. Ergo cum ſingulis animalibus inſit ſenſus, ineſſe etiam poterit aliquando illius immobilitas, quę eſt ſomnus, & illius ſolutio: quæ eſt uigilia.

*At plãtis, neutra harum affectionum communicari poteſt: quippe cum citra ſenſum, neque ſomnus eſſe, neque uigilia poſſit. At quibus ſenſus ineſt: eiſdem & dolor & uoluptas concedi debet, quibus uero dolor & uoluptas, eiſdem & cupiditas. Plantis autem, nihil horum tribui poteſt. Argumento, quòd facultas quæ nutrit & uegetat, munus ſuum melius conſopitis quàm uigilantibus animalibus abſoluat, tunc enim probius & aluntur & augentur, ut quæ nihil ad ea, ope ſenſus egeant.*

*Plantarum autem nullam, poßibile eſt communicare utra harum paßionum, nam ſine ſenſu quidem non exiſtit, neque ſomnus, neque uigilia. Quibus uero ineſt ſenſus, & triſtari & gaudere, quibus uero hæc, & concupiſcentia. Plantis autem, nihil horum ineſt. Signum autem, quoniam & opus ſuum facit nutritiua particula in dormiendo magis quàm in uigilando, nutriuntur autem & augentur tunc magis, tanquàm nihil egentia ad hæc, ſenſu.*

Repetit ea quę de plantis, dicta ſunt, & dicit. Plantarum autem nullam: posſibile eſt communicare utra harũ pasſionum. ſ. ſomno & uigilia. Et repetit cauſam, et dicit. Nã ſine ſenſu neq; ſomnus, neq; uigilia eſſe poteſt. Quòd autem plantis nullus inſit ſenſus, probat. & dicit. Quibus uero ineſt ſenſus, inerunt & triſtari et gaudere. Quibus uero hæc inſunt, inerit & concupiſcentia, & appetitio. Plãtis autem nihil horum ineſt. ergo nec ſomnus. Dices forte, ꝙ ſenſus plantis neceſſarius eſt propter nutritionem, innuit ſolutionem ꝙ nec propter nutritionem plantis neceſſarius eũ ſenſus. Cuius ſignum affert, quia opus ſuum nutritiua particula facit magis in dormiendo quã in uigilando. Cuius rationem affert, et lege autem pro quoniam, hoc pacto, quoniam nutriuntur, & augentur tunc magis ſcilicet in ſomno tanquã egentia ad hæc opera ſenſu. Ex quo uult habere ꝙ licet plantæ nullum habeant ſenſum: tamen poſſunt nutriri: immo melius nutriuntur. Superius autem declarauimus totum hoc, nunc uero ſatis. Hinc ſoluitur problema, quorum nonnullæ plãtæ animalibus maiores ſunt. An quæ expeditius nutriantur: cum enim ſenſibus uaceut, uniuerſus calor in illis ad nutritionem conuertitur. ubi autem nutritio maior, atq; expeditior eſt: auctio ſit maior, hinc arboroſæ plantę maiores ſunt animalibus. Herbæ uero (licet ſenſibus careãt tamen paruæ ſunt, quoniam uita earum breuis eſt, cum non ultra annum producantur: propterea non nimis accreſcunt.

*Cur autem dormiant & uigilent, & per quem ſenſum, aut per quos ſi per plures id eueniat, conſiderandum eſt.*

*Quare autem dormiunt & uigilant, & propter qualem quendam ſenſum, uel quales ſi propter plures, cõſiderandum.*

His exploratis ad quartum propoſitorum: quod quarto loco quæſitum fuit, nunc accedit, & primo proponit illud & dicit. Quare autem dormiunt animalia, & uigilant, & propter qualem quendã ſenſum, ſi dormiunt propter unum ſenſum: uel propter quales, ſi animalia dormiunt, & uigilant propter plures, conſiderandum nunc eſt: hoc fuit quartum quæſitum.

*Cum animalium quibuſdam ſenſus omnes inſint, quibuſdã non omnes ut uiſus, ſed cunctis tactus & guſtus, niſi quid imperfectum laceßitumq; ſit, de quibus omnibus in libris de anima dictum eſt.*

*Quoniam uero quædam animalium habent ſenſus omnes, quædam uero non habent ut uiſum, tactum autem & guſtum omnia habent, niſi ſi quod animalium imperfectum. Dictum eſt autem de his in ijs quæ de anima.*

Propoſito quęſito, nunc exequitur, & primo more geometrico Ariſtoteles ſumit proloquia, ſecũdo loco ex illis deducit ſomnũ & uigiliam eius ſenſorij principaliter affectiones eſſe, in quo & tactus, & communis ſenſus ſimul inſunt. Primum proloquium qđ ſumit, eſt, ꝙ animalia alia ſunt perfecta: quę omnes ſenſus habent, ut equus, & bos. Alia imperfecta, quę non omnes ſenſus habent, quemadmodum ea ſunt, quæ nec auditum, nec uiſum habent. Talpa enim uiſum non habet, apes uero auditu carẽt. Addit, tamẽ omnia animalia tactum & guſtum habere, excepto ſpongiarum genere, quod genus çophytum eſt, quaſi medium inter plãtas, & animalia. Hoc enim tactum habet, guſtu uero caret, cum per radices cibũ trahat, ueluti plantarum genus, ſed quoniam quæſtio eſt non parua utrum animal aliquod tactum habere posſit, & non guſtũ: ideo Ariſtoteles ſe excuſans, dicit. Dictum eſt autem de his, in his quæ de anima ſunt.

*Fieri autem ſimpliciter non poßit ut dormiens animal ullo ſenſu abuti queat: patet neceſſarium eſſe in ſomno eandem omnia ſubire conditionem, nam ſi partim eodem modo afficiantur, partim diuerſo: hac nimirum ratione fiet ut per quietem animal ſentiat: id quod impoßibile eſt.*

*Impoßibile autem ſimpliciter qualicunque ſenſu ſentire quod dormit animal: manifeſtum eſt quòd omnibus neceſſariũ ineſſe eandem paſſionem in uocato ſomno. Nam ſi huic quidem ineſt, huic uero non ineſt, hoc dormiens ſentiet, hoc autem, impoßibile eſt.*

Secundum proloquium eſt, ꝙ animal cum dormit, nõ ſentit aliquo ſenſu: & ſequitur, ut ſomnus ſit omnium ſenſuum uinculum, & non alicuius ſic. alicuius autem non. lege ergo ſic, quoniam autem ſubaudi, ſimpliciter eſt imposſibile animal ipſum, quod dormit, qualicunque ſenſu ſentire: ideo manifeſtum eſt in ipſo ſomno, neceſſariũ eſſe ſomnum eſſe eandem pasſionem inhęrẽtem omnibus ſenſibus. Quòd animal dormiens nullo ſenſu ſentiat, probat, & dicit. Nam ſi hinc quidem ineſt ſomnus: hinc uero ſenſui non ineſt, animal hoc ſenſu dormiẽs ſentiet. ſ. alio: hoc autem imposſibile eſt, contraria enim ineſſent alicui. Quo uero ad uerba attinet, per ſenſus: exteriores intelligit, nam phantaſtica in ſomnis, imaginatur, & ſentit, uerum de his poſtea.

*Porro cum natura ſingulis ſenſibus proprium quid iniunxerit, & in omnes commune quid ſparſerit, proprium ut uiſui uidere, auditui audire & reliquis ad eundem modum, commune uim quandam promiſcuam quæ omseis comitatur qua animal & uidere & audire ſe ſentit.*

*Quoniam autem exiſtit ſecundum unamquemque ſenſum hoc quidem aliquid proprium, illud uero aliquid commune, proprium quidem uelut uiſui uidere, auditui autem audire, & alijs ſecundum eundem modum, erit utique quædam & communis potentia ſequens omnes qua & quòd uideat, & quòd audiat, ſentiat.*

Hic ponit tertium proloquium, & dicit. Quòd pręter quinq; exteriores ſenſus, dabilis eſt quidam cõmunis ſenſus, non quidem prędicatione communis, ſed operatione, & in ſentiendo communia. Hoc proloquium probat dupliciter. primo quidem quoniam ipſis animalibus ſecundum unumquẽq; ſenſum ineſt aliquod propriũ ut ipſum uidere, quod animalibus proprium eſt ſecundum uiſum: ipſum audire, quod animalibus proprium eſt ſecundũ auditum, & ita in cęteris. Ineſt etiam animalibus ſecundum ipſos ſenſus aliquod commune: ut percipere ſe uidere, percipere ſe audire, & ſic de alijs: ergo ipſis animalibus oportet ineſſe duplicem ſenſum communem per quem percipiat ſe uidere, ſe audire, & omne quod communiter ineſt omnibus ſenſibus: & proprium ut uiſum per quẽ uideat, & auditum per quem audiat, & ſic de alijs. Eſt igitur uis

rationis, animalibus ineſt duplex ſenſitiuum opus, ergo animalibus ineſt duplex ſenſus,proprius per quẽ animalibus proprium opus ineſt,& communis per quem cõmune opus ineſt.unde dicit.Quoniam autem exiſtit ſecundũ unumquemq; ſenſum duplex opus ſenſitiuũ, hoc quidẽ aliquid propriũ,illud uero aliquid cõmune:propriũ quidem uelut uiſui uidere,auditui audire, & alijs ſenſibus ſecundum eundem modum.ſubaudi cõmune uero opus eſt percipere ſe uidere,ſe guſtare & ſic de alijs.Ex hoc duplici opere infert duplicem ſenſum, & dicit.Erit utiq; quædam communis potentia, non quidem in prędicando de pluribus:ſed in ſentiendo communia opera: quæ potẽtia communis ſequetur omnes in operãdo,& ſentiendo.qua potentia animal ipſum ſentiat, & quod uideat, & quod audiat. & erit ſubaudi ſenſus proprius quo uidemus, uel audimus,& id genus.

*Non enim uiſu ſe uidere uidet,nec uiſu aut guſtu iudicat iudicareue poteſt diſtare dulce ab albo neque ſeorſum neq; ſimul utroque, ſed particula quadam communi quæ adiuncta ſenſibus omnibus ſit.*

*Non enim uiſu quidem uidet quòd uidet, & iudicat utique & poteſt diſcernere quòd alia quidem dulcia ſunt ab albis, nec guſtu:nec uiſu,nec ambobus: ſed quadam communi particula omnium ſenſoriorum.*

Non contentus Ariſtoteles ratione ſumpta a differentia operum ſenſibilium, idem probat,hoc pacto, animal ſentit,ꝙ uideat.& iudicat & poteſt diſcernere ꝙ ſenſibilium alia ſunt dulcia ab albis: & non facit hæc uiſu uel guſtu, uel utraſq;, igitur hæc facit quadam cõmuni potentia ſenſitiua: quæ eſt cõmunis in ſentiendo omnia ſenſibilia omnium exteriorum ſenſoriorum. unde dicit. Non enim uiſu quidẽ animal uidet,ꝙ uideat, neq; uiſu iudicat, aut poteſt diſcernere ꝙ dulcia ſint alia ab albis: nec poteſt hæc facere guſtu:nec uiſu: nec ambobus, ſed quadã cũmuni particula: qua animal percipere poteſt ſenſibilia omnium ſenſoriorum exteriorum. igitur præter quinque ſenſus erit unus in ſentiendo communis.

*Nam ſenſus unus eſt, & etiam principale ſenſorium unum, ratio tamen ſenſioni cuiuſque generis ut ſoni & coloris non una,ſed alia & alia.*

*Nam eſt quidẽ ſenſus unus, & principale ſenſorium unum: eſſe autem ſenſui generis cuiuslibet aliud uelut ſoni et coloris.*

Sed contra hoc proloquium dubitatur: nam multiplicatis ſenſibilibus,ſenſus multiplicatur, ſecantur enim potentiæ,ut res:de quibus ſunt. ergo ſenſus communis non poteſt eſſe unus tot ſenſibilium. Reſpondet,& continuetur ſic textus: poteſt unus ſenſus eſſe multorum ſenſibiliũ genere diſtinctorum: nam eſt quidem ſenſus cõmunis unus ſubiecto,& principale eius ſenſoriũ unũ ſubiecto.ſ.ipſum cor: eſſe uero & definitio erit alia ſenſui cuiuslibet generis,ut ſoni,& coloris,definitio & eſſe aliud eſt.Cõmunis enim ſenſus,ut coloribus copulatur,habet raationẽ uiſus. ut uero copulatur ſonis, habet rationem auditus, unus tamen ſubiecto eſt, qui uiſus, & qui auditus rationi ſubeſſe cernitur.

*Hæc autem:cum tactu maxime coniuncta eſt, nam tactus,a cæteris ſenſibus diuelli poteſt;ab hoc, cæteri non poſſunt: quæ omnia,in commentarijs de anima explicata ſunt.*

*Hæc autem:ſimul tactiuo maxime ineſt:hoc enim ſeparatur ab alijs ſenſorijs: alia uero ab hoc inſeparabilia ſunt: dictum eſt autem de ipſis,in ijs quæ de anima,theorematibus.*

Quintum proloquiũ eſt, ꝙ ſenſus cõmunis non habet proprium organũ,propriamq; particulã,cui inſit proprie ſeorſum ab alijs ſenſibus,ſed illi ſenſorio ineſt, cui & tactus ineſt:& ſic quarta ſuppoſitio eſt ꝙ ſenſus cõmunis inſit,ut organo ipſi tactorio:& hoc rationabiliter; q̃m tactorium ſeparatur ab alijs ſenſorijs, quatenus eſt ipſius tactus, organum, & non aliorum. unde dicit.Hoc autem.ſ. ſenſus cõmunis ſimul cũ tactu tactorio quod eſt cor, maxime ineſt,nã cor ipſum ſeparatur ab alijs ſenſorijs, ut ab oculo & aure,& nare, quæ ſunt organa exteriorum ſenſuum.Præterea ſeparatur alia ratione, quia poteſt ineſſe aliquibus animalibus,quibus non inſunt alia ſenſoria. unde dicit.Hoc enim.ſ.cor quod eſt tactorium ſeparatur ab alijs ſenſorijs, cum poſſit ineſſe quibuſdam animalibus, quibus alia ſenſoria non inſunt. Alia uero ab hoc inſeparabilia ſunt,cum nulli animali ineſſe poſſit, quin tactoriũ inſit.Per quę dat intelligere ꝙ tactorium eſt organũ conueniens ſenſui cõmuni: quoniam habet tactorium quandam cõmunem rationem etiam:quia uero res hęc indiget aliqua conſideratione,rem mittit ad libros de anima. Ex his,patet ꝙ cor eſt ſenſorium cõmune,& ſubiectũ cõmune etiam tactui,& cõmuni ſenſui.unde in tactu: & cõmuni ſenſu, idem eſt organũ, & ſubiectũ: in cæteris non eſt ita: organũ enim uiſus eſt,oculus, ſubiectum uero uiſiuæ potentiæ eſt cor,ſimiliter organũ auditus eſt auris, ſubiectum uero cor,& in cæteris ſimiliter, at in tactu & ſenſu cõmuni idem eſt ſubiectum & organũ, cauſa autẽ dicta eſt in libro de iuuentute & ſenectute: & in libro ſecundo de anima. Hęc ſunt quatuor ꝓloquia,quæ Ariſt.accepit, ꝙ nõ curauit multis rationibus probare, q̃m ſupponit ex alijs libris ipſa eſſe demõſtrata. Verũ de his dicemus poſtea.

De ſenſib. & com. ſubiecto.

Nunc exponamus terminos, & dicamus ꝙ ſenſoriũ græce eſt αἰσθητήριον, æſtheterion,qđ iuniores ſenſiteriũ exponunt,alij ſenſitiuum organum,alij ſenſitiuum inſtrumentum,nos uno uerbo ſenſorium dicimus. Eſt autẽ ſenſorium quædam animalis particula integralis, per quam animal ſentire dicitur.Nõ enim quauis animalis parte animal uidet,cũ neq; pede,neq; manu animal cernat. Ea itaque parte,qua uidemus,uiſorium dicitur,ut oculus. Qua uero audimus,auditorium,qua tangimus tactorium, qua guſtamus guſtatorium,qua deniq; olfacimus,olfatorium appellamus.Cõmune autem his omnibus, cõmuni nomine dicimus ſenſorium. Senſus uero uirtus eſt, ſiue uis aut potentia,quam græci αἴσθησιν appellant, hæc connaſcit ipſi ſenſorio,ut ſapor pomo: & calor igni, nam quemadmodum pomũ ſapore ſapit,ita quoq; ſenſoriũ hac uirtute æſtheſita ſentit.Et eſt quidẽ duplex,exterior.ſ. & interior:exterior quę ab exterioribus ſenſilibus mouetur, ut uiſus exiſtens in oculis Interior uero: quæ non niſi ab his, quæ prius ſenſata fuerunt,mouetur,ut phantaſtica, & id genus. Internorũ uero unus ſenſus eſt, qui a philoſophis communis dicitur,non quidem uniuerſalitate,& prędicatione,ſed operatione,& actu ſentiendi,quoniam percipit omnia obiecta omniũ ſenſuum exteriorũ: per hunc enim percipimus indifferẽter calores,ſapores,& id genus. Per hunc etiam percipimus differentiam inter hæc, ut ꝙ differat color a ſapore, per hunc quoq; parcimus nos uidere, audire cum audimus,aut uidemus, per hunc etiam percipimus nos ſentire.ergo eſt cõmunis actu ſentiendi,& operatione.Vtrũ uero hic ſenſus differat a tactu: quæſtio eſt dialectica: & pro utraq; parte poteſt defendi. Illud uero certum eſt cõmunem ſenſum & tactũ ſubiecto eſſe idem quoniam in corde, potentia uero & definitione differre. Amplius internorũ ſenſuũ alius eſt phantaſtica,quæ imaginaria uirtus eſt, qua non modo præſentia, ſed abſentia imaginamur.Alius eſt uirtus memoratiua,qua poſt ſenſationes tam externas quã internas recordamur & memoramus,quę quatenus ea reminiſcimur, quorum obliti ſumus, reminiſcentia dicitur, quatenus uero, ſeruamus ea, quorũ non ſumus obliti, memoria dicitur. Vtrũ uero alij ſenſus ſint,non eſt pręſentis ſpeculationis: iſti enim ſufficiunt ad ſomni notitiam.Præterea ſenſibilia ſunt obiecta ſenſuũ: quę mediantibus ſenſibus nos ſentimus. Species uero ſenſibiles ſunt ſimilitudines,per quas ſenſus ſenſibilia ſentiunt. Verũ animaduerte differentiã, ꝙ ſenſus exteriores non poſſunt ſenſibiles ſpecies ſentire; non enim uiſus poteſt coloris ſpeciẽ ſentire aut uidere, ſed colorẽ per ſpeciem. At ſenſus interiores poſſunt aliquando actu recto ſentire ſenſibilia mediantibus ſpeciebus,& aliquãdo actu reflexo poſſunt ſenſibiles ſpecies ſentire: non mediante alia ſpecie, ſed ſeipſa intuitiue. Hæc de terminis.



De ſubiecto ſenſuũ.

His expoſitis, quæritur ubi ſint omnes ſenſus, & ſunt duę poſitiones extremæ, altera medicorũ dicentium oẽs ſenſus interiores eſſe in cerebro,exteriores uero in ſuis organis,uerbi cauſa,ſenſum cõmunem ponunt in primo cerebri uentriculo,ut in ſubiecto, & ut in organo. Phantaſticum uero in medio uentriculo. Memoratiuũ autem in ultimo:ut in ſubiecto,& ut in organo.Pro hac poſitione ſunt rationes maxime.prima quidẽ quia origo neruorum eſt a cerebro:ergo & ſenſus ſunt in cerebro: quoniã nerui ſunt inſtrumenta ſenſus. ſecunda uero eſt a ſigno quoniã læſa ultima parte cerebri,læditur memoria:læſa uero anteriori parte, læditur ſenſus cõmunis, & oẽs ſenſus læſa media parte,læditur phantaſticus ſenſus: unde medici uolentes curare læſiones haſce, applicant his partibus remedia. tertia quoniã ſenſus cõmunis non uidetur eſſe in corde,nec tactus etiam, quoniã in corde eſt excellens caliditas, quæ non ſtat cũ communi ſenſu, nec cum tactu. Per hæc argumenta Plato, Gale.& Auic. & alij medici nullum ſenſum poſuerũt in corde: ſed interiores quidem in cerebro: exteriores uero in ſuis ſenſorijs (ut dictũ eſt.) Alij uero de mente peripateticorum dixerunt, ꝙ omnes ſenſus ſunt in corde,ut in organo: & hoc tam de exterioribus quã de interioribus intelligunt. Pro hac opinione ſunt rationes,quoniam læſo quocunq; ſenſu,mox in corde ſentitur dolor, immo cordi accidit mox ſyncopis. Pręterea, Appetitus ſenſitiuus eſt in corde,ut de ira & uoluptate & timore patet.ergo & omnis potentia ſenſitiua eſt in corde: appetitus enim ſequitur cognitionem ſicut umbra corpus.ergo appetitiua potentia ſequitur etiam cognitiuam Amplius cor primo oritur, & certum eſt in illo priori ꝙ ſentit, ſi pugneretur. Quam opinionem uidetur ſentire Ariſtote.libro de iuuentute & ſenectu. ubi ponens in corde tactũ,omnes ſenſus poſuit:idem tertio lib. de partibus: & Auer. primo ſui colliget idem tradit. Alij uolentes mediare dixerunt,ꝙ tactus & guſtus & ſenſus cõmunis ſunt in corde ut in ſubiecto,& ut organo, phantaſtica & memoratiua ſunt in cerebro: alij tres exteriores ſunt in ſuis organis, ut in ſubiectis & ut in organis. Ego uero pro nunc poſſum dicere duo: quorum primum eſt, ꝙ nullus ſenſus,ut in ſubiecto eſt in corde:ſed interiores, ut in ſubiectis,& ut in organis,ſunt in cerebro: exteriores ut in ſubiectis:ſunt in ſuis organis,ut uiſus in oculo,auditus in aure, & in cęteris ſimiliter: & hoc pro medicis.ſecundo dico ꝙ omnes ſenſus ſunt in corde,ut in principali & primo agente omnium ſenſationum: quoniam nullũ organum ſenſitiuum poteſt exire in operationem ſenſitiuam,niſi calore & ſpiritu ſenſitiuo actuetur a corde.unde ſicut ſol & homo generant hominem, ſic oculus & cor ſentiunt:quoniam oculus non poteſt uidere,niſi calore & ſpiritu a corde miſſis ad ipſum reddatur actu uiſiuum:aures quoque non poſſunt audire,niſi ſpiritu & calore a corde miſſis actuentur,& reddantur auditiuæ, & ſic in cæteris:ergo omnes ſenſus ſunt in corde, ut in principali & primo ſenſitiuo, ueluti omnes uirtutes generatiuæ ſunt in ſole,ueluti in primo & principali generãte. Quòd autem Ariſtoteles in textu dixerit ſolum de tactu, & ſenſu communi, illos eſſe in corde, uoluit etiam cęteros intelligere; Eſt tamen hæc differentia, ꝙ tactus & ſenſus communis ſunt in corde, ueluti in primo & principali agente ſenſationes, & ut in proprio organo, nam cor primo natũ tactum ſentit,& contrahitur. Alij ſenſus ſunt in corde, ut in principali & primo agente ſenſationes tantum. Alius modus dicendi uerior eſt,ꝙ duplex eſt organum, alterum iudicij,alterum congregationis ſpecierum ſenſibilium. Organum congregationis ſpecierum ſenſibilium eſt in cerebro, earum quidem ſpecierum, quę deferuntur ad communem ſenſum, eſt in prima parte cerebri. Organum earum ſpecierum, quæ ſunt phantaſticæ, in media parte cerebri,organum congregationis earum ſpecierũ: quæ ſunt memoratiuæ,eſt in poſteriori parte cerebri: organa etiam congregationum ſpecierum ſenſibilium ſenſuum exteriorum,ſunt in ſuis particulis ad illa deputatis: organum uero iudicij omnium eſt in corde,in quo, ut in ſubiecto ſunt omnes potentię ſenſitiuæ. Imaginantur enim Philoſophi ꝙ non poſſunt ſpecies ſenſibiles deferri ad cor, ut per illas fiat iudicium & ſenſatio: niſi prius congregentur in dictis organis, nam ab illis organis ad cor deferũtur per quaſdam uias notabiles. Eſt enim cerebrum membrum cordi miniſtrans ſpecies,pro ſenſatione,quæ fit in corde, ueluti epar miniſtrat ſanguinem ipſi cordi pro nutritione, ut dicunt nonnulli.Quando ergo medici dixerunt in capite fieri ſenſationes,ſi intelligant,ꝙ in capite ſint potentiæ ſenſitiuæ ut in ſubiecto & organo, errant. Si intelligant, ꝙ antequã fiat ſenſatio & iudicium in corde congregantur ſpecies in cerebro,& in dictis organis, bene dicunt. Nam in illis primo congregantur, & ab illis deferuntur ad cor per uias conuenientes. Sed dices cor primo ortum ſentit, & non oportet in illo priori pro ſenſitiua tactione, ut ſpecies tactiles congregentur in cerebro. Dicendum ꝙ illa ſenſatio non eſt perfecta, & iudicialis, ſed confuſa & imperfecta ueluti illa animalium imperfectorum.Sed pro iudiciali & perfecta ſenſatione requiritur cerebrum: tanquã organum uniuerſale: in quo omnes ſpecies ſenſibiles primo congregantur: & a quo ad cor deferuntur, & econtrario. Cum uero dicebatur cor eſſe excellentis caliditatis.Reſpondent,& quidem bene, ꝙ illa non eſt elementaria: ideo non repugnat tactui, & ſenſui communi:ſed complexionalis: præterea refrigeratur frigiditate cerebri. Ex his patet ꝙ ſpecies ſenſibiles primo ab exterioribus ſenſorijs deferuntur ad cerebrum, per proprios meatus,& neruos ad hoc deputatos. ſecundo pro ſenſatione,ille deferuntur ad cor per meatus proprios inter cor & cerebrum ordinatos Conſeruantur autem in cerebro pro neceſſitate ſentiendi, cum accidit per cor nos ſentire. Patet per hæc ſolutio ad rationes medicorum. Et ad primam quidem dicendum ꝙ ſecundum Ariſtoteles nerui oriuntur a corde,licet notabilis & ſenſibilis origo appareat in ceruice. Ad ſecundam patet ſolutio,nam illa læſio eſt,quia illæ partes ſunt organa cõgregationis non ſubiecta,& organa iudicij. Ad tertiam patet ſolutio. Ex his patet omnes ſenſus ſubiecto idem eſſe ſcilicet corde, definitione diferre poſtea hæc de ſenſibus ſufficiant quantũ ad materiam de ſomno et uigilia. Nam diligentius alibi de his dicendum erit.

*Hinc profecto conſtat ſomnum & uigiliam, affectionem huius eſſe. Ideoque animalibus cunctis ineſt: etenim tactum unum:omnia poßident.*

*Manifeſtum igitur eſt quòd huius eſt paßio,uigilia & ſomnus. Quapropter,et omnibus ineſt animalibus: etenim tactus: ſolus omnibus.*

His ſuppoſitionibus ſtantibus,colligit. Cuius primo & principaliter paſſiones ſint ſomnus, & uigilia. & dicit. Manifeſtum igitur eſt, ꝙ huius eſt paſſio ſomnus, & uigilia tanq; primi & principaliter denomiuati. Tũc uerificat ſolutionẽ aſſignatam ad ultimũ quæſitum de ſomno: & dicit. Quapropter,& oĩbus animalibus ineſt ſomnus & uigilia, cauſa eſt, quoniã omnibus animalibus eſt tactus. Cuius ſomnus, & uigilia affectiones ſunt. Themiſtius per uerbum illud,huius tactus expoſuit,nam uelle uidetur ſomnum eſſe principaliter & primo affectionem tactus,mouetur fortaſſe,quoniam per hoc ꝙ tactus ineſt omnibus animalibus, Ariſtoteles concludit ſomnũ ineſſe omnibus animalibus, quod non diceret, niſi uellet ſomnum eſſe affectionem tactus. Alij uero per uerbum illud huius,intellexerunt.ſ.ſenſus communis, quoniam re-

uera ſomnus & uigilia affectiones ſunt principaliter ſenſus communis. Ego uero per uerbum illud huius, intelligo tactorium, ut ſit ſenſus ꝙ ſomnus ſit huius.ſ. tactorij paſſio, & cum probat ſomnum ineſſe omnibus, quoniam omnibus ineſt tactus, per tactum tactorium ſumpſit, nam ſi omnibus ineſt tactus, omnibus ineſt tactorium. Quo uero ad rem attinet, Animaduerte, ꝙ de ſuppoſitionibus ſola ultima poſita eſt, ad rem, cęteræ uero ſunt magis utiles ad ea: quę poſtea dicturus eſt. Quo autem ad concluſionem, debes ſcire ꝙ non eſt intelligẽdum ꝙ ſomnus & uigilia ſunt primo tactorij paſſio, ita ut illo nos dicamur dormire, & non alijs ſenſorijs, ſed illius ſomnus & uigilia ſunt, quatenus per illud principaliter, & cauſaliter nos dormimus, & uigilamus. Vtrum uero ſomnus & uigilia ſint accidentia, quæ ſubiectiue ſint ſolum in tactorio. Hæc quęſtio poſtea diſputabitur: nunc uero ſatis ſit accipere nos non dici uigilare, uel dormire niſi principaliter & cauſaliter tactorio.

*Nam ſi ſopor irrepat: quia ſenſus omnes afficiantur: abſurdum ſane fuerit eos ſimul feriari & immobiles perſiſtere quos neq; neceſſe eſt neque poßibile quodammodo, ſimul in opera eſſe ac pelli: cum magis conſentaneum uideatur ut ſimul operentur: quàm ut ſimul quieſcant.*

*Nam ſi eo q, oẽs patiuntur aliquid ſenſus, fieret dormitio: incõueniens eſſet ſi quibus neq; neceſſe neq; poßibile eſt aliquo modo agere ſimul, hos uacare ſimul & immobiles exiſtere: cõtrarium enim rationabilius accideret eis: quã ſimul quieſcere.*

Verbum { nam } non ad proxime dicta refeetur, ſed ad id quod dixit.ſ. ꝙ ſomnus & uigilia affectiones ſint tactorij, quod eſt primum ſenſitiuũ. unde uult probare ꝙ non ratione omnium ſenſoriorum nos dormiamus. Sed ratione primi ſenſorij: qđ eſt principale: & primo ponit id, quod intendit probare, & dicit. Si eo ꝙ omnes ſenſus aliquid patiuntur.ſ. uinculum uel immobilitatem, fieret dormitio: inconueniens eſſet, eſt ergo concluſio inconueniẽs eſt nos dormire eo ꝙ omnes ſenſus patiuntur uinculum uel immobilitatem probat quoniam quibus neq; neceſſe neq; poſſibile eſt aliquo modo nos agere ſimul uigilãdo: impoſſibile eſt eos ſimul a uigilia uacare, & fieri immobiles. Hæc patet quoniam rationabilius nos per omnes uigilamus, quã per omnes uacamus a uigilia. Sed ſubaudi nos non uigilamus per omnes, ergo nec per omnes dormimus unde dicit. Si quibus, hoc eſt ſi aliquibus, neq; neceſſe neq; poſſibile eſt aliquo modo nos uigilando ſimul ahere, hos uacare a uigilia ſimul, & immobiles fieri etiam eſt impoſſibile, probat hanc propoſitionẽ, quoniam rationacilius eſt accidere eis.ſ. ſenſibus contrarium.ſ. uigiliam omnibus ſimul, quam ſimul eos omnes quieſcere. Tunc ſub audiendum, ſed nos non uigilem ſimul per oẽs ſenſus ſimul, ergo nec dormimus per oẽs ſimul, ſed ratione unius tantum. uis ergo rationis eſt hęc, nos non uigilamus ratione omnium, ergo neque ratione omnium dormimus.

*Quod autem nunc de hiſce dicimus: rationi cõſonum eſt: nã cum ſenſus qui cæteris alijs præeſt, & quo cæteri ſeſe cõferunt, afficitur: neceſſario & reliqui oẽs conſentiunt. at ſi quiſpiã ex iſtis elangueſcat & impotens ſentiendi reddatur: non continuo neceſſe eſt illum flacceſcere & uiribus deſtitui.*

*Quemadmodum autem nunc dicimus: rationabiliter ſe habet et de his: nam cum principale aliorum omnium ſenſoriorũ, & ad quod tendunt alia, patitur aliquid: compati neceſſarium & reliqua omnia: illorum autem cum aliquod impotens eſt: nõ neceſſe eſt hoc impotens fieri.*

Secundo argumentatur ſic, primo & principali oĩum ſenſoriorum patiente aliquod, ut immobilitatẽ, cętera oĩa illam patiuntur. At cum illorum aliquod illam patitur, non oportet principale eam pati, ergo immobilitas ineſt nobis propter primum ſenſorium: & non propter aliquod aliorum. unde dicit. Quemadmodum autem nũnc dicimus: rationabiliter ſe habet, & de his. q. d. ita dicere ꝙ ſenſorij primi ſint ſomnus & uigilia paſſiones eſt rationabiliter dictum, & probat, & dicit. Nam cũ principale aliorum omnium ſenſoriorum & ad quod tendunt ut in centrum alia, patitur aliquid.ſ. immobilitatem, neceſſariũ eſt & reliqua omnia compati illam immobilitatem, at cum illorum aliquod ſit impotens. non neceſſe eſt, hoc principale fieri impotens, igitur ratione huius primo & principaliter uigilamus & dormimus. Hæc eſt expoſitio Themiſtij, & ſatis clara.

*Conſtat aũt multis argumẽtis: ſomnũ non ea re conſiſtere q, ocioſi ſenſus ſint nec eis utatur animal, quodq; ſentire nõ poſſint. Nam cũ quis animo linquitur: tale quid euenire cõſtat, qñ defectus animæ: non niſi nexus quidã & impotẽtia ſenſuũ eſt. Idem, & in delirijs quibuſdã contingere põt. Præterea: quibus uenæ iugulares appræhenduntur aſtringunturq;, eripi ſenſus aſſolent. Verum impotentia ſentiendi, ſi non quacunq; de cauſa obueniat, neque in quouis ſenſu ſit, ſed ſicuti nuper dixi, in primo ſenſu quo animal omnia percipit: ſomnus eſt.*

*Manifeſtum aũt eſt, ex pluribus: q, non in ſenſus ſine operatione eſſe & non uti ipſis, ſomnus eſt, neq; in non poſſe ſentire. Nã & manifeſte: in animæ defectionibus, tale quid accidit: impotentia enim ſenſuum: animæ defectio. Fiunt aũt, & amentiæ quædam huiuſmodi. Amplius aũt: quibus in collo uenæ appræhenduntur, inſenſibiles fiunt. Sed: quãdo impotentia uſus, neq; in quouis ſenſorio, neque per quamuis cauſam, ſed quemadmodum dictum eſt nunc, in primo quo ſentit omnia.*

Tertio idem probat ſic, ſomnus eſt impotentia utendi ſenſu eius: quo animal primo ſentit omnia, ergo ſomnus principaliter eſt affectio primi ſenſitiui. quod eſt cor. Pro declaratione antecedentis, aſſumit tres definitiones ſomni, & reprobat illas, demum concludit antecedens qđ eſt definitio ſomni. prima itaq; ſomni definitio eſt, ſomnus eſt ſenſus ſine operatione. ſecunda eſt, ſomnus eſt non uti ipſis ſenſibus. tertia ſomnus eſt impotẽtia ſentiendi. reprobat has, primo, quoniam animæ defectio: quę gręce dicit lipopſychia, eſt ſentiẽdi impotẽtia, & tamen non eſt ſomnus. Præterea amẽtia eſt non uti ſenſibus: & tamen non eſt ſomnus. Adhuc cõſtrictio uenarum, quę ſunt in collo: eſt ſenſus abſq; operatione, & tamen eſt ſomnus, ergo cũ iſtæ tres definitiones non ualeant. Somnus erit impotentia utendi ſenſu eius: quæ animal primo ſentit, ex refrigeratione eius proficiſcens, uel ex ſubtractione ſpirituũ ſenſibilium ad ſenſoria exteriora procedens. Cum.n. ſpiritus ſenſibiles non mittuntur a corde ad exteriora ſenſoria propter cauſam poſterius dicẽdam: ſenſus communis, & ſenſus exteriores fiunt impotẽtes ſentire. ergo ſomnus eſt impotentia utendi ſenſu eius: quæ animal primo ſentit, ex ſubtractione ſpirituum ſenſibilium ad ſenſoria exteriora, procedens. Quare ſomnus principaliter eſt ſenſorij primi, & communius ſenſus. unde dicit. Manifeſtum autem eſt ex pluribus, ꝙ ſomnus non eſt, in ſenſus eſſe ſine operatione, neq; eſt in non uti ipſis, neq; eſt in nõ poſſe ſentire. Quòd quidem non ſit in non poſſe ſentire, probat (& inquit) Nam & manifeſte, in animę defectiõibus, tale quid accidit: eſt enim animæ defectio, impotentia ſenſus, & tamen non eſt ſomnus. Quòd etiam ſomnus non ſit ſenſus ſine operatione, probat (& inquit.) Fiunt autem & amentiæ quædam huiuſmodi.ſ. ſenſus ſine operatione, & tamẽ non ſunt ſomnus. Quòd deniq; ſomnus non ſit nõ uti ſenſu, probat) & inquit) Amplius autem, quibus in collo uenæ, quæ iugulares dicuntur, appræhendũtur, inſenſibiles fiunt non utẽtes ſenſu: & tamen non dormiunt. ergo ſomnus non eſt uti ſenſu: his refutatis accipit definitionem, ut habeant antecedens (& inquit). Sed quando impotentia uſus, neq; in quouis ſenſorio, neq; per quãuis cauſam, ſed quemadmodum dictum eſt nunc, in primo ſenſorio, quo animal ſentit omnia: ſomnus ſubaudi impotentia eſt. ergo ſomnus non eſt impotentia utendi ſenſu, primi ſenſitiui ex ſubtractione ſpirituum ſenſibilium ad ſenſoria exteriorã procedens. Quòd ſi ſomnus eſt ita: ſequitur ſomnum eſſe affectionem primi ſenſitiui: & ſic habetur propoſitum.

*Nam cũ iſte laſſatur: neceſſario & cæteri ſenſus actus ſuos exercere non poſſunt. contra, ſiquis ex illis impotẽs reddatur: non protinus neceſſe eſt idem huic euenire.*

*Cum.n. hoc quid impotens fuerit: neceſſe eſt & ſenſoria oĩa impotẽtia eſſe ſentire: cũ uero illorũ aliquod: nõ eſt hoc neceſſe.*

Non contentus hac ratione, quę habetur ex definitione: replicat ſecundam rationem, & continuetur ſic, dico ſomnum eſſe principaliter affectionẽ primi ſenſitiui, quoniam cum hoc quidem impotens fuerit. ſentire ſenſibilia exteriora propter ſubtractionem ſpirituum ad exteriora organa: neceſſe eſt & omnia ſenſoria exteriora impotẽtia eſſe ſentire, quoniam ſpiritus ab eis ſubtracti ſunt. Cum uero illorum aliquod eſt impotẽs ſentire, non eſt hoc neceſſe ſ. ut primum ſit impotens ſentire. Stat enim auditorio nihil nos audire, & tamen primum ſenſitiuũ poteſt aliquod ſentire mediante uiſorio: uel olfatorio, uel guſtatorio. ergo principaliter ſomnus eſt affectio primi ſenſitiui. Quo uero ad rem attinet, Animaduerte ꝙ ſomnus poteſt accipi formaliter, & ſic eſt priuatio ſenſus uel impotentia ſentiendi primi ſenſitiui ex ſubtractione ſpirituum ſenſibilium ad organa exteriora cauſata: & poteſt accipi materialiter: & ſic eſt ipſum primum ſenſitiuum non potẽs ſentire exteriora ſenſibilia propter huiuſmodi ſpirituum ad ſenſoria exteriora ſubtractionẽ. Et hoc pacto ſomnus poteſt accipi primarie, & ſecundarie: primarie ſomnus eſt primum ſenſitiuum non potens ſentire exteriora ſenſibilia propter prædictam cauſam. Secundarie uero ſomnus eſt ſenſus exteriores non potentes ſentire propria ſenſibilia propter dictam cauſam. Ex quibus patet quid ſit ſimpliciter & totaliter ſomnus, eſt enim ſomnus ſimpliciter, omnes ſenſus exteriores, & ſenſus cõmunis non potentes ſentire ſenſibilia exteriora propter ſubtractionem ſpirituũ (ut dictũ eſt) ergo ſomnus eſt ſenſus cõmunis primarie, ſenſuum uero exteriorum ſecũdarie, cõmunis autẽ & exteriorum ſimpliciter totaliter. Ariſtot. ergo uoluit ſomnũ & uigiliam eſſe affectiones primi ſenſitiui, atq; ſenſus cõmunis primarie: ut patet ex his, quæ dicit. Sed cur ita ſit, iuniores cauſam aſſignarunt, quoniam ſolus ſenſus cõmunis ſentit exteriora ſenſibilia, ſenſus enim exteriores nec ſentiunt, nec indicant, ſed recipiunt ſpecies ſenſibilium, & ſenſus cõmunis eſt ille, qui ſentit & indicat mediantibus illis ad ipſum delatis ſenſibilia exteriora. ergo cũ cõmunis ſenſus ſolus exteriora ſenſibilia ſentiat, & indicet, eius ſolius erit affectio ſomnus & uigilia. Sed pace iſtorũ dixerim, hoc eſt contra Ariſtotelẽ, qui in tertia ſuppoſitione accepit animali ineſſe ſentire proprium per ſenſus particulares, ut uidere per uiſum, audire per auditum: ſentire uero commune per communẽ ſenſum. ergo exteriores ſenſus indicant & ſentiunt propria ſenſibilia. Propterea dico ꝙ ſomnus & uigilia ſunt primo affectiones cõmunis ſenſus & primi ſenſitiui: quoniã nullius ſenſus exterioris eſt per prius paſſio quã ſenſus cõmunis. Præterea in ſomno omnes ſenſus exteriores & ſenſus communis ſunt impotẽtes ſentire ſenſibilia exteriora, modo omnis paſſio quæ pluribus competit, debet cõpetere ratione unius, a quo cæteri dependent in opere ſuo. Et quoniam cæteri dependent a cõmuni ſenſu, & non econtrario: ideo ſenſus communis ſomnus & uigilia primo affectiones ſunt. Ex his ſequitur ꝙ ſomnus ꝙ uigilia ſunt paſſiones per prius ſenſus, ut cõtrahitur ad ſenſum cõmunem, quã ut cõtrahitur ad cęteros ſenſus: & hoc propter cauſas aſſignatas. Animaduerte tñ ꝙ licet ſenſus cõis in ſomno ſemper ſit impotẽs ſentire, non tñ eſt impotens phantaſiari. Eſt.n. impotẽs ſentire, q̄m ſpecies ſenſibilium exteriorũ non deferunt ad ipm per exteriora ſenſoria ꝓpter ſpũum ſenſibiliũ ſubtractionem: & ꝓpter alias cãs ut dicemus. Eſt potẽs phãtaſiari, q̄m uię a parte memoriæ ad ipm nõ impeditæ ſunt, & ſic pñt a memoria deferri ad cõem ſenſum, & ſic põt ꝑ illas phãtaſiari, qđ phãtaſiari eſt ſomniũ uel inſomniũ: ut dicemus. Quo uero modo poſſint uiæ a corde a cerebrũ nõ eſſe impeditæ: & organa externa impedita, dicemus poſtea.

Sẽſus cõis põt eẽ impeditus in ſentiendo, non aũt in phãtaſiando.

*Sed qualis affectio ſomnus ſit, & quã item ob cãm dormire animalia cõtingat: dicẽdũ eſt. qñ: cõplura haberi cãrũ genera, certũ eſt. Nam et id cuius gratia quippiã ſit, & id unde motus origo pẽdeat, & materiã, & rationẽ: cãs appellitare ſolemus.*

*Propter q̃ uero cãm accidit dormire, et qualis quædã paßio eſt: dicẽdũ. quoniã modi plures ſunt cãrũ. Nã et cuius gratia, et unde principiũ motus, et materiã, et rõnem: cãm eſſe dicimus.*

Propoſuit dicere de cauſis ſomni & uigiliæ, & primo declarauit: cuius primo & principal'r ſit ſomnus, nunc redit ad id, qđ propoſuit, & primo reſumit intentionẽ & diſtinguit cãs: & dicit. Propter quã uero cãm accidit dormire, & qualis quædã paſſio ſit ſomnus, utrum actus, uel habitus, uel potẽtia, uel priuatio: dicẽdum, q̄m cãrum modi ſunt plures nã & cuius gratia & unde principiũ motꝰ, & materiã, & rationẽ ſiue formã cãm dicimus eſſe. Eſt.n. finis, cuius gratia oĩa conſiſtũt, factiua uero cã, unde motus oritur. Materia ex qua inſita cõſtitui & generari oĩa ſolẽt, forma autem quã Ariſto. rationẽ appellat, ꝙ rebus ſpeciẽ largiatur. Somni quatuor cauſas Themiſtius aſſignat, finẽ quidẽ, animalis ſalutẽ, & cõſeruationẽ: factiuã uero ſpirituũ, qui in corde eſt. Materialẽ uero uaporẽ, qui in caput ſubierit, deinde in locũ inferiorẽ defluxerit. Formam autẽ ſitum & diſpoſitionẽ illam membrorũ, & partium corporis, quæ in dormientibus extra intuſq; cernit. Verum uero ſit ita: dicemus poſtea. Potius enim hæc cauſæ uidentur animalis dormientis quam ſomni ipſius.

*Ac primũ quidẽ cum naturã ſemper agere gratia alicuius id eſt boni dicamus: quietẽ uero utilẽ eſſe atq; adeo neceſſariam ijs omnibus quæ moueri quidẽ nata ſunt, ſed ſemper et cõtinue moueri cũ uoluptate nequeunt, cumq; ob ueritatẽ ipſam trãſlatio hæc uulgo recepta ſit ut ſomnus quietis nomine deſignetur: ſomnus profecto ad ſalutem iunctus animalibus fuit.*

*Primum igitur quoniam naturam dicimus gratia alicuius facere, hoc autem bonum aliquod, quidem uero omni quod natum eſt moueri, cum non poßit ſemper et continue moueri cum delectatione, neceſſariam eſſe atq; utilem: ſomno quoq; propter ipſam ueritatem coaptãt metaphoram hac, tanq̃ requies quædam ſit: quare propter ſalutem animalium exiſtit.*

Diximus ſm Themiſtiũ in genere de ſomni cauſis, nũc per partes, & primo de fine. Eſt.n. finis prima cauſarũ. & cum ſomni duplex ſit finis, alter qui adeſſe, alter qui ad actionem animalis ſpectat, prius dicit de fine, qui attinet ad eſſe, & ſumit primo ꝙ natura & oẽ agens naturale ꝑp finẽ agit, q̄m agit boni grã. unde dicit. Primũ igiť, q̄m dicimus naturã, hoc eſt agens naturale grã alicuius facere, hoc aũt eſt bonũ aliquod gratia cuiꝰ agit, hoc eſt primũ. ſecũdo accipit quietẽ eſſe utilẽ imo & neceſſariã, cũ aĩalia ſemper moueri & cõtinuo nõ poſſint cũ uoluptate (ut dictũ eſt) q̄m reſoluunť ſpũs ex motu: qui niſi quiete inſtaurenť, aĩalia perire neceſſe eſt. unde dicit. Quietẽ uero omni animali, qđ natum eſt moueri, cũ non poſſit ſemper & continuo moueri cũ delectatione, neceſſariã eſſe atq; utilem: ut.ſ. ſpiritus inſtarẽtur. Ex his ſequitur ſomnũ eſſe animalibus tributum ad quietem, incolumitatẽ, & ad ſalutem, propterea inquit. Somno quoq; propter ipſam ueritatem coaptant metaphoram hanc.ſ. ut ſit requies: tanquam reuera requies quædam ſit. Inde concludit ſomnũ propter ſalutem animalibus ineſſe. Quo uero ad cõſtructionẽ attinet, uerba ſunt ſuſpẽſiua uſq; ibi { ſomno quoque propter ipſam ueritatem } hęc de fine quo ad eſſe.

*Vigilia uero: rationem finis obtinet. nam ſentire & ſapere: finis omnibus eſt quibus alterum eorum competit. hæc enim optima ſunt. finis autem: optimus eſſe ſolet.*

*Vigilia uero: finis. nã ſentire & ſapere: omnibus finis quibus ineſt alterum eorũ. optima enim: hæc. finis uero: optimus.*

Nunc aſsignat finem ſecundum ſomni: qui eſt finis ſecundum perfectionem: & uult ꝙ finis ſomni ſecundum perfectionem ſit uigilia. Animal enim dormit, & uigilat, dormit quidem animal, ut ſit, niſi enim dormiret, tandem exolueretur animal. ergo dormit, ut ſit. Animal autẽ eſt, ut ſentiat aut ſapiat. Eſt enim ſentire, & ſapere omnibus finis. utrumq́ enim optimum eſt, finis autem uult eſſe optimum: ꝙ autem utrunq; optimum ſit, patet, nam brutis ſenſus, hominibus ſapientia optimum eſt: quia igitur ſomnus eſt ut animalia ſint, animalia uero ſunt, aut ut ſentiãt, ueluti bruta, aut ut ſapiant, ueluti homines, ſenſus autem & ſapientia in uigilando conſiſtunt, ergo ſomnus animalibus iunctus eſt principaliter propter uigiliam, hoc eſt, ut delectabiliter uigilemus. ergo ſomnus eſt propter ſalutem, uigilia propter ſeipſam, quia ipſa eſt perfectio. Vel dici poteſt ſomnum nobis datum eſſe ut in finem. ſ. propter ſalutem. uigiliam uero, quoniam eſt ipſa finis.

*Item ſomnus animali cuique neceſſarius eſt: non quidem ſimpliciter, ſed ex ſuppoſito & adiunctione. nam ſi animal naturam ſuam ſeruare ac tueri debeat: neceſſario quædam adeſſe ei oportet, quibus poſitis alia ſubinde adiungenda ſunt.*

*Amplius autem neceſſarium eſt unicuiq; animalium ineſſe ſomnum: dico autem ex ſuppoſitione neceßitatem, quoniam ſi animal erit habẽs ſuam naturam, ex neceßitate ineſſe quædam ei oportet. & his exiſtentibus alia exiſtere.*

Interponit Ariſtoteles quoddam de ſomno utile, an. ſ. ſomnus neceſſario animalibus inſit, & aſſerit ꝙ ſomnus neceſſario animalibus ineſt neceſsitate ſuppoſitionis. Circa quod animaduertendum ꝙ neceſſarium duplex eſt, ut libro de interpretatione dictum eſt, alterum ſimpliciter, in quo uel prædicatum eſt in ratione ſubiecti, ut hominẽ eſſe animal, uel ſubiectũ in ratione prædicati, ut hominẽ eſſe riſibilem. Alterum neceſſarium eſt ex eo quia aliquid ponitur, ut poſito quod uiuas, neceſſe eſt te reſpirare, ſomnus igitur animalibus ineſt, neceſſario: non quidem neceſsitate ſimpliciter: nõ enim animal eſt de ratione ſomni: nec ſomnus de ratione animalis. Poteſt enim animal eſſe ſine ſomno: ſed neceſsitate ſuppoſitionis: quoniam ſuppoſitio ꝙ animal uiuat, ſomnus neceſſario ineſt, ſi enim (ut Themiſtius inquit) ponatur animal eſſe, neceſſe eſt, ut alatur: quo conceſſo, neceſſe eſt e cibo uaporem ſubtolli, & ſi cibus ſubtollitur: neceſſario conſequitur ſomnus. ergo ſomnus neceſſario ineſt animali, ponẽdo ꝙ animal ſit. unde dicit. Amplius autẽ neceſſarium eſt unicuiq; animalium ineſſe ſomnum: dico autem ex ſuppoſitione neceſsitatem, non ſimpliciter, & hoc exponit dicẽs: quoniam ſi animal erit habens ſuam naturam. ſ. ſeipſum per alimentum conſeruans, ex neceſsitate ineſſe quædam ei oportet. ſ. alimenta pro conſeruatione, & ex his alimentis exiſtentibus neceſſe eſt alia exiſtere. ſ. uaporem, & ex uapore ſomnum. Quare ſomnus ineſt animalibus, ſi animalia ponantur uiuere, & nutriri.

*Poſt hæc reſtat dicendum: quo motu actioneue corporum antegreſſa, dormire animalibus obueniat, aut etiam uigilare. Plane cætera animalia, quæ nimirum ſanguine carent, eandem quam quæ prædita ſanguine ſunt, aut proportionalem cauſam ſomni habere: ſanguinea uero eam ipſam quam homines: arbitrari addecet. Quare: per hæc de omnibus contemplemur oportet.*

*Amplius autem quali motu et actu in corporibus facto accidit uigilare et dormire animalibus: poſt hæc dicendum. Alijs igitur animalibus, quemadmodum non habẽtibus ſanguinem, exiſtimandum cauſas eſſe paßionis uel eaſdem uel proportionales: ſanguinem uero habentibus, quæ quidem hominibus. Quare: ex his omnia ſpeculandum.*

Quid Ariſtoteles hic faciat, non eſt nobis bene exploratum, Themiſtius uult Ariſtotelem hic tradere. factiuã ſomni cauſam: alij materiam. Quòd factiuã cauſam uelit tradere, uerba eius indicant, dicit enim. Amplius autem, quali motu, & quali actu ſiue actione facto in corporibus accidit uigilare & dormire animalibus: poſt hæc dicendum. modo hæc uerba non niſi de factiua cauſa intelligi poſſunt, cum ea ſola dicatur principiũ, unde motus, utrum uero ita ſit, poſterius dicemus: tunc præmiſſa intentione, Ariſtoteles accipit concluſionem & uult ꝙ in animalibus ſanguinem habentibus factiua ſomni & uigiliæ cauſa eſt cor, in exãguibus autem, eſt emulum cordi. Ideo reſumit ſe uelle de his dicere. unde dicit. Alijs igitur animalibus quemadmodum non habentibus ſanguinem, exiſtimandum eſt cauſas factiuas uel eaſdem eſſe uel proportionales his, quæ ſanguinem habent, ut ſunt illæ quę quidem hominibus inſunt: nam in homine cor & ſpiritus, in exanguibus proportionalia his. Tunc reſumit intentionem, & dicit. Quare de his omnia ſpeculandum. Videtur igitur ꝙ proponat dicere de cauſis factiuis, & nõ de materialibus. Verum de his poſtea.

*Principium ſenſus eadem parte oriri qua & principium motus: definitum ſupra alíubi eſt. hoc autem: e tribus determinatis diſtinctiſque locis, in eo contineri ſolet qui inter caput & aluum medius ſit.*

*Quòd igitur ſenſus principium fiat ab eadem parte animalibus: a qua quidem & ipſius motus: determinatũ eſt prius in alijs. ipſa uero, eſt trium determinatorum locorum qui medius eſt inter caput & inferiorem uentrem.*

Propoſita intẽtione exequitur, & primo pręmittit ſuppoſitiones. ſecundo accedit ad illud quod propoſuit, ſuppoſitio igitur quam primo ſumit, eſt, ꝙ principium ſenſus ab eadem parte eſt. e qua eſt principium motus: & exponit illam, ꝙ ſic in medio trium locorum determinatorum, quæ ſunt caput, & uenter inferior. & thorax. unde dicit. Quòd igitur ſenſus principium fiat ab eadẽ parte in ipſis animalibus, a qua quidem ſit principium etiam ipſius motus, determinatum eſt prius in alijs. ſ. in libro de ſenectute & iuuentute: exponit autẽ illam, ut in illo libro expoſuit, & dicit. Ipſa uero: eſt trium determinatorum locorum qui medius inter caput & inferiorem uẽtrem. Quo ad uerba autem attinet, animaduerte ꝙ eſt caput, ubi eſt os, & eſt uenter inferior. ſ. ab umblico infra, & uenter medius ab umblico ad collum. Vult igitur ꝙ cor, & pars hæc, quæ eadem eſt principium motus & ſenſus, ſit in medio uẽtris medij: qui dicitur thorax: & hoc probatum eſt illo libro. Eſt ergo ſuppoſitio, ꝙ eadem pars, quę media eſt pars: eſt principium motus & ſenſus in animalibus.

*Principium igitur mouendi: in ijs quæ ſanguinem habent, partem eam quæ circum cor eſt, obtinet. nam quæcunque ſanguinem habent: habent & cor, a quo motus ſenſuſque principij origo atque initium pendet. Motus igitur & ſpiritus & omnino refrigerationis principium: in corde, ut patet, collocatum eſt. Quin & ipſa natura tam parteis eas quæ ſpirationi deſtinatæ ſunt, quàm quæ refrigerio quod ab humore peti ſolet: ad calorem partis huius ſeruandum tutandumque concinnaſſe uidetur. Sed de refrigeratione: infra, ſuo dicemus uolumine.*

*Habentibus igitur ſanguinem: hoc eſt quæ circa cor pars.*





*omnia enim habentia ſanguinem, cor habent, & principiũ motus & ſenſus principalis, hinc eſt. Motus igitur & ſpiritus principium & omnino refrigerationis, manifeſtum ꝗ eſt hic. Et reſpirationem, & humido refrigerationem, ad ſalutẽ eius ꝗ eſt in hac particula caloris, natura tribuit. Dicetur autem de ipſa, poſtea ſecundum ſe.*

Ex hac ſuppoſitione infert in ſpeciali duas ſuppoſitiones magis explicitas. Quarum prima eſt, ꝙ in habentibus ſanguinem, hæc pars media, quæ eſt principium ſenſus & motus, eſt cor, uel id quod eſt circa cor, ut ſpũs uitalis uel ſenſitiuus, qui eſt circa cor, & hoc dicit. Habentibus igitꝰ ſanguinem, hoc principium motus & ſenſus eſt pars, quæ eſt circa cor. ſ. ſpũs uitalis, & ſenſitiuus. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte ꝙ ſpũs qui eſt circa cor eſt quaſi principium proximũ ſenſus & motus. Cor uero eſt quaſi remotum principium, inquantum mediãte hoc ſpiritu eſt principium motus & ſenſus. Hoc probat Ariſto. ui inductionis q.d quia diſcurrendo per omnia habentia ſanguinem, inuenitur in illis cor, & quòd cor ſit principium ſenſus & motus mediante illo ſpiritu, unde dicit. Omnia enĩ habentia ſanguinem, & cor habent. & principium motus & ſenſus principalis hinc eſt. Et per principium ſpiritum intelligit quaſi idem eſſe ſenſus & motꝰ principium patet diſcurrendo per omnia habentia ſanguinem, in quibꝰ reperitur & cor, & principium motus & ſenſus eſſe a corde, iõ repetit cõcluſionẽ illã inferens ex hac inductiõe, & dicit. Igitur principium motus & ſpiritus & omnino refrigerationis, manifeſtum eſt ꝙ ſit hic. ſ. in corde. Et manifeſtum eſt etiam ꝙ natura tribuat reſpirationem natura tribuat reſpirationem habentibus pulmonem, quæ fit tractu & expulſione aeris, non habentibus ꝟo pulmonem fit humido tracto & expulſo, ut in piſcibus patet, & totum hoc fit ad ſalutem, & conſeruationem eius caloris, qui eſt in hac particula, ut probatum eſt in libro de iuuentute & ſenectute, & in libro de reſpiratione, propterea ſubdit. Dicetur de ipſa reſpiratione & refrigeratione poſtea ſꝫm ſe. ſ. ſeorſum in libro de iuuentute, & in libro de reſpiratione.

*In ijs uero quæ carent ſanguine, & inſectis, & ijs quæ ſpirare non ſolent, facultatis motricis regia in eo eſt quod uice cordis ſubrogatur, nam ea in parte, ſpiritus quidam inſitus attolli uicibus & ſubſidere cernitur, quod: facile deprehendi poteſt in totipennibus, quallia ſunt ueſpæ, apes, muſcæ, & cætera generis eiuſdem.*

*Non habentibus uero ſanguinẽ & entomis & non ſuſcipientibus ſpiritum, in proportionali, plantatus enim ſpiritus inflãs & reſidens uidetur, palam autem hoc, in ijs quæ ſunt totala, puta ueſpis, & apibus, & muſcis, & quæcũq; huiuſmodi ſunt.*

Secunda ſuppoſitio, quam in ſpeciali infert, eſt ꝙ in nõ hñtibus ſanguinem, & non ſuſcipientibus ſpiritum per reſpirationem, principium motus & ſenſus eſt in proportionali cordi, & hoc inquit, non habentibus uero ſanguinẽ, quę ſunt entoma & non ſuſcipientia ſpiritum, hoc eſt aerem per reſpirationem, principium ſenſus & motus eſt in proportionali cordi, hoc probat, qm̃ ſpiritus plantatus inflans & reſidens, uidetur. ſ. eſſe principium motus & ſenſus, qui ſpiritus plantatus eſt in proportionali cordi, quod probat inductione, & dicit. Palam autem hoc, in his quæ ſunt totala quæ etiam totipennia dicuntur, puta ueſpis, & apibus, & muſcis, & quæcũq; huiuſmodi ſunt. Quo uero ad ꝟba attinet, aĩaduerte ꝙ totipennia, quæq; totala dicuntur, græce ὁλοπτέρα, holoptera, dicta quidem holoptera ꝙ alas non ſciſſas habeant, ſed totipennia, ut ueſpæ muſcæ, apes, & cętera entoma, quęq; inſecta dicũtur. Quid uero ſit plantatus ſpiritus, declaremus, hæc itaq; aĩalia, cũ ſanguinea nõ ſint, nec cor habent, nec ſpiritum, qui eſt ſanguinis tenuisſima pars, habent uero cordi emulum, & ſanguini quoddam etiam emulum, cuius emuli ſanguinis tenuisſima pars aer cõplantatus ab Ariſto. ubiq; appellatꝰ, huius principium eſt illud, quod eſt emulum cordis, qm̃ eſt principium eius, quod eſt emulum ſanguinis, cuiꝰ emuli ſanguinis tenuisſima pars ſpiritus cõplantatus eſt, qui etiam emulum ſpiritus dicitur. Ad rẽ ergo, ſicut uerus ſpiritus in ſanguineis eſt a uero corde, ita emulum ſpiritus, qui dicitur aer cõplantatus, eſt ab emulo cordis. Et quoniam ſpiritus iſte complantatus, qui eſt emulum ueri ſpiritus, eſt principiũ motus & ſenſus in talibus entomis, & eſt a cordis emulo, & in cordis emulo, iure etiam in entomis principium ſenſus & motus eſt in proportionali cordis.

*Quoniam autem animalia nec mouere, quicquam nec agere ſine intenſione uirium poſſunt, intenduntur autem uires retentione ſpiritus, ijs quidem quæ ſpirãt extrinſecus accerſiti, ijs uero quæ nõ ſpirant inſiti, hinc profecto euenit ut totipennia ipſa quoties ſe mouent, attritu ſpiritus ad ſeptum tranſuerſum offendentis, bombos illos ædant.*

*Quoniam autem mouere quidem aliquid aut facere ſine robore non eſt poßibile, uigorem autem facit ſpiritus detentio, reſpirantibus qnidem quæ deforis, non reſpirantibus uero quæ cõplãtata, ideo & bombare alata uidentur cũ mouẽtur, attritione ſpiritus offendentis ad ſubcinctorium totalorum.*

Obiter, ut mihi uidetꝰ, Ariſto. uult ſoluere ex dictis problema ꝓꝑ qd totipẽnia ut apes cum uolant, bombant. Reſpondet hoc eſſe, qm̃ ſpũs qui eſt aer innatus offendit ad ſuccinctorium, quod dicitꝰ ſeptum trãſuerſum, ubi eſt mẽbrana tenuis, & ibi frãgitur, ex cuius fractione bombꝰ cauſatur. Pro ſolutione igitur, ſumit duo quaſi antecedens, & infert ſolutionem problematis, & loquitur ſuſpenſiue uſq; ibi {ideo & bombare} unde inquit. Qm̃ aũt mouere quidem aliquid, ſiue lapidem, ſiue quãtus rem, aut facere aliquid ſine robore non eſt posſibile, quod non probat, qm̃ manifeſtum eſt, nam robuſtiora facilius mouent, hoc eſt primum. Deinde dat ſecundum, & dicit. Vigorẽ aũt facit ſpũs detentio, non tñ eodẽ mõ oĩbus, ſed reſpirantibus quidem detentio quę eſt ſpũs arcesſiti atq; aduocati ad intra ex deforis, facit robur, non reſpirantibus aũt, detentio, quæ eſt cõplantata. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, debes ſcire, quòd ſpũs uerꝰ fit fortior, cũ aer intꝰ trahitꝰ, & ille imꝰ detinetur, ad illius enim cõfortationem facta eſt inſpiratio, iõ uidemꝰ, cũ aliq fortiter aliq̃d agũt, retinere ſpũm, qm̃ detẽtione aeris nõ multa, ſpiritus uerus cõfortatꝰ, cũ ꝟo eẽt multa, uerus ſpũs ſuffocaretꝰ. Siľi mõ, cũ ueſpa mouetꝰ, detinet ſpũm cõplãtatũ, mouet tñ illũ ab ſubcinctoriũ, ut ſubcinctoriũ dilatet & cõſtringat mẽbranã, ut ab aere externo refrigeretꝰ, quę refrigerata, refrigeret ꝑcordia. Ex his duobus cõcludit, & terminat ſuſpẽſionẽ, & dicit. Ideo & bõbare alata uidẽtur cum mouentꝰ, attritione ſpũs, hoc eſt aeris innati offendẽtis in eorũ motu ad totalorũ ſubcinctorium. Quo uero ad rem attinet, Themiſtius dicit de bõbo aliter, dicit enim ꝙ inſecta ea quæ dicũtur pẽnata, quotiens ſe mouent, quoddam murmur ędunt, quod aura illa ijs incluſa intus manente ſonãteq; accidit, hanc enim quotiens atterunt ad menbranã, quæ ſepto tranſuerſo ſubdita cinctum corporis determinat, bombos illos uolando elidunt, itaq; ſonus agitatu interioris ſpũs, nõ aĩa, nec ſpiralibus ullis uiſceribus redditur. Addit tñ eſſe quædam inſecta, quę attritu exterioris aeris ſonent, ſed ea tm̃ quę ſciſſurã ſub pręcinctu cõtinent, ut ſunt forte cicadę. Alij ꝟo dixerũt, ꝙ apes et ueſpę & id genꝰ faciũt ſonũ ꝑ alas uolando, q̃ qdẽ alę ſꝫ ſubtiles, ualdeq; uelociter agitatę in aere ſonãt, quod apparet in muſca, cũ ꝑ alã tenetꝰ. Mouẽdo. n. aliam alam ſonabit, quando uero illam non mouebit, non ſonabit. Apes uero magnę, ut dicunt, ſonum faciunt non uolatu, ſed motu pelliculę ſubcinctorij agitatę fortiter in aere, ut dictum eſt.

*Mouẽtur autem omnia, ſenſu quodam ſiue familiari ſiue peregrino in primo ſenſorio, facto.*

*Mouetur autē omne, aliquo ſenſu facto uel proprio, uel alieno in primo ſenſorio.*

Secunda ſuppoſitio principalis, omne quod mouetur, mouetur aliquo ſenſu facto proprio uel alieno, hoc eſt oē quod mouetur, mouetur quia ſentit aliquid aut quod eſt proprium ſenſibile, aut per accn̄s, qđ dr̄ ſenſibile alienū, & extraneum, & hoc facto in primo ſenſorio, qđ eſt ſenſoriū cōis ſenſus, hoc nō ꝓbat, qm̄ ſatis probauit.

*Quod ſi ſomnus & uigilia partis huius affectiones ſint, quo in loco: & qua primum particula contingere ſoleant, apertum eſt.*

*Si uero eſt ſomnus & uigilia paſſio partis huius, in quo quidem loco, & in qua particula prima fit ſomnus & uigilia, manifeſtum.*

Tertia ſuppoſitio, ſi ſomnus & uigilia ſunt affectiones primi ſenſorij, ſomnus & uigilia ſunt primi ſenſorij ut materię & ſubiecti, unde dicit. Si uero eſt ſomnus & uigilia paſſio partis huius. ſ. primi ſenſorij, manifeſtū eſt, in quo quidem loco ut in ſubiecto, & in qua quidem particula prima, ut in materia fit ſomnus & uigilia, qm̄ huius primi ſenſorij ſunt, ut materiæ & ſubiecti. Et pp hęc ṽba iuniores dixerunt Ariſto. agere de cā materiali ſomni & uigiliæ, non attendentes ꝙ Ariſto. ſupponit hæc, ut ex his declaret effectiuam cām, ut dicemus.

*Sunt etiam qui dormientes reſurgunt, & plæraq; agūt qualia cum uigilant, ſolent, quod tamen ſine uiſione aliqua aut ſenſu contingere non poteſt, nam ſomnium: quodammodo ſenſum eſt. Sed de ſomnio, inferius diſſeretur. Cur autem experrecti inſomnia meminerint, quæ uero per ſomnū quaſi uigilantes geſſerint, non meminerint, explicatum in problematis eſt.*

*Mouentur autem quidam dum dormiunt, & faciunt multa quæ uigilantium ſunt, non tamen abſq; phantaſmate & aliquo ſenſu, ſomnium enim, eſt quodammodo ſenſamentum* Dicendū *eſt autem poſtea de ipſo. Cur uero ſomnia meminerunt expergefacti, uigilum uero acta non meminerunt, in problematicis dictum eſt.*

Sed contra ſecundam ſuppoſitionem remouet unū dubium, dubium uero eſt hoc, qm̄ nonnulli dormientes mouentur, & tn̄ non ſentiunt, cum dormiant, ergo falſum eſt ꝙ oē quod mouet̄, mouet̄ aliquo ſenſu priꝰ facto circa primum ſenſorium. Rn̄det ꝙ licet iſti moueantur non facto ſenſu exteriori, mouent̄ facto ſenſu īteriori, qm̄ facto phātaſmate, & ſenſu illius phantaſmatis in ſenſu cōi, unde dicit. Mouentur aūt ꝗdam dum dormiunt, & faciūt multa, quæ uigilantium ſunt, qm̄ ſe armis muniunt, & equitant, & id genus. non tn̄ abſq; phantaſmate & ſenſu cōi, cauſa aūt eſt, qm̄ ſomnium, eſt quodāmodo ſenſamentū quoddam eſt, ut poſterius dicemus. Tunc ſe excuſat, qm̄ qō fieri ſolet, cur dormientes cum ſomniant, ſomniorum aliqn̄ meminerunt expergefacti, eorum uero operum, quæ uigilium egerunt, non meminerunt, non enim recordātur ſe loquutos eſſe, ſe armis munitos fuiſſe, & id genus, quæ uigilum ſunt. excuſat ergo ſe (& inquit) cur ṽo ſomnia meminerunt, expergefacti, uigilum ṽo acta, quæ ipſi egerunt, cum dormirent, non meminerūt, in problematicis qōnibꝰ dictum eſt, hę ſunt ſuppoſitiones. Verum animaduerſione dignum alios aliter dicere, non enim, ꝙ ſuppoſitiones fecerit Ariſto. aſſerūt, ſed Themiſtius uelle vr̄ ꝙ Ariſtote. probauerit in ſanguineis ſomni & uigiliæ effectiuum prīcipium eſſe cor, uel uitalem ſpūm, qui eſt circa cor. In exāguibus uero, eſſe proportionale cordi uel proportionale ſpiritui, qui eſt circa proportionale cordi, & ſyllogiſmus Ariſto. ſm Themiſtium eſt iſte id principium effectiuū ſomni ac uigiliæ eſt, quod ſenſus & motꝰ principium eſt, in ſanguineis cor, & ſpūs, in exāguibus proportionalia, principium ſenſus & motꝰ ſunt, ergo in ſanguineis cor, & ſpiritus in exanguibus proportionalia ſunt ſomni & uigiliæ factiuum principium. Iuniores aūt uoluerunt ꝙ Ariſtote. probauerit cor eſſe materiale & ſubiectiuum principium, qm̄ eſt materiale & ſubiectiuū principiū ſenſus & motus. Quę expōnes aptari pn̄t uerbis, non tn̄ facile, ut intelligēti patet. Poſſunt etiam pōnes hę concordari, qm̄ cor biſariam accipi pōt, uno mō, ut eſt mēbrum uiuēs ex ſanguine & ſpiritibus aggregatū, & hoc pacto eſt principiū factiuū & ſomni & uigiliæ mediantibus ſpiritibus, & ſanguine, & ſic intelligit Themiſtius. Alio mō pōt cōſiderari, ut mēbrū abſolute, non conſideratis ſpiritibꝰ & ſanguine, et ſic eſt ſubiectum & materia ſomni. & hoc pacto potuerūt intelligere iuniores. Nos ṽo facilius uerba Ariſto. conſiderantes, in ſuppōnes illa diſſecauimus, nec ab rōne, qm̄ neque cām materialē, neq; cām factiuā explicaſſe eum cernimus. Signū eſt. qm̄ ſtatim in proximo textu dicit { Cōſequēs aūt eſt ea, quæ dicta, ſunt, aggredi quibꝰ factis, & unde principium paſſionis fit, uigilandi & dormiendi } mō per hęc ṽba innuit ſe nunc uelle dicere de factiua cā, poſtquā hęc ſuppoſita ſunt, & ita uidet̄ ſuppōnes feciſſe, quod mihi conſonum eſt, qm̄ de factiua & materiali cauſa dicet poſt hæc. Siquis tn̄ afficeret̄ expoſitione Themiſtij, poſſet dicere, ut ipſe dicit, ꝙ poſt hæc cām agētem, & materialem facilius & diſtinctius quā antea oñdet, hæc ſunt quæ mihi uidentur.

*Proximum ab ijs quæ diximus, eſt, ut quibus factis, & unde affectionis huius origo, ſomni inquam & uigiliæ proueniat, tractetur exponaturq;.*

*Cōſequēs aūt eſt ad ea quæ dicta ſunt, aggredi, quibus factis & unde principiū paſſionis fit, & uigilandi & dormiendi.*

Cū poſuit ſuppōnes, nūc exequitur, & prīo reſumit rurſus intentionē, & dicit. Cōſequēs aūt eſt ad ea, quæ nunc ſuppoſita & dicta ſunt, aggredi quibus. ſ. cauſis materialibꝰ, vñ tāquā e cā factiua principiū paſſionis fit, & uigilādi, & dormiēdi. Quo uero ad uerba attinet, Themiſtiꝰ per illud ṽbū { quibus } exponit qua motione, nos ṽo, diximus, quibꝰ. ſ. materialibꝰ cauſis. Eſt aūt materialis cā, uapor, q eleuatꝰ a cibo actione cordis & ſpirituū, deīde in locū inferiorē defluit inſpiſſatus, & cor infrigidans, & meatꝰ ſenſitiuos, ꝗbus ſenſibilia externa deferunt̄ ad cor, obturens eſt. Hic enim uapor materialis cā dr̄ a Themiſtio ſuperiori capite. Vtrū ṽo hic uapor ſit materialis cā ſomni, poſtea dicemꝰ, prīcipiū ṽo effectiuū eſt ſpūs, originale aūt cor ipꝫ, nam ſicut ſol ſua luce eleuat uapores ab humidis, ſic cor ſuo ſpū calido eleuat uapores a cibo. Ergo proponit dicere de uapore. & de ſpū et calore, de uapore ꝗdē, ut materiali cā, de corde ṽo & ſpū, ut factiua cā. Ampliꝰ dicit, & vñ prīcipiū paſſionis fit, & exponit, quid ꝑ paſſionē intelligit, & lege { & } pro. i. hoc pacto, paſſionis. i. uigilādi & dormiēdi, hoc pacto Themi. intelligit.

*Sane cum animal ubi ſenſum habet tum primum ali & creſcere oporteat.*

*Palam itaq; eſt, quod quoniam neceſſarium eſt animali, cum ſenſum habet, tunc primo nutrimentum ſuſcipere, & augmentum.*

Propoſita intētiōe, nūc exeꝗt̄, & primo reſumit quęcūque de nutrimēto dicta ſt̄ in libello de nutrimēto, & hoc nō ab rōne, qm̄ cū cā materialis ſomni et uigilię ſit uapor eleuatus a cibo, niſi intelligamus ſummatim cibū, ac nutrimētū ꝗd ſint, nō poterimus intelligere qūo uapor cibalis eſt cā ſomni, et qūo uigilię. Reſumit ergo ꝑ ordinē, oīa neceſſaria, quę de nutrimēto dicta ſt̄, & quę ad ꝓpoſitū ualēt. Primū igit̄ qđ ſumit eſt, ꝙ ꝗ primū aīal ſenſum habet, tūc prīo nutrimētū & augmētū hꝫ. Ex hoc uult hr̄e, qn̄ aīal īcipit dormire, & uult tūc aīal incipꝭ dormire, cū nutrimētū īcipit ſumere, tūc. n. incipit uapor ab illo cibo eleuari, tūc āt īcipit nutrimētū ſumere, cū prīo accipit ſēſū, ergo tūc īcipit aīal dormir̄, cū primū ſēſuꝫ accipit. Sꝫ occurres, qm̄ embrium in utero prius q̄ꝫ ſenſum accipit, nutritur & creſcit, non ergo ſimul aliquid nutrit̄ & ſenſum habet. Huius igitur dubitationis ſolutionem innuit Themiſtiꝰ ꝙ licet embrium prius nutriat̄ & creſcat, q̄ꝫ ſenſum habeat, & dormiat, nō tamen, ut aīal, ſed ut plāta. Simul enim ſenſum accipit, & nutrit̄, cū nutrit̄, & creſcit, ut aīal, nō autē ſimpl'r. Cū. n. ſenſum accipit, tunc nutritur ut aīal, & cum nutrit̄, ut aīal, tunc primū ſenſum accipit, & cū primo nutritur ut aīal, tunc primo dormit.

*Sitq; alimentum nouiſſimum ſanguineis ſanguis, exanguibus quod ſanguini proportione reſpondet.*

*Nutrimentum autem eſt omnibus ultimum: ijs quidem quæ ſanguinem habent, ſanguinis natura; ijs uero quæ ſanguinem non habent, proportionale.*

Secūdo reſumit ꝗd nutrimentum ſit, & dicit, in aīalibꝰ hn̄tibus ſanguinem nutrimentum eſſe uerum ſanguinē. In exanguibus ṽo id, qđ eſt uice ſanguinis, unde dicit. Nutrimentum aūt eſt omnibus aīalibus ultimum, non tn̄ eodē modo, ideo dicit, ijs quidem quæ ſanguinem hn̄t, ſanguinis natura, ijs ṽo quæ ſanguinem nō habent, eſt proportionale. Quo ṽo ad ṽba attinet, Ariſto. non oē nutrimentum eſſe ſanguinem, ſed nutrimentum ultimum. Nutrimentum enim in principio nō eſt ſanguis, ſed potētia ſanguis. Nutrimentum enim ultimum, ut Themiſtius inꝗt, eſt qđ poſtremo & nouiſſime ex decoctiōe ſubſidet, & dixit ſanguinis natura, ut innueret, in hn̄tibus ſanguinem id, quod ultimo decoquitur, eſſe uere ſanguinem, natura enim ſanguinis, purus ſanguis dicitur.

*Atq; uenæ conceptacula ſanguinis ſint.*

*Locus uero ſanguinis uenæ.*

Tertio reſumit locum ſanguinis, & dicit ꝙ locus ſanguinis ſunt uenę, & per uenas, intelligit tam mobiles, quæ arterię pulſatiles dicunt, quam immobiles, quæ ſanguinem cōtinēt nō ita calidum ac ſubtilem.

*Venarum autem initium cor, id quod ex diſſectionibus perſpici poteſt.*

*Harum autem principium cor: palam autem quod dicitur eſt ex anathomis.*

Tertio reſumit, ꝙ uenę originē hn̄t a corde, et dicit. Harū aūt principiū eſt cor, probat hoc ex anathomijs & dicit. Palam aūt quod nūc dictum eſt, ex anathomis. Verū de his diximus libello de iuuentute, & ſenectute. Ibi. n. diximꝰ uenas quo ad ortū ſimpl'r, oriri a corde, qm̄ ab eo incipiunt, & ultra non progrediuntur. Quo ṽo ad ramificationem, oriuntur ab epate, qm̄ ramificatio incipit ab epate, & ſic medicos & philoſophos cōſiliauimus.

*Cibum utiq; illum q per os ingeri ſolet, in loca ſua receptū euaporari in uenas, inibiq; mutatum in ſanguinem uerti, & mox principium ipſum adire conſtat. Quæ quāquā in libro de alimento dicta ſunt, nunc tamen repeti oportet, ad hoc ut principia motionis contemplemur. & quid ſuſtinente parte ſenſitiua ſomnus & uigilia contingat. Nec enim ſomnus, quæcūq; impotentia ſenſuum eſt, ut diximus, nam & dementia, & præfocatio, & animi defectus, talē impotentiā afferre pōt.*

*Deforis quidem igitur alimenti ingredientis in ſuſceptiua loca, fit euaporatio ad uenas, ibi uero permutatum in ſanguinem uertitur, & uadit ad principium. Dictum eſt autē de his, in ijs quæ de nutrimento, nunc autem repetendum eſt de ipſis, huius gratia ut principia motus ſpeculemur, & quid patiente particula ſenſitiua accidit uigilia & ſomnus. Non enim eſt ſomnus, quælibet impotētia ſenſitiui, ut dictum eſt, etenim amentia, & ſuffocatio aliqua, & animæ defectio, facit huiuſmodi impotentiam.*

Quarto reſumit modum generationis ultimi nutrimenti, qui eſt perfectus ſanguis, & imaginat̄, ꝙ cibus primo ꝑ os ingeratur, deīde ingeſtus, ad ſtomachum fert̄, & ibi iterum ingerit̄, hinc per uenas, quę parug & medię dicuntur, ſpirat & euaporat ſurſum & permeat ad epar, & ibi iterū digerit̄, hinc tādem per uenam magnā ſubit ad cor, & ibi ſm Themiſtium ultimo concoquitur, & in ſanguinē pfecte conuertit̄. Deinde per uenam paruā fert̄ ad mēbra, & diſtribuit̄ oībus particulis, quæ nutriuntur, unde dicit, & lege igitur, pro pręterea hoc pacto. Præterea alimēti deforis ingredientis & collocati in ſuſceptiua loca. ſ. in ſtomachū & inteſtina, euaporatio fit ad uenas, quæ ſunt in epate, ibi ṽo permutatum, & concoctū, in ſanguinē uertit̄, & ab eo per uenā magnā uadit ad principium. ſ. cor. Et intelligit per euaporationem motū alimenti ſurſum, quo cibus aſcēdit ad uenas exiſtentes in epate: ut Themi. intelligit. Amplius aīaduerte, ꝙ Ariſto. ait nutrimentū in epate uerti in ſanguinem, & eum ſic uerſum proficiſci ad cor, ubi non clare patet, an digeſtio in corde (vt exponit Themiſtius) an in epate proficiatur, quoniam licet ſanguis proficiſcatur ad cor, non exponit utrum proficiſcatur ad cor, ut accipiat ibi ultimam perfectionem (ut ſentit Themiſtius) an ut nutriat cor, & de altera ꝑte ſpūs fiant, qui per uenā paruā diſtribuant̄ ad mēbra pro ultima digōne, quæ fit in mēbris, ideo uide, ea quæ diximus de re hac libro de iuuētute & ſenectute. unde quia res hęc non determinata eſt, ideo Ariſto. inquit. Dictum eſt aūt de his, in ijs, quæ de nutrimento. At nunc repetendū eſt de ipſis, hoc eſt at nūc dicimꝰ de his, huius gr̄a, & ob hāc cām, ut ſpeculemur principia motus. ſ. uaporum, unde ipſi eleuent̄, & quę illorū cā ſit, & quid illud ſit, quo patiente particula ſenſitiua. ſ. primo ſenſorio, quod eſt cor, accidit uigilia & ſomnus. Ergo de his propterea neceſſariū erat repetere, tum, ut intelligeremus motū uaporū, quo fit ſomnus, & uigilia, tum etiā, ut intelligeremus quid eſt illud, quo accidit nobis ſomnꝰ & uigilia primo ſenſorio patiente. Et aſſignat cām, qm̄ ſomnus fit ex motu uaporū eleuatorum a cibo, quia (ut inquit) non eſt ſomnus quęlibet impotētia ſenſitiui, ut dictū eſt. Etenim amētia & ſuffocatio hoc eſt ſtrangulatio, & aīę defectio, quę lipopſychia dr̄, facit hmōi impotētiā, & tn̄ nō ſunt cauſæ ſomni, ſed uapores eleuati a cibo, ut dicemus, ſunt cā ſomni, quare erat neceſſariū repetere de alimēto, ut uaporū motionē intelligeremus, qui ab eo eleuant̄. Sed dubitaret forte quiſpiā cōtra id, qđ de alimēto repetit, qm̄ nō uidet̄ uerū oīa mēbra nutriri ſanguine, nutrimur enim ex his, ex ꝗbus ſumus, ut libro de generatione dcm̄ eſt, at in nobis nonnulla mēbra ſunt melācholica, alia cholerica, alia ſanguinea, nonnulla flegmatica. Igit̄ alia membra melācholia, alia cholera, alia ſanguine, alia flegmate nutriuntur. Nō ergo ſanguis eſt oīum mēbrorū alimētū. Dicendum, ꝙ ſm Ariſto. unus eſt humor in nobis tm̄, cuiꝰ tenuior pars cholera, craſſior melācholia, aquoſior flegma, dulcior ſanguis dicit̄. Oēs tn̄ ſunt ſanguis, quare craſſiori parte melancholica aīalis membra nutriūtur, tenuiori ṽo cholerica, aquoſiori flegmatica, dulciori ſanguinea, uerum de his magna inter phyſicos, & medicos quæſtio eſt, de qua hactenus.

An ſanguis ſolus nutriat.

*Iā uero accidit, ut & quidā ꝑ forte animi deliquiū, quippiā imaginarentur. Hoc igitur aliꝗ habet controuerſiam.*

*Iam aūt facta fuit phātaſia, quibuſdā & defectū animæ patientibus fortiter. Hoc igitur: aliquā hēt dubitationem.*

Quęrit aūt hic Ariſt. utrū lipopſychia ſit ſomnus. Verū ꝓ declaratiōe qōnis, aīaduerſione dignū, ꝗd Ariſt. ꝑ amētiā, ꝗd ꝑ ſuffocationē, et ꝗd ꝑ aīę defectionē intelligat. Superiꝰ. n. Ariſt. hęc nō declarauit, & īdigere expōne, ꝑ amētiam igitur, quę gręce eſt ἄνοια, et ꝑnia, Themiſtius delirium, atq; furorem intelligebat, & per delirium ac furorē, non omnem dementiæ ſpēm Themiſtius intelligit, ſed cū morbum, quem, cū quis patitur, neq; uidet, neq; audit, neque omnino aliquid ſentit. Cuius ſignum affert Themi-

ſtus, ꝙ qui hac dementię ſpecie laborauerint, in eius corpus ſeuit, dentibus carnem ſuã petẽs, quę nõ ageret, ſi doloris ſenſum aliquem haberet. Per ſuffocationem aũt, ſtrãgulationem exponit, quæ fit, quoties uenæ, quę grece phagitides, latine ingulares dicunt, conſtringuntur, & hoïes ſenſib⁹ ereptis uenis illis fortis ualde appræhenſis collabũtur, huius quidem morbi ſpecies, ab Ariſtoteles πνιγμὸς dicitur, quæ forte eſt quędã apoplexię ſpẽs, per aïę defectionem intelligit Themiſtius morbum, quo quis animo linquitur, & iacet mortuus, quem morbum Ariſto. lipopſychiã uocat Ariſto. ergo ſumit tanquã per ſe notũ, ꝙ dementia & ſuffocatio, nec ſint ſomnus, nec ſomni cauſæ, non enim demẽs, nec ſuffocatus dormit, nec dementia, nec ſuffocatio ſomni cauſæ eſſe poſſunt, ideo quærit utrum lipopſychia ſit ſomnus, & uidetur ꝙ ſic, qm̃ quibuſdam lipopſychiam fortiter patientibus apparuit phantaſia ſiue phãtaſma, cuius recordantur, poſtquam a lipopſychia liberantur, modo hæc apparitio non fuiſſet, niſi qui lipopſychiã patiebatur, dormiebat, unde dicit. Iã aũt facta fuit phantaſia quibuſdam, qui & animæ defectum fortiter patiebantur. Hoc igitur, aliquam habet dubitationem, uidetur enĩ hæc conſequentia ualere, phãtaſma apparuit ei, q lipopſychiam fortiter patitur, ergo ille dormit.

*Nam ſi defectum animo dormire contingat: continget etiam ut imaginatio illa inſomnium ſit. Porro: multa dicunt qui ita uehementer tentantur, quiq; extinctorum ſpeciem præferunt. De quibus omnibus eandem eſſe rationem: putandum eſt.*

*Si enim contingat obdormire defectionem animæ patientẽ, continget utiq; ſomnium eſſe & phãtaſma. Multa autem ſunt, quæ dicunt qui uehementer animo defecerunt, & qui uiſi ſunt mortui eſſe. De quibus omnibus eandem eſſe rationem, exiſtimandum eſt.*

Rñdet, & uult ꝙ lipopſychia non ſit ſomnus, ſed morbi genus, nec cã ſomni, probat, qm̃ ſi lipopſychia eſſet ſomnus, phãtaſma, quod lipopſychiã patienti apparet, eſſet ſomnium, mõ hoc eſt falſum, qm̃ multa ſt̃, quę dicũt, q uehemẽter aïo defecerũt, & quaſi uiſi ſunt mortui eſſe, de q̄bus oïb⁹ eãdẽ eſſe rõnẽ exiſtimãdũ eſt, quare cũ hęc non ſint ſomnia, nec lipopſychia erit ſomnus, nec ſomni cã, unde dicit. Si. n. cõtingat obdormire defectionẽ aïę patiẽtẽ, cõtinget utiq; & phãtaſma, qđ illi apparet, eſſe ſomniũ. deſtruit ↄñs & dicit, ſed multa ſunt, quæ dicũt, q uehementer aïo defecerũt, & q uiſi ſunt eſſe mortui, de qb⁹ oïb⁹ eandem rõnem exiſtimãdũ eſt, ꝙ debẽt eſſe ſomnia, q̃ cũ nõ ſint, nec illud phãtaſma qđ appꝛuit lipopſychitico, vr̃ ſomniũ, ergo nec lipoſychia erit ſomn⁹, nec ſomni cã.

*Sed enim, uti iam diximus, non omnis impotentia ſentiendi ſomnus eſt.*

*Sed, ut diximus, non eſt ſomnus impotentia omnis, ſenſitiui, ſed ex euaporatione circa nutrimentum paſſio fit hæc.*

Exponit nũc qd proprie ſomnus ſit, & unde ꝓprie fiat, & ſic patebit lipopſychiã nõ eſſe ſomnũ, neq; ſomni cauſam, patebit etiam nullum morbum, aut morbi accidẽs eſſe ſomnum, & dicit. Sed, ut diximus, non eſt ſomnus quælibet primi ſenſitiui impotentia, ſed ea paſſio, atq; impotentia hæc ſomnus eſt, quæ ex euaporatione circa nutrimentum fit, hoc eſt proprie ſomn⁹ eſt impotẽtia facta ab euaporatione eleuata a cibo.

*Sed ea ſolum quam diuaporatio committit alimenti, quod enim ſurſum halat, quadantenus attolli, deinde regredi ac refluere inſtar Euripi neceſſe eſt, nam animantis cuiuſq; calidum, in ſublime natura fertur, at ubi eo loci ſubuectũ eſt, mox uniuerſum reciprocat, ac deſcẽdit. Quamobrem, ſomnus maxime poſt cibum fieri ſolet: tunc enim copioſus humor & corpulẽtus, ſurſum commeat. Qui cum conſiſtit, caput aggrauat, & addormiſcere facit, cum uero iam deſcendit, & reciprocando calorem repulit, tum ſomno ſepultum iacet dormitq; animal,*

*Neceſſe enim quod euaporatur, aliquo uſq; impelli, deinde conuerti & permutari ſicut Euripum, calidum enim cuiuſque animalium, ad ſuperiora natum eſt ferri, cum autem in ſuperioribus locis fuerit multum ſimul iterũ reuertitur, ferturq; deorſum. Et ideo, maxime fiunt ſomni, a nutrimento, nam repente tunc multa humiditas & corpulenta, ſurſum fertur. Conſtans igitur, grauat, & facit dormitare, cum uero deorſum fluxerit, & reuertendo repulerit calorem, tunc fit ſomnus, & animal dormit.*

Probat ꝙ dixerat, & exponit modum, q̊ fit in nobis ſomnus, ubi attẽtiõe dignũ ꝙ aſſumpto cibo per calorem a corde originalr̃ defluẽtẽ cibus concoquitur, in qua decoctione illi⁹ cibi fit quędã euaporatio, quę ꝓꝑ tenuitatẽ et caliditatẽ & leuitatẽ aſcẽdit naturaliter ad cerebrũ, ubi infrigidatur frigiditate cerebri, et inſpiſſat̃ ad modũ nubis, uapor ergo ille ſic frigefactus, & inſpiſſatus ob ſui grauitatem deſcẽdit, & qdẽ ꝑ eaſdẽ uenas ꝑ quas calor naturalis ad corde ad cerebrũ, & ſpũs aïales ꝑmeãt, deſcẽdẽs uero obuiãs calor & ſpũi cordis, diffundit ſe ad ꝑtes exteriores corꝑis, & repellit calorẽ et ſpũs cordis ad loca cordis & epatis, & ſtomachi, ut. v₃. maior calor uigeat ĩ locis digeſtiuis. At in tali reuerſione, qua calor & ſpũs reuertitur ad cor & epar, cõtingit primo ꝙ organa ſenſitiua exteriora careãt calore & ſpiritib⁹ ſufficiẽtib⁹ ad ſentiẽdũ, & cõtigit, qđ ꝓꝑ uapores, q frigefacti ad illa diuerterũt, facta ſit obturatio tãta, ut nõ poſſint ſpẽs uenire ꝑ illas uias ad cerebrũ, & ſic nec ad cor, & ita nec ad ſenſu₃ coẽ₃ ueluti nubes ꝓhibet diffundi lumẽ ſolis a ſuperiori loco ad terrã (ut Auerro. inqt) et ita cõis ſenſus nõ põt ſentire ꝓꝑ hoc impedimẽtũ ſenſibilia exteriora, & ꝑ hũc modũ fit ſomnus, nã tũc ſenſus cõis uacat ab ipſis ſenſationib⁹ ſenſibiliũ exteriorũ, et qm̃ iſte uapor eſt grauis, cũ remeat ꝑ uenas, aïal grauat. Ex his ſequit̃ duplici de cã fieri ſomnũ prima qdẽ eſt ꝓꝑ priuationẽ ſpũum, q nõ pñt uẽire ad organa exteriora, ꝓꝑ oppilationẽ factã ĩ illis a uapore frigido & ſpiſſo. ſecũda ꝟo eſt, ꝓꝑ uaporẽ oppilãtẽ trãſitũ ſpẽrũ ſenſibiliũ ab extra ad cerebrũ, hũc modũ expoſuit Themi. vñ Ariſt. inqt. Neceſſe. n. qđ euaporat̃, aliquo uſq; impelli. ſ. ad cerebrũ, ubi ↄuertit̃ in nubẽ craſſam & grauẽ, et ſpiſſam. Deinde neceſſe eſt ↄuerti, & ꝑmutari a cerebro ad cor ꝑ eaſdẽ uenas ꝑ quas ad cerebrũ calor & ſpũs mouent̃, ueluti Eurip⁹, q mouet̃ a deorſum ĩ ſurſum, & econtrario. Q. aũt illud qđ euaporat, ſurſum moueat̃, declarat, & dicit. Calidũ. n. cuiuſq; aïaliũ, ad ſuꝑius ſua leuitate natũ eſt ferri, cũ aũt in ſuꝑiorib⁹ locis fuerit. v₃. in cerebro, infrigidat̃. & inſpiſſat̃, & ſic multũ ſĩl iterũ reuertit̃, ferturq; deorſum per eaſdẽ uenas ꝑ q̃s ſpũs et calor ad cerebrũ ferunt̃, tũc cõplẽdus eſt mod⁹, et dicẽdũ ꝙ cũ ĩ deſcẽſu obuiet calido, talis uapor ſic inſpiſſat⁹ diuertit̃ ad organa exteriora meat⁹ illorũ obturãdo, et repellit calidũ ꝓ magna ꝑte ad epar. & ad cor, et ad loca digeſtiua, ut meli⁹ fit digeſtio. Hic cõcludit, ꝙ ſomni maxïe fiũt a nutrimento. Cui⁹ cãm affert, qm̃ aſſumpto cibo, ꝟtute caloris cordis multa humiditas & corpulẽta ſurſum fert̃, & in cerebrũ ꝑtigit, ibi igit̃ conſtãs, & frigefacta, ac inſpiſſata grauat cũ ad mẽbra ꝑ uenas meat, & facit dormire. Cũ ꝟo deorſum fluxerit, & reuertẽdo repulerit calorẽ ad loca digeſtiua, aïal dormit, duplici, v₃, de cã, & ſubtractione ſpirituũ ab ipſis locis ſenſuum, & oppil'one impediente ſpecierum tranſitũ. Quo uero ad uerba attinet Ariſt. intelligit ꝑ Euripũ, fretũ, hoc eſt mare anguſtũ, qualis eſt Eurip⁹ taurominitan⁹ in Sicilia, & alter in Euboea. Sed circa ea, quę dicta ſunt, p₃ ſm Ariſto. aliquẽ ĩ lipopſychia cõſtitutũ uidere quędã, quæ phantaſmata dicũtur, idcirco nonnulli perperã ꝟba Ariſt. intelligentes dixerunt Ariſto. per lipopſychiam intellexiſſe extaſim, ſiue raptũ, ubi inferę uires, & ſenſuales ſopiuntur, ſupera uero animæ uis attollitur, cui ſic elatę multa archana reuelantur, huius opinionis fuit Plinius ſeptimo hiſtorię naturalis, qui exẽplo Hermotini claçomeni animã corpore relictã erraſſe tradit, quæ poſtea ad corpus rediẽs multa prædixit, ſed ꝙ lipopſychia non ſit exteſis ſiue raptus, primo probat̃, ꝙ lipopſychia ſm Gal. eſt morbi genus, quod uiriũ imbecillitate plerũq; cõtingit, aut nimia inedia, aut morbi diuturnitate, at extaſis ſine morbo accidit. Præterea lipopſychia, & bonis & malis indifferenter accidit, extaſis aũt nõ niſi uiris uirtute & oĩ ſcitate præcipuis. Amplius extaſis in magnarum rerũ reuelationibus fieri ſolet, ut his qõnibus aurelius Auguſtinus inqt, quas in libro Geneſeos confecit, lipopſychia uero accidit nulla rerum reuelatione cogente ad hæc in extaſi, quæ prędicuntur, nũquam fallere uiſa ſunt. Phantaſmata aũt quę in lipopſychia accidũt, temere atq; fortuito aliquid præſagiunt. Hinc Platonis error explodịtur. Plato. n. aïam in lipopſychia & ſomno melius intelligere, & futura uidere q̃ in uigilia cenſet. Mouetur ex eo, qa putauit aïam plenã eſſe ſpeciebus, ortãq; eſſe oïb⁹ ſciẽtijs abũdã, impediri aũt corporis mole, & qua cũ extrahit̃ impedimẽto ablato melius intelligit, & futura certius proſpicit, qđ qdẽ fictitiũ eſſe probat obſeruatio, nã q extaſim, ac raptũ paſſi ſunt, nũquã niſi uera prędixerũt. Lipopſychiatici ꝟo & dormientes, non niſi caſu (ut inquit Ariſto.) uera præſagiũt.



De uapore q̃ño cauſa ſomni.

Vlteri⁹ quærit̃ quæ cauſa ſomni & uigiliæ ſit uapor eleuatus a cibo. Rñdit Themiſtius, ꝙ uapor ſit materia ſomni & uigiliæ, ut patet cap̄. 9. Alij dicũt ꝙ eſt cã factiua, qm̃ ſui pñtia in uijs ſenſitiuis eſt cauſa ſomni, ſui abſentia ab illis eſt cã uigiliæ. Ego ꝟo dico ꝙ ſicut in generatione pluuię ſol & calor cœleſtis, & uapor ſunt cauſæ pluuiæ, ſic ĩ generatione ſomni cor, & calor, & uapor ſunt cauſę ſomni, cor quidem cã vl'is, calor uero cã eleuãs uapores, & uapor cã materialis. Verũ aïaduerte ꝙ cã materialis. Vno modo accipit̃ pro cã ex qua aliquid fit tãquã ex ꝑte inexiſtente, & ſic ſomn⁹ & uigilia non hñt cãm materiale₃, cũ ſint accñtia, quorũ nõ eſt materia ex qua. Alio mõ accipitur pro cã materiali in qua, & ſic cor, & primũ ſenſoriũ eſt cã materialis ſomni & uigilię, & nõ uapor. Tertio accipit̃ pro oĩ cã corporea, e qua aliud pendet, q̃ño medici humorẽ dicũt eſſe materiam febris, & cãm illius materialem, quæ reuera eſt effectrix cã, ſed qm̃ omne corporeum, e quo aliud pendet, in quocũq; genere cauſæ uocãt materiam, iõ humor dicitur materia febris, & cã hoc pacto materialis, diſtinguitur cõtra cãm immaterialẽ, q̃ño dicimus dolorẽ eſſe materialẽ, qñ ei⁹ cã eſt humor, & immaterialẽ, qñ eius cã eſt qualitas ſine humore. Tunc dico ꝙ loquendo ſm modũ loquendi medicorum uapor eſt cauſa ſomni et uigiliæ materialis, qm̃ eſt cã corporea, e qua pẽdet ſomnus, & uigilia: ſui enim pñtia corporea uapor meatus ſenſitiuos oppilans ſomnum efficit, ſui abſentia uigiliã cauſat. Secundum ꝟo modũ loquendi philoſophorũ, uapor ſui pñtia eſt cã ſomni effectrix, ſui abſentia cã uigilię remouens prohibẽs, & ſic pñt opĩones cõſiliari tertio quæritur dato ꝙ uapor ſit cã ſomni effectrix ſecũdũ modum loquendi philoſophorũ, utrũ ſit effectrix cã per ſe, an per accidens. Dicendum ꝙ cã effectrix per ſe uno mõ accipit̃, ut diſtinguitur contra cãm fortuitã & caſualem. Alio modo pro cã uniuoca, quæ agit ſm propriã intẽtionem agẽdo ſuũ effectum. Tũc dico ꝙ loquendo de cã ꝑ ſe prima rõne, ſic euaporatio eſt cã per ſe, qm̃ non eſt cã ſomni fortuita, ac caſualis, qm̃ poſita euaporatione in uijs ſenſitiuis utplurimũ ſequitur ſomnus, & remota ab illis, utplurimũ ſequitur uigilia. Loquendo ꝟo de cã per ſe uniuoca quæ agit ſecũdũ propriã intentionẽ, & quæ eſt uniuoca effectui, ſic euaporatio eleuata a cibo, nõ eſt cã per ſe, primo qa uapor non eſt quid uniuocum cũ ſomno, neque cum uigilia ſecundo quia uapor non per ſe intendit ſomnu₃ ſui pñtia, nec uigiliam ſui abſentia, ut enim uapor eſt frigidus, per ſe intendit infrigidare, ut grauis, per ſe intendit moueri deorſum, & qm̃ ad motũ uaporis deorſum ſequitur oppil'o uiarũ ſenſitiuarum, ideo per accidens eſt cã ſomni tertio qm̃ ſomnus eſt priuatio, mõ priuatio non eſt effectus ꝑ ſe intentus a natura. Ex quo ſequitur ꝙ ſit cã per accñs, inquantũ ad eius deſcenſum ſequitur cã per ſe, qm̃ ad eius deſcenſum ſequitur cõuentus caloris & ſpirituum ad cor, & ad loca digeſtiua, & ſic inquantum ad ſui deſcenſum ſequitur receſſus ſpirituũ ſenſitiuorũ a uijs ſenſitiuis eſt cã ſomni. Sui uero abſentia eſt cã acceſſus ſpirituum ad illas, & ſic eſt cã uigiliæ. Ex his ulterius patet cerebrum eſſe cãm per accñs ſomni quatenus ſui frigiditate eſt cauſa frigiditatis, & ſpisſitudinis & grauitatis uaporum, ueluti media regio eſt cã ꝑ accidẽs pluuię. His ſtãtibus, patet ꝙ illa impotẽtia ſentiendi, quę proficiſcit̃ ab humore, ut in febrib⁹, & alijs morbis, quã arabes ſubeth appellant, nõ eſt ſomnus, ſed ſtupor, q eſt, aut morb⁹, aut accidens morbi. Somnus. n. impotẽtia ſentiẽdi eſt, quæ a cibali euaporatione proficiſcit̃, quæ ꝟo nõ a cibali euaporatione procedit, nõ ſomnus, ſed ſtupor eſt, uel ęquiuoce ſomnus, Hinc illa impotentia ſentiendi quæ accidit in principijs febrium, non ſomnus, ſed ſtupor eſt, non enim ab ipſa euaporatiõe cibali naſcitur, ſed ab humore effumãte ad caput a calore naturali cõuerſo in febrẽ, eleuato Ariſto. n. amẽtiã, ſuffocationẽ, lipopſychiã, & cætera id gen⁹ nõ ſomnos, nec ſomni cãm putauit, ſed morbos argumento qđ nõ a cibali euaporatione proficiſcunt̃, ſed ab humorali effumatione, ergo talia non ſomni, ſed uel ęquoce ſomni dicantur. Si. n. impotentia ſentiendi, quæ non a cibali euaporatione proficiſcit̃, poſſet eſſe ſomn⁹ apoplexia, epilepſia. lipopſychia, amentia, & id genus ſomni eſſe poſſent, cum ſint impotẽtię ſentiendi ab humorali euaporatione proficiſcẽtes. Quæ non aïaduertentes medici trudunt̃ ad aniles fabellas, uerũ de his poſtea. Sed dubitabis, qm̃ obſeruatio docet aliquos ꝑ unũ diẽ cibũ nõ aſſumpſiſſe, & tñ ſecũdo die nullo etiã cibo aſſumpto uiſi ſunt dormire, nec rõne humoris, nec rõne morbi. Dicerẽ hũc ſomnũ euenire ex defectu naturæ, nã ꝓꝑ defectũ cibi, cor & mẽbra interiora fuiſſent depauꝑata ſpiritibus, cũ defectu nutrimẽti nulla inſtauratio facta ſit in eis. Propterea naturaliter pro cõſeruatiõe eorũ, etiã nulla facta reꝑcuſſiõe calidi ab euaporatione cibali ſpiſſa deſcẽdẽte, natura principalr̃ intendẽs cõſeruationẽ prĩcipaliũ reuocaret calorẽ & ſpũs ab organis ſenſitiuis exteriorib⁹ ad cor, & ſic ſaltẽ paruo tꝑe ſomn⁹ fieri poſſet, q eſſet poti⁹ defectu naturę, q̃ additione naturę. Tũc diceret Ariſt. hũc ſomnũ nõ eſſe ꝑfectum ſm rõnẽ ſomni cõpletã, ſed ſm incõpletã ſomni rõnẽ, & fortaſſe ęquoce, qm̃ nõ eſt uer⁹ ſomn⁹ niſi ſit aliq̃ cibalis euaporatio ad cerebrũ, q̃re eſt q̃dã paſſio ſomno ſĩlis.

*Hæc autem, uel ſomnifica ipſa indicant, omnia enim, ſiue poculenta ſint, ſiue eſculenta, grauedinem capiti adferunt, ut papauer, mandragoras, temetum, lolium.*

*Signum autem horum, et ſomnifera, omnia enim grauedinẽ capitis faciunt, & potabilia & comeſtibilia, ut opium, mãdragoras, uinum, & lolium.*

Ariſto. (ut placet Themiſtio) nõ oñdit hic ſomnũ fieri uaporatione cibi, ut q̄dã intelligũt, ſed ꝙ humẽtia & corpulẽtia genera ciborũ grauedinoſa capiti ſint. & hoc eo ĩdicio, ꝙ qb⁹ ineſt uis ſomnifera, capiti grauedinẽ afferũt, & grauẽ ſomnũ. Vel dicẽdũ ꝙ cũ Ariſtotẽ. demonſtrauit ꝙ cibus ſui euaporatione corpulẽta ſomnũ efficiat, hoc ꝓbat nũc a ſigno ſomnificorũ, quę qa magis uaporoſa ſt̃, et corpulẽtiorẽ uaporẽ faciũt, maiorẽ ſomnũ cauſant, unde dicit. Signũ aũt horũ quę dicta. ſ. ꝙ cibus euaporatione ſui corpulentẽ ſomnus faciat, ſunt & ſomnifera, quę quia euaporatione corpulẽta abũdãt, oïa grauedinẽ capitis faciũt, hoc eſt ſomnũ grauẽ, & hoc craſſitudine eius humoris, qui ſurſum reſpirat, & potabilia, & comeſtibilia, hoc eſt ſiue potabilia ſint, ſiue comeſtibilia. De comeſtibilib⁹ ſt̃, opiũ, mãdragoras, & loliũ, de potabilib⁹ ꝟo eſt uinum. Quo uero ad uerba attinet, opium gręce eſt μήκων, latine papauer, eſt autem opium ſuccus cuiuſdam papaueris thebaici inſpiſſatus, qui eſt ualde ſomnificus. Mandragorę uero

duæ ſunt ſpecies (ut Columella inquit) candida quę mas uidetur,& nigra,quæ fœmina dicitur,hæc ſomnifera ſunt comeſtione,& olfatu,lolium autē eſt herbę genus,& uulgo çiçania dicitur,unde Horatius.Eſſet ador,loliumꝗ; meliora relinquens.

*Ad hunc item modum affecti uidentur,qui ſomporātur dormitantq́;,q́ nec caput erigere,nec palpebras attollere queūt.*

*Et qui deorſum feruntur,& dormitant, hoc uidentur pati,& non poſſunt leuare caput & palpebras.*

Secundo idem probat ab alio ſigno,qm̄ qui dormiunt grauedine uaporum,qui deſcendunt a cerebro ad mēbra,& ad palpebras non poſſunt leuare caput,unde dicit.Et q deorſum feruntur,& dormitant, hoc uidentur pati.ſ.euaporationem corpulentam & grauem,et pro qm̄ , nō poſſunt leuare caput,& palpebras corpulentia & ponderoſitate uaporum a cibo eleuatorum. Quo ꝟo ad uerba attinet,uerbum poſterius eſt expoſitiuum prioris uerbi, hoc pacto & qui deorſum feruntur,hoc eſt,q dormitant, hoc uidentur pati.

*Et maxime à cibis, ſomnus talis extat,tūc enim multa exhalatio conſit.*

*Et poſt cibaria maxime,talis ſomnus,multa enim , quæ a cibis euaporatio.*

Quod cib⁹ ſui craſſa euaporatione ſomnum faciat.Probat tertio ſigno,qm̄ poſt cibaria ſomnus ſic grauis maxime accidit,ut in prima nocte,qm̄ tunc multa & magnitudine,& numero eſt a cibis euaporatio.

*Prætere a,a fatigationibus nonnullis,nam fatigatio, colliquandi uim obtinet,colliquamentum autem, uicem incocti alimenti,niſi frigidum ſit, præſtare ſolet.*

*Amplius autem,& ex laboribus quibuſdam, nā labor quidem,colliquatiuum,colliquamen uero,fit quemadmodum nutrimentum indigeſtum,ſi non frigidum ſit.*

Quartum ſignum hic ponit,& ſumitur a labore , & dicit.Amplius aūt & ex laboribus quibuſdam, ſomnus fit,& Themiſtius per laborem fatigationem exponit, eſt aūt fatigatio non mentalis,ſed corporeus labor. Et fortaſſe dixit { quibuſdam } quia non ex mentalibus,ſed ex corporeis laboribus ſomnus fit.& illud uerbum ex pro poſt intelligit.q.d.poſt labores corporeos. Cuius cauſam affert,niam labor corporeus partes corporis diſſoluit,& ita facit multos uapores aſcendere a partibus corporis eliquatis,ac diſſolutis,ueluti a nutrimento, quando nutrimētum eſt indigeſtum & incipit digeri, & calefieri,unde dicit.Nā labor quidem,colliquatiuum eſt partium corporis ita,ut ex eo fiant humores colliquati quaſi unum colliquamē,colliquamen uero ex illis factum fit , quemadmodum nutrimentum indigeſtum ſi non frigidum ſit, qm̄ nutrimētum frigidum non euaporat,ſed calidum,modo colliquamē illud eſt ueluti nutrimentum calidum, e quo fit multa euaporatio.Quare cum labor corporeus colliquamē efficiat,
Dubitatio & colliquamen eſt ut cibus uaporem faciens , & ſomnū, ſequitur ut cibus ſui euaporatione ſomnum faciat. Sed dices colliquamen illud ex humoribus conſtans non eſt cibus,ergo ſomnus accidens euaporatione illius non eſt ſomnus.Candauenſis et Britannicus nō ignari philoſophię peripateticę pariter ſentiunt Ariſtote. non loqui de labore corporeo ſimpliciter,ſed qui fit poſt aſſumptum cibū. Cum enim labor corporeus, cum non fuerit nimis reſolutiuus uirtute motus fortificet calorem naturalem, et ſic facit,ut cibus digeratur , & copioſius effumet . Sed reuera hæc expoſitio eſt cōtra ꝟba Ariſt. & cōtra Themiſtium. Themiſti⁹ enim imaginatur propter laborem humores uiſcoſos in corpore contentos liquefieri aucta per laborem caliditate,& ex illis liquefactis fieri unum colliquamentum quaſi incoctum alimentum,ꝙ ſi non eſt frigidū euaporat,& ſic facit ſomnum , & ſic ſecundum Themiſtium Ariſto.uult fieri ſomnum ab euaporatione eleuata ab illo colliquamento calido,quaſi ab incocto,cibo,& inde fieri ſomnum,et quidem potiſſimum ſi in corpore adeſſent humores uiſcoſi ſuperflui.Propterea uidetur mihi,ꝙ ſomnus qui fit ab euaporatione colliquamenti,non uerus ſomnus, ſed quædam paſſio ſimilis ſomno,& dicit̄ equoce ſomn⁹, utitur autem Ariſto.ſomno æquiuoce ad uerificandū cauſam ſomni uniuoce dicti,ut innuat quaſi a ſimili, ꝙ ſicut ab illa colliquamenti euaporatione fit, quædam paſſio ſimilis ſomno,ſic quoqꝫ ab ipſius cibi euaporatione fit uerus ſomnus.Solum.n.uult habere,nec uerum, nec ueriſſimile ſomnū fieri poſſe ſine euaporatione.

*Quidam etiam morbi,hoc idem faciunt, qui ab humido & calido excremento proueniunt,quemadmodum in febre & lethargo euenit.*

*Et ægritudines quædam,illud idem faciunt, quæcūq; a ſuperfluitate calida & humida,ut accidit febricitantibus & lethargicis.*

Quintum ſignum ſumitur ab ægritudinibus, quarū materia eſt calida & humida.In his enim propter multas euaporationes aſcēdentes ab huiuſmodi materia, accidit multus ſomn⁹,humidum enim eſt materia uaporum , calidum uero factiua cauſa. Sed dices impotentia ſentiendi cauſata ab euaporatione humorali non eſt ſomnus, ut probauit Ariſtoteles ſuperius,dicendum ꝙ ad oſtendendū propoſitum noſtrum ſatis eſt,ut ſi ſtupore, qui eſt quædam paſſio ſimilis ſomno,quoniam uult habere quòd quemadmodum ſtupor & lethargus non accidunt niſi uaporatione facta ab aliquo,ſic uerus ſomnus non accidit, niſi uaporatione facta a cibo.

*Item,prima ætas,nam pueri alto ſopore præmuntur, quia alimentum omne ſurſum reſpirat. Cuius rei ſignum eſt,q per id ætatis,ſuperiora proportiōe inferiorum maxima ſunt, quia incrementum illo contendat.*

*Amplius autem,prima ætas, pueri enim dormiunt uehemēter,eo q nutrimentum ſurſum fertur omne . Signum autem,q magnitudo ſuperiorum excedit ad inferiora in prima ætatæ,eo q ad hæc fiat augmentum.*

Sextum ſignum quòd ſomnus fiat euaporatione cibali eſt,quoniam in prima ætate fit multus ſomnus ut in pueris.nam(ut Themiſtius exponit)alimentum ea ætate omne,uel pro maiori ſui parte ſurſum halat, unde dicit . Amplius autē,prima ætas,ſubaudi nobis ſigno eſt, ꝙ ſomnus fiat ab euaporatione cibali,pueri enim dormiunt uehemēter , eo quòd ea ætate nutrimentum ſurſum fertur omne, aut ſaltem pro maiore ſui parte . Sed dices nutrimentum non facit dormire,ſed euaporationem eleuatam a nutrimēto,ergo dato ꝙ ea ętate nutrimentum pro maiore ſui parte feratur ſurſum,non erit ſignum multi ſomni . Dicendū, ꝙ ſi nutrimentum in ea ætate ſm̄ ſubām ſurſum fertur, eſt ſignum,ꝙ etiam uapores eleuati ab eo magis ſurſum ferūtur,cū ſint leuiores nutrimento,Q, aūt ętate illa nutrimētum pro maiore ſui parte ſurſum feratur ,probat Ariſto. a ſigno,& ſignum autem eſt , ꝙ magnitudo ſuperiorum in pueris & in prima ætate excedit ad inferiora . Hoc eſt ꝙ magis creſcunt in partibus ſuperis ꝗ̄ inferis,eo ꝙ ad hæc fiat augmentum,at cum ætas illa augmentatiua maxime ſit,non ab ratione ſuperiora magis creſcunt . Sed dices in iuuenta eſt maior caliditas,ergo maior cibi euaporatio fit in iuuenta ꝗ̄ in pueritia,dicendum ꝙ an calidum ſit intenſius in iuuene ꝗ̄ in puero,hæc, queſtio eſt problematica,& nunc omittenda.Dato tñ ꝙ in iuuene calidum ſit maius,humidum eſt minus,& ſic priuatione materiæ uaporabilis eſt illa ętas minus uaporoſa . Calidum ꝟo puerile,dato ꝙ non ſit ita intenſum ſicut calidum iuuenile , eſt ſufficiens ad eleuādū uapores. Pręterea calidum iuuenile dato ꝙ eleuaret uapores magis,etiam magis illos reſoluit,ut calor ęſtiuus.Et ſic patet ſolutio.

*Nec alia de cauſa,morbo cōitiali obnoxij ſunt,is enim morbus,perſimilis ſomno eſt.Et idcirco, huiuſce peſtis exordium,pleriſq; per quietem accidit,qui poſtea dum dormiunt,ea corripi ſolent,dum uigilant,non ſolent. Cum enim larga ſpiritus copia in ſublime effertur,ubi rurſum deſcendit, uenas extumefacit & inflat, quibus meatum ſpirabilem comprimit atque intercludit.*

*Propter hanc uero cauſam, & epileptici fiunt, ſimile enim eſt ſomnus,epilepſi. Et ideo,accidit multis principium huius paſſionis,dormientibus, & dormientes quidem,capiuntur,uigilantes uero,non. Cum enim multus fertur ſpiritus ſurſum,deſcendendo rurſum uenas tumefacit,quibus coarctat porum quo reſpiratio fit.*

Secundum Themiſtium Ariſtoteles hic digreditur , nō tamen extra propoſitum,ſed ex dictis,oſtendit enim pueritiam eſſe ætatem aptiorem cæteris morbo comitiali, propter eandem cauſam,qm̄ illa ætas eſt multorum uaporum petentium ſurſum,ex quibus infrigidatis accidit oppilatio in uijs ſenſuum,& ſic fiūnt epileptici,unde dicit . Propter hanc uero cauſam,pueri etiam epileptici fiunt,hoc eſt morbo caduco laborantes, nam ſomnus eſt ſimilis epilepſię,& ſimilitudo eſt(ut Themiſtius inquit) quia & qui dormiunt, & qui epilepſiam patiūtur,quaſi aīa ablata, & ſenſu abmoto uidentur,cum igitur perſimiles ſint, quaſi ſimili uel eadem cauſa emergunt.ſ.euaporatione multa infrigidata obturante meatus ſenſuum.Quod uero epilepſia ſit ſomno ſil'is,declarat̄, qm̄ origo epilepſiæ quaſi ſomno incipiente accidit,& qui eo morbo infecti ſunt, in ſomno frequentius quam in uigilia collabuntur,unde dicit.Propter hanc uero cām,& epileptici pueri fiunt, ſimilis enim eſt ſomnus epilepſiæ. Cuius ſignum affert, ex ſolone problematis,quod quæritur propter quid accidit hic morb⁹ ſomno incipiente,& frequentius dormientibus , & dicit. Et ideo accidit multis principium hui⁹ paſſionis dormiētibus,hoc eſt incipientibus dormire. Et dormientes quidē capiuntur hoc morbo,uigilantes uero non. Cuius cām exponit,& dicit. Cum enim multus ſpiritus, hoc eſt poſt cibum in his pueris magna copia uaporum fertur ſurſum,infrigidatur a cerebro , & ſit ſpiſſus,& corpulentus & grauis,deinde deſcendendo rurſus per uenas, per quas calidū aſcendit,uenas tumefacit,& replet,quibus repletis coarctatur porus.ſ.arteria uocalis, quo fit reſpiratio, ut quaſi
De epilepſia Nota pulchra. pęne uitæ ſpiramen deficiat,& ſic ſomnus conuertitur in morbum comitialem . Sed dubitatur,quoniam epilepſia etiam uigilantibus accidit, ergo non eſt uerum ipſam ſemper fieri a uaporibus cibalibus,dicendum, quòd epilepſia quædam eſt humoralis,quædam cibalis,humoralis eſt illa,quæ fit ab euaporatione eleuata ab humorib⁹,qui ſunt, ut plurimum flegmatici,uel melancholici , uel ſanguinei. Et hæc accidit omni tempore & ſemper cum humor fuerit præſens & uapor ab illo eleuatus ſufficiat uenas obturare,& Ariſto.non loquitur de hac,hæc enim non fit,incipiente uero ſomno,ſed ſtupore,qui eſt ſomno ſimilis , alia eſt epilepſia cibalis,quæ fit p̄ hoc quòd ſomnus propter nimiam uaporum copiam conuertitur in hūc morbum, & hæc accidit pueris,& plerūq; in principijs ſomni . Quando uero epilepſia accidit pueris euaporatione ab humoribus accidit in uigilia,incipiente tñ quodam ſimili ſomno,& per hanc differentiam poteſt diſcerni humoralis a cibali,qm̄ cibalis accidit conuerſione ueri ſomni in epilepſiā, humoralis accidit in uigilia, & incipiente quodam ſimili ſomno,utpote ſtupore.

*Hinc,uinum pueris utile non eſt, nec etiam nutricibus (nihil enim forte intereſt, nutrices an pueri ebibant) niſi dilutum & modicum hauriatur,nam uinum, ſpirituoſum eſt,præſertim atrum.*

*Ideo,pueris nō conferunt uina,neq; nutricibus, differt enim nihil forſitā,ipſos bibere,uel nutrices , ſed oportet bibere aquāticum & modicum,ſpirituoſum enim,uinum,huius autem magis,nigrum.*

Rurſum digrediendo obiter,affert præcepta pro cōſeruatione puerorum,& ab his morbis,& ab alijs, & dicit. Ideo pueris non conferunt uina,neqꝫ nutricib⁹,& cām affert,& dicit.Differt enim nihil forſitā,ipſos bibere, uel nutrices,nam ex eiſdem fere nutritur uterque , & quoniā ꝗs non libenter remouet uinum a pueris uel nutricibus,qa eſt maximi nutrimenti,ideo præcipit,quòd ſi ſit dādum, opꝫ ut bibant ipſum modicum,& bene aqua dilutum,& cām affert,qm̄ uinū eſt ualde ſpirituoſum, hoc eſt multum uaporoſum,& hui⁹ maxime uaporoſum eſt nigrum, quoniā eſt craſſius,& corpulentius quare oportet , ut abſtineāt a uino pænitus nutrices,& pueri pro præſeruatione ad hoc morbo,& ſi ſit dandū.debet dari dilutum multa aqua, & album,ut per quæ aque frigiditatem tollatur uini uaporoſitas . Mulier quædam peperit quatuor filios, & comitiali morbo mortui fuerūt, uenit tādem ad me,ut dicerem quid agendum in alijs.Reſpondi,tu & ipſe abſtineas pænit⁹a uino,dū lactantis,& fecit hoc libenter, & preſeruatus eſt ultim⁹puer,unde hæc Ariſtotelica pręcepta ſeruari debēt,utꝗ theſaurus pro præſeruatione puerorum. Caſus pulcher.

*Et uſque adeo ſuperiora pueri plena cibo continent, ut quinque menſium ſpatio collum obuertere nequeant,quippe cum illis,haud ſecus quam ebrijs. multus uapor ſurſum ad caput feratur. Quam affectionem,cām eſſe cur initijs fœtus intra matris uterum quieſcant,rationi conſonum eſt.*

*Ita uero ſuperiora plena ſunt nutrimento pueris,quod quinque mēſibus neque uertunt collum,quemadmodum enim ebrijs, ſurſum fertur humiditas multa.Rationabile autem eſt, hāc paſſionem eſſe cām quare quieſcunt in matribus embria primū.*

Redit ad id quod dixit,dixit enim ꝙ in pueris nutrimētum pro maiore ſui parte ſurſum expirat , nūc probat etiā iſtud alio ſigno,& dicit.Ita ꝟo ſuperiora ipſis pueris plena ſunt nutrimento,ꝙ quinqꝫ menſib⁹ fere , neqꝫ uertunt collum,ſed quaſi rigidum , & inflexibile habent,et ſubaudi in pueri ſunt ſimiles ebrijs,nam quemadmodum ebrijs ſurſum fertur multa humiditas , ſic pueris magna humorum copia ſurſum fertur,Hinc aſſignat cauſam quarę fœtus primis menſibus uideatur in utero quieſcere, & dicit. Rationabile autem eſt,hanc paſſionem eſſe cauſam, quare embria primum uel primis menſibus quieſcunt in matricibus,qm̄ donec illa humiditas quæ ſurſum petit,nō digeritur,nō facile mouentur.

*Atq; in totum ſomniculoſi ſunt, qui conditas uenas habent, & qui forma pomilionis & capite prægrādi ſunt:Nam ij quorum conditæ ſunt uenæ,eas graciles & anguſtas habent , adeo ut humor ægre decidat & refluat. Pomiliones uero & quorum uaſta ſunt capita,multam diuaporationem atq; effluentiā quæ ad parteis ſuperas uiam capeſſit.*

*Et omnino amatores ſomni ſunt, qui occultus habēt uenas, & nani & magna capita habentes. Nam horū uenæ, anguſtæ, ita ut non facile diffluat quæ deſcendit humiditas. Nanoſis uero magnaq; capita hñtibus,ſurſum impetus multus & euaporatio fit.*

Vt Themiſtio placere uidetur , nunc Ariſto. de his qui, ſomno lenti ſint,phyſiognomiam afferre , & uult ꝙ q uenas conditas hñt,& nani,& pueri ſomnolenti ſunt , unde dicit . Et omnino amatores ſomni ſunt , qui occultas hñt uenas,ſtrictas,atqꝫ anguſtas, & nani & magna capita habentes.Quod quidem habentes uenas ſtrictas ſint ſomnolenti,probat,& dicit. Nam horū uenę,anguſtę adeo ſunt, ut non facile diffluat humiditas,quæ deſcendit, & ſic diu tenetur calor ad pręcordia recluſus, et hoc declarat The-

miſtius per pulchre, quoniam quem aqua per graciles fiſtulas lente decurrit, & quaſi guttatim, per amplas uero celeriter effluit, ita & ſpiritus ac humiditas deſcendẽs a cerebro per meatus anguſtos lente tranſmittitur, quare quorum uenæ ſunt conditę ſomnolenti ſunt. Quod uero nani, & qui magna capita habent, ſomno enti ſint, probat, & dicit. Nanoſis uero, magnaq; capita habentibus, mult⁹ cibi impetus ſurſum, & multa cibi euaporatio fit ſurſum. Magna enim capita (ut Themiſtius inquit) exiguo alimẽto non implentur, neq; paruis copijs ſaturantur. Quare cũ multa ſit materia, quæ in capite colligitur, ſequit̃ multum eſſe, quod decidat, & refluat.

*At qui uenas gerunt æditas, propter amplitudinem & latitudinem meatuum, ſomnolenti non ſunt, niſi quam aliam cõtrariam ebiberint affectionem. Neq; item melancholici, nam locus interior, refrigeratus eſt. Quare, in eis euaporatio multa nõ fit ob idq;, edaci auiditate laborant, cum ſint aridi, nam eorum corpora ita affecta ſunt, quaſi re nulla fruantur. Porro bilis atra quæ naturaliter frigida eſt, altricẽ officinã refrigerat, & alias parteis in quibus recrementum hoc potẽtia ineſt.*

*Manifeſtas uero habentes uenas, non ſomnolenti, propter amplitudinem uenarum, niſi aliquam aliam paſſionem habuerint contrariam. Neq; melancholici, infrigidatus enim eſt, locus interior. Quare: non fit ipſis multitudo euaporationis: propterea enim, & edaces duri exiſtentes, quemadmodũ enim nullo fruentia: afficiuntur corpora eorum. Nigra uero cholera, cũ naturaliter ſit frigida, & nutritiuum locum frigidum facit, & alias particulas ubicũque exiſtit poteſtate hmõi ſupfluitas.*

Nunc dat phyſiognomoniam eorũ, qui parũ dormiũt, & dicit. Quod parum dormiunt, qui uenas manifeſtas, & amplas habent, parũ etiam dormiunt melancholici, & dicit. Manifeſtas uero habentes uenas, non ſomnolẽti ſunt, propter cãm contrariã, quæ eſt amplitudo uenarum, dico tales non eſſe ſomnolentos, niſi habuerint aliquã aliã paſſionem contrariam huic, quæ ſomni ſit factiua, ut ſi fuerit nanus, uel caput magnum habens, & id genus. Ampli⁹ neque melancholici ſomnolenti ſunt qm̃ in his locus interior, in quo digeſtio fit, ut cor, epar, & ſtomachus, infrigidatus eſt, & ideo debilitate calidi agentis non fit in ipſis multitudo euaporationis. Interponit aũt Ariſto. quandã diſpoſitionem melancholicorum, & dicit. Propterea enim duri exiſtentes melancholici ipſi ſunt etiam edaces, nec repugnat eos eſſe edaces, & non uaporoſos, qm̃ (ut inquit) eorum corpora afficiuntur, quemadmodum nullo fruẽtia, quo enim ueſcuntur (ut Themiſtius inquit) non fruuntur: propter frigiditatem, nec quod aſſumunt uadit in corpus, ſed ſimilia uidentur infelicibus plantis, quæ in regione arida ac ſterili naſcuntur, quæ & ſi multum per radices cibi trahant, non uadit in corpus quod ſumunt. Tunc redit ad rationem, quare & ſi multum comedant, non ſint ſomnolenti, nec uaporoſi, & dicit. Nigra uero cholera cum naturaliter ſit frigida, facit nutritiua loca frigida. ſ. ſtomachũ, epar, & cor, & alias particulas, in quibuſcũq; humor melancholicus, poteſtate exiſtit. Quæritur primo propter quid melancholici ſint edaces. Rñdetur, qm̃ cum multũ appetant propter frigiditatem, comedunt ſine ſapore, & & ſic comedendo non ſatiantur ubi enim nõ eſt ſapor, nõ eſt ſatietas, & quia non ſatiantur, ſunt ędaces. Secundo quæritur propter quid melancholici comedunt ſine ſapore. Reſpondetur, quoniam habent guſtum frigidum, & ſic rigidum, & inſenſitiuum, frigido enim ſenſitiuum ſtupet. Quæritur tertio propter quid melancholici, cũ multum comedant, ſi non ex cibo multo fiat multus uapor. Reſpondentur, qm̃ in locis nutritiuis propter præſentiam ſanguinis melancholici, eſt calor paruus, qui non ſufficit eleuare uapores. Queritur quarto propter quid cum multum comedant, non multum in corpus creſcant. Reſpondetur (ut Themiſtius inquit) quia aſſimilantur plantis, quæ in ſterilibus regionibus ſunt, quicquid enim accipiunt per radices, in ſuperfluitates mittitur, & parum in ſubſtantiam.

*Quare ex ijs quæ dicta ſunt apertum eſt, ſomnum eſſe coitũ quendam caloris ad intima refugientis, et naturalem antiperiſtaſim circumobſiſtentiamque propter eam, quam diximus, cauſam.*

*Quare manifeſtum eſt ex ijs quæ dicta ſunt, ꝙ ſomnus eſt quędam cõuentus caloris intro, & naturalis reciprocatio propter dictam cauſam.*

Ex his cõcludit definitionem cauſalem ſomni, & dicit. Quare manifeſtum eſt ex ijs, quę dicta ſunt ꝙ ſomnus eſt quidam conuentus caloris intro, hoc eſt quædam copia caloris interni, in corde, et naturalis reciprocatio propter dictam cãm, hoc eſt propter repulſionem factam a uaporibus primo eleuatis a cibo, deinde deſcendentibus. Hæc eſt definitio cauſalis, ſomnus enim formaliter carentia ſenſus eſt, cauſatur aũt a conuentu & reciprocatione caloris naturalis propter deſcenſum uaporũ per quę dat intelligere proximam cauſam ſomni, quæ eſt retractio caloris naturalis, & ſpirituum a locis ſenſitiuis exteriorib⁹, & remotam cum dicit, ꝑꝑ dictam cãm, qm̃ hæc retractio cauſat̃ a deſcenſu uaporum, & ſic innuit cãm remotã, quæ eſt cã cauſæ, ut dictum eſt ſuperius.

*Quocirca qui ſomno premitur, in motu & agitatu uario eſt. Vnde & deficit, & refrigeratur.*

*Ideo multus, motus dormientis. Vnde & deficit, & infrigidatur.*

Hac definitione ſtanti, concludit primo ꝙ in dormiente fit multus motus uaporis ab eo loco. ſ. cerebro, e quo uapor deficit in calore, & infrigidat̃, ac inſpiſſatur, & graueſcit, unde dicit. Ideo multus motus. ſ. uaporis dormientis eſt ab eo loco, unde uapor & deficit, & pro ideſt, & infrigidatur. Mouetur enim uapor a cerebro infrigidatus, grauefactus, & inſpiſſatus deorſum.

*Atq; ob frigus, palpebræ decidunt. Quinetiam partes ſuperiores & extimæ, frigent, contra inferiores & intimæ, ut pedes & quæ intrinſecus continentur, incaleſcunt.*

*Et propter frigiditatem, concidunt palpebræ. Et ſuperiora quidẽ infrigidata, & exteriora: interiora uero & inferiora, calida, uelut quæ circa pedes & quæ intrinſecus.*

Secundo concludit quo aïal cum dormire incipit, ſe altereſcat, ut quaſi uelit dare formã ſomni (ut ſuperi⁹ dictũ eſt) & dicit. Et propter frigiditatem uaporis, & grauedinẽ cũ uapor grauis & frigidus ad ima ſubterfugit, frigeſcũt palpebræ, & frigefactæ cõprimuntur & confluunt, & ita ſuperiora quidem infrigidata, & exteriora uidentur, interiora autem & inferiora uelut quæ circa pedes, & quæ intrinſecus ſunt, ut uiſcera, & cætera quæ cõtinentur, calida. Quo uero ad uerba attinet, ꝙ ſuperiora & exteriora intelligit quę circa caput, & ſenſoria exteriora, non tñ intelligas ea adeo frigida fieri ut priuentur calore & uita, ſed ut priuentur calore ſufficienti ad motum & ad ſenſum. Interiora uero & inferiora calida ſunt calore ſufficienti ad uitam & ad motum & ad ſenſum, non tamen ſentiunt, qm̃ non poteſt fieri ſenſus, niſi ſpecies ſenſibilium exteriorum primo congregentur in cerebro, ut ſuperius diximus. Modo in cerebro congregari non poſſunt ſpiritu & calore reuocatis ab illo.

Qualis frigiditas partiũ ſuperiorũ.

*Quãquam cur ita, dubitabit aliquis, ꝙ à cibo profundiſſimus ſomnus obrepat, & uina ſoporifera ſint & cætera quibus conſimilis caliditas adeſt, nec rationi conſonum eſſe uideatur, ut ſomnus refrigeratio ſit, & cauſæ ſomni calidæ.*

*Quãquam utiq; dubitabit aliquis, quia poſt cibos fortiſſimus fit ſomnus, & eſt ſomniferum uinum, & alia huiuſmodi caliditates habentia, eſt aũt non rationabile, ſomnum quidẽ eſſe infrigidationẽ, cauſas autem dormiendi calidas.*

Mouet Ariſto. contra dicta dubitationem, qa non uidet̃ ſane conſonum, ut ſomnus ſit refrigeratio, ac frigidus, & cã ſomni ſint calidę, ut uinum, & alia quãplurima calida, quæ ſunt ſomnifera. Similiter uapores ſunt calidi, ſomnus enim non fit niſi loca & meatus, quibus ſpiritus aſcendũt & deſcendunt frigeſcant, unde dicit. Quãquã utiq; dubitabit aliquis, quia poſt cibos, ſomn⁹ fit fortiſſimus, & hoc quia ſomnus eſt refrigeratio & frigidus, & tamen uinũ eſt ſomniferum, & alia huiuſmodi, quæ caliditatem habent. Tunc reſumit uim dubitationis, & dicit. Eſt autem nõ rõnabile, ſomnum quidem eſſe infrigidationẽ, & cauſas dormiendi eſſe calidas, ut uinum, & cætera ſomnifera calida. Quo ꝟo ad uim dubitationis attinet, Animaduerte quòd ſomnus non eſt infrigidatio, in prædicatione formali, cũ ſomnus formaliter ſit impotentia ſentiẽdi, quæ non eſt infrigidatio, ſed eſt infrigidatio in prędicatione cauſali, non enim ſomnus fit, niſi meatus, & loca trãſitus ſpirituũ frigeſcant. Propterea eſt dubitatio, qũo ſomnus eſt cauſaliter frigidus, & cauſæ effectiuæ ſomni ſint calidę.

*Vtrum igitur hoc, eo accidit, quod quemadmodũ uenter inanis calidus eſt, ſed cum oppletur motionis ratione refrigeſcit, ita meatus & loci in capite poſiti euaporamento commeãte refrigerantur?*

*Vtrum ergo hoc accidit, quia quemadmodum uenter uacuus cum ſit calidus eſt, repletio uero ipſum infrigidat propter motum, ſic & qui in capite pori & loca infrigidantur ſurſum lata euaporatione?*

Soluit per tres ſolutiones quas problematice tãgit. Vltimo ꝟo ſoluit per propriam ſolõnem, & prima intelligit̃ ſic ſecundum Themiſtium, ꝙ hoc accidat, eo ꝙ quemadmodum ieiunus, & inanis uenter calidus eſt (quod eſſe poteſt effuſione cholerice ad ipſum, ut medici dicunt) Saturans uero friger, qm̃ ſuffocatur & obruitur calor nimietate cibi, quemadmodum & ignis congeſtu lignorum, ita quoq; meatus pertinentes ad caput affluentia alimenti euaporantis ad caput frigeſcũt ubi cibus denſatus, & concretus deorſum uice pluuiæ fundit̃, & ſic hoĩes poſt crapulam potiſſimum dormiunt. Tunc ad formam dico ꝙ ſomnus eſt frigidus, & cauſæ proximæ ſunt frigidæ, qm̃ licet uinum & ſomnifera calida ſint, tamen per accidẽs infrigidant, ſuffocando calorem naturalem uentris, & uiarũ per quas aſcendit uapor ad caput, uapor etiam licet ſit calidus, ſuffocando tamen calorẽ meatuum & locorum ſua nimietate, infrigidat, unde dicit. Vtrum ergo hoc accidit, quia quemadmodum uenter exiſtẽs uacuus, calidus eſt. ſ. effuſione choleræ ad ipſum, repletio ꝟo cibi ipſum infrigidat propter motum caloris ad interiora, & illius ſubmerſionem, ſuffocatur enim calor & obruitur nimietate cibi, ſic etiam pori qui ſunt in capite, per quos cibus ad caput euaporat, & loca illa ad quæ euaporatio peruenit, ſurſum lata euaporatione, & nimietate uaporum infrigidantur, ut calidum illorum obruitur, ac ſuffocatur, & ſic cauſę proximæ, quæ ſunt loca & meatus, ſunt frigidę. Quo quidem ad comparationem attinet. Animaduerte ꝙ Ariſto. uult ſtomachum infrigidari a cibo etiam calido, non quidem per ſe, ſed nimietate illius, qm̃ cum excedit calorẽ ſtomachi ſuffocat, ſicut ignis congeſtu lignorum, quouis modo ſint ligna, ſuffocatur, & obruit̃. Eodem modo uult quòd meatus & loca ad quæ, & per quos euaporatio cibalis ꝑmeat ſui nimietate etiam calidũ locorum & meatuum ſuffocet, & ſic cauſæ proximæ quę ſunt meatus & loca frigeſcunt, licet cibus & uapores ſint calidi. Cauſę uero remotæ, ut uinum & id genus licet ſint calidæ, tñ per accidens nimietate eorum ſuffocatiua infrigidant. Sed dubitatur cõtra ſolutionem, qm̃ ſi uenter infrigidaret̃ a cibo, & a uaporibus meatus ſimiliter, e cibo ipſo nõ poſſet euaporatio effumare, cum hoc non fiat niſi a calido potente illam eleuare. Præterea euaporatio eſt calida, & non frigida, alioquin non moueretur ſurſum. Si enim eſſet frigida, non aſcenderet. Dicendum ꝙ uẽter in principio fit frigidus per uiam ſuffocationis ſui calidi, non tamẽ adeo quin poſſit eleuare euaporationes ad caput. Maxime cũ nõ ſtatim ſomnus accidit aſſumpto cibo, ſed poſtquã calor cæpit agere in cibum. Ad ſecundum dico, ꝙ euaporatio eſt calida & leuis, frigefacit tñ meatus non ſui qualitate, ſed ſui nimietate, ſicut uinum frigefacit ſtomachũ nõ ſui qualitate, ſed ſui nimietate.

Dubõ

Solõ 3

*An quemadmodum aqua calida perfuſi, repente inhorreſcimus, ita illic frigus aſcendente calore collectum, parteis eas refrigerat, & calorem naturalẽ debilitat ac ſubterfugere cogit?*

*An quemadmodum perfuſis calido, ſubito horror fit, ita & ibi, aſcẽdente caliditate, congeſta frigiditas infrigidat, & quod ſecundum naturam calidum facit langueſcere & ſecedere.*

Hic dat ſecundam ſolutionem, & dicit. An quemadmodum perfuſis calido ſubito horum fit. Experiẽtia enim docet, ꝙ cum aqua calida pedib⁹ diffunditur, in reliquo corporis ſentitur tremor, qui horror dicitur, ita & ibi aſcẽdẽte caliditate, hoc eſt exhalatione calida ad meat⁹ & ad loca cerebri congeſta ac innata locorum, & meatuum & cerebri frigiditas per antiperiſtaſim unitur, & unita infrigidat loca, & meatus, & facit langueſcere, & ſecedere calidum locorum & meatuum quod eſt ſecundum naturã illi innatum. Quo quidem ad ſimilitudinem attinet, Animaduerte ꝙ cum pedes noſtri uel man⁹, uel partes corporis noſtri perfunduntur calida imãgine, atq; aqua calida frigus cutaneum corporis reducitur in unũ, & etiam frigus aeris continentis reducitur in unũ per antiperiſtaſim auctum, et calor naturalis ad interiora ſuffugit. Calore autem ſuffugiente (ut Themiſtius inquit) frigus illud continentis, et cutaneum corporis mãgines a calore diſertas libere adoritur, & ſic horreſcimus. Eodem modo cum aſcẽdit ad caput euaporatio calida, frigiditas cerebri locorũ & meatuum colligitur, & unitur, & ſic creſcit, aucta uero ac ſummis uirib⁹ referta calidum cerebri naturale, & meatuum & locorum aggreditur, ipſum debilitando, & hoc pacto per accidens cerebrum & loca fiunt frigida. Quo uero ad ſolutionem attinet, dico ꝙ dato ꝙ euaporatio ſit calida, per accidens infrigidat, inquantum adauget frigidum locorum, quod auctum repellit calidũ naturale, & hoc patet ꝑ ſiſe in diffuſione aquæ calidę.

*Præterea an quemadmodum congeſtum lignorum ignis reſtinguitur, ita multa alimonia quam calor ſubuehit, ſuperioribus ſe immiſcente calor naturalis elangueſcit, donec utiq; illa concocta perfectaq; ſit.*

*Amplius autem multo incidente nutrimento quod calor ſubleuat, quemadmodum ignis impoſitis lignis, infrigidatur, quouſq; digeratur.*

Hic tangitur tertia problematica ſolutio, & dicit. Amplius autẽ multo incidente nutrimento quod calor ſubleuat, hoc eſt, multa euaporatione cibali petente loca ſuperiora, q̃ euaporationem calor locorum nutritiuorum ſubleuat ſurſum, ex hac multa euaporatione cerebrum infrigidatur, donec cibus digeratur, & ceſſet euaporatio. Infrigidatur quidem cerebrum ex hac multa euaporatione, quẽadmodum ignis impoſitis lignis. Sed quo ad harum ſolutionum dr̃iam attinet, animaduerte ꝙ prima ſolutio ſupponit uentrem & cerebrum & meat⁹ eſſe calidos, & cibũ & euaporationem eſſe calidas, fieri uero loca frigida uia ſuffocationis propter nimietatem ſecunda uero ſupponit loca eſſe calida, & cibum & euaporationẽ etiam calidos, fieri uero loca rigida per antiperiſtaſim aucto frigido, ut in horrore tertia deniq; ſupponit loca & cerebrum calida, nutrimentum uero & euaporationem calidas, fieri uero loca frigida cruditate & multitudine eorum, quæ ap-

ponuntur. Hæc autem differentia in uerbis Themiſtij ſatis apprœhendi poteſt.

*Fit enim ſomnus, ſicuti dictum iam eſt, corpulento quopiam ui caloris in ſublime per uenas euecto, quod cum diutius eo loci perſiſtere non poteſt, ſed copia exuperante aggrauatur, rurſum depelli & ad ima fluere ſolet, quapropter & ipſi homines corruunt (animalium enim, homo unus erectus eſt) calore qui eleuandi munere fungebatur, ſubtracto, atq; ſimulac cor incidit, mentem aufert, deinde imaginationes & uiſa ſuggerit.*

*Fit enim ſomnus, quemadmodum dictum eſt, dum corpulentum ſurſum fertur a caliditate per uenas ad caput, cū uero amplius non poteſt, ſed multitudine excedit quod eleuatum eſt, iterum repellitur & deorſum fluit, ideo cadunt homines, ſubtracto calore qui ſurſum ferebat, ſolum enim animalium, rectū, & incidens quidem, deſipientiam facit, poſtmodū uero phātaſiam.*

Tres ſolutiones problematicas ad dubitationem aſſignauit, nunc oſtendit, ꝙ quouis modo dicatur, ſomnus fit (ut dictum eſt) & ideo repetit modum quo fit ſomnus, & lege ſi , & quocūq; modo dicat̃ ſomnus fit per modū aſſignatum, nam fit ſomnus, quemadmodum dictum eſt, dū corpulentum. ſ. uapor corporeus per uenas quæ ducūt ad caput, a caliditate ſurſum fertur a caliditate. ſ. locorū nutritiuorum leuificante, & calefaciente cibum. Cum uero uapor ſurſum ductus amplius in eo loco morari non pōt, quia grauefactus, & ſpiſſus eſt, & etiam quia quod eleuatum eſt multitudine excedit, ita auctum dico ut poſſit deſcendere, iterum repellitur per eaſdē uias, & deorſum fluit, et fit ſomnus. Ex hoc tñ aſſignat cauſam, cur hō ſolus cū dormit porrectus iacet (ut Themiſti⁹ exponit) & quo ordine ſomnus eum inuadat, & dicit. Et ideo cadunt homines, & iacent porrecti, quoniam erecti manebant calore illos eleuante, ſubtracto ūo calore, qui homines ſurſum erectos ferebat, mox cadunt & iacent, qm̃ ſolum aīalium hō erectū eſt, & calor ſolum hoīem ſurſum elegat, ergo quā primum calor deſcendit, homo cadit, & iacet. Si enim caloris eleuatio eſt cā rectitudinis, caloris deſcenſus erit cā caſus, non ſic in brutis, qm̃ calor non erat cauſa rectitudinis. Tūc ponit ordinem in ſomno hominis, & dicit. Et hō incidens, quidem, hoc eſt cadens, deſipiētiā facit, poſtmodum uero phantaſiam, quæ uerba quidam retulerūt ad caſum, quo hō cadit in epilepſiā, qm̃ in epilepſia homo cadit & cadens primo amittit intellectum, ſecūdo ſenſus interiores, & ſic uerba intelligitur. Themiſtius uero retulit hæc uerba ad caſum in ſomnum, nam homo cum primum in ſomnum cadit, facit deſipientiam hoc eſt externat̃ animo, & ſenſum omnem amittit, poſtmodum uero facit phātaſiam, hoc eſt imaginibus & uiſis illuditur, ac obūbratur. Eſt aūt hæc expoſitio Themiſtij magis conſona, qm̃ Ariſtoteles loquæbatur de ſomno, & ideo non debebat trāſire ad epilepſiam. Præterea ordo in ſomno iſte eſt, ꝙ hō cum incipit dormire primo ſenſu priuatur, poſtmodū per ſomnia uidet phantaſias.

*An ſolutiones quas mō dixi, cauſas continent propter quas refrigeratio fieri queat.*

*An dictæ quidem nunc ſolutiones, contingentes quidem ſunt ut fiat infrigidatio.*

Reprehendit has ſolutiones, quantum ad hoc, ꝙ oēs elaborarunt declarare qūo refrigeratio fiat locorū, & tamen nō expoſuerunt principalem cām, quare uapores infrigidentur, unde inquit. An dictæ quidem nunc ſolōnes, ſolum contingentes ſunt, & declarantes quod fiat infrigidatio locorum, non tamen ſubaudi tetigerunt cām principalem, a qua uapores frigeſcunt. Quo uero ad redargutionem ſolutionem attinet, aīaduerte, ꝙ omnes illę huc tēdunt, qūo loca fieri poſſint frigida cū ſint calida ante aduentum cibi & uaporū, oēs enim ſupponunt loca eſſe calida, & quærunt cām cur fiant frigida. Non enim ſomn⁹ fieri poteſt niſi locis & meatibus infrigidatis, ideo in hoc laborarunt ſolum, diminutę ſunt tñ qm̃ no aſſignarunt cauſam, cur uapores fiant graues, frigidi, & ſpiſſi ac nebuloſi, ut ex ipſis fiat ſomn⁹, & calidi reuocatio ad inferiora. Cū enim hoc non expoſuiſſent, uidentur diminutę.

*Sed tamen locus ille qui circiter cerebrum habetur, in ea re committenda principatum obtinet, uti alio loco diximus? Nam cerebrum, partium omnium corporis frigidiſſimū eſt, in ijs uero quæ carent cerebro, id quod uicem eius tenet.*

*Verum enimuero dominus eſt locus qui circa cerebrū, quēadmodum dictum eſt in alijs? Omnium enim quæ in corpore, frigidiſſimum, cerebrum, non habentibus uero, quæ æquiualet huic pars.*

Cum demonſtrauit inſufficientiam dictarum ſolutionum, nunc aſſignat ueram cām, quare uapores eleuati a cibo ad caput frigeſcant, graueſcāt, atq; nebuleſcant, deinde repetit modum uerum quo fit ſomnus ex talibus uaporibus, de prima parte dicit. Verum enimuero locus qui circa cerebrum dominus eſt, hoc eſt, ad infrigidandos uapores, grauefaciendos, atq; ad inſpiſſandos dominus, & cauſa quæ principatum obtinet, eſt locus, qui circa cerebrū, hoc eſt regio eſt, in qua continetur cerebrum, & hoc probat, & dicit. Omnium enim partium, quæ in corpore noſtro ſunt, cerebrum eſt frigidiſſimū, in aīalib⁹, quæ habēt cerebrum, in his uero quæ non hñt uerū cerebrum, ꝑs frigidiſſima eſt illa pars, quæ ęquiualet huic parti, hoc eſt uicem cerebri tenet. Quo uero ad cām hanc attinet, aīaduertendum, ꝙ aliquid eſſe magis uel minus frigidum, uel aliquid eſſe frigidum uel calidum contingit bifariam aut abſolute, aut ſecūdum comparationem, abſolute illud eſt frigidum denominandum, quod habet plus de frigido q̃ de ſuo contrario, hoc eſt de calido. Illud ūo calidum, qđ habet plus de calido q̃ de frigido, & hoc pacto nō loqt̃ Ariſto. quia fortaſſe cerebrum non eſt ſimpliciter frigidū, neq; ſimpl'r ſiccum, qm̃ fortaſſe in eo non eſt plus de frigido quam de calido, neq; plus de ſicco q̃ de humido. Secūdum cōparationem aūt aliqđ dici poteſt frigidum uel calidum tripl'r. Aut ſm comparationem eius ut eſt uiuēs uel uiuentis pars, ad ſeipſum mortuū, uel ut eſt pars mortui, & ſic quælibet pars uiuentis eſt calida & humida (ut Ariſto. probauit libello de iuuentute & ſenectute) qm̃ quælibet ut uiuentis pars eſt calidior & humidior, quam ipſa, ut ꝑs mortui. Alio modo ſm cōparationem ad alia ſui generis, & ſic Ariſtote. hic, & libro de ſenſu, & ſecundo de partibus animalium uoluit ꝙ cerebrum ſit frigidiſſima pars omniū partium noſtri corporis, & plus ſicca quā quęcūque alia, qm̃ in cerebro eſt plus de aqua quam in quacūq; parte, ut docent eius mollicies, & catarri, qui ab illo defluunt. Amplius eſt plus de terra quam in quauis alia parta, qm̃ ſi decoquitur, fit ſiccum et durum euaporāte aqua. Aut tertio cerebrum intelligi poteſt frigidum ſm cōparationem ad ea, quæ ſunt ſuæ ſpeciei, & hoc eſt, aut in eadē ſpecie uiuentium, ut in hominibus, aut in diuerſis ſpecieb⁹, ſi in diuerſis ſpeciebus, fortaſſe cerebrum humanū eſt omnibus cerebris omnium animalium calidius, & humidius, ueluti & ipſe homo, cuius eſt pars, uel eſt temperatius cerebris omnium animalium. Sin aūt in eadē ſpē animaliū, ſic aliquod cerebrum eſt calidius, aliquod eſt frigidius in homine, alijs cerebris in alijs hominibus eiuſdem ſpeciei. Tunc dicendum ꝙ cerebrum eſt pars frigidiſſima comparatione partium, quæ ſunt ſui generis, nō ſuę ſpeciei, ut cōparatione cordis, comparatiōe epatis, & ſic de alijs, & ſic patet id, quod Ariſto. accepit.

*Quemadmodum igitur cum humor exhalat & calore ſolis in ſublime fertur, ubi ſupernum aeris locum ſubierit, præ rigore loci refrigeratus conſiſtit ac denuo in aquam cōuerſus in terram defluit, ita cum calor ad cerebrum eleuatur, excrementitia diuaporatio in pituitam & ſaniem concreſcit (quamobrem, &*

fluxiones

De frigiditate cerebri.



*fluxiones ex capite oriri uidemus) alimentaria & non morbida conſiſtit deſcenditq;, & feruorem cordis delapſa refrigerat atq; moderatur. Ad refrigerationem uero & difficilem ſuſceptionem euaporationis, gracilitas & anguſtia uenarum conducit quæ circa cerebrum ſunt. Hæc igitur cauſa eſt, cur euaporatio, etiam ſi immodice caleat, refrigeretur.*

*Quemadmodum igitur humidum quod euaporat à ſolis caliditate, cum uenerit ad ſupremum locum, propter frigiditatem ipſius infrigidatur, & conſiſtens deorſum fertur factum rurſus aqua, ſic in eleuatione calidi ad cerebrum, ſuperflua quidē euaporatio in flegma conſiſtit (ideo, & catarij uidentur ex capite fieri) nutritiua uero & nō ægrotatiua deorſum fertur cōſiſtens, & refrigerat calidum. Ad infrigidandum uero & nō facile ſuſcipiendum euaporationem, confert & tenuitas & anguſtia uenarū quæ circa cerebrum. Infrigidationis igitur hæc eſt cauſa quāquam euaporatio excedat caliditate.*

Cum aſſignauit cām principalem propter quā uapores cibales frigeſcunt; nunc ex hac cauſa repetit modum generationis ſomni, & ſoluit dubitationem, & dicit. Quēadmodum igitur humidum, hoc eſt uapor aqueus, qui ab aquis euaporat a ſolis caliditate aquas ipſas calefaciente, cum uenerit ad ſupremum locum frigidum, ad ſupremum dico nō ſitu, ſed frigiditate, ſitu enim eſt regio media aeris, frigiditate ūo eſt ſupremus, cum inquam ad hunc locum frigidiſſimum uenit, propter frigiditatem ipſius loci, infrigidatur, ei conſiſtens ac grauefactum deorſum fertur factum. v3. rurſus aqua, ſic in eleuatiōe calidi uaporis ad cerebrum, ſuperflua quidem euaporatio, ſiue eleuet̃ a cibo, ſiue eleuetur ab humore præternaturali, cū ſit ſuperflua, in flegma conuertitur, ac conſiſtit, nam cum cerebrum ipſam non poſſit regere, illam conuertit in flegma, & ideo (ut inquit) catarri uidentur ex capite fieri propter hāc cauſam. Sic igitur ſuperflua euaporatio, ſiue a cibo, ſiue ab humore eleuata in flegma conſiſtit. Euaporatio ūo nutritiua ac cibalis, quæ non ægrotatiua eſt, qm̃ bene regulatur a cerebro, cum non ſit ſuperflua, conſiſtēs deorſum fertur, & deſcēdens refrigeret calidum cordis, iuuatiua ūo cauſa ad infrigidandum euaporationem, & ad nō facile ſuſcipiendū ipſam in capite, & cerebro, eſt (vt Ariſto. inquit) tenuitas ꝙ anguſtia uenarū, quæ ſunt in cerebro & circa cerebrū. Quia enī hæ uenæ (ut Themiſtius inquit) per tenues ſunt, minus caloris iunctum habent, ubi autem calor deeſt, frigus redundat, quare tenuitas uenarum confert ad infrigidationem, confert etiam ad tardam aſcēſionem euaporationis, et ad tardum deſcenſum illius, ut ſuperius dictū eſt. Tunc colligit ſolutionem dubitationis, & dicit. Infrigidationis igitur hæc eſt cauſa, quāuis euaporatio ſit calida, & excedat caliditate. Eſt ergo ſolutio ꝙ ſomnus eſt infrigidatio, quoniā euaporatio infrigidatur a cerebro, licet igit̃ uinum, & aliqua ſomnifera ſint calida, & etiam euaporatio ab illis eleuata ſit calida, tñ fit frigida a cerebro, quare ſomnus fit ab infrigidatione. Sed contra hæc dubitatio occurrit, quoniam ſi ſomnus fieret ab euaporatione cibali qñ a cerebro infrigidatur, tunc poſt quālibet cibi aſſumptionem dormiremus, modo experientia docet, ꝙ hoīes poſt cibum prandij non ita dormiunt, ſicut poſt cibū cenæ. Dicendum ꝙ ex tribus cauſis contingere poteſt non ſtatim & poſt omnem cibum accidere ſomnum. Prima eſt, ſi cibus ſumptus ſit parcus, nam cibo exiſtēte pauco, & calore exiſtente forti, ſi uapor eleuatur a cibo, ab eodē calore exiſtente forti uapor reſoluitur. Secunda cā pōt eſſe conſuetudo, quæ eſt quaſi altera natura, & ita q poſt omnem cibum conſueuerunt dormire, poſt omnem inclinantur ad ſomnum. Sin autem poſt cenam conſueuerunt dormire, ex illo ueniunt in ſomnum. Sin poſt prandiū, ſil'r ex illo ueniunt ad ſomnum, & hanc cauſam tangit Auer. in præſenti loco. Tertia cā pōt eſſe diligens, & minus diligens attentio poſt cibos, qui enim poſt prandium diligentem attentionem in aliquo patitur, hic nō inuaditur a ſomno, qui uero reſipiſcitur a cogitationibus, hic poſt cibum a ſomno inuadi pōt. Ex his patet ſolutio dubitationis, nō enim fit ſomnus poſt omnē cibum propter aliquā harum cauſarū, qm̃ licet uapores petāt cerebrum, & infrigidentur, hęc cauſæ ſunt ad impediēdū fortiores.

Vtrum ſomnus fiat poſt oēm cibum.

*Expergiſcitur animal, quando abſoluta concoctio eſt, & calor qui ambientis frigoris opa ex amplo in arctum coierit euicit, atq; ſanguinem feculentum a ſincero diſcreuit.*

*Expergiſcuntur autem, cum digeſtio facta fuerit, & obtinuerit quæ impacta fuerit caliditas in anguſto multa ab eo q circūſtabat, et diſcretus fuerit corpulētior ſanguis atq; purior.*

Hactenus de ſomno, nūc de expergefactione proponit dicere, eſt autem differentia inter uigiliā & expergefactionem. Vigilia enim et ante & poſt ſomnum dicitur uſus ſenſuum, expergefactio non niſi poſt ſomnum. Declarat igit̃ quando his, qui dormiūt, accidat expergefactio, & quot cauſis, & enumerat tres cauſas. Prima eſt, cū digeſtio cibi perfecta eſt, & hanc dicit, expergiſcuntur autem aīalia, cum digeſtio cibi, qui eſt in membris nutritiuis, facta fuerit, ca uſa aūt, qm̃ tunc ceſſat aſcenſus uaporum, quibus ſomn⁹ fit. Secūda cā eſt, uictoria caloris naturalis ſupra uapores, qui ipſum ad interiora repellebatur. Cum enim calor naturalis repulſus a uaporibus deorſum motis, obtinet contra frigus, & contra uapores, illos reſoluendo, tūc aīalia expergiſcuntur, unde dicit. Et cum caliditas, quæ in anguſto, & in paruo loco impacta eſt multa ab eo frigido, quod ipſam circūſtabat, obtinuerit ſupra illud frigus ipm reſoluendo, hæc ſupple eſt ſecunda cauſa, quare aīalia expgiſcuntur. Tertia cauſa eſt diſcretio ſanguinis turbidi et craſſi a puro & ſubtili. Cum enim ſanguis craſſus & turbidus reſecatur, & remouetur a ſanguine ſubtili, tunc aīalia expergiſcuntur. Tandiu enim aīalia dormiunt, quādiu cū ſubtili cerebri ſanguine, craſſus & uaporoſus miſtus eſt, cū ſanguis cerebri depuratur a craſſo, & turbido, mox animalia, expergiſcūtur, unde dicit. Et ſubaudi cū diſcretus fuerit corpulētior ſanguis, atq; purior.

*Eſt autem tenuiſſimus & puriſſimus ſanguis, qui in capite cōtinetur: contra craſſiſſimus et turbidiſſimus, qui partibus cōmittitur inferioribus. Omnis autem ſanguinis origo, cor eſt: quemadmodum tum hic, tum alibi diximus. Ex tribus porro uentriculis qui habētur in corde: is qui in medio eſt, utriq; extremo communis exiſtit: atq; extremi ſpecus, ſanguinem ab utraq; uena, maiore & aorta, recipiunt: in medio autem ſinu: diſcriminatio illius fit. Sed de his: aptius alio loco definitur. atq; determinatur. Quoniam autem ſanguis maxime poſt ingeſtos cibos indiſcretus fit, tū ſomnus obrepit, & tandiu edurat quoad ſanguis purus ad parteis ſuperas, turbulentus ad inferas ſequeſtratus delegatuſq; ſit: quo facto: animal ab onere cibi abſolutum, excitatur.*

*Eſt autem tenuiſſimus quidem ſanguis et puriſſimus, qui in capite: denſiſſimus & turbidiſſimus, qui in inferioribus partibus. Omnis uero ſanguinis principium, ſicut dictum eſt hic & in alijs: eſt cor. Horum autem qui in corde: utriſq; thalamis communis qui medius: quorum uterq; ſuſcipit ex utraq; uena; & ea quæ uocatur magna, & ea quæ aorte: in medio uero: fit diſcretio. Sed diffinire quidem de his: alijs ſermonibus eſt conuenientius. Quia uero fit maxime ſanguis poſt nutrimenti oblationem, indiſcretus: ſomnus fit, quoad ſecernatur ſanguinis q quidē puriſſimum ſurſum, q uero turbidiſſimum deorſum: cum autem hoc acciderit: expergiſcuntur, abſoluta a nutrimenti grauitate.*

Exponit quid ſit ſanguis tenuiſſimus, & puriſſimus, et

quid ſit ſanguis craſſus, & turbid⁹, & in quo loco fiat hęc diſcretio, & dicit. Eſt aũt tenuisſimus & purisſimus ſanguis, qui in capite, hoc eſt, qui mittitur ipſi capiti per ei⁹ nutrimento ab ipſo corde. Denſisſimus uero & turbulentiſſimus ille ſanguis eſt, qui in inferioribus partibus continetur, & qui ad illas pro nutrimento mittitur, locus uero oĩs ſanguinis tã puri q̃ craſſi eſt cor, ut in alijs dictum eſt. Patet ergo quid uterq; ſanguis ſit, & locus diſcretionis communis, & origo cõis. In ſpecie uero quis locus, & quę propria ſit origo, exponit, & dicit. Horum autem ſanguinum amborum, ut ita dixerim, thalamus communis utriſq; thalamus dextro & ſiniſtro, qui in corde eſt medius, origo et principium proprium eſt, quorum thalamorum uterq; ſuſcipit ex utraq; uena, & ea: quæ uocatur magna, et ea quę uocatur aorta, in medio uero horum thalamus cõmunis eſt in quo fit diſcretio. Quo uero ad uerba attinet, Ariſt. per thalamum græce, ſpecum ſiue uentriculum intelligit. Sunt aũt in corde tres thalami ſiue uentriculi, alius quidẽ dexter, alius uero ſiniſter, & medius utriſq; cõis. Exponit aũt Themiſtius utrũq; laterales ſpecum ſuſcipere ſanguinem ab ea uena, quæ dicitur magna, & ab ea, quæ dicitur aorta, q̃m (ut inquit) ſunt duo hæc caua, quibus ab epate per huiuſmodi uenas ſanguis incoctus influitur, qui cũ recipitur in medio cordis ſinu, purificatur, & turbidus mittitur pro nutrimento ad inferiora, & clarus ac tenuisſimus ad cerebrum. Verum de re hac ad libellum de alimẽto nos mittit, utcũq; tamen ſit, quandiu ſanguis ex cibo indiſcretus eſt, ſomnus durat, nec ante ſoluitur, quam ſincerus caput petat, turbulentus uero inferiora. Hoc enim facto, aĩalia (ut Themiſtius inquit) quaſi onere depulſo, excitãtur e ſomno, & hoc inquit Ariſto. quia uero poſt nutrimenti oblationem ſanguis maxime indiſcretus eſt, ac impurus, permiſtuſq; craſſo et turbido ſanguini, ideo poſt cibi oblationem maxime & grauis fit ſomnus, eo uſq; quouſq; ſecernatur ſanguis, & quod quidem eſt purisſimum mittat ſurſum, quod uero turbidisſimum, deorſum, cum autẽ hoc acciderit, expergiſcuntur animalia, abſoluta a nutrimenti grauitate, & quaſi onere depulſo. Hæc pauca Ariſtote. de expergefactione.

*Dictum eſt quæ cauſa dormiendi ſit, inſiti ſcilicet caloris uniuerſim ad primum ſenſorium confugientis antiperiſtaſis, quæ corpulenti uaporis à natiuo calore ſubuecti opera prouenit, tũ etiam quid ſit ſomnus, nempe nexus & uinculum primi ſenſorij, ut ſuo fungi munere non poſſit. Id quod, neceſſario quidem fit (nam animal eſſe non poteſt: niſi ea contingant quibus ipſum perficiatur) at ſalutis gratia, quoniam quies, animal tuetur atque conſeruat.*

*Quæ igitur cauſa dormiendi dictum eſt, q̃ à corpulẽto quod ſurſum fertur ab ingenito calore reciprocatio ſubito ad primũ ſenſorium, & quid eſt ſomnus, q̃ primi ſenſorij compræhenſio, ut non poſſit agere, ex neceſſitate quidem factum (non enim contingit animal eſſe, non accidentibus quæ ipſum perficiunt) propter ſalutem aũt, ſaluat enim, quies.*

Nunc epilogat, & dicit. Quæ igitur cauſa dormiẽdi ſit, dictum eſt, eſt enim dictum, ꝙ ſit reciprocatio ingeniti caloris, hoc eſt naturalis, & connati caloris ab eo corpulento uaporoſo, quod ſurſum fertur, cum reuertitur, & deſcẽdit, unde dicit. Eſt enim dictum, ꝙ ſit caloris naturalis ſubito facta reciprocatio ad primum ſenſorium, facta dico a corpulento uaporoſo, quod ſurſum primo fertur, fertũ dico, ab ingenito calore, deinde frigefactum deſcendit, & ꝑ hæc innuit cãm proximam. ſ. per reciprocationẽ caloris, & remotam ſcilicet corpulentum uaporem, calidum repellentem. Amplius dictum eſt quid eſt ſomnus, & ꝑ hoc innuit definitionem formalem, nam dictum eſt, ꝙ ſomn⁹ eſt compræhenſio primi ſenſorij taliter impediti, ut non poſſit agere Amplius dictum eſt, ꝙ ſomnus ſit ex neceſſitate factum opus aĩalibus inexiſtens, dico ex neceſſitate materiæ & propter finẽ, ex neceſſitate q̃dem materię, q̃m non cõtingit aĩal eſſe, nõ accidentibus, quæ ipſum perficiunt, perficiunt aũt animal alimenta, modo ex alimentis ſomnus fit, ergo ſomnus aĩali ex neceſſitate ineſt neceſſitate uaporum eleuatorum a cibo, propter finem uero, q̃m propter ſalutem, ſaluat enim aĩal & inſtaurat ſpũs, quies. Hæc de ſomno dicta ſunt. Quo uero ad expergefactionẽ attinet, aĩaduerte, ꝙ licet omne aĩal poſt naturalẽ ſomnũ expergiſcatur, non tamen oĩa animalia ęqualiter a ſomno ſurgunt. Aliqua enim celerius, aliqua tardius, aliqua uero ſtatutis temporibus, utputa tunc, cum ordinarunt expergefieri. Celerius quidem aliqua poſt ſomnum expergiſcũtur multis cauſis, prima quidem cauſa, q̃m citius ad ſomnum ſe contulerunt, quæ enim citius ſomnum cæperunt, celerius ipſum finierunt ſecunda cauſa eſſe poteſt uenarũ & capitis inæqualitas (ut Ariſto. dixit.) Tertia cauſa eſſe poteſt ætas, quoniam pueri ſerius uiri aũt celerius expergiſcũtur, ut Ariſt. dixit. quarta cauſa eſſe poteſt complexio. Melancholici enim parum dormiunt, & citius expergiſcũtur, ſanguinei uero contra. quinta cauſa eſſe poteſt menſura cibi, & qualitas, multi enim cibi, & ſomnifici longum ſomnum & tardam expergefactionem faciunt, ut dictum eſt. ſexta cauſa caſualis eſt inſomnium, cum enim inſomnium acciderit terribile, natura perterreſit, & ſic non põt fieri quin a corde fortiter mittantur ſpiritus ad cerebrũ, & uincãt impedimenta, quæ ſunt in uijs ſpũum, ſicut mihi nõ ſemel accidit. ſeptima cauſa põt eſſe occurſus ſenſibilium exteriorum, ut cum dormiẽs uoce acuta excitetũ, aut manu præmatur, aut aliquid tale exterius patiatur. Propter enim excellentiam impręſſionis externę ſpecies multiplicata ui penetrat meatus ad cerebrum, ad quod ſtatim cor ſpiritus mittit etiã fortiter, ut cerebrum ſic fortiter percuſſum confortetur, & tãdem expergefactio fit, et ſic pro uaria ratione occurſuum animalia inæqualiter dormiunt, & expergiſcuntur. Aliqua uero ſtatutis temporibus expergiſcuntur, primo quidem a cõſuetudine, quę eſt altera natura. Cum enim homo conſueuit determinata hora expergefieri ea hora plerũq; expergefit. Conſuetudo enim ſuperat naturam, ſpiritus enim conſuetudine roborati penetrant uias etiam fortiter obturatas, ut in meipſo experior quotidie. Secundo uero a ſollicitudine, & cura, multi enĩ ex forti cura ac ſollicitudine cõſtituerunt ſurgere hora prima diei, & ſic fecerunt. Propter enim præcogitationẽ fortisſimam, fortisſima in phantaſtica ſpeciei impræſſio fit, et ſic illa poterit mouere ſenſum cõmunem, quo motus mittit ſpiritus ad ſenſus, & ſurgit animal, non enim inter cor, & cerebrum ſunt uiæ ita obturatæ, quin per eas ſpiritus a corde a cerebro mitti posſint, et a cerebro ad exteriora ſenſoria. Tertio a determinato occurſu ſenſibilis exterioris imprimentis ſpeciem certo, & determinato tempore, hæc ſcribit Ariſto. de ſomno & de uigilia, ac expergefactione naturali. De prærernaturali aũt ſomno, ac pręternaturali expergiſcentia non eſt locus liber iſte. Sed circa finẽ huius libri ſoluuntur problemata, quorum primum eſt, cur eos, qui cõtẽplantur, ſomnus plerũq; inuadat, an quia plerũq; digeſtio impeditur cogitatione, ac ſollicitudine, quæ in contemplando accidit. Impedita digeſtione, euaporatio, quę attollitur, craſſior aſcendit, hinc ſomnus emergit. Accidit autem ſomnus præcipue his, qui ingenio hebetiores ſunt, hi enim contemplatione nimium laborantes, tandem in ſomnum cadũt. Qui ꝟo ingenio pollent, iucunditate, ac facilitate intelligendi gaudentes, expergiſcuntur. Secundum uero cur fabulę interdum ſomnum excitẽt, interdum uigiliam, an quia hominum, alij craſſiores, alij tenuiores humores habent, qui quidem craſſioribus humoribus abundant, cum fabulas audiunt, ſopiuntur, ꝙ calor ex auſcultatorio labore auctus craſſos humores diſſoluat, & in uapores uertat. Qui uero tenuibus humoribus abũdãt, cum fabulas audiunt, ex auſcultatorio labore in humoribus acuuntur, & ſic uigilant. Tertium cur uigilandi tempus maius ſit dormiendi tempore, an (ut Ariſt. inquit) problematum libro, quia requies nobis quaſi per accidẽs tributa eſt, ut iucundius uigilia fruamur, at quod per ſe nobis ineſt, naturale eſt, quod uero per accidens, nobis admodũ uiolenter ineſſe uidetur. Conſtat autem naturale diutius ineſſe, quã quod uiolentum. Quartũ, cur cũ parte dextra corporis cubamus, ſomnus magis accedat, an (ut Ariſto. inquit) quia dextra pars in uigilia magis laborauit, & ſic requie magis digna eſt, & ſic dulcius ſupra ea obdormimus. An ꝙ cor dum ſupra dextra cubamus, minus coartatur, & ſic quietius requieſcimus. Quintum, cur dormiẽs cum uigilantis officio fungitur, illius nihil meminerit. Supponit aũt problema dormientes non ſemel uigilantis officio fungi, cõplures enim in eorum ſomnis comperim⁹ alta atq; conſueta uoce eſſe locutos, nõnullos equitaſſe, alios arma accepiſſe, inimicoſq; inuaſiſſe, atq; plura alia & audiuimus, & aliquando uidimus dormientes peregiſſe, quę ſane peruigiles, atq; inſomnes non facile attigiſſent. Aſtipulantur aũt huic & Ariſto. & Themiſtius, & omnes, qui de ſomno ſcripſerunt. Quærit aũt problema, cur horũ nihil recordetur dormiẽs, cum ſomniorum per ſæpe bene ſit memor. Verũ utriuſque cauſa aſſignari poteſt, primi q̃dẽ, ꝙ ſomniatrix uirtus cum fugã, aut ſequelam iudicat, appetitus, qui illam ſequitur, mediantibus ſpiritibus calefactis, atq; motis mouet membra eos ad actus, quos per uigiles efficere ſolent, imaginatrice uirtute iter demonſtrante, quę in ſomnis locum ſenſus exterioris tenet. Fit autem in multis dormientibus hoc, in multis autem non, quoniam non in omnibus appetitus mouendi ęqualis eſt. Non enim in omnibus imaginatrix uirtus ęquipotens eſt. Patet igitur dormientes his fungi poſſe, quib⁹ & peruigiles funguntũ, nihil autem eorum recordantur, ꝙ ſenſibilium exteriorum memoria non fit, niſi ſenſibus exteriorib⁹ ſolutis, beneque operantibus. At cũ in ſomno externi ſenſus ligati ſint, iure illorũ nulla poteſt derelinqui memoria. Sed in ſomnij poteſt, nam memoratrix uirtus ab internis ſenſibilibus mutari põt ſine motu ſenſuum externorũ: poſſumus enim memoria tenere multa quæ imaginati ſumus, licet ſub ſenſibus non ceciderint. Patet igitur dormientes ea aut, ſimilia poſſe agere in ſomno, quę peruigiles agunt, nõ tamẽ illorum meminiſſe. Sextum, cur labor, qui relinquitur ex pręteritis ſomnum, de futuris uero uigiliã efficiat. An ꝙ uterque ſit labor, uterq; ſpiritus ipſos reſoluit. Verum labor q̃ ex futuro malo exoritur, cũ cura eſt & ſollicitudine, quæ cum ſomno ſtare nõ poteſt. At qui ex pręteritis malis exoritur, q̃m amplius naʒ cura nõ eſt, humores eliquefecit, ex quibus euaporant uapores, qui ſomnum faciunt. De miraculis ꝟo ſomni multa narrantur, ſacrę hiſtorię narret quoſdam uiros dormijſſe. 196. annos apud Epheſum clarisſimam grecię urbem Decij temporib⁹ Maximianũ. v3. Malchum, Martianũ Dionyſium, Ioannem Serapionem. Idẽ de heroib⁹, qui in ſardo dormierunt, teſtantur Ariſto. Themiſtius, & Auerroes. Machomet⁹ quoq; in Alcorano idẽ affirmat. De Epimenide Philoſopho Cretẽſi, qui Pithagorę fuit coetaneus, teſte Apulleio. Laertius in libro de uita Philoſophorum dicit, ꝙ a patre iuſſus ad paſcua ducere oues circa meridiem diuertit in proximã ſpeluncã, ubi. 57. annis perpetuo ſopore requieuit, excitatus quęſiuit oues, putabat enim ſe parum obdormiſſe, quas cũ non inueniret, in agrum reuerſus, cum agrum in alterius poteſtatem ueniſſe uideret, & cũcta mutata eſſe perpenderet, in oppidũ redijt, ubi a iuniore fratre iam uętulo cognitus omnem ex illo didicit ueritatem. Idem de Epimenide Plinius ſeptimo hiſtorię naturalis libro. cap̃. 52. tradit. Inſuper ea animalia, quę glires dicuntur, ranæ magnæ, atq; urſi ad ſex menſes dormire teſtantur phyſici. Hactenus de ſomno atq; uigilia.

Finis Libri de ſomno & uigilia.

De cau. expergefactionis & dña.

Libro problematum parti. ſex. proble. 5.

problem.

particu. proble.

# ARISTOTELIS DE INSOMNIIS LIBER,

*cum eiuſdem Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.*

POST *hæc de inſomnijs querendum eſt, ac primo quidem qua ui animæ percipiantur, & utrũ hæc affectio mentis ac intellectus, ac ſenſus ſit, his enim uiribus unis earum quæ in nobis ſunt, cognitionem rerum notitiam quæ aſſeqmur.*

POST *hæc autem quærendum eſt de ſomnijs, et primo cui earum quæ animæ appareant, & utrum intellectiuæ particulæ paſſio eſt hæc, an ſenſitiuæ, his enim ſolis earũ quæ in nobis ſunt cognoſcimus aliquid.*

CVm egit de ſomno & uigilia, nunc agit de ſomnijs, ubi illud annotatione dignum eſt Ariſtotelem inter ſomnium, & inſomnium nullã in hoc libro differentiam feciſſe. Macrobius uero, & alij differentiam fecerũt inter ſomniũ & inſomnium, uiſionem, oraculum, & phãtaſma, quę oĩa dormientibus accidere arbitratur. Inſomnium quidem, & phantaſma nihil pręter ſomnum eſſe dicit. Hęc enim cum falſa ſint, interpræ tatione non indigent, eſt tamen differẽtia inter inſomnium & phantaſma, quod phãtaſma timoroſi quid repræſentat uelut illud bruti, quod apparuit ipſi in campis philippicis, in hoc genere eſt epialtes, quẽ medici incubum appellant, hic eſt cum quis adulte dormiens, ſentit ſeſe oppreſſum aliquo pandere. Inſomnium ꝟo fuſius quam phãtaſma eſt, unde poeta. Vt falſa ad cœlũ mittunt in ſomnia manes. Oraculum ꝟo in dormientibus accidit, cum quis aliquid nobis denũtiat in ſomnijs, quod nobis uel amicis, uel alijs eſt utile, uel damnoſum, uel iucundum, uel triſte, aut tale quid. Viſio autem cum in ſomnijs quis id uidet, quod eodem modo quo apparuerat, euenit. Somnium autem proprie uocatur, quod figuris tegit, & ambagibus uelat non niſi interpretatione intelligẽdis. Ariſtoteles autẽ, omne quod dormiẽtibus accidit uideri quouis modo accidat, inſomnium ubiq; uocauit, quòd græce enypnion dicitur, nullam enim inter hæc differentiam fecit. Cauſa autem, quoniam omnia credidit eſſe uana, & nihil in re per ſe habere præter phantaſiam. Quod an uerũ ſit, poſtea dicemus, in huius libri fine. Nunc uero illud ſuppon endum, hæc omnia ab Ariſtote. inſomnia ſiue ſomnia appellari. Ariſto. ergo primo præmittit intentionem, ut bonus orator, deinde ibi (Si itaq; uiſus) accedit ad narrationẽ. De prima parte inquit. Poſt hæc autem, quæ de ſomno dicta ſunt, quærendum eſt de ſomnijs hęc de intentione generatim, deinde ſpeciatim intentionem inſinuat, & inquit. Et primo cui partium quæ animæ ſunt, appareant, & utrũ intellectiuę particulæ paſſio eſt hæc, an ſenſitiuæ. Cauſam dubitationis affert, & inquit. His enim ſolis de numero earum partium animæ, quæ in nobis ſunt, cognoſcim⁹ aliquid, & per partem ſenſitiuam, ſenſum exteriorem intellexit, hæc ſpeciatim.

*Ergo ſi functio aſpectus uiſio eſt, & auditus auditio, & omnino ſenſus ſenſio, communia autem ſenſilia ſunt figura, motus, magnitudo, & cætera id genus, propria uero color, ſonus, & ſapor, nec fieri poteſt ut ullum animal clauſis oculis dormienſq; cernat, aut alio ſenſu percipiat, nos in ſomno nihil ſentire certũ eſt. Vnde fit, ut inſomnia nullo ſenſu noſcantur.*

*Si itaq; uſus uiſus uiſio, & auditus auditio, & omnino ſenſus ſenſatio, communia autem ſunt ſenſuum, ueluti figura, &*

*motus, & magnitudo, & alia huiuſmodi, propria uero ueluti color, ſonus, ſapor, impotẽtia autem ſunt omnia claudentia oculos & dormientia uidere, ſimiliter autem & in reliquis, manifeſtum eſt quod non ſentimus aliquid in ſomnis.* Non ergo *ſenſu ſomnium ſentimus.*

Propoſita intentione proſequit̃, & primo argumẽtatur ꝙ ſomniũ non ſit paſſio ſenſitiuæ partis, & ſumit tria per quæ uult ĩnuere, tres rõnes, primũ quod ſumit, eſt ꝙ uſus uiſus, ſit uiſio, & uſus auditus eſt auditio, & oĩno uſus ſenſus exterioris eſt ſentire aliquod ſenſibile exteriꝰ. Hęc eſt prima propõ, deinde ſumit ſecũdam, & dicit. Q̃ ſenſibilia cõmunia quę ab oĩ exteriori ſenſu ſentiuntur, ſunt ueluti figura, & motus, & magnitudo, & alia hmõi. ſ. numerus, & reliqua, propria ꝟo ſenſibilia ſunt quæ nõ contingit ſentire niſi uno ſenſu, ut color uiſus proprium ſenſibile eſt, ſonus, auditus, ſapor guſtus, & id genus, hęc eſt ſecũda propoſitio, tertia oĩa animalia ſunt impotentia uidere, cũ oculos claudũt, & cum dormiunt, & ſicut dico dè uiſu, & in reliquis ita dicẽdum eſt, hæc patuit proximo libro ex definitione ſomni. Ex his tribus cõcludit, ꝙ ſomnium non eſt paſſio ſenſus exterioris, q̃m in ſomnis nihil ſentimꝰ horũ. Ex his tribus poſſunt formari tres rationes. Prima q̃dẽ ex prima paſſio uiſus eſt uidere, & ſic de alĳs, ſomniũ nõ eſt uidere, neq; audire, & id genꝰ, ergo ſomniũ non eſt paſſio uiſus, nec auditus, nec id genus. Ex ſecũda formet̃ ratio ſic, paſſio ſenſus exterioris eſt circa cõia aut propria ſenſibilia, ſomnium non eſt circa cõia & propria ſenſibilia, ergo non eſt paſſio ſenſus exterioris. Ex tertia formet̃ ſic q dormiũt, nõ ſentiunt, q ſomniant, dormiũt, ergo q ſomniant, non ſentiũt. Ex his patet dubitatio.

*Sed neq; opinione compræhendi illa poſſunt. Nam in ſomno non equum modo & hominem eſſe id quod ad nos accedit, pronuntiamus, ſed etiam album & pulchrum, quorum nullũ opinio abſq; ſenſu, nec uere, nec falſo dixerit. At: animani hoc idẽ facere contingit, ex æquo enim hominem & album eum eſſe qui occurrit, diſcernere uidemur.*

*At uero, neq; opinione.* Non *enim ſolum quod aduenit dicimus hominem eſſe uel equum, ſed & album uel pulchrum, quorum opinio ſine ſenſu nihil utiq; dicet, neq; uere, neq; falſe. In ſomnis autem, accidit animam hoc facere, ſimiliter enim q̃ homo eſt, & q̃ albus eſt, qui aduenit, uidemur uidere.*

Nunc argumentatur ꝙ ſomnium non ſit paſſio partis intellectiuę, & hoc proponit, & inquit, At uero neq; opinione hoc eſt intellectiua parte ſomnia comprehendi poſſunt, primo quidem, quoniam intellectu ſolum intelligibilia appræhendimus, at in ſomnĳs non ſolum quod aduenit nobis dicimus hominem eſſe uel equum, quæ intelligibilia ſunt, ſed & album uel pulchrũ quæ ſenſibilia ſunt, quorum opinio ſine ſenſu nihil utiq; dicet, neq; uere neq; falſe. Amplius in ſomnĳs anima per opinionem nihil uerum aut falſum componit, quoniam opinio non eſt niſi de probabilibus. In ſomnis autem accidit aĩam hoc facere, uerũ eñi & falſum cõponit, ſimilr̃ enim, ꝙ homo eſt, & ꝙ albus eſt, qui aduenit nobis in ſomnis, uidemur cernere, ergo ſomnium non eſt paſſio intellectus.

*Ad hæc, præter inſomnia, aliud quiddã intelligere ſolemus. Quemadmodũ enim uigilãdo ſentientes aliquid, plærũq; etiam aliud de re quæ ſenſum ferit, conſideramus, ita dormiendo, præter uiſa, interdum alia quædam mẽs noſtra cogitat.*

*Amplius, præter ſomnium, aliquid aliud intelligimus. Quẽadmodum enim in uigilando ſentientes aliquid, de eo quod ſentimus ſæpe etiã intelligimus aliq̃d, ſic & in ſomnis, præter phantaſmata, alia aliquando intelligimus.*

Cum probauit, ꝙ ſomnium non ſit paſſio ſenſus, neq; paſſio intellectus ſeorſum a ſenſu, probat ꝙ ſomniũ nõ ſit ſemper & omnino ſine intellectu, quoniam accidit pręter ſomnium aliquid intelligere, unde inquit. Amplꝰ aũt, pręter ſomnium aliq̃d aliud intelligimus, quod probat a ſimili, & inquit. Quemadmodum enim in uigilando ſentiẽtes aliquid, de eo quod ſentimus, & ultra illud ſæpe etiam intelligimus aliquid per intellectum, ſic & in ſomnis pręter phãtaſmata, alia intelligibilia intelligimus aliquando, ergo ſomnium non ſemper eſt ſine intellectu; ueluti neq; ſentire ſemper ſine intellectione aliquorum.

*Quod facile patebit, ſi quis mentem ad ſomnia conuertat, et recurrere ea quoties exurgit enitatur. Immo iam quidam inſomnia experti ſunt eiuſmodi, nimirum qui præceptionem colendæ memoriæ ſequentes, pronuntiata quibuſdam locis conſtituere ſibi uidebantur, eis enim ſæpenumero accidit, ut aliud quiddam præter ſomnium, nempe uiſum phantaſmaq; aliquod, in cõparato diſpoſitoq; loco ante conſpectum collocarent. Vnde liquere arbitror, nõ quicquid in ſomno uidemus, inſomnium eſſe, & nos intelligere, quæ opinione opinamur.*

*Manifeſtum autem erit alicui hoc, ſiquis adhibeat mentẽ, & tentet meminiſſe cum ſurrexerit: Iam uero quidam uiderunt ſomnia huiuſmodi, uelut qui uidentur ſecundum memoratiuum præceptum ponere quæ proponuntur, accidit enim eis, aliud quid præter ſomnium ponere ante oculos in loco phantaſma. Quare manifeſtum eſt, q̃ neq; ſomnium, omne quod in ſomnis phantaſma, & q̃ intelligimus quæ opinione opinamur.*

Exponit quod accepit enim præter ſomnia accidere intellectionem aliquorum, quæ ſunt ultra ſenſibilia & phãtaſmata, hoc ergo ita eſſe exponit primo experientia, quoniam expergefacti ita memorantur, ſecundo quoniã multis apparuit theſaurum inuenire, & hi prius quam expergiſcantur, intelligunt id eſſe inſomnium, quoniam memorãtur ita alias ſe fuiſſe illuſos, & ſic aliquid pręter ſomniũ intelligibile intelligitur, inquit. Manifeſtum aũt erit alicui hoc, ſiquis adhibeat mentem, & tentet meminiſſe, cũ ſurrexerit, hic enim inueniet in ſomnis aliquando intelligibilia ſe intelligere. Deinde hoc probat ex eo quod apparuit alias, & recordatur in ſomnis ſe eſſe deluſum, & dicit. Iam enim quidam uiderunt ſomnia huiuſmodi, in quibus cognoſcunt ſe eſſe in illis deluſos, ueluti illi qui uident̃ ſecũdum memoratiuum præceptum, ex memoria ſimilium in ſomniorum ponere pro luſionibus, quæ ipſis præponuntur in ſomnis, & dicere in ſomnis alias hæc ſomniauimꝰ, & fuit deluſio, nam (vt inq̃t Ariſto.) qui ita proponũt in ſomnis, accidit eis aliud q̃d præter ſomniũ. ſ. phãtaſma ponere ante oculos in loco phantaſmatis, ut ſe eſſe illuſos, et non ita eſſe, quod pertinet ad intellectũ. Ex his concludit, ꝙ non omne de q̃ fit iudiciũ in ſomnis, eſt ſomniũ, & ꝙ cõtingit intelligere in ſomno ea, quæ ſola opinione percipi poſſumꝰ, unde dicit. Quare manifeſtũ, ꝙ neq; ſomniũ eſt omne phantaſma quod in ſomnis accidit, & etiam manifeſtum eſt, ꝙ in ſomnis intelligimꝰ, quę opinione opinamur, & intellectu intelligimus.

*Porro de his omnibus illud conſtat, hoc idem quo ægri in uigilia fallimur, facere uti in ſomno decipiamur. Sed & nobis q̃q̃ ſani ſumus atq; adeo uidẽtes, tamen ſol, pedaneus eſſe uidetur.*

*Palam aũt de his uniuerſis intãtũ, q̃ quo uigilantes in ægritudinibus decipimur, hoc idem in ſomno facit paſſionem. Et ſanis uero & ſcientibus, tñ pedalis ſol uidetur eſſe.*

Cũ probauit, ꝙ ſomnium nõ ſit paſſio ſenſus ſeorſum, neq; intellectꝰ ſeorſum, & ꝙ nõ eſt ſemper abſq; intelligere. In parte iſta oſtendit ꝙ ſit paſſio imaginarię, q̃m eſt paſſio eius quo decipiuntur ægroti, & quo decipiuntur uigilãtes, modo hoc eſt imaginaria, unde inquit. Palam au-

tem



tem eſt de his ſomnĳs uniuerſis intantum, cuius ſint partis, q̃m quo uigilantes in ægritudinibꝰ decipimur, hoc idẽ in ſomno facit paſſionẽ illam, quę dicitur ſomnium. q. d. ꝙ idem ſit quo in ægritudinibus decipimur, & in ſomnis illudimur, etiam nõ ſolum, hoc eſt idem in ægrotis, ſed inſanis, & hoc inquit. Et ſanis ꝟo, & ſcientibus ęadem uirtute, tñ ſol uidetur eſſe pedalis. Sic igitur uult habere, ꝙ idẽ ſit quo illudimur in ſomnis, & in morbis, & aliq̃n in uigilia. Tu uero ſuppleas, ſed hoc eſt imaginaria, ergo ſomniũ imaginariæ uidetur paſſio.

*Cæterum ſiue imaginandi uis animæ eadem ad numerum cum ſenſaria ſit, ſiue diuerſa habeatur, nihilominus hoc ſine uiſione aut ſenſione aliqua non ſit, nam allucinari & obaudire dicitur, qui uerum quidem aliquid uidet & audit, non tamen id quod ſe uidere & audire putat. At in ſomno poſitum eſt, neq; uideri quicquam, neque audiri, neque omnino ſentiri. Nõ igitur, quãuis nihil tunc cerni atq; ſentiri uerum ſit, tamen nullo modo ſenſum affici uerum non eſt, ſed & uiſum & cæteros ſenſus pati aliquid contingit?* Nam *ſinguli horum, in ſomno principem ſenſum haud magnopere ſecius atq; in uigilia, non ſic autem ut in illa, formis ſenſilibus appetunt, feriunt, laceſſunt.*

*Sed ſiue idem, ſiue diuerſum phantaſticum animæ & ſenſitiuum, nihilominus non fit abſq; uidendo & ſentiendo aliquid, præteruidere enim & præteraudire, uidentis uerum aliquid et audientis, nequaquam tamen id quod arbitratur. In ſomno aũt poſitum eſt, nihil uidere, neq; audire, neq; omnino ſentire. Ergo ne nihil quidem uidere, uerum, nihil autem pati ſenſum, non eſt uerum, ſed contingit & ſecundum uiſum pati aliquid, & ſecundum alios ſenſus? Vnumquodq; enim, horum ut uigilanti quidẽ adiacet quodãmodo ſenſui, non ſic autem, ut uigilanti.*

Cum probauit ꝙ ſomnium ſit paſſio imaginarię, nunc probat non eſſe paſſionem imaginariæ ſine ſenſibus exterioribus, & procedit ſemper diſputando, & pro omni parte ſyllogiçando, & dicit. Sed ſiue idem ſit phãtaſticum & ſenſitiuum, ſiue diuerſum, hoc eſt, ſiue imaginaria uirtus ſit idem quod ſenſitiua, ſiue aliud quid, nihilominus imaginatio non fit, niſi in uidendo & ſentiendo aliquid, aut uere, aut phantaſtice, probat hoc, & inquit. Pręteruidere enim, hoc eſt phantaſtice uidere, & præteraudire, hoç eſt phantaſtice audire uidentis uerũ aliquid & audientis uerũ aliquid eſt. Eiuſdem enim eſt rectum & obliquuz, & licet allucinari, & obaudire audientis & uidentis ſint, nequaquã eſt uidere illud, quod arbitratur uidere, neq; audire illud quod arbitratur audire, ergo per hęc uult habere ꝙ nõ ſit ſomnium affectio imaginariæ uirtutis ſine ſenſibꝰ. Sed qa q̃s poſſet credere imaginariã ꝯficere ſomnium nobis uidẽtibꝰ uel audiẽtibꝰ uere, excludit hoc, & oñdit ꝙ nõ fiat ſomniũ ab imaginaria, ſine uidere & audire & cæteris id genꝰ phantaſticis, quæ nõ ſenſuũ exteriorũ opationes ſunt, ſed communis & phantaſtici ſenſus, & dicit. In ſomno autem poſitum eſt libro pręcedẽti nihil uidere, neq; audire, neq; omnino ſentire, ergo in ſomnis nihil uidere eſt uerũ, & nihil audire eſt uerum. Sed (ut cõcluſum eſt) in ſomnis non eſt uerum nihil pati ſenſum, ſed cõtingit ſm uiſum pati aliquid, & ſecũdum alios ſenſus etiam pati aliquid. Cauſam affert, & dicit. Vnũquodque enim horum ſcilicet uidere uel audire & id genus adiacet ſenſui ut uigilanti, ſed reuera nõ ſic, ut uigilanti. Ex his uult habere imaginariæ uirtutis ſomnium paſſionem eſſe non ſine ſentire ſaltem phantaſtico.

*Quinetiam interdum opinio ipſa, quæ uiſa ſunt, ea falſa eſſe, ut in uigilia, dicit, interdum obligatur, & ſpectra quaſi uera ſint, proſequi aſſolet. Conſtat igitur hanc affectionem quam ſomniare dicimus, neq; ad opinantem, neq; ad intelligentem pertinere. Sed ne ad ſentientem quidem ſimpliciter, nam alioqui, uidere ſimpliciter & audire eſſet.*

*Et quandoq; quidem opinio dicit q̃ falſum, quemadmodum uigilans, quãdoq; uero detinetur, & ſequitur phãtaſma. Quod igitur non eſt opinantis, neq; intelligentis paſſio hæc quam uocamus ſomniare, manifeſtum. Sed neq; ſentientis ſimpliciter, uidere enim utiq; eſſet & audire ſimpliciter.*

Diſputando probauit ꝙ imaginaria non componit ſomnium ſine illuſione ſenſitiua, nunc probat, ꝙ neq; ſemp ſine intellectu & opinione, & inquit Et quandoq; quidẽ in inſomnio per imaginariam compoſito, opinio dicit ꝙ falſum ſit, & illuſio, ueluti uigilans etiam dicit fuiſſe illuſionez, quãdoq; uero opinio in ſomno detinetur in errore, & ſequitur phantaſma, per quæ dat intelligere imaginariam non ſemper ſine intellectu ſomnia componere. Demum epilogat, & dicit. Quod igitur non opinãtis, neq; intelligentis ſeorſum & ſolius ſit hæc paſſio, quã uocamus ſomniare, manifeſtum eſt. Amplius patet, ꝙ neq; ſentiẽtis ſimpliciter eſt paſſio, uidere enim utiq; eſſet, et audire ſimpliciter. Quo uero ad rationes attinet, aĩaduerte ꝙ hic Ariſto. diſputatiue proceſſit, & tentando omnem partẽ, ut ſequẽti capite ueritatem adeat.

*Cæterum quomodo & qualiter ad iſtum referri queat, cõſiderandum. Ponamus igitur, id quod etiam clariſſimum eſt, inſomnium ſenſariæ partis affectionem eſſe, nam & ſomnus, ad eandem pertinet, nec enim animantium alteri ſomnus, inſomnium alteri, ſed eidem utrũq; competit.*

*Sed qualiter oportet, & ſecundum quem modum, cõſiderandum. Ponatur ergo quod quidem & manifeſtum eſt, quod ſenſitiui paſſio, ſiquidem & ſomnus, non enim alĳ quidem alicui animalium ineſt ſomnus, alĳ uero alicui ſomniare, ſed eidem.*

Cum demonſtrauit ꝙ ſomnium non ſit paſſio intellectui, nec ſenſus exterioris, nunc demõſtrat ꝙ ſit paſſio primi ſenſitiui ſcilicet ſenſus communis, qui ubiq; appellatur ab Ariſto. primum ſenſitiuũ, unde dicit. Sed qualiter opʒ, & ſecundum quem modum ipſum ſomnium paſſionẽ dicemus. Conſiderandum, deinde tangit cuius ſit paſſio, & dicit. Ponatur ergo, ſicut manifeſtum eſt, & ita eſt, ꝙ ſomnium ſit ſenſitiui paſſio, hoc eſt primi ſenſitiui affectio, & per ſenſitiuum ſenſum communem intelligit, quod probat, & inquit. Siquidem & ſomnus ſit paſſio primi ſenſitiui, quoniam: ut inquit. Non alĳ uirtuti quidem alicui animalium ineſt ſomnꝰ, alĳ uero uirtuti alicui animaliũ ineſt ſomniare, ſed eidem. Sic igitur ſomnium eſt paſſio primi ſenſitiui, quoniam eius eſt paſſio ſomnus, ſomnus enim & inſomnium eiuſdem uirtutis ſunt.

*Cum uero de imaginatione, & phantaſia tractatum in libris de anima ſit, & imaginandi uis eadem numero ſit cum potentia ſentiendi, quãuis eſſentia rationeq; differant, imaginatio autem ſit motio à ſenſu actu proueniens, inſomnium uero ſpectrum quoddã & phantaſma eſſe uideatur, nam uiſum ipſum quod in ſomno apparet inſomniũ dicimus, ſiue illud ſimpliciter, ſiue quodammodo contingat, palam utiq; eſt inſomnia ſenſariæ partis eſſe, ſed q̃atenus imaginaria eſt.*

*Quoniam uero de phantaſia in ĳs quæ de anima dictum eſt, & eſt quidem idem ſenſitiuo phantaſticum, eſſe autem ſenſitiuo & phantaſtico aliud, eſt autem phantaſia qui à ſenſu ſecundum actum ſit motus, ſomnium uero phantaſma quoddam uidetur eſſe, nam quod in ſomno phantaſma ſomnium dicimus, ſiue ſimpliciter, ſiue quẽadmodum factum, manifeſtum eſt q̃ ſenſitiui quidem eſt ſomniare, huius autem ſecundum q̃ phantaſticum.*

Idem probat, & ſumit duo, per que uult habere duas rationes. Primum quidem ꝙ primũ ſenſitiuum & phanta-

ſticum,& ſenſus cõmunis & uirtus phantaſtica idem ſubiecto ſint,rõne ſola drãnt,ut libro de memoria dictũ eſt, & hoc dicit. Qm̃ uero de phantaſia in his quæ de aĩa dictum eſt,ubi dictum eſt quod phãtaſticũ idẽ ſit ipſi ſenſitiuo,quod eſt cõis ſenſus.ſ.ſubiecto & re, eſſe autem ſenſitiuo & phantaſtico aliud,& ſic drñt ratione. Secundũ qđ accipit,eſt,quod phãtaſma & ſomnium idem ſunt,& non drñt,niſi quia phantaſma dicitur illud qđ imaginamur ꝑ ſenſum communem motu ſumpto a ſenſibus exteriorib9, uel nobis uigilantibus. Somnium uero eſt phantaſma qđ imaginamur per ſenſum communẽ motu ſumpto ab his, quæ erant ſeruata in parte memoratiua,& nobis dormientib9, & nullo mõ motu facto a ſenſibus exteriorib9,ita ut idẽ phantaſma ſit & ſomniũ ſm rẽ, drãnt ṽo ſola ratione, qđ phantaſma ſit uel quod ſumitur ab exteriorib9 ſenſib9, uel quod accidat nobis uigilantibus. Somnium ṽo phantaſma eſt,quod ſumitur a memoratiua uirtute, & non ab exterioribus ſenſibus,& quod accidat nos illud imaginari non ſentientibus. Sic igitur imaginatio eorum, quę Sueſſę ſunt,ſi eſt in uigilia,dicitur imaginatio, & phantaſma, ſi accidat in ſomno dicitur ſomnium: nec eſt alia differentia quantum ad eſſentiam. Vtrũque enim imaginatio eſt, utrum ṽo ſit aliqua differentia,poſterius uidebitur, unde dicit. Eſt autem phantaſia ſiue imaginatio motus,qui fit a ſenſu ſecundum actum,hoc eſt,qui incipit ab exterioribus ſenſibus actu ſentientibus,uel qui factus fuit, uel alias cœpit,ut imaginatio Socratis,ſi Socratem ſentirem aliq̊ ſenſu exteriori,adde,qđ imaginatio eſt motus ſenſitiui communis nobis uigilantibus accidens,ergo ad hoc, ut phãtaſia uel imaginatio uel phantaſma dicatˀ,ſufficit, quòd nos imaginemur aliquid per ſenſum communẽ,in uigilia. Somnium uero phãtaſma quoddã uidetˀ eſſe, & imaginatio, dico phantaſma quoddam, quoniã qđ in ſomno eſt phãtaſma,hoc dicimus ſomnium, ſiue illud fiat ſimpliciter de nouo,ſiue fiat quodammodo ex his, quæ uiſa erant in uigilia,contingit enim fieri ſomnium aliquãdo de nouo,qm̃ eſt imaginatio,quæ non eſt eorum, quæ pręceſſerunt in uigilia,aliquando eſt imaginatio eorum quæ pręceſſerunt, ſed ſiue ſic,ſiue ſic,ſomnium nec ſimpliciter, nec quodam modo fieri poteſt,niſi ex memoratis,ut poſtea dicem9. Ex his duobus cõcludit,cuius paſſio ſit ſomnium,& inquit. Manifeſtum eſt quod ſenſitiui quidem.ſ.primi eſt ſomniare & huius non ſimplr,ſed ſm qđ primum ſenſitiuum eſt phãtaſticum,hoc probari põt ex prima propõne, quoniã ſomnium eſt phantaſtici,& primũ ſenſitiuũ phantaſticũ eſt,ergo ſomnium eſt paſſio primi ſenſitiui Ex ſecunda uero probari poteſt etiã,quoniam idem eſt imaginatio,phãtaſma & ſomnium. Sed phantaſma eſt operatio & paſſio ſenſus cõis,ergo & ſomnium, per quę quodammodo pȝ, & quid ſit ſomnium,& cui9 paſſio ſit ſomnium. Somniũ enim affectio eſt primi ſenſitiui,quę nõ hȝ ortũ ab exteriorib9 ſenſib9. At imaginatio paſſio eſt primi ſenſitiui,ut phãtaſtici,quę ortũ hẽt uel habuit a ſenſib9, & accidit in uigilia. Patet ergo parte quid ſit ſomnium, licet poſterius dilucidi9 hoc apparebit.

*Quid autem ſit inſomnium, & qua ratione fiat: ex ijs maxime cognoſci poteſt quæ in ſomno accidunt.*

*Quid autem eſt ſomnium, & quomodo fit, ex ijs quæ circa ſomnum accidũt,maxime utiq; cognoſcemus.*

Cum cõcludit,cui9 uirtutis ſit ſomniũ, & ꝓ ꝑte q̇d ſit, nũc perfectius proponit diſſerere quid ſit, & q̃uo ſit,et inqt. Quid aũt eſt ſomnium.ſ.ꝑfecte,& q̃uo ſit,ex his, quæ dicta ſunt de ſomno,maxime utiq; cognoſcemus.

*Etenim ſenſilia ipſa,in nobis,per ſingula ſenſoria, ſenſionẽ efficiunt, & affectio quam ea inuehunt, non modo in ſenſorijs ineſt,cum ſenſus agunt,ſed etiam cum ab opera diſceſſere.*

*Senſibilia enim,ſecundum unũquodq; ſenſoriũ nobis efficiũt ſenſum, & quæ fit ab eis paßio,non ſolum ineſt in ſenſorijs, dũ ſenſus agunt ſed & dum abierunt.*

Nũc proſequitˀ, & ſumit primo duo quaſi prologã,primũ quidem quaſi per ſe notũ,alterum probat, primũ eſt, qđ ſenſibilia ſm unũquodq; ſenſoriũ nobis efficiunt ſenſum,hoc non probat,quoniam patet, omne enim ſenſibile in proprio ſenſorio mouendo facit ſenſum, & in ipſo aliquid imprimit. ſecũdum eſt,qđ illud quod imprimit ſenſibile in proprio ſenſorio,non ſolum ineſt ſenſorijs, dum ſenſus ſunt in actu,& mouentur ab illis, ſed etiam dum ſenſibilia abierunt a ſenſib9 noſtris,hoc inqt,& paſſio, quę fit ab eis,non ſolũ ineſt ſenſorijs,dũ ſenſus agũt, hoc eſt, dũ ſunt in actu,nõ enim ſumit agere pro efficere, ſenſus enim nõ agit,ſed patitˀ. Sed per agere, eſſe in actu intelligit, ſic igitˀ illa paſſio,quam ſenſibilia imprimũt in ſenſorijs, non ſolum ſenſorijs ineſt,dũ ſunt in actu,& mouentur ab illis, ſed etiam dum abierunt a ſenſibus noſtris.

*Nam perinde hic atq; in ijs quæ lationem ſubeũt,euenire uidetur,etenim quæ lationem ſubeunt, eo quod propulit non amplius tangente,cientur,quod enim mouendi officio functum eſt, quandam aeris particulam propulit,quæ cum mouetur,ſubinde aliam cietq;,atq; hoc utiq; pacto,donec quieſcãt, moueri aer & aqua ſolent. Conſimiliter & hoc in alteratione quoq; fieri putandũ eſt,illud enim quod calentis rei opera incaluit, quod ſibi uicinũ eſt,calefacit,penetratq; ſucceßio hæc, ad id uſq; quod primum calefieri poteſt. Quare & ei cui ſentiendi facultas commiſſa eſt,hoc idẽ accidere neceſſe eſt,cum ſenſum qui in actu conſtitutus ſit,alterationem eſſe quandam conſtet. Quocirca affectio ipſa, in opificijs ſenſuum, non modo ſentientibus illis, ſed etiam quieſcentibus,tã per ſumma quam in imo ſeruari ſolet.*

*Similis enim paßio,in his & in ijs quæ feruntur, uidetur eſſe,etenim in latis,eo quod mouit non ulterius contingente,mouentur,nam quod mouit,mouit aerem quẽdam, & rurſus hic motus,alium: & hoc utiq; modo quouſq; quidem ſtent, faciunt motum, & in aere et in humidis. Similiter autẽ oportet putare hoc, & in alteratione,nam quod calefactum eſt à calido, proximum calefacit, & hoc diſtribuitur,uſq; ad principium. Quare & in quo eſt ipſum ſentire, quoniam eſt alteratio quædam qui ſecũdum actũ ſenſus,neceſſe eſt hoc accidere. Ideo paßio ipſa, eſt non ſolum ſentientibus in ſenſorijs, ſed & quieſcentibus, & in profundo & ſuperficietenus.*

Declarat quod dixerat per quædam ſimilia. qm̃ rõne, & experientia hoc probauit libro de memoria & reminiſcentia. Et primo quidẽ ſimilitudine ſumpta a proiectis,et dicit. Similis enim paſſio uidetur eſſe in his, quæ mouentˀ a ſenſibilibus,& in ijs quæ ferũtur a proijcientibus, eteni in latis ac proiectis,eo proijciente,quod mouit, non ulteri9 contingente.hoc eſt non exiſtente,ſed abeunt,mouentˀ. Cui9 cãm affert,& inqt. Nam quod mouit proiectũ. uidelicet mouit aerem quendam.& rurſus aer hic mot9,mouit aliũ aerem,& hoc utiq; modo quouſq; ſtent, faciũt ſemp motum,& in aere,& in humidis,hoc eſt aqs. Idem declarat etiam per ſimile in alteratione,& dicit. Similiter autem oportet putare hoc,& in alteratione,nam quod calefactũ eſt a calido,proximũ ſibi calefacti, & hoc diſtribuitur uſque ad principium,hoc eſt uſq; ad primum quod calefieri põt,& per principium,finem intelligit, nam finis eſt principium non eſſendi. Ex his concludit propoſitũ, & dicit. Quare,& ei,in quo eſt ipm̃ ſentire,quoniam ſenſus qui eſt ſecundum actum.eſt alteratio quædam, neceſſe eſt hoc ſimiliter accidere,& propter hoc concludit propoſitum,& inqt. Ideo paſſio ipſa, eſt non ſolũ ſentientib9 in ſenſorijs actu,ſed & qeſcẽtib9 ab opere. Sed contra, qm̃ tũc in exteriorib9 ſenſorijs eſſet memoria,qm̃ ſeruarentˀ ſpẽs abſentib9 ſenſibilibus. Reſpondet,& inqt. Et in profundo remanent ſpecies,& ſuperficietenus,& tũc intellige qđ ſpecies remanent in profundo,hoc eſt in memoratiua ſubiectiue, &



organice:& per modum habitus,& per modum diſpoſitionis manere in ſuperficie initiatiue, non enim exteriora ſenſoria ſeruant ſpeciem, ſed organum memoratiuæ uirtutis: qđ eſt cerebrũ, cerebrum.n.eſt organum congregationis ſpecierũ ſenſibilium Quo uero ad uerba attinet, cum Ariſtoteles inquit {ſed quieſcentibus} Themiſtius intelligit,ꝙ hæc imaginum commotio non modo uigilantibus nobis, ſed quieſcentibus hoc dormientibus ſeruatur: & in profundo, & ſuperficietenus, hoc eſt, ſiue leuis ſiue profundus ſit ſomnus: ſemper enim imagines ſeruantur.

*Id quod quoties continenter quippiam ſentimus: liquido percipi poteſt. Nam ſi ſenſum ipſum ab eo ad aliud,ut de ſole in opacum,conuertamus: comitatur eum affectio: euenit enim ut nihil cernat: propterea quòd commotio quæ a lumine profecta eſt,oculos adhuc poßideat.*

*Palam autem: cum continue ſentimus aliquid. Transferentibus enim et ſenſum,ſequitur paßio: uelut de ſole ad tenebras: accidit enim nihil uidere: propter adhuc ſubſiſtentem motum in oculis a lumine.*

Cum demonſtrauit,ꝙ ſpecies remanẽt abeuntibus ſenſibilibus per duo ſimilia, alterum a proiectione, alterum ab alteratione ſumpta: nunc idem declarat per ſigna ſumpta a uiſu: ut Themiſtius exponit,& dicit. Palam autem: cum continue & fixe ſentimus aliquid: & maxime intenſum ſenſibile: nam (ut inquit) nobis ſenſum quo illud ſentiebamus transferentibus ad aliud ſenſibile, ſequitur paſſio,quæ prius aderat, uelut transferentibus uiſum de ſole ad tenebras: accidit enim nihil uidere propter motum ſubſiſtentem adhuc in oculis a lumine ſolis: propter ſpeciem enim illius in oculis derelictam, omnia nobis uidentur ſol: quod non accideret, niſi ſenſibilia agerent ſpecies in ſenſibus.

*Item ſi quid album aut uiride diutius aſpexerimus: ad quodcunque aſpectum noſtrum deflectamus, concolor illi uidetur.*

*Et ſi ad unum colorem multo tempore aſpiciamus ut album uel uiridem: eiuſmodi uidetur ad quodcunque uiſum permutemus.*

Hic ponit ſecundum ſignum ſumptum a uiſu, & dicit. Et ſi ad unum colorem multo tempore aſpexerimus, ut ad album, uel uiride, huiuſmodi uidebitur ad quodcunq; uiſum permutauerimus. Videtur enim unumquodq; concolor: quod non accideret, niſi ſpecies illius in uiſu derelicta eſſet.

*Sed & ſi oculos contra ſolem, aut aliquid aliud quod fulgeat,intenderimus, deinde conniueamus: per rectam lineã qua aſpectum cernere contingit, primum tale obſeruantibus apparet quale reuera eſt, tum ſe in puniceum conuertit, proxime in purpureum: donec ad atrum perueniat, exoleſcatque.*

*Et ſi ad ſolem proſpicientes uel aliquod aliud ſplendidum oculos concluſerimus: obſeruantibus uidetur ſecundum directionem qua accidit uiſum uidere, primum quidem huiuſmodi colore, deinde permutatur in puniceum, deinde in purpureũ, quouſque in nigrum ueniat colorem, & euaneſcat.*

Hic ponit tertium ſignum a uiſu oculis clauſis,& dicit. Et ſi ad ſolem proſpicientes uel ad aliquod aliud ſplendidum, mox oculos concluſerimus, ac clauderimus, nobis obſeruantibus illud ſecundum directionem, qua accidit uiſum uidere.q d.non auertendo uiſum, ſed illud directe aſcendendo, uidebitur quidem primo huiuſmodi colore: quo uidebatur, deinde permutabitur in medios colores ſucceſſiue,ut in puniceum,deinde in purpureum,quouſq; in nigrum ueniat colorem,& euaneſcat; quod non accideret,niſi propter ſimulachrum derelictum in uiſu.

*Quinetiam ſi qui obtutus ſuos ab hiſce quæ mouentur, ut ab amnibus præſertim ocißime labentibus, alio transferant: quæ ſtant,moueri uidentur.*

*Et ab ijs quæ mouentur, & permutantur, uelut a fluminibus,maxime autem ab ijs quæ citißime fluunt: uidentur quieſcentia,moueri.*

Quartum ſignum ſumitur ab his quæ permutantur: & mouentur,& dicit. Et ab ijs quæ permutantur & mouentur, ueluti a fluuijs,& maxime ab his, quæ citiſſime fluunt, cum transfertur uiſus ad res quieſcentes, uidentur illa quieſcentia moueri: quod quidem non accideret,niſi in ſenſu derelinqueretur ſimulachrum illius torrentis uelociter fluentis.

*Iidem porro: ab ingentibus ſonis ſurdaſtri reddũtur, & ab odoribus uehemẽtibus. ægerrime olfaciũt: atq; ita in ſimilibus ſtatuendum eſt. Quæ omnia: aperte hoc eueniunt modo.*

*Fiunt autem & a magnis ſonis: obſurdeſcentes,fiunt autem & a ualidis odoribus: difficile odorãtes, & ſimilia. Hæc itaq; manifeſte accidunt hoc modo.*

Vltimo idem probat ſigno ſumpto ab alijs ſenſibus,& dicit. Fiunt autem & a magnis ſonis obſurdeſcentes ac ſurdaſtri. Et ab odoribus ualde intẽſis, homines fiunt male ac difficile odorantes, & de guſtu & tactu ſimilia patent, ergo ſimulachra remanent in ſenſibus etiam ſenſibilibus abſentibus: quæ non ceſſant agere in ſenſum donec ipſum corrumpant. Vnde epilogat,& inquit. Hęc itaque manifeſte accidunt hoc modo. Quo uero ad ſuppoſitionem attinet, animaduerte ꝙ Ariſtoteles uelle uidetur, ꝙ ſpecies ſenſibilium ſeruentur in proprijs ſenſorijs, in quibus ſenſibilia illas induxerunt. *De loco ſpecierum ſenſibiliũ.* Quòd ſi quis uellet ſuſtinere,debet dicere, quòd in uirtute memoratiua ſeruantur phantaſmata: quæ ſunt ſenſibilia primi ſenſitiui, quod eſt idem quod phantaſticum,& in ſenſorijs ſeruantur ſpecies ſenſibilium exteriorum: communis tamen opinio tenet, ꝙ duplex eſt ſenſibile: excellens quod in ſenſu magnam impreſſionem facit,alterum debile, uel proportionatum, quod impreſſionem proportionatam facit. Tunc dico,ꝙ ſpecies rerum ſenſibilium non ſeruantur niſi in communi ſenſorio: in quo uirtus memoratiua eſt,& hoc permanenter,& per modum habitus,quæ eſt memoria In ſenſibus uero & ſenſorijs exterioribus ſpecies ſeruantur per modum diſpoſitionum,non omnes,ſed ille: quæ ab excellentibus ſenſibilibus imprimuntur: dico per modum diſpoſitionum,quoniam non permanenter neq; fixe. Cauſa uero quare ſpecies multiplicatæ in ſenſorijs ab excellentibus ſenſibilibus,ſeruantur aliquo tẽpore,eſt, quoniam illa fortis impreſſio,cum ſit motus, calefacit & exiccat ſenſoriũ pro certo tempore, & ſic eſt cauſa retentionis. Amplius fortis ille motus cauſa eſt, ut calor & ſpiritus ad ſenſoriũ a corde mittãtur: quia ubi eſt labor,ibi eſt ſpiritus & caloris cõcurſus, At concurrẽte calore & ſpiritu, humidũ ſenſorium pro parte exiccatur: & ſic eſt cauſa retẽtionis pro aliquo tẽpore. Sed dices ſi remanet ſpecies in oculo abſente ſenſibili, cur oculus non uidet. Cãdauẽſis reſpõdet: quia illa ſpecies non eſt obiectũ uiſibile, ſed eſt ratio ſentiendi pręſente ſenſibili. Ariſto. uero cõcedit ꝙ durãte ſpecie illa,omnia uidẽtur ſibi ut illud: cuius eſt ſpecies: immo clauſis oculis adhuc uidet certo tẽpore id,e quo ſpecies illa impreſſa eſt: quod etiam Themiſtius aſſerit.

*Quòd autem celeriter ſenſoria ipſa uel tenues differentias ſentiant: indicio eſt, id quod in ſpeculis fieri ſolet, de cuius ratione: ſeorſim dicato opere conſiderare quis & addubitare poßit.*

*Quòd autem ſenſoria cito & modicas differentias ſentiant: ſignum eſt, quod in ſpeculis accidit: de quo utique, per ſeinſiſtens,conſiderabit quis & dubitabit.*

Hic ſoluit Ariſto. ut recte expoſitor (inquit.) Duas dubitationes, quæ oriuntur ex dictis. Quarum prima eſt. ſi in ſenſu remanerent ſpecies, tunc ille non poſſet recipere alias aliorū ſenſibilium, quoniam altera alterā impediret. Reſpondet, ꝙ non obſtante ꝙ ſenſus habeat ſpecies alicuius ſenſibilis, quod fortiter illam in ſenſum impreſſit, adhuc poteſt cito & modica ſenſibilia ſentire recipiendo ſpecies ab illis, & hoc dicit Cuius rei ſignum affert, ut ſolutionem innuat, & dicit. Quòd autē ſenſoria cito & modicas ac paruas differētias ſenſibilium ſentiat, dato ꝙ habeat intra ſe ſpecies aliorum, ſignum eſt quod in ſpeculis accidit: ſpeculū enim habēs ſpeciem ligni, ſuſcipit ſpeciem bonis, uerū quia materia de ſpeculis eſt attinēs ad perſpectiuos, & requirit ſpecialem librum: ideo inquit. de quo utiq; aliquis per ſe inſiſtens & diligētius diſputans conſiderabit & dubitabit libro ſeorſum. Sed dices, pono per caſum ꝙ ſpecies Socratis amici fuerit ſeruata in ſenſorio memoriæ: & iterum occurrat Socrates, utrum Socrates cauſabit ſpeciem iterū. Videmus enim ꝙ in uiſu cauſabit illam, & quotiens occurrit, totiēs mouet uiſum: ergo cauſabit iterum illam in memoriam. Dicendum ꝙ in ſenſibus exterioribus quotiēs occurrit: ſemper cauſabit, quoniam in illo non ſeruari poteſt per modum habitns. In interioribus uero ſemel tātum: niſi ſit deleta: ueluti in ſpeculo ſpecies ſemel cauſata, non amplius cauſatur. Verū præſentia nouæ ſpeciei in uiſu, antiquam in memoria ſeruatam reducit ad actum, facitq; ut ſit recens.

De ſpecie ſenſibili pulchrum dubium.

*Et inſuper ex eodem facile conſtat: uiſum ut pati, ita etiam agere aliquid ſolere.*

*Simul autem ex ipſo manifeſtum: quòd quemadmodum uiſus patitur, ſic & facit aliquid.*

Secunda dubitatio eſt, quoniam dictum eſt ſenſorium pati a ſenſibilibus exterioribus: ideo poſſet quis credere ſenſorium nullo pacto poſſe agere extra, ſed ſolum pati. Reſpondet, quoniam dato ꝙ ſenſorium ipſum patiatur a ſenſibilibus: recipiendo ſpecies & motus ab illis, etiā agit extra ſe, & hoc dicit. Simul autem ex ipſo: quod nunc diximus: manifeſtum eſt, quod quemadmodum uiſus hoc eſt uiſorium patitur, ſic & facit aliquid extra ſe. Quo quidem ad uerba attinet, animaduerte, ꝙ Ariſtoteles per ſenſum: ſenſorium intelligit, & per uiſum: uiſoriū, ut oculum. Quo uero ad reſponſionem, intellige oculum, & ſenſoriū non agere extra ſe radium uiſualem, uel ſenſualem: quo uideat uel ſentiat: ſed uult declarare, ꝙ agat aliquid extra qua uis actione, ſiue ſenſitiua, ſiue reali. Præterea ſenſorium ut oculus non ſolum agit extra actione reali, ut declarabitur: ſed intentionali, inquantum oculus eſt unum ſenſibilium potens mouere alterum oculum. Et ſic dato ꝙ ſenſorium patiatur, non ſic & adeo patitur: nulla actione agere poſſit extra ſe.

*Nam cum mulieres tempore menſium è ſpeculis admodum nitidis aliquod inſpectant: tunc ſuperficies ſpeculi, quadam ueluti nebula ſanguinis obducitur: atque ſi nouitium ſpeculum ſit: haud facile eſt eiuſmodi maculam abſtergere: ſin peruetus: facile. Cauſa autem eſt, ſicuti iam diximus: quòd non ſolum ab aere uiſus quippiam patitur, ſed etiam in aerem quippiam agit, atque eundem mouet perinde atque ſplendida: nam uiſus: de genere ſplendidorum & habentium colorem eſt.*

*In ſpeculis enim ualde puris, cum menſtruis ſuperuenientibus mulieribus inſpiciunt in ſpeculum: fit ſuperficies ſpeculi ut nubes ſanguinea, & ſi quidem nouum ſit ſpeculum: non facile eſt abſtergere huiuſmodi maculam: ſi uero uetus, facile. Cauſa uero ut diximus: quoniam non ſolum uiſus patitur aliquid ab aere, ſed & facit aliquid, & mouet quemadmodum ſplendida: nam uiſus ſplendidorum, & habentium colorem.*

Quòd ſenſorium extra aliquo actionis genere agere poſſit, licet patiatur. Ariſtoteles perſuadet ſigno ſumpto ab oculis mulierū menſtruantium: qui ſpeculum alterant, & inficiunt ſanguinea menſtruali macula, unde inquit. In ſpeculis enim ualde puris mundis, & recentibus, cum mulieres menſtruis ipſis ſuperuenientibus, inſpiciunt in ſpeculum ſic terſum & politum, ſuperficies ſpeculi fit, ut nubes ſanguinea, & addit: ꝙ ſiquidem ſit nouum ſpeculum, non facile erit abſtergere huiuſmodi maculam: ſin autem ſpeculum erit uetus facile erit abſtergere, ut poſtea dicetur. Cuius cauſam repetit, quæ in uniuerſali tacta eſt, & dicit. Cauſa uero, ut diximus, eſt: quoniam non ſolum uiſus hoc eſt oculi patiuntur aliquid ab aere habente ſpēm coloris: ſed etiam oculus ipſe aliquid facit, facit quidē in ſpeculis alteratione, & in aerem: & non ſolum agit extra actione reali: ſed mouet, ut unum uiſibile: & ideo dicit. Et mouet oculum alterius hominis cauſando ſpeciem ſui in illo: quemadmodum ſplēdida mouent oculos noſtros, nam uiſus, hoc eſt. Viſorium eſt unum de numero ſplendidorum, & habentium colorem. Ergo ſenſorium agere poteſt extra & actione reali maculando ſpeculum, & actione ſpirituali, ac intentionali mouendo ſenſorium aliud ab ipſo.

*Hoc igitur tempore quo menſes profluunt: eodem modo oculos, quo quamlibet aliam corporis particulam affici, ratione optima euenit: quandoquidem, ſuapte natura uenulenti ſunt.*

*Oculi igitur rationabiliter cum fiunt menſtrua, afficiuntur, ſicut & alia pars quælibet corporis: etenim natura exiſtunt pleni uenarum.*

Exponit quod dixit de oculis menſtruantium, & dicit. Oculi igitur rationabiliter cum fiunt menſtrua: afficiuntur, ſicut & alia pars quælibet corpus: quoniā moto ſanguine mouet̄ in toto: & in ſingulis partibus, & maxime oculi (ut Themiſtius dicit.) In menſtruis alterātur, cuius cauſam affert Ariſtoteles, & inquit. Etenim natura exiſtunt pleni uenarum: & ſic pleni ſanguine exiſtente in motu emittunt uapores ſanguineos extra.

*Quocirca tempore menſtrualis profluuij, quod commotione & inflammatione ſanguinis prouenit: diſcrimen in oculis habetur, quod quamuis nobis ineuidens ſit (eſt enim natura ſeminis & menſium, eadem) reuera tamen in eiſdem eſt.*

*Ideo cum fiunt menſtrua propter turbationem & phlegmaſian ſanguineam, nobis quidem quæ in oculis differentia, incerta eſt, ineſt autem, nam eadem natura: ſeminis & menſtruorum.*

Oſtendit, quòd hoc idem non ſolum mulieribus (ut Themiſtius inquit) accidat tempore menſtruorum: ſed etiam uiris tempore emiſſionis ſpermatis, uel parum poſt, eſt tamen hæc differentia, quòd macula inducta in ſpeculis a uiris, eſt inſenſibilis, a mulieribus uero certa, quoniā maiori profluuio premuntur. unde inquit. Ideo cum fiunt in nobis hominibus menſtrua ſcilicet ſeminum emiſſiones propter turbationem & phlegmaſiam, hoc eſt inflammationem ſanguineam, cauſatam a motu emiſſionis, nobis quidem uiris differentia illa, quæ eſt in oculis incerta eſt, ſed reuera ineſt ipſis oculis, ueluti mulieribus: quędam alteratio ſanguinea. Cuius cauſam affert, quoniam ſeminis in uiris & menſtruorum in mulieribus eadem natura eſt, utrunq; enim eſt ſuperfluitas alimenti ultimo digeſti: ergo ſicut in oculis mulierum accidit alteratio hæc: ita & in oculis uirorum. Themiſtius refert nonnullos pati menſes, ut mulieres, per uirgam: & de his loqui Ariſtotelem credit.

*Ab ipſis autē menſibus qui ad oculos penetrarunt: aer mouetur & inficitur, aer infectus, aliū aerē qui ſpeculo proximus eſt ſibi hærentem inficit, & talem qualis ipſe eſt reddit: a quo poſtremum, ſpeculo eluuiecula quædam allinitur.*

Aer



*Aer itaque mouetur ab ipſis: & eum qui ſupra ſpecula eſt aerem continuum exiſtentem, qualem quendam facit, & talem quale ipſe patitur: hic uero ſpeculi ſuperficiem.*

His expoſitis, declarat modum, quomodo inducatur macula ſanguinea in ſpeculis: & dicit. Aer itaque mouetur ab ipſis oculis, & alterātur ab illis ea alteratione, qua oculi ſunt alterati: & hic aer oculis proximus alteratus, alterat aerem eū, qui ſupra ſpecula continuis exiſtit: qualem quendam & ſanguineum illum faciendo, & tale quale ipſe patitur. Hic uero aer ſpeculo contiguus alterat ſuperficiem ſpeculi: & ſic a primo ad ultimum oculi alterāt ſpeculum: hic ergo eſt modus.

*Nam ſpecula: haud ſecus quàm mundiſſimæ ueſtes, celerrime notam aliquam contrahunt. quod enim mundum eſt atque purum: exacte commonſtrat quicquid exceperit, et potiſſimum minimos motus: æs uero, quòd læue terſumque ſit: qualemcunque tactum maxime ſentit.*

*Quemadmodum enim ueſtium quæ maxime mundæ ſunt: citiſſime inquinantur: nam purum, exacte monſtrat quicquid exceperit, & præſertim minimos motus: æs etiam, eo quòd planum ſit: qualemcunque tactum maxime ſentit.*

Dixit duo de ſpeculis, ꝙ macula ſanguinea magis apparet in nouo & terſo ſpeculo, & qui minus poteſt abſtergi. Contra uero antiquum, in eo minus apparet, & facilius poteſt abſtergi, lege uerba, & uerbum enim non ad proxime dicta: ſed ad antiqua referas ſ. ꝙ in nouo magis hæc, in ueteri minus fiant, & inquit. & lege ſic, ſpecula terſa magis alterantur. Quemadmodum enim ueſtium: quæ mundæ ſunt, citiſſime inquinantur: ac celerrime maculam contrahunt, quaſi dicat, quoniam ſpecula noua ſe habent, ut mundæ ueſtes. Cuius cauſam exponit, & dicit. Nam purum terſum, & mundum exacte monſtrat, quicquid excerpit, & præſertim minimos motus, ac alterationes, nec dixit præſertim, ꝙ purum monſtret magis minimas alterationes, quā magnas, ſed præſertim pro etiam ſumpſit, ut ſit ſenſus ꝙ purum exacte monſtrat quicquid excerpit: & etiam minimos motus ac alterationes: idem probat exemplo æris terſi: & dicit. æs etiam nouū & terſum eo ꝙ planum ſit, qualemcunq; tactum ſentit, & per totum & per omnem partem: & per ſentire, non intelligit cognoſcere, ſed intelligit inauditum & ſonum mutare: propter ſui enim planiciem ubique reſonat, quauis parte tacta. Ex his habemus cur ſpeculum nouum citius & magis alteratur.

*Scire autem oportet: tactum aeris, eſſe quandam ueluti attritionem deterſionemque & ablutionem: atque eundem, quantuluſcunque ſit: conſpicuum, propter ſpeculi puritatem, reddi.*

*Oportet uero intelligere: tanquam attritionem eſſe aeris tactum, & tanquam exterſionem & ablutionem: propter munditiam uero, manifeſtus fit: qualiſcunque ſit.*

Exponit nūc quæ dixit, & reducit illa ad propoſitum, & inquit. Oportet autem intelligere tactum aeris, quo aer ſpeculum tangit, eſſe tanquā attritionem, hoc eſt conturbationem, & tanquā exterſionem: & ablutionem ſpeculi, & hoc quia aer propter munditiam manifeſtus fit qualiſcunq; ſit, & ideo cū aer tangens ſpeculi faciem fuerit mundus, & ablutus, exterſus, etiam ſpeculum, ſic erit: cum uer aer fuerit turbidus & alteratus, & omnino mutatus mutabit ſpeculum. Patet ergo cauſa cur nouum ſpeculum, magis ſuſcipiat alterationem.

*Cur uero maculæ nouis ſpeculis inductæ difficile eleuantur, cauſa eſt, quòd ea pura ſunt & terſa: nam maculæ: ſeſe per talia, & in profundum, & in omnes partes diffundunt: in profundum, quòd pura ſint: in omnes partes, quòd terſa. In uetuſtis autem maculæ non permanent, quia non tam alte figuntur, ſed eminentiuſcule. Tenues igitur differentias excitare uellicareque ſenſum, & celeriter ab eodem internoſci, item non modo pati ſenſorium quo natura colorum percipitur, ſed etiam uiciſſim agere: ex hiſce conſtat.*

*Non exeūdi uero celeriter ex nouis ſpeculis, cauſa eſt: quòd purum ſit & planum: ſerpit enim per huiuſmodi, & in profundum, & in omnes partes, nam eo quidem quòd purum eſt, in profundum: eo autem quòd planum, in omnes partes. In ueteribus uero non immanet, quoniam nō ſimiliter ſubit macula, ſed ſuperficietenus magis. Quòd igitur & a paruis differētijs fit motus, & quòd celeres ſunt ſenſus, & quòd non ſolum patitur ſed & contrafacit colorum ſenſorium: manifeſtum ex his.*

Cum dedit cauſam quare in ſpeculo nouo apparet turbatio maior, & in pluribus partibus: nunc aſſignat cauſam, quare minus ſpeculum nouum cum maculatur, abſtergi poteſt. Et primo proponit hoc dicit. Non exeundi uero perturbationē celeriter ex nouis ſpeculis, cauſa eſt, ꝙ purum ſit & planum: nam perturbatio ſerpit, & decurrit per huiuſmodi facile, & in profundū, & in omnes partes: nam (ut inquit) ſpeculum nouum eo ꝙ purum eſt, turbatio deſcendit in profundum, & macula in ipſo inducta in profundum deſcendit: quoniam purum eo ꝙ purū ſua natura magis eſt a maculoſo alterabile, contrarium enim magis illa eſt, & ideo ab illo alterabile magis. Et Themiſtius exponit hoc, & dicit. Quòd macula in puro ſpeculo in profundum magis deſcendit, quoniam ſpeculum purū eſt, ut plura ſpecula, ideo cum maculatur magis maculatur. Eo autem, ut inquit. ꝙ planum eſt, maculatur facile in omnes partes: quoniam nulla ſupereminet alteri, ut illa magis maculetur, & non altera. Præterea propter planiciem ſanguinea currit & ſerpit per totum. At in ueteribus macula non ita immanet ac permanet, quoniam non ſimiliter macula illius ſubit ſcilicet in profundum: ſed ſuperficietenus magis. Innatat enim macula (ut Themiſtius inquit.) In uetuſto ſpeculo, in marginibus, & ſic uetus ſpeculum minus recipit, quia minus planum minus in profundum, quoniam minus purum. Demum epilogat quaſi declarata, & inquit. Quòd igitur & a paruis differentijs ſenſibilium fit motus in ſenſorium, & ꝙ ſenſus ſint celeriter, & non durabiles in ſenſorio: non enim ſpecies permanent in ſenſorio exteriori, & ꝙ non ſolum ſenſorium patiatur: ſed etiam contrafaciat, manifeſtum ex his.

Per hæc patet primo ꝙ oculi non inficiunt ſpeculum quatenus uident: quoniam non uident extramittendo, & ſic quo uident, non inficiunt ſpeculum: ſed quo alterati ſunt ſanguine, ut declaratum eſt. Secundo patet, ꝙ oculi baſiliſci non interficiunt hominem, quatenus uident, quoniam nec in illis uiſio fit extramittendo, ſed quatenus uenenoſa qualitate alterando aerem, alterant nos. Dicitur autem, ꝙ baſiliſcus ſi prius nos uideat, interficit nos, quoniam prius alterat nos ſuis oculis uenenoſis Cōtra uero, ſi nos prius illum uiderimus, interficimus illū: quoniam oculi noſtri ſunt ita uenenoſi illi, ſicut oculi eius, nobis. & ita ſi prius illos uiderimus, prius eos ad mortem alterabimus. Vtrum uero baſiliſcus naſcatur ex gallo, ut ab ouo eius, non memini me legiſſe apud bonos auctores: licet quidam medicus non imperitus illud eſſe aſſerat. Tertio patet, ꝙ uetulæ poſſunt faſcinare, hoc eſt maleficium inferre pueris, quos oſculantur, ac cernūt, quoniam ab oculis uetularum propter retentionem menſtruorum exeunt uapores mali: qui alterāt pueros qui ſunt delicati, & molles: & quidem ad malas ægritudines.

Quomodo oculi ſpeculum inficiunt.

De baſiliſco.

*Iis quæ diximus, aſtipulatur, quod circa uina & unguenta accidere uidemus. Nam oleum quod unguento additur: celeriter odores earum rerum quæ in propinquo ſunt, ebibit. Vina quoque: hoc idem faciunt: quippe quæ non modo earum rerum quæ induntur admiſcenturq; odores in ſe trahāt, ſed etiam earum rerum quæ prope dolia aut locantur aut naſcuntur.*

*Atteſtantur autem ijs quæ dicta ſunt: & quæ circa uina, & quæ circa pigmenta eueniunt. Nam quod præparatum eſt oleum: cito accipit proximorum odores. Et uina: hoc ipſum patiuntur: non ſolum enim eorum quæ immituntur uel commiſcentur: ſed & eorum quæ prope uaſa ponuntur uel naſcuntur, recipiunt odores.*

Demonſtrauit ꝙ aer infectus ab oculis mulierum poteſt ſpeculũ alterare, & hoc: quia tangit illud, & ab oculis tangitur, & alteratur: hoc idem nunc oſtendit duobus ſimilibus exemplis, quorum alterum ab oleo, alterum a uino accipitur: & dicit. Atteſtantur autem ijs, quæ dicta ſunt: & quæ circa uina, & quæ circa pigmenta, hoc eſt unguenta eueniunt: in quibus oleum ponitur: & hæc exponit, & primo de oleo, & inquit. Nam quod præparatũ eſt oleum in unguentis, & cum roſis, ut cum floribus citri, ut cum alijs odoriferis cito accipit odorum illorum odoriferorum: cum quibus proxime miſcetũr: & non niſi uicinitate, quàm cum illis habetur: ergo & aer uicinus oculis alteratis, cum ſit oleo paſſibilior poteſt alterari ab illis, & alteratus alteratur ſpeculum. Dat ſecundum exemplũ, & inquit. Et uina hoc ipſum patiuntur: non ſolum enim eorum quę immittuntur in dolio ipſis pro ſapore, correctione, & odore, ſed eorum, quæ prope uaſa ponũtur, uel naſcuntur, recipiunt odores: dato quòd aliquid naſceretur prope dolium, & hoc non eſt niſi quia propinquum eſt alteranti, at cum aer paſſibilior ſit uino: ideo proximus oculis alterantibus alterabitur, & alteratus alterabit ſpeculum.

*Ad eam uero cõſiderationem quæ nobis initio inſtituta eſt, unum ſupponatur, quod & patere poteſt ex ijs quæ dicta ſunt: abeuntibus externis ſenſilibus, ſenſa quæ & ipſa quoque ſenſilia ſunt, remanere.*

*Ad eam uero quæ a principio conſiderationem, ponatur unum quidem, quod ex ijs quæ dicta ſunt patet: quòd recedente ſenſibili extrinſecus, immanẽt ſimulachra quæ ſenſibilia ſunt.*

Cum feciſſet digreſſionem, redit ad propoſitũ & colligit proloquium, quod uult habere ex digreſſione, & dicit. Ad eam uero conſiderationem, quæ eſt accepta a principio de ſomnijs, ponatur unum quidem, ꝙ ex ijs, quæ dicta ſunt: patet, ꝙ recedẽte ſenſibili extrinſecus a ſenſibus noſtris exterioribus: immanent ſimulachra: quæ & ipſa quoq; a ſenſibus interioribus ſenſibilia ſunt, remanent dico ſeruata in uirtute memoratiua: quæ eſt in cerebro: in qua omnia ſimulachra ſenſibilium ueluti in caſſa ſeruantur. dixit {quæ ſenſibilia ſunt:} quoniã ſimulachra ſunt rationes ſentiendi ipſis ſenſibus exterioribus: & ipſa ſunt ſenſibilia a ſenſu interiori phantaſtico: quod non probat, quoniam patet: niſi enim ſimulachra eſſent ſenſibilia ab ipſo phantaſtico ſenſu: non phantaſiaremur ſenſibilia abſentia.

*Item facile decipi circa ſenſus, homines in aliquo affectu poſitos: atque alios: in alio: ut meticuloſum, in metu: amatorem, in amore; adeo ut ex tenui ſimilitudine, alter hoſtes ſe uidere putet: alter, quem amat. Et quo quis utique arctius ipſo affectu poßidetur: eo leuiori ſimilitudine, iſta ſeſe illi offerunt. Eodem modo & qui ira, & qui demum quacunque alia cupiditate rapiuntur: facile circumſcribi ſolent.*

*Ad hæc autem: quòd facile decipimur circa ſenſus, cum in paßionibus exiſtimus: alij autem in alijs: ueluti trepidus, in timore, & qui amat, in amore: ita ut uideatur a modica ſimilitudine ille quidem, hoſtes uidere: hic uero, dilectum. Et hæc utiq;, quanto paßibilior quis fuerit: tanto a minori ſimilitudine uidentur. Eodem uero modo & in ira: & in omnibus concupiſcentijs: facile decipiuntur omnes.*

Tertium proloquiũ eſt, ꝙ qui affectu aliquo, aliquaq; perturbatione præmuntur: facile circa ſenſibilia decipiantur. Hoc oſtendunt meticuloſi, qui omni leui ſimilitudine imminente hoſtes putant. Amantes quoq; leuiter uidere ſuſpicantur, quod amare: inquit. Ad hæc autem ponatur pro tertio proloquio: ꝙ facile decipiamur circa ſenſus, cũ in paſſionibus exiſtimus: ſic uidelicet ꝙ alij decipiantur in alijs, prout in alijs atq; alijs paſſionibus cõſtituuntur: ueluti trepidus in timore: & qui amat, in amore: ita ut uideatur a modica ſimilitudine, ille quidem trepidus hoſtes uidere: hic uero amans, dilectum: eodem uero modo & in ira, & in omnibus concupiſcentijs facile decipiũtur oẽs.

*Ac tanto quidem procliuius quanto magis libidine ipſa ducuntur. Vnde etiam fit: ut febrientes interdum animalia quædã in parietinis uidere uideantur, exigua ſimilitudine permoti quam lineamenta quædam congeſta prætendunt.*

*Et magis: quanto utique in paßionibus magis fuerint. Ideo & febricitantibus interdum animalia uidentur in parietibus, a modica ſimilitudine linearum compoſitarum.*

Hic ampliat tertium proloquium, & intendit (ut Themiſtius exponit) ꝙ pro qualitate paſſionis ac morbi, hic error ac deceptio maior uel minor euenit, & hoc inquit. Et magis. ſ. decipiuntur, quanto magis in paſſionibus fuerint. Affert ſignum ex febricitantibus: & inquit. Et ideo & febricitantibus interdum animalia uidentur in parietibus a modica ſimilitudine linearum compoſitarum: quæ in parietibus ſunt.

*Atque hic error quandoque una cum morbo inualeſcit: ita ut cum leuiter ægrotant, ſe falſos haberi agnoſcant, cum uero grauius: minime, ſed ipſis quoque uiſis ducantur.*

*Et hæc quidem aliquando intenduntur cum paßionibus: ſic ut ſi uehementer non laborent, non lateat quòd falſum: ſi uero maior ſit paßio, & moueantur ad ipſa.*

Secundo ampliat proloquium, & intendit ꝙ deceptiones intenuantur, & remittantur pro intenſione, & remiſſione paſſionum, quas conſequũtur. & dicit. Et hęc quidem errata aliquando intenduntur: & aliquando remittuntur cum paſſionibus, dico remittuntur ſic, ut ſi non uehementer laborent, non lateat, ꝙ id quod apparet: ſit falſum. Si uero maior ſit paſſio: ſic decipiũtur, ut & moueantur ad ipſa, ipſiſq; uiſis ducantur.

*Cauſa uero quamobrem hæc fiant, ea eſt: quòd id quod primatum obtinet, & id in quo phantaſmata fiunt; non eadem ui iudicant. Cuius rei ſigno eſt, quòd cum ſol appareat pedalis, ſæpe aliud quippiam phantaſiæ contradicit.*

*Cauſa uero ut hæc accidant, hæc eſt: quia non ſecundum eandem potentiam iudicant quod principale eſt, & in quo phantaſmata fiunt. Huius uero ſignum eſt, quòd uidetur quidem ſol pedalis: contradicit autem ſæpe aliquid aliud, phantaſiæ.*

Cum dixiſſet, ꝙ aliquando homo corrigit ſuum errorem: cum ſcilicet decipitur ex leui paſſione: nunc aſſignat cauſam, unde accidit, ut homo ſe corrigat in talibus erroribus, & dicit. Cauſa uero ut hæc accidant. ſ. ut homo aliquando ſe corrigat, hæc eſt: quoniam non ſecundum eandem potentiam iudicãt, quod principale, & in quo phantaſmata fiunt: quod principale eſt, iudicat ſecundum intellectum: id in quo phãtaſmata fiunt, iudicat ſecundum ſenſum. Ideo poteſt intellectus corrigere errorem ſenſus: hoc per exemplum exponit, & dicit. Huius uero ſignũ eſt, quoniam uidetur quidẽ ſol pedalis per ſenſum: & ſic eſſe iudicat phantaſia: contradicit autem ſæpe aliquid aliud phantaſię ſic phantaſianti, ut ratio, & intellectus. Et per hæc patet cauſa: ꝙ cum aliquis præmitur leui perturbatione poteſt ſe corrigere, quoniam non pœnitus & omni uirtute eſt ligatus.





*Item perplexis digitis, quamuis quod unum eſt, duo appareat: tamen eſſe duo neutiquam dicimus: quia uiſus, ſuperior optimatiorq; tactu eſt. Quod ſi ſolus tactus eſſet, duo eſſe quod unum eſt, iudicaremus.*

*Et permutatione digitorum, unũ duo uidetur: attamen non dicimus quòd duo: dignior enim tactu, uiſus. Si uero eſſet tactus ſolus: iudicaremus unum, duo.*

Cum oſtendit ꝙ uirtus ſuperior corrigit aliquando inferiorem: hic obiter oſtẽdit, ꝙ iudicia ſenſuum (ut Themiſtius exponit) contraria ſint, & dicit. Et permutatione digitorum unum duo uidetur. uerbi cauſa (ut Themiſtius inquit.) Si uno digito diuerſis uicibus idem tetigeris, tactui digitus ille, qui unus eſt, duo uidebitur: attamen reuera non dicimus ꝙ ille unus digitus ſit duo, quoniam in hoc caſu uiſus eſt dignior tactu: per quem uidemus eſſe unum. Sed ſi eſſet tactus ſolus, & non uiſus alius a tactu: unum iudicaremus duo: quæ ratio docet, ut iudicia ſenſuum inter ſe contraria ſint.

*Cauſa autem circumuentionis, ea eſt: quoniam non tantum quoties ſenſile mouetur quælibet apparere ſolent, ſed etiã quoties ſenſus ipſe mouetur: ſi eodem modo moueatur quo ſolet à ſenſili moueri: ſic littus uidetur nauigantibus moueri: dum uiſus ab alio mouetur.*

*Cur autem fallimur, cauſa: quoniam non ſolum cum ſenſibile mouetur apparent quælibet, ſed etiam cum ſenſus ipſe mouetur: ſi eodem modo moueatur: quemadmodum & a ſenſibili: dico autem, uelut terra uidetur nauigantibus moueri, dum mouetur uiſus ab alio.*

Quoniam accepit, ꝙ ſenſus aliquando decipiantur ex motu & perturbatione: quæ accidit ipſi: nunc aſſignat cauſam, & hoc proponit: & inquit. Cur autem fallimur, cauſa eſt, quoniam non ſolum cum ſenſibile ipſum mouetur, apparent quælibet, & diuerſa: ut digito uno moto apparent duo: ſed etiam contra cum ſenſus ipſe mouetur: ſi eodem modo moueretur quemadmodum a ſenſibili moueretur: quieſcens apparebit motum: quod exponit, dico autem, uelut terra uidetur nauigantibus moueri, dum mouetur uiſus ab alio: non quidẽ ꝙ terra moueatur: ſed quia uiſus mouetur. Per hæc innuit, ꝙ perturbatio & motus qui accidit ſenſorio, eſt cauſa deceptionis: cũ enim uiſus nauigãtium mouetur: litus moueri uidetur, non ꝙ moueatur, ſed quoniam uiſorium mouetur. ergo perturbatione ipſi accidente, cauſari poteſt deceptio: per hęc uoluit habere quaſi cauſam tertij proloquij.

*Ex his itaq; patere arbitror: non modo uigilantibus nobis motiones illas quæ per eos ſenſus accipiuntur qui foras proſpectant, & in parte corporis exteriore iacent, ſentiri ſolere, ſed etiam cum affectio ea ſuborta eſt quam ſomnum uocamus, atq; tunc impenſius.*

*Ex his itaq; manifeſtum: quòd non ſolum in uigilando motus qui a ſimulachris fiunt & quæ extrinſecus: & quæ ex corpore ſunt, ſed etiam quãdo fit paßio hæc quæ uocatur ſomnus, & magis tunc apparent.*

Hic (ut mihi uidetur) ponitur quartum proloquium, & eſt, ꝙ motus a ſimulachris nõ modo fit in uigilia, ſed in ſomno: & quidem magis: ꝙ dicit. Ex his itaq; manifeſtum eſt, ꝙ non ſolum in uigilando motus qui a ſimulachris fiunt, & quæ extrinſecus a ſenſibilibus: & quæ ex corpore, hoc eſt intrinſecus a memoratiuo loco ſunt, ſed etiam quando fit paſſio hęc, quę uocatur ſomnus, & magis tunc apparet: in quibus uerbis multa cõplicauit, quorum primum eſt: motus fieri a ſimulachris, & per motus, ſenſitiuos motus intelligit: ſenſitiui enim motus, quibus ſenſibilia abſentia ſentimus: a ſimulachris eorum fiunt. ſecundum eſt, quòd tales ſenſitiui motus fiunt a ſimulachris extrinſecus & de nouo accedentibus a ſenſibilibus exterioribus mouentibus exteriores ſenſus, & etiam a ſimulachris intrinſecus accedẽtibus, & hoc intellexit, cum dixit, ex corpore. A uirtute enim memoratiua interiori mouentur phantaſmata, & faciunt motus ſenſitiuos, quibus ſentimus res, quas ſenſimus per exteriores ſenſus. tertium eſt, quòd motus ſenſitiui facti a ſimulachris, accidere nobis poſſunt, & in ſomno, & in uigilia: uerum in ſomno, non niſi intrinſecus in uigilia, & intrinſecus, & extrinſecus, ut obſeruatio docet. quartum denique eſt, quòd motus ſenſitiui, qui a ſimulachris fiunt, magis in ſomno contingunt quàm in uigilia.

*Nam interdiu: operantibus quidem ſenſibus ac mente, eliduntur atq; uaneſcunt: quomodo exiguus ignis, apud ingentẽ offuſcari ſolet: & dolores uoluptateſq; modicæ, acceſſu immodicarum offundi: quieſcentibus uero: minima quæq; emergũt. Noctu autem quia particulares ſenſus feriantur & agere nequeunt, propterea quòd calor exteris partibus relictis in uiſcera ſe condit: ad initium ſenſus originemq; delabuntur, & obturbatione ſedata manifeſtæ fiunt.*

*Per diem enim repelluntur: dum operantur ſenſus & intelligentia, & exterminantur: quemadmodum iuxta magnum ignem, minor: & triſtitiæ & oblectationes paruæ, ſecus magnas: dum uero quieſcunt: ſupernatant & parua. Nocte uero propter uacationem particularium ſenſuum & impotentiam agendi, eo quòd ab exterioribus ad id quod intrinſecus eſt fiat caloris refluxio: ad principium ſenſus deferuntur, & fiunt manifeſti ſedata turbatione.*

Hic probat quartum, quòd motus ſenſitiui, qui a ſimulachris fiunt, magis in ſomno manifeſtius fiunt: quàm in uigilia: & dicit. In die enim tales ſenſitiui motus repelluntur, & quodammodo exterminantur: dum ſenſus exteriores & intelligentia operantur: quemadmodum iuxta magnum ignem, ſi ponatur minor: & triſtitię & oblectationes paruæ poſitæ iuxta magnas, non percipiuntur: dum uero intelligentia & ſenſus exteriores quieſcunt, ſupernatant, & parua: hoc eſt parui motus phantaſmatum manifeſti ſunt. Nocte uero propter uacationem particularium ſenſuum, & propter impotentiam agendi eorum: quæ impotentia fit (ut dictum eſt) eo quòd fiat inflexio caloris ab exterioribus ad id, quod intrinſecus eſt: ſcilicet ad cor: motus talium ſimulachrorum deferuntur ad cor quod eſt principium ſenſus, & id: in quo perficitur ſenſatio, & tales motus fiunt manifeſti: tunc noctu ſedata turbatione, & motu, qui fiebat in ſenſibus exterioribus.

Sed dices motus phantaſmatum fiunt in uigilia & in nocte, de memoria ad ſenſum communem: cum iſti motus, non fiant a uoluntate, e quo principio mouentur *De motu phãtaſmate.* in nocte talia phantaſmata uſque ad cor, ubi eſt communis ſenſus phantaſticus. Dicendum ꝙ Ariſtoteles præſupponit tam in nocte quàm in die, hoc eſt tam in uigilia quàm in ſomno phantaſmata moueri de loco, in quo conſeruantur, ad cor, in quo eſt communis ſenſus phantaſticus. Et ſupponit quòd iſte motus non ſit a uoluntate noſtra: nam licet in uigilia hic motus poſſit eſſe a noſtra uoluntate aliquando: tamen in ſomno motus hic non a uoluntate eſſe poteſt: unde tamen ſit, Ariſtoteles hic non aſſignat, ſed accipit tantum pro ſuppoſitione quòd deducta uoluntate, tales motus phantaſmatum fiunt tam in ſomno quàm in uigilia de memoria, ad communem ſenſum phantaſticum: & hoc ſumit tanquàm notum ad experientiam. In uigilia enim ſæpe accidit nos imaginari quædam nullo motu facto ab exterioribus: & in ſomno etiam experientia docet. Verum de cauſa poſtea dicemus.

*Porro exiſtimare oportet haud aliter motionem quamque fieri, quàm paruas illas uertigines per ſumma amnium decurrentes: quæ interim ſimiles euadunt, interim quòd aquæ alio retorqueantur in alias ſubinde formas ſoluũtur diuelluntur q;.*

*Oportet autem accipere ut modicas uertigines, quæ in fluminibus feruntur, ſic motum unumquemq; fieri continue: ſæpe quidem ſimiles, ſæpe uero diſſolutas in alias figuras propter repulſionem.*

Cum accepit ſimulachra deferri a loco in quo depoſita erant ad cor: in quo uis eſt ſentiendi. In parte iſta uult oſtendere ꝙ non ſemper eodem modo tales imagines ad cor deferuntur: quoniam interdum fractæ, interdum integræ deferuntur: & forte hoc eſt quintum proloquium, quod mihi magis placet, & declarat hoc per ſimile acceptum a circulis qui fiunt in aqua, quando lapillus in ea proijcitur: & dicit. Oportet autem accipere ut modicas uertigines, quæ in fluminibus ferũtur, & cauſantur a proiectione lapilli in illis, ſic motum unumquemq; phantaſmatis fieri continue a loco diſpoſitionis uſq; ad cor, nam ut illas uertigines ſæpe quidem ſimiles & integras: ſæpe uero diſſolutas & fractas & in alias figuras uerſas uidemus propter repulſionem: quę fit contra illas ab obſtaculis inuentis. Sic phantaſmata per fluuium ſpirituum & uaporum, qui eſt occupans uias omnes a cerebro ad cor: feruntur ad cor interdum integra: interdum fracta: & quodammodo conuerſa ad alias figuras, ab eis, ſub quibus erant. Poſſibile enim eſt, ut dum phantaſmata decurrunt a cerebro ad cor, per fluuium uaporum & ſpirituum, emergat aliquis humor frangens motum illum, & concitans ad motum nouorum phantaſmatum, ut dicemus: & ſic phantaſmata fracta repræſentabunt aliud quã repręſentarent ſi integra peruenirent ad cor. Per quæ Ariſtote. dat intelligere ꝙ phantaſmata deferuntur per fluuium uaporum & ſpiritum, qui manet inter cor & cerebrum: & qđ poſſint integra, & fracta deferri ad cor: uerũ cur aliquando fracta, aliquando integra deferantur, Ariſtot. hic cauſam non aſſignat: ſed poſtea dicemus.

Cur fracta cur ue integra phantaſmata ad cor ferantur, nõ dat hic cauſa.

*Quamobrem ſtatim a cibo non ſomniant animalia: neque cum ædita nuperrime in lucem ſunt, ut infantes: nam multa tum agitatio motioq; eſt: propter alimentarium calorem.*

*Ideo & poſt nutrimentum, & omnino teneris exiſtentibus ueluti pueris: non fiunt ſomnia: multus enim motus eſt: propter eam quæ ex nutrimento eſt, caliditatem.*

Hinc ſoluit quæſitum obiter ex dictis cõtingens: quare. uidelicet. ſtatim poſt nutrimẽtum ſi quis dormierit & pueris, nõ fiant ſomnia. Aſſignat cauſam, & inquit. Ideo & poſt nutrimentum, & pueris exiſtentibus omnino teneris, non fiunt ſomnia, quoniã (ut inquit) multus eſt uaporum motus propter eam caliditatem, quæ eſt ex nutrimento: & ſic adeo phantaſmata franguntur, ut ſub nulla figura ferantur ad cor: & ita nihil poſſunt repręſentare.

*Quare quemadmodum humore uehementer cõmoto, quandoque nulla redditur effigies, quandoq; redditur quidem aliqua, ſed diſtorta penitus, adeo ut alia uideatur eſſe quàm ſit, quieſcente uero ſemper aliqua redditur, quæ etiã nulla ex parte affecta eſt, ſed pura & euidens: ita & inter dormiendum interim uiſa & motiones quæ per ſenſus hauſtæ ſuperſunt, præ maiore illo motu qui dictus eſt prorſus obliterantur exoleſcuntq;, interim præpoſteræ, & monſtroſæ uiſiones apparent, & ingrata ſomnia, qualia melancholicis & uinolentis & febrientibus accidunt: omnes enim iſtiuſmodi affectus: cum ſpiritoſi ſint, cõmotionem & perturbationẽ plurimam afferunt.*

*Quare quemadmodum in humido ſi uehementer moueat quis, quandoq; nullum apparet idolum, quandoq; uero apparet quidem, diſtortum autem omnino, ita ut appareat alterius modi quàm ſit, quòd ſi quieſcat: pura & manifeſta idola: ſic & in dormiendo phantaſmata & reliqui motus qui proueniunt a ſimulachris, interdum quidem cum uehementior ſit qui dictus eſt motus: exterminantur omnino, interdum uero conturbatæ apparent uiſiones & monſtroſæ, & deteriora ſomnia, uelut melancholicis & febricitantibus & uinolentis. Omnes enim huiuſmodi paßiones: cum ſpirituoſæ ſint, multum faciunt motum & perturbationem.*

Recolligit nunc quaſi totam comparationem, ut ſit oſtenſum, ꝙ phantaſmata non ſemper eodem modo ferantur ad cor, ut Themiſtius expoſuit, & dicit. Quare quemadmodum in humido, in quo quis ſe inſpexerit ueluti in ſpeculo: ſi uehementer illud moueat: quandoq; nullum apparet idolum ſui, nec alterius: quandoq; uero apparet quidem, diſtortum aut omnino, ita ut appareat alterius modi quã ſit: erat enim humanum, poſtea ut leonis, uel alterius apparet. Quòd ſi quieſcat illud humidum, in quo quis ſe, ut in ſpeculo proſpicit, idola apparebunt pura integra & manifeſta: ſic quoq; & in dormiendo phantaſmata, & reliqua motus, qui proueniunt a ſimulachris phantaſticis (& accepit, & pro ideſt, quoniam alterum alterius eſt expoſitiuum) interdum quidem cum uehementior ſit qui dictus eſt motus: exterminantur omnino, ita ut nihil repręſentent: interdum uero conturbatæ apparent uiſiones & monſtruoſe, & ſomnia deteriora accidunt: ueluti accidunt melancholicis, & febricitantibus: & uinolentis. Omnes enim huiuſmodi paſſiones. ſ. melancholia, febris, & uinolẽtia cum ſpirituoſæ ſint, & uaporoſæ, multum faciãt motum & perturbationem: & ideo in talibus phantaſmata maxime franguntur, & in uarias figuras ſe transferunt: ueluti accidit in nubibus, cum forti uẽtorum motu agitantur: nam tunc uidentur nobis equi, nunc homines armati, nunc dracones. Per quę Ariſtoteles dat intelligere phantaſmata eſſe quanta, alioquin non frangerentur: & integra eſſent: & Ariſt. in libro de memoria cauſam aſſignauit, quoniã uoluit phantaſmata eſſe deſcripta in organo memoratiuæ ad quantitatem organi: ueluti figura in cera: & dixit ꝙ alterum receptum in organo non impedit ut aliud alterius ſenſibilis recipiatur, ueluti idolum ſpeculi hominis non impedit, ut uideatur in eodem idolum leonis: quoniam non ſunt quanta proprijs dimenſionibus: ſed quantitate ſenſorij: dixit etiam ꝙ dato ꝙ omnia phantaſmata ſint æqualiter quanta iuxta quantitatem organi, in quo recipiuntur & ſeruantur: non tamen omnia repræſentant æqualiter quanta: nam idolũ muſcę, & idolum leonis eiuſdem quantitatis ſi ſint, alterum muſcam, alterum leonem repręſentabit: quoniam non repręſentant phantaſmata, quo quanta ſunt, ſed quo imagines ſunt rerum ſenſibilium atq; illis proportionata. Verũ de his in libro de memoria uberius. Ex his patet quæ differentia eſt inter eam imaginationem, quæ in uigilia phantaſma dicitur, & eam: quę in ſomno ſomnium appellatur: nam licet utraq; ſit imaginatio: quæ in uigilia accidit, deducto omni motu & perturbatione præternaturali, aut non naturali, ex integris, & ordinatis phantaſmatibus fit. Quę uero in ſomno plerunq; ex fractis, aut perturbatis phantaſmatibus emergit: nam quæ in uigilia fit, motu uaporum phantaſmata frangentium fit: quę in ſomno: nunquam ſine uaporum motu emergit: qui agitata phãtaſmata frangunt, & in uarias figuras mutant. Ex parte tamen generis utraq; imaginatio eſt: utraq; operatio communis ſenſus: qui phantaſticus eſt. utraq; deniq; interna ſenſatio eſſe uidetur. Verum de his poſtmodum.

An phãtaſmata ſi quanta.

Differẽtia iterphãtaſma & ſomnium.

*Simulac autem reſedit & diſcretus ſanguis eſt in iis quæ ſanguinem obtinent: incolumes ſenſorum motiones quæ a ſingulis ſenſibus tranſmittuntur, grata ſomnia faciunt, & apparere, quippiam, ac uideri.*

*Sedato autem & diſcreto ſanguine in habentibus ſanguinem: cõſeruatus ſimulachrorũ motus ab unoquoq; ſenſuum, & amata facit ſomnia, & apparere aliquid & uideri.*



Cum accepit quintum proloquium, in quo ſumpſit ſimulachra deferri ad ſenſum phantaſticum interdum fracta, interdum integra, & declarauit, quando fracta, & propter quã cauſam fracta deferãtur. Hic declarat quando deferantur integra, & propter quam cauſam, & dicit. Sedato autem & diſcreto ſanguine, loquor in habẽtibus ſanguinem: quoniam in non habentibus, fiunt diſcreto & ſedato proportionali ſanguinis. Sedato itaque & diſcreto ſanguine, aut quia digeſtio eſt prope finem, aut quia ceſſauit ægritudo. Motus ſimulachrorũ ad ſenſum phantaſticum conſeruatus in unoquoq; ſenſuum: & amata ac grata facit ſomnia, & apparere, & uideri aliquid. Per quę dat intelligere tempus, quando phantaſmata ueniunt integra, & cauſam, & unde ueniant. Tempus quidem: cum dicit. Diſcreto ſanguine, quoniam hoc eſt ſummo mane, cum digeſtio eſt fere completa: & in perturbatis morbo: tempus eſt ceſſante morbo. cauſam innuit, ex eo, quia turbulentia ceſſauit, quæ erat cauſa frangens phantaſmata.

Tẽpus cauſa, & unde.

Locum uero unde ueniant ad ſenſum communem, demonſtrat cum dicit, ab unoquoque ſenſuum: ita ut uelit phantaſmata cõſeruari uniuſcuiuſq; ſenſus in proprio ſenſorio: ut ſpecies uiſibiles in uiſorio, auditiles in auditorio: & hoc quia memoratiua uirtus totum cerebrũ occupat, & pro uiſibilibus occupat eam cerebri partẽ: quæ eſt ſeruiens uiſui: & pro audibilibus occupat eam cerebri partem, quæ ſeruit auditui, & ſic de alijs. Secundum enim hanc Ariſtotelis opinionem uirtus memoratiua eſt in proprio organo ſeruiẽti ſenſui. Quæ uero ſeruat imagines ſenſus phãtaſtici eſt in poſteriori parte cerebri. Poteſt etiam dici ꝙ omnes ſpecies omnium ſenſuum, & imagines ſeruantur in uno communi inſtrumento memoriæ. uidelicet in parte poſteriori. Cum uero Ariſtot. dicit ꝙ ſpecies ueniunt ad ſenſum communem ab unoquoq; ſenſu, intelligendum eſt, ꝙ ueniunt a loco memoriæ, prout locus ille ſubit naturam conſeruandi ſpecies uniuſcuiuſq; ſenſus unde uenit uiſibiles ſpecies ab illo loco: ut ſeruit in conſeruando ſpecies uiſibiles uiſui: & ſic de alijs.

De loco conſeruationis ſpecierum.

*Per ea quæ a uiſu deferuntur uidere, per ea quæ ab auditu audire, & pari modo per ea quæ a cæteris ſenſuum officinis mandantur ſentire: eo enim quòd motiones a ſenſibus ad principium ſentiendi perueniunt: uideri uidere, audire, & ſentire, neceſſe eſt.*

*Propter ea quidem quæ a uiſu deferuntur uidere, propterea uero quæ ab auditu audire, ſimiliter autem & ab alijs ſenſorijs: ex eo enim quòd inde progreditur motus ad principium: putatur uidere, & audire, & ſentire.*

Secundum Themiſtium hic Ariſtot. quaſi ampliando quintum proloquium uult aſſignare cauſam cur animus inſomnijs modo obſiſtat, modo conſentiat, & primo aſſignat cauſam quare in inſomnijs interdũ apparet nos uidere, aliquando nos audire: interdum autem ſentire ſecundum alium ſenſum: & per hunc modum uult habere primum modum quo inſomnio decipimur: & dicit. Propter ea quidem ſimulachra: quæ a uiſu deferũtur, hoc eſt a loco memoriæ uiſibilium in phantaſticum ſenſum, nobis apparet uidere. propter ea uero ſimulachra quæ ad ſenſum communem deferuntur ab auditu, hoc eſt ab organo memoriæ audibilium nobis apparet audire. Similiter autem propter ſimulachra quæ deferuntur ab alijs ſenſorijs, nobis apparet ſentire pro ratione illius: è quo deferunt. Ideo cauſam repetens inquit. Ex eo enim ꝙ inde progreditur motus ad principiũ, hoc eſt ex unoquoq; ſenſorio ad ſenſum phantaſticum, qui eſt in corde, qui ſomnians eſt, putatur uidere & audire, & ſentire. Hæc de primo modo decipiendi.

*Quinetiam quia conſpectus non moueri uidetur, cum tamen in motu ſit ut dicimus, & quia tactus duos motus adnuntiat: quod unum eſt duo eſſe uidetur: nam ſentiendi principium quicquid a ſingulis ſenſibus afferatur, aſtruit: niſi aliqua alia uirtus potior contraueniat. Semper igitur apparet: ſed non omne quod apparet etiam uidetur, niſi uis illa arbitra manus dederit, aut non moueatur motu uernaculo & ſuo.*

*Quia autem uiſus interdum non moueri uidetur, qui mouetur ut dicimus, & quia tactus duos motus annuntiat: id quod unum eſt duo uidetur: omnino enim quod ab unoquoque ſenſu, dicit principium: niſi alius dignior cõtradicat. Apparet igitur ſemper: putatur autẽ non ſemper quod apparet, niſi quod diiudicat detineatur, uel non moueatur proprio motu.*

His declaratis, exponit unde eſt ꝙ animus modo conſentiat ſomnijs, modo obſiſtat, & quaſi dat ſecundũ modum decipiendi: & dicit. Quia autem uiſus interdum non moueri uidetur, qui mouetur: ut diximus: ut quando in uigilia decipimur per uiſum: credẽtes nos nõ moueri a duobus uiſibilibus & iam mouemur, ut cũ credimus duo oua eſſe unum, cum uice mutãtur: & quia tactus duos motus annunciat, qui unus eſt, ut de digito dixit, id quod unum eſt duo uidetur ipſi ſenſui cõmuni in uigilia. Tactus enim cogit cum decipi aliquando, & uiſus aliquãdo, Cauſam affert, & dicit. Omnino qđ ab unoquoq; ſenſu eſt iudicatum illud idem iudicat, & dicit principium, hoc eſt ſenſus communis, niſi alius dignior in illo iudicio contradicit, per quæ dat intelligere communem ſenſum in uigilia decipi iudicio ſenſus exterioris, niſi auxilio alterius in iudicio dignioris, illi poſſit contradicere. Ideo concludit, ꝙ idem accidit in ſomno, & dicit. Apparet igitur in ſomnio ſemper, aut nos uidere, aut audire, & id genus: non tamen id qđ apparet putatur ſemper ita eſſe, quoniam contigit ſenſum communem corrigere. & dicere in ſomno, ꝙ hæc eſt illuſio: & facit hoc ſemper ſenſus communis niſi quod dijudicat. i. ipſe ſenſus cõmunis detineatur uaporibus, uel non moueatur proprio motu, ſed motu ſenſus decipientis. Quo autẽ ad rem attinet, animaduerte, ꝙ ſemper in ſomnio eſt primus modus deceptionis, quo apparet nobis, aut uidere, aut audire, aut id genus: non tamen ſemper in ſomnio eſt ſecundus modus, quo. uidelicet. ſenſus phãtaſticus putat ita eſſe, quoniam interdum, apparet nos uidere, & communis ſenſus ſolutus, uel alio ſenſu ſoluto corrigit errorem, & aſſerit eſſe illuſionem & non ita.

*Quemadmodum uero diximus alios ob alium affectum facile decipi: ita & de dormientibus ſtatuendum eſt, qui propter ſomnum, & eo quòd ſenſoria ipſa moueantur & cætera quæ per ſenſum contingunt, procliues ad labendum ſunt. Quare quòd tenuem alicuius rei ſimilitudinem referat: eis ipſa plane res eſſe apparet.*

*Quemadmodum uero diximus quòd alij propter aliam paſſionem facile decipiuntur: ita dormiens propter ſomnum, & quia mouentur ſenſoria & alia accidentia circa ſenſum. Quare modicam habens ſimilitudinem: uidetur illud.*

Hic poteſt conſtitui ſextum proloquium: & eſt ꝙ dormientes cum ſomniant, decipiũtur. uel clarius. ſexta ſuppoſitio ſit hęc, ꝙ ſicut uigilantes propter perturbationes falli contingit, ita & plerunq; nos in ſomnio fallimur: & quidem longe magis, & ſæpius: primo quidẽ propter ſomnum: in quo ſenſus cõmunis non penitus mundus, & limpidius manet, & ſenſus exteriores ſunt ligati. ſecũdo quia in ſomno mouentur ſenſoria propter motum uaporum & ſpirituum una miſtorum: & ſimulachra etiam mouentur, & mouent ſenſoria. tertio propter uaria accidentia ac paſſiones ut propter timorem uel amorem: quæ erant circa ſenſum: dicit. Quemadmodum uero diximus, ꝙ alij pro-

pter aliam paſſionem facile in uigilia decipiuntur,ita dormientes decipi contingit. primo quidem propter ſomnũ: in quo propter ligamentum exteriorum ſenſuum non eſt uerum uidere,aut uerum audire, ſed phantaſticum, ut dictum. ſecundo quoniam ſenſoria motu uaporum mouentur: & phantaſmata etiam mouentur in illis. Et tertio propter alia accidentia,ut propter paſſiones, quæ circa ſenſus erant in uigilia: hęc enim faciunt, ut ſomnia ſimilia illis uideantur: decipitur autem dormiens propter has cauſas,adeo,ut propter modicam ſimilitudinem eius,quo homo affectus eſt:ſibi uideatur illud.

*Nam cum,dormientibus illis, plurima ſanguinis copia ad ſenſum principem delabitur: una & motiones illæ deſcendunt quæ in ea materia continentur,aliæ potẽtia,aliæ actu. Sic autem ſeſe habent, ut ex eis una aliqua prior ſe aſſerat moueatq;, qua aſſumpta,alia ſubinde comparet.*

*Cum enim dormit, deſcendente plurimo ſanguine ad principium,condeſcendunt & mouent qui inſunt motus, hi quidem poteſtate,illi uero actu. Sic autẽ ſe habent, ut in motu,hic quidẽ ſupernatet ex ipſis motus,ſi uero hic corrumpatur,hic.*

Exponit quod dixit,& dat modum,quomodo ſimulachra ſurgunt coram phantaſtico ſenſu,& quo ordine, uel fortaſſe,uerbum.n.non ad proxime dicta referendum eſt, ſed ad id:quod dixerat : dixit enim ꝙ phantaſmata mouentur, & deſcendunt ad cor a proprijs ſenſorijs , & non dixit , quid eſt illud, quod illa defert , nec quo ordine ad cor deferantur:ideo aſſignat cauſam quare deferãtur: & quo ordine deferantur:& in quo deferãtur: & dicit. Cum enim homo uel animal dormit,deſcendente plurimo ſanguine turbido & uaporoſo ad principium,unde aſcendit ſ.ad cor:in illo ſanguine condeſcendũt,& cõdeſcendẽdo ad cor,motus qui inſunt in tali ſanguine illorum phãtaſmatum mouent phantaſticum ſenſum,hi quidem poteſtate , illi uero actu : qui enim prius ad cor perueniunt actu mouent,qui ſuccedunt uero:mouent poteſtate: & ſic primis tranſactis,alij ſuccedunt actuq; mouẽt, poſt illos tertij,& ſic uſq; ad finem ordinate,ſicut perueniunt,ita mouent,unde ſic ſe habent,ut ex ipſis motus alius ſupernatet ſanguini & cordi ſe præſentat. Si uero hic , qui prius ſe præſentauit corrumpitur:hic ſecundus ſuccedit,& ſic deinde : per quę habetur quid ſit deferens phantaſmata ad cor:quoniam eſt ſanguis turbidus,qui redit ad cor: compulſus a frigido cerebri : habetur ordo , quo deferantur: non enim ſimul,ſed ordinate(ut dictum eſt)Demum habetur cauſa mouens phantaſmata,de ſenſorijs, in quibus fuerũt impreſſa ad cor:& eſt turbidus ſanguis, qui mouetur a cerebro,& fluit,& refluit,ut Euripus. Eſt tamen illud dubitatione dignum non parum:utrum cum mouentur phantaſmata in ſanguine:migrent per ſanguinem. An ſint firma in ſenſorijs, & efficiãt noua ſimulachra ſimilia in ſanguine, illis exiſtentibus in ſenſorijs, ubi fuerunt impreſſa:de hoc nihil habemus ab Ariſtotele,ipſe enim ſolũ accipit illa deferri,fluere atq; refluere in ſanguine. Vtrum uero ita ſit , poſterius dicemus. Quo uero ad uerba attinet,cum dicit. { Sic autem ſe habent, ut in motu } Animaduerte uerbũ,autem,pro cauſali accepiſſe. Themiſtius uero illatiue legit,hoc pacto: ſi igitur ſe habent motus in ordine:ut in motu, hic quidem motus ex ipſis ſupernatet, ſi uero hic corrumpatur,hic ſuccedat.

*Et perinde ſuo quæq; ordine ſequuntur : atq; ranæ è ſubere aut quauis alia materia factæ , quæ colliquato ſale quo erant oblitæ in aqua emergunt. Ad hunc modum: potẽtia inſunt. Reiecto autem eo quod impedimento erat: actu ſunt. Atque ſolutæ in exiguo illo reliquo ſanguine qui in ſenſorijs habetur: ſimilitudinem rerum quæ ſenſus extimulare ſolent , præferunt, non aliter quàm portiones illæ nubium, quæ cum modo effigiem hominis aut centauri referant , mox ſe tranſitu ociſſimo in alias ſubinde formas conuertunt. Vnumquodquẽ autem horum , ut dictum eſt: reliquiæ & ueſtigium ſenſi actu eſt.*

*Adinuicem itaque ſe habent , quemadmodum fictæ ranũculæ aſcendentes in aqua liquæfacto ſale. Ita inſunt poteſtate. Cedente uero quod prohibebat, agunt. Et ſoluti in exiguo reliquo ſanguine qui in ſenſorijs : mouentiũ habent ſimilitudinẽ , quẽadmodũ quæ in nubibus, quæ ſimilia dicunt hominibus & centauris,cito permutata. Horum autem unumquodque, eſt (ſicut dictum eſt)reliquiæ eius quod in actu ſimulachri.*

Illud quod dixerat,exponit exemplo: & quaſi concludit ordinem in motu phantaſmatum. Exponit autẽ exemplum Themiſtius,& nullus alius,& dicit. fingat quis ranas quinque in dolio ſalis,cõiectas atq; collocatas, eaſq; ita diſponat,ut unã in ſummo,unam in imo, tres in medio ſpatio,atq; omnes inter ſe paribus interſtitijs collocet:ita alteram ad os & labia dolij,alterã ad fundum, medias in medio ſitu interuallis, & proportionibus ſuis conſtituat: ita tamen,ut omnes ſint ſale opertę: tunc prima & ſuprema pars ſalis tabeſcat, atque liqueſcat patet ꝙ rana,quæ parte illa condebatur, prima uendicabitur : & prima ſuperficiem obtinebit , & prima apparebit : tum deinde ſequentes ordine quo collocatę fuerunt in ſale : ita prodibunt in lucem,eodem modo phãtaſmata ſurgunt coram ſenſu phantaſtico:qui in corde eſt,in ſanguine: & hoc dicit. Adinuicem itaque ſe habent motus phantaſtici in apparendo coram ſenſu phantaſtico, quemadmodum fictę ranulæ aſcẽdentes in aqua,poſt quã ſal fuerit liquefactũ. Ita quoq; motus phantaſtici inſunt, & fiunt coram ſenſu phãtaſtico poteſtate. Addit, ꝙ cedente quod prohibeat ſ.ceſſante turbulentia tales motus mouẽt, & agunt in ſenſum,& ſoluti in reliquo ſanguine exiguo, qui in ſenſorijs remanſit poſt digeſtionem,tales motus habent ſimilitudinem mouentium,& ut integrę imagines mouent ſenſum: quemadmodũ (ut inquit)imagines quæ ſunt in nubibus, quæ nubes dicunt ac referunt nobis ſimilia quædam hominibus & centauris , cito tamen permutata : ut a uentis, uel a ſole. Sed dices partem ſimulachri fracti in ſanguine exiſtentes,ſunt ſimulachra:quaſi reſpondens dicit. Horum autem ſimulachrorum fractorum unumquodq;,hoc eſt unaquęq; pars (ut dictũ eſt) reliquiæ eius ſimulachri ſunt: quod in ſenſorio erat actu integrum : ergo non ſunt ſimulachra : ſed ſimulachrorum partes. Themiſtius uero legit comparatiue ſic , ſicut in nubibus partes imaginum quæ apparẽt,non integræ imagines ſunt:ita horũ unumquodq; eſt (ut dictum eſt) reliquię eius ſimulachri quod in actu eſt.

*Et digreſſio ſenſili, uere dicere poſſumus, hoc eſſe tale qualis Coriſcus eſt : at cum uis illa ſuperior & arbitra ſentit hoc, nequaquam dicit eſſe Coriſcum , ſed per hoc, uerum illum Coriſcum intelligit.*

*Et abeũte uero ſenſibili, eſt & uerum dicere, quòd hoc quale Coriſcus, ſed non eſt Coriſcus, cum autem ſentiebat, non dicebat Coriſcum quod principale eſt & quod dijudicat , ſed per hoc, illum Coriſcum uerum.*

Sed dices fortaſſe, quale ſimulachrũ ſit, & quæ uirtus ipſum diſcernit a re,cuius eſt ſimulachrum. Reſpõdet,ut mihi uidetur: & dicit. Et abeunte ſenſibili a ſenſibus noſtris,uerum eſt dicere ꝙ phantaſma hoc coriſci: eſt quale coriſcus:nõ tamen coriſcus, ſicut figura arietis eſt qualis aries:non tamen aries: ꝙ ita ſit:probat,nã cum ſenſus ſentiebat coriſcum in uigilia,id quod principale eſt, & quod iudicat. ſ.intellectus non dicebat phantaſma illud eſſe coriſcum: ſed dicebat per hoc phantaſma illum coriſcũ eſſe uerum coriſcum : quoniam erat ratio ſentiendi coriſcum: & non coriſcus. Patet igitur quod ſimulachrum rei non eſt res : & quod diſcernẽs inter rem & eius ſimulachrum ſit intellectus:uel uirtus altior.



*Ea itaque uirtus quæ ſentiendo , hoc eſſe Coriſcum aſſeuerat,ſi non penitus ſanguine obruta ſit:ſentientis more exercetur a motionibus quæ in ſenſorijs ſunt atque commouetur, & tum ſimilitudo rei uidetur ipſa res eſſe : tanta uis ſomni eſt : ut id latere nos efficiat.*

*Quod itaq; ſentiendo dicit hoc , ſi non omnino detineatur a ſanguine:quemadmodum ſentiens, hoc mouetur a motibus qui ſunt in ſenſorijs, & uidetur quidem ſimile ipſum eſſe quod uerum eſt, & tanta ſomni potentia:quòd facit hoc latere.*

Repetit hic primũ modum quo decipitur ſenſus communis in ſomno,duo enim ſunt modi quibus dormiens in ſomno decipitur:primus,quo ſentiendo ſimulachrum,arbitratur ſe ſentire,illud cuius eſt ſimulachrum,ſecũdus cũ non corrigitur ab alio ſenſu in ſuo errore & perſeuerat in errore:repetit ergo modũ quo decipitur: & inquit. Quod itaq; ſentiendo ſimulachrum dicit hoc eſſe id:cuius eſt ſimulachrum,ſi non omnino detinetur a ſanguine atq; occupatur,hoc mouetur a motibus,hoc eſt phãtaſmatibus: quæ ſunt in ſenſoriis , & tunc ipſum ſimile uidetur quidẽ eſſe,id quod uerum eſt, & eſt tanta ſomni potentia, quòd facit hoc latere. Quo uero ad rem attinet,animaduerte ꝙ in ſomno ſenſus cõmunis ſemper eſt aliquo modo uaporoſo ſanguine alteratus: & ita ui ſomni nunquã poteſt diſcernere inter idolum & rem. In uigilia uero quoniam penitus uaporibus eſt mundus. Si imaginatur & ſentit idolum:non iudicat eſſe rem:ſed idolum:quoniam non eſt ita alteratus : quin poſſit idolum a re diſcernere, uel fortaſſe ad intellectum referendum eſt ut Themiſtius retulit.

*Quemadmodum igitur ſi quis oculum digito ſupprimat, neque animaduertat digitum ita admotum,non modo apparebit , ſed etiam uidebitur , eſſe duo quod unum eſt , ſi uero animaduertat,apparebit quidem,ſed non uidebitur: ita & in ſomno ſi quis ſe dormire intelligat , & affectionem eam ſentiat cui ſenſus ſenſariæ partis addictus eſt , apparebit quidem ei quod ſomniat, ſed ſecum dicet , quãquam apparet hoc Coriſcus eſſe, non tamen eſt Coriſcus: nam ſæpe euenit, ut quis dormiendo in animo ſuo dicat , ſomnium eſſe quod uidet. Quòd ſi dormire ſe neſciat:nihil imaginationi contradicet.*

*Quemadmodum igitur ſi quem lateat ſuppoſitus digitus oculo, non ſolum apparebit, ſed & putabitur eſſe duo quod eſt unum,ſi uero non lateat,apparebit quidem, non putabitur autem : ſic & in ſomnis,ſi ſentiat quidem quòd dormit & paſſionem in quã eſt ſenſus ſenſitiui , apparet quidem, dicit autem in ſeipſo,quòd apparet quidem Coriſcus,non eſt autem Coriſcus: ſæpe enim dormiendo dicit aliquid in anima: quòd ſomnium eſt quod apparet. Si uero lateat quòd dormit : nihil contradicit phantaſiæ.*

Iterum repetit differentiam iudiciorum: & unde eſt ꝙ aliquando in ſomno iudicamus id quod cernimus eſſe ſomnium,aliquando non: & ſic tãgitur ſecũdus modus deceptionis: & dicit. Quemadmodum igitur ſi quem lateat digitus oculo ſuppoſitus, ſi non animaduertit digitum ita ad motum, non ſolum apparebit, ſed putabitur eſſe duo: quod eſt unum:ſi uero non lateat, ſed animaduertat digitum eſſe ſuppoſitum,apparebit quidem unũ duo:non putabitur autẽ : ſic & in ſomnis:ſi ſentiat aut intelligat quidem ꝙ dormit,& ſenſus primi ſenſitiui cognoſcat paſſionem in qua eſt. ſ. ꝙ ſomniat, apparet quidem id quod ſomniat , dicit autem in ſeipſo ꝙ apparet quidem coriſcus: non eſt autem coriſcus:nec eſt hoc remotum:nam ſępe in dormiendo dicit aliquid in anima , ꝙ ſomnium eſt quod apparet, & non ueritas. Sin autẽ lateat & non cognoſcat, quòd dormit,nihil contradicit phantaſiæ,quæ ad ipſum defluxa eſt.

*Quòd autem uera ſint quæ dicimus, quodque motiones imaginariæ in ſenſuum officinis diuerſentur : certum apertumque eſt,ſi quis adhibitio animo conetur meminiſſe eorum quæ nobis obdormiſcentibus & excitatis expergefactiſque accidunt. Interdum enim qui à ſomno recens excuſſus ſit,depræhendet: ſimulachra quæ ſe illi per quietem obtulerant,eſſe motiones quæ in ſenſorijs ſunt. nam pueris nonnullis uel plane uigilantibus aſpectantibuſq; : quamuis tenebricoſus ſit locus, tamen multæ imagines apparent quæ moueri uidentur,ita ut illi ſe præ metu ſæpe intra ſtragulum occultant.*

*Quòd autem uera dicimus, & quod ſunt motus phantaſtici in ſenſorijs: manifeſtum,ſi quis attendens tentet meminiſſe quæ patimur & dormientes & expergefacti. Interdum enim quæ apparent idola dormienti:depræhendet expergefactus,eſſe motus in ſenſorijs : quibuſdam enim iuniorum & omnino perſpicientibus,etſi ſint tenebræ, idola apparent multa quæ mouentur,ita ut uelentur frequenter timentes.*

Demum quæ dixit:nunc per experientiã probat. Themiſtius autem dicit, ꝙ uelit probare, ꝙ rerum abſentium ſimulachra modo in corde uerſentur,modo in ipſis ſenſorijs exterioribus : hoc eo patet ſtatim, quoniam phantaſmata mouentur,ergo qua ratione mouentur aliquãdo ad cor per ſanguinem delata : eadem ratione poſſunt moueri ad exteriora ſenſoria etiam per ſanguinẽ delata: & ibi aliquo temporis ſpatio morari. Ariſtoteles autem hoc probat experientia: & dicit. Quod autem quæ dicimus & diximus uera ſint, ꝙ à corde ſint motus phantaſtici in ſenſorijs manifeſtum eſt : ſiquis attendens tentet meminiſſe, quæ patimur & dormientes, & expergefacti: & hoc : exponit, & inquit. Interdum enim idola,quæ apparent dormienti , expergefactus ſubito poſtquam apparere cœperunt ipſi dormienti. illa depręhendet eſſe motus manentes in ſenſorijs, & quaſi ſemidormiens, & ſemiuigilans,uidet illa phantaſmata & monſtra,quæ cœpit uideri in ſomno, ſicut multis accidit, qui in ſomno quædam monſtra cœperunt uidere, expergefacti non penitus , ſed adhuc ſemidormientes eadem uident,quod eſſe non poteſt (ut Themiſtius inquit)niſi quia ſimulachra illa monſtruoſa: defluxa fuerũt ad uiſorium, & aliquo tempore ibi remanſerũt: adeo ut expergefactis adhuc appareant. Et cõfirmat hoc per pueros, & inquit. Quibuſdam enim iuniorum potiſſimum poſt ſomniũ, & omnino expergefactis & perſpicientibus,modo ſint tenebræ,multa idola apparent,quæ moueri uidentur,ut animalia, & monſtra : ita ut uelentur frequenter timentes,ſicut non raro Dianę filiolæ noſtræ accidit:ſæpe enim perterrita ex ſomno,expergefacta magis timebat , abſcondebatq; ſe cum matre a quo accidente liberata fuit exhibitione pulueris cranei humani cum çacchara: & ſuſpenſione lapidis aquilę ad collum Hęc phantaſmata horrendaq; monſtra , multis apparuerunt in die, quoniam motu ſanguinis ad ſenſoria phãtaſmata compoſita defluxerunt:plerunq; tamen in tenebris: quoniam tenebrę ſubeunt uicem ſomni : inquantum aſſimilantur uaporibus:qui lingant ſenſoria. Præterea in luce non apparent , quoniam lux fortius mouet quàm phantaſma. Verum de his poſtea.

De phantaſmatib⁹ apparentibus hominibus.

Morbus filie & cura.

*Ex his itaque omnibus colligi debet,ſomniũ eſſe uiſum quidem aliquod,ſed quod in ſomno ſeſe offerat: nam neque ſimulachra ea de quibus pauloante diximus , inſomnia ſunt , neque aliud quicquam quod ſolutis ſenſibus appareat.*

*Ex his itaque uniuerſis oportet ſyllogizare: quòd eſt ſomnium,phantaſma quidem aliquod, & in ſomno:nam quæ modo dicta ſunt idola,non ſunt ſomnia: neque ſi quid aliud ſenſibus ſolutis uidetur.*

Cum conſtituit ſex proloquia,quę per ordinem decla-

rata ſunt: nũc accedit ad declarandum, quid ſomniũ proprie ſit: & dicit. Ex his itaque uniuerſis, quæ ſunt ſex per ordinem, oportet ſyllogiçare, & concludere, ꝙ ſomnium ſit aliquod phantaſma, & in ſomno: exponit autẽ, cur dixit in ſomno: & inquit. Nam idola quæ modo dicta ſunt, quę accidunt ſemidormientibus non ſunt ſomnia, ſed dicuntur phãtaſmata, latine uiſa. neq; ſi quid aliud ſenſibus ſolutis uidetur, dicitur ſomnium, ſed phantaſma. ergo ſomnium phantaſma, & imaginatio idem ſunt, different autem, quoniam ſomnium eſt imaginatio & phantaſma: qđ accidit dormientibus, phantaſma & imaginatio: accidit in uigilia. Præterea imaginatio accidit ſine deceptione in uigilia: phantaſma accidit cum deceptione, ut cum defluxit ad ſenſorium, & ſine deceptione: cum ſeruat ordinem conſuetum.

Differẽtia inter ſomniũ & phãtaſma, & imaginationem.

*Sed neque quicquid in ſomno ſe præſentat: inſomnium eſt. Nam primo quidem nonnullis euenit ut ſonum & lucem & ſaporem & contrectationem quodammodo ſentiant: ſed languide tamen, & quaſi de longinquo: iam enim qui inter quieſcendum cernebãt, & mox excitati fuere: lumen lucernæ qđ dormientes ut rebantur, exiliter uidebant, protinus ubi expergefacti fuerunt, uerũ lucernæ lumen fuiſſe deprehendere. Sed & qui canũ & gallinaceorũ uoces debiliter exaudire ſibi uidebantur: mox experrecti ueras uoces fuiſſe aperte cognouerunt.*

*Neque quod in ſomno phantaſma omne. Nam primum quidem aliquibus accidit ſentire aliquo modo & ſonos & lumen & ſaporem & tactum: languide tamen, et ueluti de longe: iam enim in dormiendo reſpicientes, et mox excitati: quod debiliter uidebant lumen lucernæ dormiẽtes ut arbitrabãtur, expergefacti ſtatim cognouerunt qđ lucernæ erat. Et gallorũ et canũ debiliter audientes uocem: expergefacti cognouerunt manifeſte.*

Secundo oſtendit, ꝙ non omne phãtaſma quod apparet in ſomno, ſit ſomnium, quoniam in ſemidormientibus, ſemiq; uigilantibus nonnunquã apparent galli cantus, canum latratus tenuiter auditi, quæ quidẽ ſomniare putantes, inueniunt ita eſſe. Hæc igitur non ſunt ſomnia, ſed geſta uacat Themiſtius, unde inquit. Neq; omne phãtaſma qđ eſt in ſomno, eſt ſomnium. nam primũ quidem aliquibus accidit ſentire aliquo modo & ſonos, & lumen, & ſaporem, & tactum, ſaporem quidem cum ponitur ſibi in ore a iocantibus, tactum uero, cum tanguntur a palea iocandi cauſa: ſentiunt tamen languide, & ueluti de longe: quoniam iam in dormiendo reſpicientes ſunt, & mox excitati: quod ſemiuigiles debiliter uidebant, lumen lucernę dormientes, ut arbitrabantur, expergefacti ſtatim, cognouerunt ꝙ illud lumen erat lucernæ, ſimili modo & gallorum & canum debiliter audientes uocem, cognouerunt manifeſte, ꝙ ita erat. Hæc non ſunt ſomnia, ſed apparitiones uel geſta: ut Themiſtius inquit.

*Nonnulli etiam: ad interrogata reſpõdent, fieri enim poteſt: ut ſi alterum horum, uigilare dico & dormire, non ſimpliciter adeſt, alterum quodammodo adſit: quorum nihil: ſomnium uocari debet.*

*Quidam uero, et reſpondent interrogati: contingit enim, uigilare & dormire non ſimpliciter altero exiſtente, & alterum aliquo modo ineſſe, quorum nullum: ſomnium dicendum.*

Iterum dat aliud exemplum qđ contingit, & uidetur eſſe ſomnium, & nõ eſt, & dicit. Quòd quidam in ſomno interrogati reſpondent, & adhuc dormiunt, dat cauſam huius, & omnium eorum, quæ dixit, & inquit. Contingit enim uigilare & dormire ipſos ſimul, non tamen ſimpliciter, quoniam non ſimpliciter altero exiſtente, neceſſe eſt alterum aliquo modo ineſſe: & ſic iſti ſunt nec ſimpliciter dormientes, nec ſimpliciter uigilãtes, ſed ſemidormiẽtes, atq; ſemiuigiles, quorum geſtorum, nullum ſomnium eſt, quoniam nullum eſt accidens in ipſo ſomno.

*Neq; ſi quæ præter uiſa in ſomno ueræ intelligentiæ fiant. ſed uiſum quod a ſenſorum motu ortum, per quietem animalibus occurrit in eo quòd dormiunt: hoc ſomnium eſt.*

*Neq; quæcunq; in ſomno quidẽ fiũt ueræ intelligentiæ præter phãtaſmata. Sed phantaſma quod eſt a motu ſimulachrorũ, cum in dormiendo fuerit in eo ꝗ dormit: hoc eſt ſomnium.*

Tertio dat aliud exemplum, & dicit. Neq; intelligẽtiæ quęcunq; contingunt in ſomno pręter phantaſmata ſunt ſomnia, unde ut Themiſtius inquit. Intelligentia qua quis percipit ſe dormire, non eſt ſomnium, neq; eam: qua quis percipit qđ ſibi apparet, eſſe illuſionem. Sed proprie ſomnium eſt phantaſma proficiſcens a motu ſimulachrorum in ipſo dormiente contingens, quatenus dormit.

*Iam uero quibuſdã accidit, ut nunquã quicquã ſomniarint in uita, quod quãquam rarũ eſt: interdum tamen cõtingit. Atq; alij per totam uitam in eo affectu perſtitere, alij accedẽte ætate ſomniarunt, qui prius nullum ſomnium uiderant.*

*Iam uero quibuſdam accidit, ut nullũ ſomnium uiderint in uita: rarum quidem huiuſmodi eſt, accidit tamen. Et his quidẽ omnino perſeuerauit, quibuſdam uero & multum prouectis ætate accidit, cum prius nullum ſomnium uiderint.*

Hic ſoluit unum quęſitum, qđ propoſuit, propter quid aliqui nunquã in uita ſomniarint, aliqui alij accidẽte ætate ſomniarũt. Reſpondet, & inquit. Iam uero quibuſdam accidit, ut nullũ ſomnium uiderint in uita, qđ licet ſit perrarum: accidit tamen aliquando, & his quidem omnino perſeueratur per totam uitam, ut nunquam ſomniarent, quibuſdam uero & multum prouectis ætate accidit, cum prius in iuuẽta, nec in pueritia nullum ſomnium uiderint. Hoc eſt quæſitum.

*Cauſa uero quamobrem nõ ſomnient: perſimilis ei uidetur, quæ facit ut ſtatim a cibo: & in ætate infantili, nullum penitus contrahatur ſomniũ. Nam quorũ ita natura conſtat, ut in ſuperiorẽ locũ diuaparatio multa cõcedat, quæ ſuo regreſſu ad ima cõmotiones afferat plurimas, haud ab re nullũ his phantaſma uiſumque apparet. procedente uero ætate ſomnia illis reſtitui, nihil abſurdi eſt: nam immutatione aliqua uel per ætatem uel per affectum accepta, neceſſarium eſt hanc quoq; rerum cõtrarium uiciſſitudinem accidere.*

*Cauſam aũt quare nõ fiat: ſimile aliquid oportet arbitrari, ꝗ neq; ijs qui poſt cibũ dormitauerint, neq; pueris, fit ſomniũ. Quibuſcunq; enim hoc modo conſtat natura, ut multa aſcẽdat euaporatio in ſuperiorem locum, quæ iterũ deorſum lata facit multitudinẽ motus, cõuenienter iſtis nullũ apparet phãtaſma. Procedente uero ætate, nihil incõueniens eſt apparere ſomnia, permutatione enim aliqua facta uel ſecundũ ætatẽ uel ſecundũ paſſionem, neceſſarium accidere contrarietatem hanc.*

Soluit, & dicit, ꝙ oportet arbitrari cauſam eſſe in his aliquid ſimile, quod eſt in illis qui poſt cibũ dormierint, & in pueris: quorum nulli ſomniãt. Quibuſdam enim hoc modo cõſtat natura, & naturalis impetus ut multa aſcendat euaporatio ad ſuperiorem locum, quæ iterũ deorſum lata facit multitudinem motus, & ſic conuenienter iſtis nullum accidit phantaſma, uel quia ad tot fracta nihil repræſentat, uel quia oppilationẽ facta non tranſit: procedente uero ętate, nihil inconueniens eſt apparere ſomnia. Cuius cauſam affert, quoniã permutatione aliqua facta in complexione, uel ſecundũ ætatem, uel ſecundum paſſionem & morbum aliquem, quem clam patiebantur: diminuta pro parte euaporatione, neceſſarium eſt accidere contrarietatem hanc, & ita apparebũt phantaſmata. Hęc ſunt, quæ Ariſtoteles ſcribit de inſomnijs. Sed circa hęc, quædam uidenda ſunt, quæ faciunt ad dilucidationẽ eorum: quæ Ariſtoteles dixit, quædam autem ſuperadden-

Digreſſio de ſomnijs.



da, quę faciunt dilucidationem multorum quęſitorũ: quę mouentur ab alijs. Quantum ad primum quæritur quid ſit ſomnium, pro ſolutione ſupponendum eſt ꝙ ſomnia fiant ex ſpeciebus ſenſibilibus reſeruatis in memoria, uel in ſenſorijs exteriorum ſenſuum: dico reſeruatis in memoria ſecundum unam poſitionem, quæ tenet ſpecies ſenſibilium ſeruari in abſentia eorum in poſteriori uentriculo cerebri, in quo non ſolum uiſibilium ſpecies ſeruantur, ſed audibilium, & omnium ſenſibilium: dico uel in ſenſorijs exteriorum ſenſuum: ſecundũ aliam opinionem, quę tenet ſpecies ſenſibilium unius ſenſus reſeruari in proprio illius ſenſus ſenſorio: ut uiſibilium, in uiſorio, audibilium in auditorio, & ſic de alijs. Iuxta quam opinionem oportet dicere, ſenſorium ſenſus exterioris eſſe certam partem cerebri illi ſubſeruientem: in quo ſpecies illius ſeruantur. Sed ſiue ſic, ſiue ſic, hęc differentia propoſitum non uariat: ſupponendum enim eſt, ſomnia non fieri niſi ex ſpeciebus reſeruatis, eorum ſenſibilium exteriorum, quæ in uigilia fuerunt ſenſata. ſecundo ſupponendum, ꝙ ſpecies reſeruatæ ſenſibilium, non modo ſunt ſenſibilium incomplexe ſenſatorum: ut Socratis, uel equi, uel ligni, uel montis: ſed complexe quoq;: reſeruãtur enim ſecundũ Ariſtotelem ſpecies Socratis diſputãtis, Socratis currentis, equi currẽtis, equi prælianctis, & breuiter reſeruantur in nobis ſpecies omniũ eorum, quæ uidimus aut audiuimus, aut guſtauimus, aut odorauimus, aut tetigimus, modo quo uidimus, ſiue complexe, ſiue incomplexe uidimus, aut audiuimus, aut quouis ſenſu ſenſimus. Et hæc ſuppoſitio eſt tenenda ſecundum Ariſtotelem in libro de memoria & reminiſcentia. His ſtantibus: quidam iuniores boni peripatetici dixerũt, ꝙ ſomnium nõ eſt ſpecies reſeruata in memoria, uel in ſenſorio proprij ſenſus, probant, quoniam illa ſpecies ſemel impreſſa eſt in organo, aut per modũ habitus, aut per modum diſpoſitionis: ut Ariſtote. dixit libro de memoria. Si per modum habitus, non eſt mobilis de organo in quo reſeruata eſt ad aliud ſenſorium. Si per modũ diſpoſitionis, tunc illa non eſt mobilis de ſenſorio in ſenſorium: ſed facile labilis ut Ariſto. & obliuioni mandabilis. ergo non eſt ſomnium, quoniam ſomnium fit in ſenſũ cõmuni, qui eſt in corde. Secundo dicunt, ꝙ ſomnium eſt actualis cognitio, quæ cauſatur ab ipſa ſpecie reſeruata, in ſenſu communi. Imaginantur enim ſpeciem reſeruatam cauſare quendam cognitionem, & motum phantaſticũ, qui per ſanguinem ſpirituoſum, & uaporoſum fertur ad ſenſum communem, & ibi apparẽs eſt ſomnium, & ſic dicunt, ꝙ ſomniũ non eſt phantaſma reſeruatum in memoria: ſed cognitio cauſata ab illo, & delata ad cõmunem ſenſum per ſpiritus & uapores, qui fluunt & refluunt tempore ſomni: quæ cognitio non eſt ſpecies, nec phantaſma, ſed apparitio quædam ac cognitio facta in ſenſu cõmuni a ſpecie reſeruata: quam Ariſto. aliquando uocat phãtaſma, ut dicunt, non accipiendo phantaſma pro ſimulachro, ſed pro effectu ſimulachri, qui motus, apparitio, uel cognitio dicitur, poteſt autem dici phantaſma pro apparitione cognitiua ſumendo phantaſma. Ex his ſequitur ſecundũ iſtos, ꝙ ſenſatio facta a ſenſibili exteriori in uiſu uel auditu uel aliquo tali in pręſentia ſenſibilis non eſt ſomnium, quoniam hæc non fit niſi in uigilia, ſomnium autem eſt cognitio, quæ fit in ſomno. Præterea in hac eſt nulla deceptio: in ſomnio uero eſt. ſecũdo ſequitur ꝙ cognitio intellectiua, ſiue fiat in nobis tempore uigilię: ſiue tempore ſomni, non eſt ſomnium, quoniam non eſt apparitio ſenſitiua ſenſus communis cauſata ex ſpeciebus ſenſibilium reſeruatis in ſenſorio: ſed eſt cognitio facta in intellectu: qui intelligit intelligibilia in phãtaſmatibus debite & bene ordinatis: ut poſſit in illis intelligere, ut poſtea dicemus. Tertio ſequitur ꝙ imaginatio, quę fit ex ſenſibili qđ nunc mouet, aut mouit exteriorem ſenſum: ut imaginatio, quam habeo de amico nunc, qui ſtat in præſentia mea: uel ſtetit heri, non eſt ſomnium, quoniam non eſt apparitio, ſed uera recordatio imaginaria, ut poſtea dicemus. Quarto ſequitur, ꝙ phantaſmata, quæ apparent pueris, aut dormientibus, aut exiſtentibus in tenebris, non ſunt ſomnia: quoniã hæc fiunt per hoc ꝙ cognitiones non fluunt ad cõmunem ſenſum, ſed ad ſenſoria exteriora, modo ad hoc, ut ſit ſomniũ, requiritur, ut ſit apparitio ſenſui phãtaſtico, qui eſt in corde: ut in textu dictum eſt. Hæc iuniores, quæ uidentur ſatis acute dicta. Solum autem dubium mihi eſt, quoniam Ariſto. ſomnia uult eſſe phantaſmata delata ad ſenſum cõmunem, & ab illo appræhenſa: & non cognitiones ab illis reſeruatis cauſatas, ꝙ ita ſit, patet in textu. Dixit enim ꝙ phantaſmata quæ feruntur ad communẽ ſenſum, quandoq; deferuntur integra: quandoq; fracta: quãdoq; pura: quandoq; miſta cum alijs phantaſmatibus: & hoc declarauit per exemplum ſumptum a uertigine, & ab eo: qui ſe inſpicit in aqua aliquando mota: aliquando quieta. ergo uidetur, ꝙ ſomnium ſit ſimulachrum rei ſenſibilis appræhenſum a ſenſu cõmuni, & non tantũ cognitio cauſata a ſpeciebus ſeruatis. Propterea cõcedendo ſuppoſitiones, dico ꝙ a ſpeciebus ſeruatis in memoria, uel in ſenſorijs multiplicantur alia ſimulachra illis ſimilia in ſanguine, in quo innatant, ueluti imago in aqua eius, qui ſe in aqua inſpicit, nec hoc debet uideri extraneum, quoniam ab imagine exiſtente in uno ſpeculo cauſatur alia ſimilis imago in ſpeculo cõtrapoſito illi. unde, ut color in pariete exiſtens multiplicat ſui ſpeciẽ in aere: ſic ſpecies rei ſenſibilis multiplicat ſuum ſpectrũ ac ſimulachrũ in ſanguine ſpirituoſo, qui eſt inter ſenſorium & communem ſenſum: & ſicut color, ad hoc ut uideatur, ſufficit, ꝙ cauſet ſpeciem in medio: ſic ſpecies reſeruata ad hoc, ut moueat ſenſum cõem ſufficit, ut cauſet ſpeciem in ſanguine ſpirituoſo, & per illum natando deferatur ad cor, ubi eſt communis ſenſus.

Quid ſomniũ diſputatur.

prima põ.

Dubium contra iuniores.

põ ppria.

Ex his ſequitur ꝙ ſomniũ, ſit phantaſma quoddã: qđ per ſanguinem, ut ita dixerim natando, defertur ad cor, & ibi pręſens recipitur in ſenſu cõmuni, & facit ſomniũ: uel ipſum appræhenſum a cõmuni ſenſu, eſt ſomniũ, ut Ariſt. dicit. In uia. n. phantaſma eſt in corde autem ſomnium & apprehenſio: requirit autem, ut appræhendatur in pleno ſomno, & ut ſit cauſatũ a phantaſmate rei ſenſibilis reſeruato in memoria, dico in pleno ſomno, propter phãtaſmata apparentia in tenebris, & in ſemiuigilibus, ac ſemidormientibus: dico a phantaſmate reſeruato, quoniã phantaſma cauſatũ a ſenſibili in eius pręſentia, non eſt ſomnium, ſed imaginatio uera, dico rei ſenſibilis, propter intellectiones, quę accidũt in ſomno, quæ nõ ſunt ſomnia, nec phantaſmata rerũ ſenſibilium: ſed intellectiones rerũ intelligibilium. In ſomno enim accidit, ut homo intelligat, imo, ut diſputet, ſyllogiçet immo, ut corrigat errorem cõmunis ſenſus, qui credit uidere, aut audire, & tamen intellectus corrigens aſſerit illud eſſe illuſionẽ. Per hęc ſoluũtur multa quæſita. Primũ utrum ſpecies ſeruatę in ſenſorijs uel in memoratiua ipſæ moueantur ad cõem ſenſum. Patet ſolutio ꝙ nõ: ille enim, aut receptæ per modũ habitus, aut per modum diſpoſitionis in memoria, ipſe non deferuntur ad cõmunem ſenſum. Secundũ quæ phantaſmata deferantur: patet ſolutio: quoniam deferũtur, ſpectra ſpecierũ ſeruatarum, quę erant ſpecies ſenſibilium, ſenſuũ exteriorũ. Ab his enim multiplicãtur aliæ imagines, ueluti ab imagine exiſtente in uno ſpeculo, multiplicatur alia illi proportionalis in ſpeculo cõtrapoſito. Tertium utrũ ſomnium & phãtaſma ſint penitus idẽ. Patet ſolutio ꝙ in plus eſt phantaſma, quoniam phantaſma accidit in pleno ſomno: & hoc eſt ſomnium, accidit in plena uigilia, ſed in tenębris: & accidit in ſemiuigilanti: cauſa eſt, quoniam ſicut phãtaſma a ſpecie reſeruata multiplicatẽ ad ſenſum cõem per ſanguinem, ita per ſanguinẽ poteſt deferri ad ſenſoriũ exterius, & ibi manens certo tẽpore, & in tenebris, uel in ſemiſomno, repræſentat nobis aliquod monſtruoſum animal, nec eſt hoc mirum, quoniam qua uia phantaſma per ſanguinem defertur a ſenſibilibus ad memoriam: eadẽ uia per ſanguinẽ uaporoſum poteſt deferri ad ſenſorium ſenſus exterioris: & ſic ibi manẽs, uidetur phantaſma: & ma-

Quid ſomnium.

Differẽtia ſomnij & phãtaſmatis.

gis in tenebris, quoniam lux fortius mouet ſenſum, quam debile illud phantaſma: & ſic mouente luce, phantaſma non mouebit uiſum. uerum de hoc poſtea. Sic igitur patet ꝙ omne ſomniũ eſt phantaſma: & non econtrario. Quartum, utrũ omne animal ſomniet, patet ſolutio, nam licet omne animal dormiat, nõ omne animal ſomniat. Cum.n. ſomnium cauſetur ex ſpeciebus ſenſibiliũ reſeruatis in memoria: & non omne animal habeat memoriã, ut libro de memoria patet: ſolũ ea animalia ſomniãt: quæ habẽt memoriam: unde muſcæ & uermes, & animalia quæ ſolum ſentiunt præſentibus ſenſibilibus, licet dormiãt, non ſomniant. Quintum, utrũ ſomnium poſſit nobis aliquãdo repręſentare aliquod, qđ nullo ſenſu ſentitur: ut chimerã, et mõtem aureũ. Videtur.n. ꝙ nõ, qm̃ non fit niſi ex ſpẽbus ſenſibilium reſeruatis Dicendũ ꝙ nihil ſomniamus ꝓprie niſi ſit de ſenſibilibus: & licet quis ſomniet chimerã. dico ꝙ appræhẽſio illius nõ eſt ſimplex, ſed cõpoſita ex multis phãtaſmatibus multorũ ſenſibiliũ. Cum.n. phãtaſmata diuerſorũ ſenſibilium deferant ad ſenſum cõem, ille cõponens aut diuidẽs facit ſomnia cõpoſita: non tamen niſi ex phantaſmatibus rerũ ſenſibilium quæ fuerunt ſenſata in uigilia. Sextũ cum phantaſmata ſunt ſubiecta intelligibilium, ut pares colorꝫ: cur non ſemper in ſomno accidãt intellectiones, & utrũ intellectus & uoluntas per ſomniũ ligari poſſint. Dicendum ꝙ non ſemper phantaſmata ita ſunt in ſenſu interiori ordinata, ac conſtituta: ut in illis intellectus poſſit intelligibilia intelligere, quoniã non ſemper ſpiritus ita ordinate cõſtituuntur: ut phantaſmata ſeruent eo ordine, quo intellectui ad intelligendum ſeruiant. Hinc patet ꝙ per accidẽs poteſt intellectus ligari, quoniam per accidens poteſt impediri ex mala phantaſmatũ conſtitutione, ac ordinatione. Patet etiã per accidens uoluntatẽ non eſſe liberam: qm̃ adeo ſunt inordinata phantaſmata, ut ipſa non poſſit libere uti corpore, ut in ebrijs, & melancholicis. Septimũ, cum ſomniũ ſit ex ſpeciebus reſeruatis in memoria, cur ſomnium eſt apparẽs ſenſatio: & imaginatio Socratis olim uiſi, quę eſt ex ſeruatione ſpeciei Socratis olim uiſi: non eſt apparens ſenſatio: ſed eius recordatio. Amplius cur imaginatio, quæ eſt Socratis in uigilia nunc abſentis, & pauloante uiſi, non eſt ſomnium. Dicẽdum, ꝙ phãtaſma qđ defertur ad ſenſum cõem in ſomno per ſanguinẽ, poteſt dupliciter repręſentare rẽ cuius eſt, aut ſub differẽtia tẽporis præſentis, & ſic eſt ſomnium. Somniũ.n. eſt phãtaſma repręſentans rem ſenſibilẽ ſenſui cõi, ut pręſentẽ: & ꝓpter hoc illi apparet aut uidere, aut audire, aut ſentire. Sin aũt repręſentat, ut abſentem, cũ hoc fieri nõ poſſit, niſi in uigilia, hęc dicit̃ imaginatio: & nõ ſomnus. At ſi repręſentat rẽ abſentẽ cũ differẽtia tp̃is ꝑteriti determinati, uel indeterminati cũ hęc fieri nõ poſſit, niſi in uigilia, ideo eſt recordatio: ſomnium ergo differt ab imaginatione, & a recordatiõe. Sed dices unde habet uirtꝰ memoratiua, ꝙ repræſentet res in ipſa ſeruatas ꝑ modũ pręſentẽ: & aliqñ per modũ pręteriti, & aliquãdo per modum abſentis. Patet ſolutio: quoniã memoratiua eſt ſimul memoratiua & phantaſtica, ac phantaſmatum ſeruatiua: quo quidẽ memoratiua eſt, repręſentat res per modum abſentis uel præteriti: quo uero phantaſtica, repræſentat per modũ præſentis: qđ non eſt præſens: & hoc ui ſomni: & propter motum factũ in ipſa & in ſenſorijs, ut dictum eſt circa textũ. Octauum, utrum per omne tẽpus ſpecies reſeruatæ in memoria multiplicẽt ſpectra in ſanguine tam noctu: quam interdiu, & ſi ſic, cur non ſemper motus iſti percipiũtur. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſenſibilia multiplicant naturaliter eorũ ſimilitudines in medio, ut color ſpeciem coloris, ſonus ſpeciẽ ſoni, odor ſpeciem odoris, & cætera id genus, ſic ſpecies ſenſibiles reſeruatę in memoria in abſentia ſenſibilium multiplicant naturaliter eorum ſimilitudines in ſanguine ſpirituoſo. Et cauſa eſt, quoniam ſpecies reſeruatæ ſunt ſpecies, & ſpectra reſpectu ſenſibilium, e quibus ſunt generatę, & ſenſibilia reſpectu ſenſus cõmunis, ergo ut ſenſibilia exteriora naturaliter multiplicare ſpecies in mediũ, & medium naturaliter illas defert ad ſenſoria: quæ mota ab illis ſentiũt, ſic ſpecies reſeruatæ ſenſibilium naturaliter multiplicant ſpectra, ac phãtaſmata in ſpirituoſo ſanguine, & ſanguis ſpirituoſus defert illa ad cõem ſenſum, qui motus ab illis ſomniat. ergo motus phãtaſmatum ſemper ſunt, & in ſomno & in uigilia: cum ſint naturales. & nõ in poteſtate noſtra: non ſentit autem eos cõis ſenſus in uigilia pręoccupatus motori & fortiori motu: qui eſt ab ipſis, quæ ueniunt per ſenſoria: quæ actu mouẽtur a ſenſibilibus præſentibus: ut dictũ eſt in textu. Dixit.n. Ariſto. ꝙ motus phãtaſtici multiplicati a ſpeciebus ſenſibiliũ reſeruatis ſunt debiles. Motus uero, qui ueniunt a ſenſibilibus in uigilia, pollẽtiores ſunt, ideo offuſcãt minores, præterea in uigilia ſenſus cõis eſt occupatus ſpeciebus nouis, quæ ueniunt a ſenſibilibus externis, qđ autem eſt occupatũ non ita bene recipit, ueluti ſi receptiuum eſſet purum. At ſenſus cõis in ſomno nõ occupatur ſpeciebus ſenſibilium exteriorꝫ. ergo melius motus phãtaſticus recipere poteſt. Aliqui tñ in uigilia hos motus perceperunt per ſenſum cõem, potiſſimũ, cum ſenſus exteriores non nimis pręmunt̃, & quaſi uacãt, & nõ mittunt ſpecies nouas ad cõem ſenſum. Sæpius enim mihi in camera recluſo in mentem uenit ſpecies alicuius amici, & ſenſus cõis illã percipit: & ſtatim percepta, amicus uenit ad me. Fuit enim iſte motus illius ſpectri naturalis, & uacãtibus alijs ſenſibus a magna ſenſatione, ſenſus communis eum percepit, percepto uero, caſu euenit, ut amicus ueniat. Nonum quare ſpecies reſeruatæ ſenſibiliũ non in omni ſomno faciunt ſomniũ: cum naturaliter motus phãtaſticus in ſanguine ſpirituoſo ſemper multiplicẽt. ergo ſemper deberent deduci ad ſenſum cõem, & deductæ facere ſomniũ. Reſpondit Ariſto. hoc eſſe primo quidem: quoniam uiæ ſunt craſſis, & turbidis uaporibus aliquando ita obduratæ, ut non poſſint deferri ad cõem ſenſum. ſecundo qm̃ licet nõ ſint uiæ ita obduratæ, tamen propter multum calorem ſanguinis, in talibus uijs eſt multus motus, multaq́; ſpirituum turbatio, & ita ſpecies ita franguntur, ac cõfunduntur, ut nihil repræſentare poſſint communi ſenſui, ut Ariſto. multis exẽplis probauit. Decimũ, quare ſpecierũ reſeruatarum aliquæ mouẽt, aliquæ non: cum naturaliter moueãt, & ſanguis illas naturaliter deferat, & cõis ſenſus natural'r moueat̃: & cur aliæ citius, aliæ tardius moueant. Hæc.n. quæſtio difficilima eſt. Pro intellectione ergo huius ſciẽdum: ut dictum eſt, ꝙ ſomnia originẽ habent a ſpeciebus reſeruatis in memoria, eorũ ſenſibilium: quæ antea ſenſata fuerũt: ſpecies autem reſeruatæ aliquãdo fiunt potentiores in multiplicãdo motus phantaſticos, aliquãdo debiliores, & ſic aliquãdo excitantur ad multiplicãdum ſuos motus, aliquãdo uero remittunt̃: & quaſi impediuntur: & huius differentiæ plures poſſunt eſſe cauſæ. prima quidem ſunt paſſiones humorales: qm̃, ut poſtea dicemus, ſi in uijs ſurgat aliqua portio choleræ, ſpecies calidorum fortificabitur. & ſic, multiplicabit ſpeciẽ ignis, fulgurum, eſtus, ſimili ratione, ſi emergat flegma: multiplicabit ſpecies aquarũ, aut pluuiarũ, aut aquas repræſentabunt, in quibus homines credũt natare: uel ſubmergi: & ſic de cæteris paſſionibus humoralibus. Secũda cauſa eſt animaſtica affectio, in iracundis.n. & amantibus, & timentibus, ſpecies reſeruatæ diſponuntur ad repræſentãdum ea, quæ ad hęc attinent uenatoribus uenationes, piſcatoribus piſcationes, & cæteris eodem modo. Tertia cauſa eſſe poteſt propinquitas eorum, quę proximo feciſti, ut ſi heri diſputatiui, hac nocte ſomnium diſputandi euenit mihi, ſi heri fui in muſicis, hac nocte muſicalia ſomnio, quoniam impreſſiones fecerunt hæc recẽtem: quæ præualet, antiquioribus. Quarta cauſa eſſe poteſt fortis impreſſio derelicta in memoria eius: quod præfuit in ſenſu: aut propter frequentem meditationem: aut propter pollentem attentionem, aut quia adiuta eſt affectione, ut amore uel odio: aut corporis complexione. ergo ſpecies aliqua magis mouet, quàm alia, uel quia fortius fuit impreſſa, quã

alia

alia, uel quia excitatur a nouis excitamẽtis, quæ emergũt in ſomno, ut dictum eſt, hac rõne aliæ mouent, alię nõ, alię citius, aliæ tardius, aliæ prius, alię poſterius. Vndecimum, quare ſpẽs fortiores non ſemper faciunt apparitiones. Dicendum ꝙ ſpecies multiplicantur cum ſpiritibus, mõ ſpũs ſunt melius ordinati uno tempore ad deferẽdũ ſpecies fortiores ꝗ̃ ſint alio tempore, immo aliquando adeo inordinantur ꝙ non deferunt ſpecies repræſentatiuas alicuius. Duodecimum, propter quid in ſomno fit uelox motus, de una apparitione ad alteram, qualis in nubibus de centauro ad hominem. Dicendum ꝙ cauſa põt eſſe uelox tranſmutatio ſpirituum, ut dictum eſt. Secunda cauſa eſt natura ſenſus, quæ eſt ſemper apta nouo motu moueri, ſemperque appetens noua, & propter hanc cãm aliquando omittit fortiora conſiderare, & tranſit ad debiliora. & ſic partim natura ſua, partim mutatione ſpirituum deferentium, in ſomnijs fit uelox motꝰ de uno ſomnio in alterũ. Ex his patet quòd ſomnia in uia, per quã deferuntur ad cor, ſunt phantaſmata, in corde uero ſunt cognitiones phantaſticæ, & ſomnia Secundo patet ꝙ ſomnium nõ eſt ſenſatio, quoniam ſenſatio eſt ſpecies immediate cauſata a re ſenſibili. At ſomnium eſt ſpẽs quæ fit immediate, non a re ſenſibili, ſed immediate a ſpecie reſeruata rei ſenſibilis, ergo ſicut imago reſeruata nõ eſt res ſenſibilis, ita cognitio illiꝰ, quæ eſt ſomnium, non eſt ſenſatio, ſed phantaſtica ſenſatio. Eſt enim cognitio non rei, ſed ſimulachri rei, ideo eſt apparens ſenſatio, non ſenſatio, nam qui uidet ſimulachrũ Cæſaris, non uere uidet Cæſarem, ſed uidet̃ uidere. Sil'i rõne, imaginatio rei ſenſate abſentis facta mediate ſpecie immediate ab illa re genita: non eſt ſomnium, ſed imaginatio ſimulachri rei ꝗ̃ quis imaginatur, eſt ſomnium Tertio ſequitur, ꝙ recordatio non ſit ſomnium, qm̃ licet recordatio eſſet cognitio imaginis reſeruatæ, tamen eſt cognitio illius ut repñtat rem cum differentia temporis præteriti. Somnium uero eſt appræhenſio ſpeciei reſeruatæ abſolutæ, ut appræhenditur ſine differentia temporis pręteriti, & iõ non recordatio vr̃, ſed ſenſatio, qm̃ eſt appræhẽſio ſpẽi reſeruatæ ut de pñti mouet ſenſum cõem, ac ſi eſſet unũ ſenſibilę, ergo cũ alicuiꝰ rei ſpectrũ in memoria ſeruatũ mouet cõem ſenſuꝫ in ſomno cũ differẽtia tp̃is pñtis, tũc eſt proprie ſomniũ ſm̃ Ariſto. nã: hoc pacto ſomniũ nõ erit rei ſenſatæ cognitio, ſed ſui ſpectri appræhẽſio, quę qm̃ in ſomno eſt, & cũ dr̃ia tp̃is pñtis, differt a recordatione & a ſenſatione. Amplius differt ab imaginatione, quæ rei eſt cognitio mediate ſpecie, non aũt ipſius ſpẽi. Circa finẽ huius prio uidẽdũ de miraculis phãtaſmatũ. Brutꝰ itaq́ (ut in eius uita Plutarchus narrat) nocte quãdã & uigilãs, dũ introitum aſpexiſſet, horrẽdã & mõſtruoſam imaginẽ uidit ad ſe uenire, Interrogare tñ eã auſus eſt Brutus. qs inqt deorũ, aut hoĩum es? aut qd tibi uis? aut qd ad nos ueniſti? at ſubmurmurauit ille dicens, O Brute malus genius ſum. In philippicis me uidebis. Tũ Brutus interritus, uidebo, reſpondit Caſſius formã huic ſilem in cãpis philippicis uidit poſtea. Cũ enim (ut inquit Valerius) acre philippẽſi ardentiſſimo aĩo perſtaret, uidit humano habitu anguſtiorem, purpureo paludamento amictum, minaci uultu, et cõcitato equo, in ſe impetum facientem, ꝗ aſpectu perterritꝰ tergum hoſti dedit, uoce illa prius emiſſa, qd enim ampliꝰ agas, ſi occidiſſe parum eſt. In Catonis uita legit̃, quo tp̃e Cato uticę erat, ꝙ quidam nocte uenerit, nũtiaueritq́; Catoni die tertia ante commiſſum certamẽ, caſtra Scipionis capta fuiſſe. Cæſaremq́ uictorem, Scipionẽ, & Iubã cuꝫ paucis euaſiſſe, reliquas copias funditus deletas. Præterea, ut Valerius refert, bello macedonico Pub. uatinius reatinæ præfecturę uir noctu urbem petens, exiſtimauit duos iuuenes excellentis formæ, albis equis reſidentes obuios ſibi factos nũtiant die, qui prætererat, perſam regem a paulo captum, quo. C. Cæſar & Gn. Pompeius die ciuile bellum ſignis collatis in Theſſalia finierunt. Cornelius quidam ſacerdos caſtitate uitæ ſanctus patauij conſpicere ſe ꝓcul pugnã dixit acerrimã, ac deĩde alios cedere alios urgere cædẽ, fugã, tela ualẽtia, inſtauratione pugnæ, ĩpræſſio nem gemitus, uulnera perinde, ut ſeipſe in prælio ꝟſaret̃. Hęc Gellius. Epicurei (ut Plutarchus affirmat) hæc negant, aſſerũtq́ eſſe mere cõmenta hoĩum, atq́ ſacerdotũ, adinuenta qdem, ut religio ſeruet̃, quæ ad humanã uitam nõ paruã utilitatẽ affert. Cõtra quorũ opiõnẽ aſſurgũt oẽs latini & græci hiſtorici, ut Valerius, Plinius, Liuius, Gellius, & Lucanus, Herodotus, Dionyſius, Appianus, & cæteri qui de miraculis ſcripſerunt. M. Tullius quoq́ in his libris, quos de diuinatione inſcripſit, non ſolum eiuſmodi phantaſmata aſſeruit, ſed etiam eorũ naturales cãs aſſignare enitit̃. Peripatetici ꝟo phãtaſma eſſe aliqd non negant, dicũt.n. phãtaſma eſſe in plus ꝗ̃ ſomniũ: qm̃ phãtaſma aliud eſt, quod in pleno ſomno accidit, & hoc dr̃ a peripatetici ſomniũ. Aliud qđ accidit in plena uigilia, ſed in tenebris, non.n. accidit in luce, qm̃ lux fortius mouet ꝗ̃ phãtaſma. Aliud uero euenit in ſemiuigilãti, cã aũt, qm̃ ſicut phantaſma a ſpecie aliqua reſeruata ad ſenſum cõem uſq́; ꝑ ſanguinẽ defert̃, ita ꝗꝫ ꝑ ſanguinẽ, deferri põt ĩ ſenſoriũ exterius, & ibi certo tp̃e manẽs repñtare põt aliqđ monſtruoſum aĩal, & quidẽ nõ ab rõne, qm̃ qua uia phãtaſma ꝑ ſanguinẽ defert̃ a ſenſibilibus ad memoriã, eadẽ uia ꝑ uaporoſum ſanguinẽ deferri põt in externũ ſenſoriũ, ꝑ qđ uenit, eſt igit̃ phãtaſma aliqd ſm̃ peripateticos. Sed ſi quæ peripatetici dicũt, ꝟa ſunt de phãtaſmatibus, oportet dicere phãtaſma eſſe nihil pręter apparitionẽ. At hiſtorię narrãt in multis phãtaſmatibus eſſe aliqd præter apparitionẽ. Plutarchus.n. & Cicero narrãt ꝙ dũ Romani cũ tuſculanis bellũ agerẽt, Aulo poſthumio duce, & apud locum regillũ pugna cõmiſſa ad multũ diei tracta foret, & in neutrã partẽ uictoria inclinaret, uiſi ſunt Caſtor & Pollux pro Romanis fortiter pugnare, q hoſtiũ copias penitꝰ profuderũt. Idẽ Dionyſius libro ſexto, ubi patet in hmõi phãtaſmate fuiſſe aliqd pręter ſenſum, atq́; apparitionem. Pręterea aliqñ phãtaſma fuit, qđ nõ uni hoĩ tm̃ appuit, ſꝫ pluribꝰ ſil', qđ ut mihi vr̃, appitio tm̃ eẽ nõ põt, nõ.n. eodẽ ꝯtigit tot decipi, tale fuit phãtaſma ſimonidis (ut Cicero libro.2. de oratore) & Quĩtilianus.11. inſtõnũ oratoriarũ narrarũt. Cenãti.n. apud ſcopã ĩ cranone Theſſaliæ oppido nũtiatũ eſt duos iuuenes ad ianuã ueniſſe, magnopeq́ rogaſſe, ut ad eos ꝯtinuo ꝓdiret, ad ꝗs egreſſus neminẽ ibi reperit. Cęterũ momẽto tp̃is tricliniũ, ĩ ꝗs ſcopas dñs domꝰ epulabat̃, colapſum & ipm̃ & oẽs cõuiuas oppræſſit, hos iuuenes a ꝯpluribꝰ fuiſſe uiſos Solinꝰ teſtat̃, lꝫ de Pyndaro rẽ narret. Cõſtat igit̃ phãtaſma eiuſmodi apparuiſſe pluribꝰ, atq́; aliqd ꝑter appitionẽ. Quidã ex his, ꝗ Albertꝰ inqt. Dixerũt ĩ phãtaſmate duo eẽ & appitionẽ, & effectũ quẽdã ꝑter apparitionẽ, appitio qdẽ eſt aliqd ꝑ ſe in phãtaſmate, et hęc nihil ꝑter ſenſuꝫ ẽ, ut Alexãder iqt. Effectꝰ ꝟo, q ꝑter apparitionẽ ẽ, phãtaſmati ꝑ accñs ꝯiũgit̃. Huiꝰ rei exẽplũ ẽ de his, ꝗ ſomniãt inimicos, nã nõnũꝗ ex motu ſomnij aliq ſurgũt, et cõtra inimicos ĩpetuoſe mouentur, et nõnũꝗ eos uulnerãt, q poſtea cum expgiſcunt̃, nihil meminerũt, ut igit̃ in his ſomniũ ẽ appitio tm̃ ꝑ ſe, effectꝰ ꝟo ut uulneratio ꝑ accñs ꝯiũgit̃ appitioni, ita ĩ phãtaſmatibꝰ appitio ꝑ ſe, effectꝰ ꝟo, q ꝑter appitionẽ ẽ, ꝑ accñs appitioni ꝯiũgit̃. ut ſi ꝑ phãtaſma aliqd uẽturũ fore oñderet̃, et illud eueniret, effectꝰ qdẽ ꝑ accñs, appitio ꝟo ꝑ ſe eſt. Amicꝰ nr̃ ſibi ĩ ſomnis uẽiſſe ſe factũ equũ narrauit, portaſſeq́ ligna parẽtibꝰ, mãe ligna portata iuẽit, ſicq́ illud nõ phãtaſma, ſed ſe ꝟe equũ factũ eẽ narrabat. Verũ cũ ꝗſiuiſſet rẽ, amicũ quẽdã illa portaſſe adiuẽit, ſicq́ iudicauit illud phãtaſma, nõ aũt rẽ. Quare in phãtaſmate appitio fuit ꝑ ſe, euẽtꝰ ꝟo caſu, ac ꝑ accñs, ſiqdẽ qđ ĩ phãtaſmate accidit ab alio ꝗ̃ a ſomniãte accidere põt. Sed hæc defenſio non ſufficit. Prio qdẽ, qm̃ qđ appet luribꝰ, nec ſtupidis, nec ꝑter naturã affectis, nõ vr̃ appitio tm̃. Iris.n. q multis vr̃, nec ſtupidis, nec ꝑter naturã affectis, nõ eſt apparitio tm̃, ſed ꝑter apparitionẽ eſt nubes rorida. Nõnulla aũt phantaſmata pluribꝰ uiſa ſunt, nec ſtupidis, nec ꝑter naturã affectis, ut illud Bruti, qđ & Bruto & Caſſio uiſum erat, illud Auli poſthumij. Caſtor enĩ & Pollux omnibꝰ, q prælium egerũt, uiſi ſunt. Illud quoq́; ſimonidis multis uiſum

Que Epicurei de phãtaſmatibus.

fuit, non ergo hæc mere apparitiones eſſe uidẽtur. Secundo licet apparitionibus aliquibus effectus caſu coniungitur, in omnibus illud falſum eſt. Nam cum p̄ſtantij pater domui ſuæ per noctem anteq̄ requieſceret, uidiſſet ad ſe uenientem quẽdam Philoſophum ſibi notisſimũ, qui ipſi nonnulla platonica expoſuiſſet, quæ antea rogatus exponere noluiſſet, hoc non erat apparitio tm̄. Tum quia & Philoſopho et p̄ſtantij patri uiſum erat. Tum ꝙ in re erat aliquid p̄ter apparitionem ut ignoti expoſitio. Idem in cętetis multis. Platonici igitur qui dæmones cõcedunt, hęc phantaſmata illuſiones dæmonicas eſſe tradunt, ut ſancti uiri longis & acutis rationibus dilucidarunt. Peripatetici hæc non negaſſent, cum ſint famigeroſa, quæ omni ex parte neganda non ſunt, ſed dicerent eſſe ſupra captum noſtrum. Vnde Ariſto. libro de diuinatione, cum loquitur de his, qui futura prædicunt, inquit. { Quod enim de ijs, qui ſecus herculeas columnas, & qui in Boryſthene præuidere aliquos, ſupra noſtram uidetur eſſe prudentiam inuenire originem horum } Per quæ dat intelligere, ea, quorũ cauſas ignoramus eſſe miracula, non quidem neganda, ſed aſſerenda eſſe ſupra noſtrum captum. Quare phantaſmata huiuſmodi Ariſtoteles non negaret, ſed ſupra noſtrum captum eſſe aſſereret, diceretq; non ſcientifica eſſe, cum nec ex ſenſibus, nec ex his, quæ ſenſibus patent, aut patere poſſint, deducantur. Credibilia tamen, cum approbata ſint a uiris fidedignis Hactenus de phantaſmatibus. De problematibus uero ſomniorũ, quæritur cur non omnium eadem ſomnia, cum eadem omnium ſenſibilia ſint. An ꝙ licet ſenſibilia eadem ſint, non tamen phãtaſmata, ac imaginationes eædem ſunt, ſi quidem circa eadem ſenſibilia diuerſæ ſenſationes, ac imaginationes ſunt. Accidit ꝙ affectiones, e quibus ſomnia concitãtur, non omnibus eædem ſint. Amplius non omnibus habitus atque diſpoſitiones eædem, e quibus ſomniorum differentiæ exoriuntur. Inſuper non omnibus humores ijdem ſunt. Interdum uero accidunt diuerſorum hominum eadem ſomnia, ut ꝙ eorum affectus, uel habitus, aut diſpoſitiones, aut humores ijdem ſint. Adhæc quæritur, cur non ſemper ſomniorum meminerunt animalia. An ꝙ meatus per quos imagines feruntur ad cõmunem ſenſum, qui in corde eſt, aliqñ nimis uaporibus præmant, ac obturent. ut nõ ſic facile recordari ea, q̃ p ipſos deferebãtur in ſomno. Præterea. Quæritur cur ſtudioſorum ſomnia ſint ſtudioſa? An, quoniam habitus concitant ſomnia, ut dictum eſt, qui ſi fuerint ſtudioſi, ſtudioſa ſomnia concitabunt. Si autem praui, praua & infelicia ſomnia mouebunt. Rurſus cur ſomnia ſic obſcurę, opacæque imaginationes. An quia ſpiritus, qui ſomnijs ſeruiunt uaporulenti ſunt, qui uero imaginationibus, ſunt dilucidiores, & clariores. Ad hæc cur potius uero, & autumno frequentius ſomnient animalia. An ꝙ his temporibus melãcholia mouetur, quæ eſt ſomniorum cõcitatrix. An ꝙ tunc cibi, nec magni, nec parui ſint. Hieme autem cibi magni, quibus multa euaporatio fit, e qua ſomnia impediuntur. Eſtate autem cibi pauci & parui, e quibus euaporatio parua eſt, quæ interciſos ſomno efficit. Deinde dicamus notas ſomniabundi, ſunt autem capilloſitas multa, pilorum in collo pectoreq; alijſq; locis plurima denſitudo, caro aſpera, duraq;, corporis maties, & robur, calor fuſcus, ſtomachi aut ardor, atque appetitio, & muſculoſitas pollens. Hæc enim atræ bilis exceſſum indicãt, quæ ſomniorum, aut fomes, aut pabulum eſt. Hactenus de ſomnijs.

Finis Secundi Libri de ſomnijs.

# ARISTOTELIS DE SOMNIORVM DIVInatione, cum Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani commentariis.

*DIVINATIONEM aliquam eſſe quæ in ſomno fiat, & prouenire dicatur ab inſomnijs, neque contemnere facile eſt, neq; credere.*

*DE diuinatione uero quæ in ſomnis fit, & dicitur accidere a ſomnijs, neq; contẽnere facile, neq; ſuaderi.*

HActenus de ſomnijs, nunc de diuinatione, quoniam autem ſomnium proprie uocat̃, quod figuris tegitur, & ambagibus uelatur, non niſi interprætatione intelligendis, ideo diuinatio proprie hic interprætatio ſomnij intelligitur. Ariſtoteles igitur de ſomniorum interprætatione diſputaturus, hanc concluſionẽ proponit, diuinatio ſomniorum quæ fit in ſomnis, & quę dicitur accidere a ſomnijs, neq; facile contẽni poteſt, neq; facile credi. Hæc eſt concluſio.

*Nam q, omnes aut plurimi arbitrantur inſomnia ſignificare aliquid, argumẽto eſt, id præ experientia aſſeri ſolere.*

*Nam q, oẽs quidẽ uel plures exiſtimant habere aliq̃ ſignificationẽ ſomnia, præſtat fidem tãquã ab experientia dictũ.*

Propoſita concluſione, probat nunc primam partem uidelicet ꝙ non debeat contemni. Primo quidem, quoniã ab omnibus uel pluribus ita eſſe exiſtimatum eſt, igit̃ pbabile quid eſſe uidetur diuinatio, unde dicit. Nam ꝙ omnes quidem uel plures exiſtimãt habere aliquam ſignificationem ſomnia, præſtat fidem, ac ſi ſit dictum ab experiẽtia, ac a rerum euentis.

*Item de nonnullis rebus ad diuinationem quandam haberi in ſomnijs: indignum creditu non eſt, cum ratione aliqua nitatur. Vnde fit, ut de cæteris quoque ſomniis haud ſecus cenſare quis poßit.*

*Et q, de quibuſdam ſit diuinatio in ſomniis: non eſt incredibile, habet enim aliquam rationem. Ideo: & de aliis ſomniis ſimiliter utiq; quis arbitrabitur.*

Secundo argumentatur, quoniam de quibuſdam ſomnijs fit uera diuinatio, ergo de omnibus, unde dicit. Et ꝙ de quibuſdam ſit diuinatio in ſomnijs, non eſt incredibile. Habet enim aliquam rationem, ideo, & de alijs ſomnijs omnibus utique quis arbitrabitur, unde (ut Themiſtius inquit) accidit quòd fere nemo eſt, cui euenire ſigna aliqua dormienti non ſoleant, & fere nullum ſomnium accidit, ex quo aliqua diuinatio, aut coniectatio, aut interpretatio duci non poſſit.

*Contra cum nulla rationabilis cauſa uideatur per quam iſthæc diuinatio proueniat, efficitur, ut fides abrogetur. Nam ſi dicatur, deum eſſe qui ſomnia mittat, præter alia multa, & hoc quoque ſubabſurdum eſt, non optimis ſapientißimiſq;, ſed quibuſuis ſine diſcrimine mitti. Sublata autem cauſa quæ ad deum referatur: nulla præterea alia uidetur conſentanea eſſe, quandoquidem originem eius inuenire quod dicitur, quoſdam eſſe in Boryſthene & iuxta columnas Herculis qui futura præſentiant, captum ingenij noſtri excedere uideatur.*

*Nullam uero rationabilem cauſam uidere ſecundum quam utiq; fiat: hoc diſcredere facit. Nam deum quidem eſſe mittentem: cum alia irrationabilitate, & non optimis & prudentiſſimis, ſed quibuslibet mittere, inconueniens. Ablata uero quæ a deo cauſa: nulla aliarum conueniens eſſe uidetur cauſa: quod enim de ijs qui ſecus Herculeas columnas: uel qui in Boryſthene præuidere aliquos: ſupra noſtram uideatur eſſe prudentiam inuenire originem horum.*

Ad oppoſitum argumẽtatur, nam ſi ſomniorũ diuinatio eſſet, ſomnia mitterentur a deo, qm̃ nulla alia cauſa uideret̃, ut ſomnia mittantur, niſi deus, ſi eorum eſſet diuinatio. Sed deus ſomnia non mittit, quoniam accidunt profanis, & fatuis, modo abſurdum eſt deum illa profanis et fatuis mittere, non autem ſapiẽtibus, unde dicit. Nullã uero rationabilem cãm uidere ſm quam diuinatio fiat, hoc diſcredere facit. Nam deum quidem eſſe mittentem ſomnia, cum hac irrõnabilitate ꝙ nõ & optimis prudẽtibuſq; mittat, ſed quibuſlibet indifferenter, inconueniens eſt. Sed dices, ꝙ alia cauſa eſſe poteſt q̃ deus ipſe, & ꝙ ſunt quidam in boryſthene & gadibus, qui futura pręducũt, obijcit cõtra. d. Ablata uero cauſa, quæ a deo, nulla aliarum cõueniens eſſe vr̃ cauſa, qm̃ ſomnia accidunt de rebus remotiſſimis & loco & tempore, quæ ſunt ultra captum noſtrũ, & ita niſi eſſent a deo, a nulla alia cauſa eſſe poſſent, cum ꝓo dr̃, ꝙ ſunt quidam qui futura prædicunt. Rñdet, & dicit. Quod enim de ijs qui iuxta columnas Herculeas, aut de ijs dr̃ qui in boryſthene prouidere aliquos, ſupra nr̃az prouidentiam eſt inuenire originem eorum. Dicitur enim ꝙ in boryſthene, et in gadibus homines quidam ſunt, qui uaticinantur futura, de quibus, ut Ariſt. inquit, inuenire originem captum noſtri ingenij uidetur excedere. Quo quidem ad uerba attinet boryſthene fluuius eſt ſcytharũ magnus quartus ab iſtro herculeæ columnæ & gades inſula eſt in extremo noſtri orbis ad occidentem in fine bettice regionis collocata. Narrat̃ igitur ꝙ ibi homines ſint, qui futura præſagiunt, ut Põponius mella tangit libro primo & libro tertio, modo Ariſto. dicit ꝙ horum, originem inuenire ultra captum noſtrũ eſt, qm̃ non poſſunt eſſe niſi a deo, & ſic uult habere ꝙ ſi ſomniorũ ſit diuinatio, ſomnia non ſint niſi ab ipſo deo.

*Neceſſe igitur eſt ſomnia eſſe, aut cauſas eorum quæ fiunt, aut ſigna, aut fortuita, aut omnia, aut duo ex his, aut unũ ſolũ.*

*Neceſſe igitur ſomnia uel cauſas eſſe, uel ſigna eorum quæ fiunt, aut accidentia: uel omnia, uel aliqua eorum, uel unũ ſolũ.*

Cum mouit quæſtionem utrum diuinatio ſit aliqua, & pro utraq; parte fecit argumẽta, p determinatione quęſiti primo pręmittit diuiſionem, & dicit. Quod neceſſe eſt aut ſomnia eſſe, aut cauſas eorum quæ fiunt aut ſigna eorũ quæ fiunt, aut accñtia, hoc eſt fortuitæ cauſæ eorum quæ fiunt, aut neceſſe eſt ſomnia eſſe eorum quę fiunt oĩa hæc, aut duo ex his. v3. cauſæ & ſigna eorũ quæ fiũt, aut unum ſolum. ſ. cauſæ fortuitæ. Themi. ſic intelligit, ꝙ neceſſe ſit aut ſomnia eſſe cauſas earum rerum, quæ præuidentur, aut ſigna, aut omnino haberi fortuita, mẽbra hæc uel oĩa ꝯgruũt ſomnijs, uel duo ex his, uel unum.

*Cauſam uoco uerbi gratia deliquij ſolaris, lunam: febris, defatigationem. Signum deliquij: cum luna ſubire incipit: febris: ſcabritiem linguæ. Rem fortuitam, inambulante aliquo ſolem delinquere: nam neq; cauſa: neq; ſignum deliquij inambulatione: aut deliquium inambulationis. Quapropter res fortuitæ: neq; ſemper, neq; maiori ex parte fiunt.*

*Dico autem cauſam quidem ut lunam, defectus ſolis: & laborem, febris. Signum uero defectus: ſtellam ſubintrare: aſperitatem uero linguæ: febriendi. Accidens uero: aliquo ambulante deficere ſolem, neq; enim ſignum deficiendi hoc eſt, neq; cauſa: neq; defectus, ambulandi. Ideo accidentium nullum: neq; ſemper fit, neq; ut plurimum.*

Exponit terminos, & dicit. Dico autem cãm quidẽ ut lunam. v3. quę interponitur inter nos & ſolem, eſſe cauſaz defectus ſolis, & laborem ac defatigationem, quæ cauſa eſt febris. Signum uero defect9 ſolis, ac ſolitaris deliquij, eſt ſtellam ſubintrare, hoc eſt, ſignum eſt cum luna ſubintrare incipit, & ad interuentum tendit. Non enim tunc eſt eclipſis ſolis, ſed eſt ſignum quod fiet. Simili modo effectus eſt ſignum ſuæ cauſæ, ut rubrum urinæ eſt ſignum febris ſanguineæ, & aſperitas linguę eſt ſignum febricitandi, & ſic ſignum poteſt accipi tam pro cauſa remota, quã pro effectu, per quem innuitur cauſa eius, uel per quem iudicando cauſam ſignificatur effectus illius cauſa, p cauſa remota quidem, ut lunam intrare caput uel caudam, pro effectu ut aſperitas linguæ ſignis febris, pro effectu q iudicando cauſam, innuit illius effectum, ut rubeo urinæ, eſt ſignum febris, inquantum eſt ſignum cholere præternaturalis. Accidens uero ac cauſa fortuita eſt, aliquo ambulante deficere ſolem. Ambulatio enim hæc nec eſt ſignũ deficiendi, neq; cauſa, neq; contra defectus, ac ſolis deliquiũ eſt ſignum aut cauſa deambulandi, probat aũt hæc fortuita, ꝙ nec cauſæ ſint, nec ſigna, quoniam nullum accidentium, neq; ſemper fit, neq; utplurimũ, ergo nec poſſunt eſſe cauſę per ſe, nec ſigna per ſe.

*Sunt ne igitur ſomniorum: alia cauſæ, alia ſigna, uidelicet eorum quæ in corpore accidunt? Nam & qui e medicorum ſchola paulo peritiores habentur: inſomnia diligenter attendenda dicunt. Nec ab re ita exiſtimant: artifices alioqui, ſed qui tamen meditari aliquid philoſophariq; ſolent.*

*Sunt ergo ſomniorum: hæc quidem cauſæ, hæc autem ſigna, uelut eorum que circa corpus accidunt? Dicunt enim & medicorum gratioſi, oportet ualde intendere ſomnijs. Conueniens autem: ſic exiſtimare & artificibus quidem, conſiderantibus autem aliquid & philoſophantibus.*

Hac diuiſione præmiſſa, ponit hanc cõcluſionẽ primo, ſomnia ſunt duplicia, alia ſunt cauſæ eorum, quæ noſtris corporibus accidunt, alia ſunt effect9 eorum quę noſtris corporibus accidunt, & ſomnia, quæ ſunt ſigna, aut ſunt ſigna humorum, aut paſſionum cordis, aut habituum animæ, ut poſtea dicetur, unde dicit. Sunt ergo ſomniorum, hæc quidem cauſæ, hæc autem ſigna, nõ quidem proprie cauſæ aut ſigna, ſed uelut cauſæ, aut ſigna eorum, quę circa corpus noſtrum accidunt, & primo exponit, q̃ ſomnia ſint ſigna euentuũ, & breuiter (ut Themi. inqt) ea ſomnia ſigna ſunt, per quę affectiones aliquę animę, aut habitus aĩę, aut corporis notantur, qđ auctẽ medicorum probat, & dicit. Dicũt enim & medicorum gratioſi & peritiores ꝙ op3 ualde intendere ſomnijs, quę nobis accidũt. Addit tñ Ariſto. ꝙ conueniens eſt non ſolum artificib9 ſic exiſtimare ſomnia, ſed cõſiderãtibus, & phantibus. Medicis. n. ſigna ſunt morborum, phis ꝓo ſigna ſunt affectionũ aĩę, ergo omnibus conuenit hęc diligẽter attẽdere.

*Nam motiones que interdiu contingunt: niſi magnæ admodum forteſq; ſint, maioribus illis que ſecundum uigiliã fiunt, offonduntur. At in ſomno: contra fit: tunc enim quæ paruæ ſunt: eſſe magnæ creduntur. Id quod facile conſtat, ex ijs que in ſomno contingere ſolent: ſæpe enim accidit: ut dormientes modico ſtrepitu ex audito, fulminare & tonare putemus: & tenui pituita diſtilante: melle aut dulci alio ſapore frui: & exiguo calore in quibuſdã corpis partibus exorto: ſup prunas ambulare, & uehementer calefieri. Excitati uero: iſthæc, hoc habere modo deprehẽdimus. Quare cum exordia omnium parua ſint: certum eſt & principia morborum & cæterarum affectionum quæ in corpore perficiendæ ſunt, imbecilla eſſe oportere. Patet igitur: neceſſario hæc in ſomnis euidentiora eſſe quã in uigilia.*

*Nam qui in die motus: niſi magni ualde fuerint & fortes, latent ſecus maiores qui in uigilando ſunt motus. In dormiendo aũt, contrarium, etenim parui: magni uidentur eſſe. Manifeſtũ autem, ex ijs quæ inſomnijs accidunt frequenter, arbitrantur enim fulgura cadere ac tonitrua fieri, paruis ſonis in auribus factis, & melle & dulcibus ſaporibus perfrui, tenui flegmate defluente, & ambulare per ignem, & calefieri uehemẽter, paruo calore circa quaſdam partes facto. Expergefactis autẽ, hæc manifeſta hoc modo ſe habere. Quare quoniam parua omnium principia, manifeſtum ꝙ & ægritudinum & aliarum paſſionũ quæ in corporibus debent fieri. Manifeſtum ergo, ꝙ neceſſariũ hæc in ſomnis eſſe patientia magis q̃ in uigilando.*

Dictum eſt, ꝙ cauſæ excitantes ſomnium eſt diffuſio cholere uel flegmatis in ſanguine, hæc enim diffuſio excitat ſpẽtum ſeruatam rerum calidarũ, uel frigidarũ ad generandum motus phantaſticos q̃ vñr calidi & ignei ſenſui cõi. Quæret ergo qs cur magis excitat in nocte, & in ſomno, q̃ in die & in uigilia. Reſpõdet ergo & aſſignat cãз, & inquit. Nam qui in die motus ſunt, ab hmõi humorib⁹, licet excitẽt ſpecies ad generãdũ quę illis cõueniũt, tamẽ phãtaſmata genita ab illis ſpẽb⁹ in die & in uigilia nõ percipiũtur, niſi magni ualde fuerint, & fortes, cũ enim parui ſunt, iuxta maiores, q in uigilãdo ſunt mot⁹, latẽt. In dormiẽdo aũt cõtrariũ, eteni pui magni uident̃ eẽ. & hoc exponit, & dicit. Manifeſtũ aũt ex ijs, q̃ in ſomnijs accidũt frequẽter, nã, ut inqt pua choſa aucta, & diffuſa p uias & locũ memoratiuæ excitata ſpẽ calidorũ ad cauſandũ phãtaſmata rerũ ignearũ ſomniãtes arbitrant̃ fulgura cadere, & puis ſonis factis in aurib⁹, arbitrant̃ tonitrua fieri, & tenui flegmate dulci defluẽte arbitrant̃ melle, & dulcib⁹ ſaporibus pfrui, & puo calore circa q̃ſdã ptes facto, arbitrãtur ambulare p ignẽ, & calefieri uehemẽter. Expgefactis aũt, depræhẽdunt̃ hæc ſe hr̃e hoc pacto, ꝙ ſint leuia, & nõ magna, qm̃ in die nõ pcipiunt̃. Tũc cõcludit ꝙ ſigna ſomnia ſint, & dicit. Quare qm̃ pua ſt oĩum rerũ pricipia, ideo manifeſtum eſt ꝙ ægritudinum, & aliarũ paſſionũ, quæ in corporibus debẽt fieri, ꝙ principia debẽt eſſe parua, & ſic ſigna ſunt ſomnia horũ paruorũ principiorum, e quibus ægritudines erũt. Ideo infert, ꝙ talia ſomnia, & tales motus magis patẽt in ſomno q̃ in uigilia. Ex his patet quõ ſomnia poſſint eẽ ſigna, qm̃ ſomnium naturale ſiue humorale eſt ſignũ futuræ febris, ut ſomniare ignea, ſignificat, ꝙ ſpẽs reſeruata rerũ calidarũ ſit excitata a calore, ac cholera, & ſic ſignificat plenitudinẽ humorum calidorũ, & p ꝯñs febrẽ, ita quoq dici põt de flegmate, ac de alijs humoribus. Excitat̃ enim ſpecies reſeruata ad generãdũ phãtaſmata ꝑ rõne excitãtis et diſponẽtis ſanguinem ſpirituoſum. Ex his patet ꝙ ſomnia quæ eorũ, q̃ nobis accidũt, ſigna ſunt, alia ſunt ſigna alterationẽ corporis, ut ſigna humorũ, alia ſigna paſſionũ quę ꝓficiſcunt̃ ab amoribus uel timoribus. Alia ſigna habitũ ut quæ procedunt ab artib⁹, aut ab aſſuetudinibus, aut ab uſibus.

Somnia ſunt ſigna morborũ.

*Sed & quædam ex uiſis illis quæ per ſomnum apparẽs, cauſas eſſe ſuorum cuiuſq; actuum, a ratione minime abhorret, ut enim qui acturi aliquid ſunt, aut qui nunc id agunt, aut qui iam egerunt, plerũq; hoc idem per ſomnia contuentur & adminiſtrant, quia diurna initia ad talem motum quaſi uiam quãdam præparauere, ita ecõuerſo neceſſarium eſt ut plerũq; motiones quæ ſe per ſomnum offerũt, principia ſint eorum quæ interdiu gerimus, quia econtrario & hæc antea inter nocturna uiſa mẽs noſtra concepit. Ad hunc igitur modum, e ſomnijs nonnulla. tũ ſigna, tum cauſas eſſe contingit.*

*At uero quædam quidẽ q̃ in ſomnis phantaſmata, cauſas eſſe propriorum cuiuſq; actuum, non eſt irrationabile, quẽadmodum enim debentes agere, & in actibus exiſtentes: aut operati, recta ſomnia ſæpe his cointuemur & agimus, cauſa autem ꝙ præparatus exiſtit motus a diurnis inchoationibus, ſic rurſus neceſſarium eſt eos qui in ſomno ſunt motus, frequenter principium eſſe diurnorum actuum, eo ꝙ præparata ſit rurſus & horum intelligentia in phantaſmatibus nocturnis. Sic ergo contingit, ſomniorum quædam ſigna & cauſas eſſe.*

Probauit primam concluſionem. v3. ꝙ quędam ſomnia ſint ſigna eorum quæ nobis accidunt, nunc probat ſecundam, & primo reſumit illam, & dicit. At ṽo quædã quidem quæ in ſomnis phantaſmata, cauſas eſſe propriorum actuum cuiuſq; hominis, non eſt irrationabile. Cuius cãm aſſignat, & dicit. Quemadmodum enim debentes aliquid agere, hoc eſt qui acturi aliquid ſunt, aut in actibus exiſtẽtes, hoc eſt qui nunc agũt id, aut operati, hoc eſt, aut qui iam egerunt, recta ſomnia ſæpe his cõuenientia intuemur, & agimus, quæ aut egimus, aut agere intendimus, aut agere iam cæpimus. Cãm affert, & textus ſuſpẽſiuus eſt, uſq ibi { Sic rurſus } & dicit. Cauſa autẽ, ꝙ motus phãtaſticus præparatus exiſtit a diurnis inchoationibus, diurna. n. initia ad talem phantaſticum motum quaſi uiam quãdam prępararunt. Sic cõtra rurſus neceſſarium eſt eos motus, qui in ſomno ſunt, frequenter principium eſſe diurnorum actuum, quoniam in phantaſmatibus nocturnis præparata eſt intelligentia. Quidã cæpit diſputare an ſibijpſi ſplenetico conferret, minutio ſanguinis ex uenis manus eius partis, in qua ſplen eſſet, & cum cæpiſſet hoc diſſerere, ſomniauit ſe flobothomatum a uenis manus a ſplene euaſiſſe, adueniẽte die, & expergefact⁹ uenas manus, ut ſomniauerat apuit, & conualuit. Patet ergo ſomniũ fuiſſe cãm futuræ ſanitatis. Tũc Ariſto. cõcludit. Sic ergo cõtingit ſomniorum quędã eſſe ſigna, quędam ṽo cauſas.

Somniũ dicinale.

*At complura perſimilia habentur ijs quæ temere ac uice fortuita proueniunt, præſertim extrema illa ſupraq; omnẽ fidem hominis poſita, & ea quorum origo in nobis non eſt, ſed de nauali pugna ſunt & ijs quæ procul a nobis geruntur.*

*Plurima uero accidentibus aſſimilantur, maxime aũt & trãſcẽdentia omnia, & quorum non eſt origo in nobis, ſed de nauali bello & de ijs quæ procul accidunt, ſunt.*

Tertiam ponit cõcluſionẽ, & dicit. Plurima ṽo ſomnia aſſimilantur accidentibus & cauſis fortuitis, maxime aũt reſpectu eorum quæ omnia & tranſcendentia ſunt, & pro ideſt, quorum non eſt origo in nobis, ſicut de nauali bello, & de his quæ procul accidunt, ſunt. Eſt ergo concluſio ſomnia ſunt caſuales cauſę externorum, quæ nobis extrinſecus occurrunt & procul a præſenti tempore, unde The. aſſerit fortuita eſſe ſomnia, q̃tiẽs ardua illa, extremaq uehemẽter, & ſupra omnẽ fidẽ hoĩs poſita ſomniamus, deĩ de ea quorũ origo ſita ĩ nobis nõ eſt, ut naualis pugnæ ei⁹ quę ĩ terra pſide cõmiſſa ſit. Poſtremo ea oĩa, quę a nobis procul geruntur, horum. n. ſomnia fortuitas cauſas eſſe, nemo eſt qui dubitat.

*Nam de his eo modo ſtatuendum eſt, quo ſtatuitur, cũ id forte fortuna euenit, quo de quis mentionem faciebat. Quid enim prohibet, quo minus idem in ſomno contingat? immo uero, multa eiuſmodi contingere par eſt. Quemadmodum igitur mẽtio de quoppiam, neq; ſignum, neq; cauſa fuiſſe poteſt cur idem ad nos acceſſerit, ita neq; ſomnium, ſignum aut cauſa dicẽdum, quamobrem ſic prorſus euenerit ut ſomniãti apparuerat, ſed fortuitum quid temerariumq;.*

*De his enim eodem modo ſe habere ueriſimile eſt, ut quando memoranti de aliquo, cõtigerit hoc factum eſſe. Quid enim prohibet & in ſomnis ita? magis autem ueriſimile, multa huiuſmodi accidere. Quemadmodum igitur meminiſſe de aliquo, neque ſignũ, neq; cã accedendi ipſum, ſic nec ibi eueniendi, ſomnium uidenti ſignum aut cauſa, ſed ſymptoma.*

Propoſitam



Propoſitam cõcluſionem probat, & dicit. De his enim eo modo ſe habere ueriſimile eſt, ut quando memoranti de aliquo faciendo memoranti dico, aut per imaginationem, aut uerbis, contingit hoc factum eſſe. Sæpe enim mẽti occurrit amici recordatio, & amicus adeſt, ſæpe etiã cũ loquimur de uirtute aut uitio alicuius, uir ille adeſt, unde prouerbio dicitur, lupus eſt in fabula, quid enim prohibet & in ſomnis ita accidere, magis autem ueriſimile eſt multa huiuſmodi accidere, cum enim multa imaginemur in ſomno, nihil prohibet nobis ita ſomniantibus, accidere ut ſomniauimus, unde uim rationis reſumens (inquit) Quẽadmodu3 igitur meminiſſe de aliquo, ut de facto, aut de amico, neq ſignum, neq cauſa accedẽdi ipſum eſt, ſic nec ibi ſomnium cauſa erit aut ſignum eius, quod euenit, ſed ſymptoma, ac fortuita cauſa.

*Vnde etiam fit, ut plurima ſomniorum minime euadant, nã quæ fortuita ſunt, neq; ſemper, neq; maiori ex parte accidũt.*

*Ideo, & multa ſomniorum non eueniunt, ſymptomata enim, neq; ſemper. neq; frequenter fiunt.*

Ex his concludit, propter quid plerũq ſomnia nõ eueniunt, & dicit. Ideo & multa ſomniorũ non eueniunt, quoniam ſunt accidentia ac ſymptomata, quę neq ſemp neque frequenter fiunt.

*Ad ſummam, cum e cæteris quoq; animantibus aliqua ſomnient, haudquaquam inſomnia à deo miſſa ueniunt, aut ad eum finem nobis adiuncta fuere, dæmonia tamen haberi debẽt, nam & natura, dæmonia eſt, non diuina.*

*Omnino autem quoniam & aliorum animalium ſomniant quædam, a deo utiq; miſſa non erũt ſomnia, neq; facta ſunt huius gratia, dæmonia tamen, natura enim, dæmonia, non diuina.*

Secundum Themiſtium Ariſtoteles redit ad aſſignandam cauſam, quare ſomnia aliquando eueniũt, & ꝙ multi per ſomnia diuinant. Et ponit hanc concluſionem. ſomnia, quæ aliquando contingũt, non ueniunt a deo, ſed ab humore melancholico excitante ſpecies reſeruatas ad multiplicem phantaſmatum generationem. Primo ergo probat primam partem, & dicit. Omnino autem quoniã & aliorum animalium ſomniant quędam a deo utiq miſſa non erunt ſomnia, nec fuerunt nobis data ad eum finẽ, ut euenirent hæc eſt prima pars, & eius probatio. Nõ enĩ eſt conſonum deum dare brutis ſomnia, ut ipſis eueniãt, ergo nec hominibus, quibus enim cauſis ſomnia dant̃ brutis; his dantur nobis, ergo ſi brutis non dãtur ut eueniãt, nec hominibus dari debent, ut eueniant. Hæc eſt optima ratio contra ſomnia, poteſt tamen aliter ratio intelligi, ꝙ ſomnia non ſunt data brutis a deo, nec huius. ſ dei gratia quare nec hominibus. Deinde ponit ſecundam partem, & lege ſic, licet ſomnia non ſint diuina, dęmonia tamẽ ſunt. Et ne quis credat eẽ dęmonia, ꝙ ſint a ſpiritu dæmonico, exponit quid per dæmonia intelligat, & dicit. Natura enĩ dæmonia eſt, & non diuina, ut humor melancholicus ab Auicenna demonium dicitur, ergo uult habere ſomnia euenire propter dæmoniam naturam. hoc eſt propter humorem melancholicum, qui apud antiquos dæmon dicebatur, euenit dico quaten⁹ excitat ſpecies reſeruatas ad multiplicem phantaſmatum generationem.

Bona ratio contra ſomnia.

*Cuius rei indicio eſt, ꝙ degeneres admodum & gregarij homines futura præuident, & ita ut res habet ſomniãt, tanquam non delegante ſomnia deo. Verum prout quiſq; natura locutuleius eſt, aut uitio bilis atræ laborat, ita multifarias uiſiones experitur. Quia uero plurimis & uarijs ſpectris feriuntur, aliquando in ſomnia illa quibus euentus quidam reſpondet, incidunt, ſicuti nonnulli, cum totum diem certant, interim præmiũ capiunt. Nam quod in prouerbio eſt. Si ſæpe iacias, aliud alias ieceris, idem & in ſomnijs contingere ſolet.*

*Signum autem, ualde enim ſtulti homines, præuidentes ſunt & recte ſomniantes, tãquam deo non mittente. Sed quorũcũque quaſi loquax natura eſt & melancholica, multimodas uiſiones uident. Eo uero quod ſecundum plura & multifaria moueantur, aſſequuntur, ſicut quidam tota contendentes, rapiunt. Nam quemadmodum & dicitur. Si multa iacias, alias aliud iacies, et in his hoc accidit.*

Quod non a deo, ſed a dæmonia natura, hoc eſt ab humore melancholico concitentur probat a ſigno, & dicit. Signum autem, quoniam autem, quoniam ualde ſtulti homines præuidentes ſunt, & recte ſomniantes, tãquam deo non mittente. Stulti enim in uigilia prædicunt, & etiã in ſomno recte ſomniant, quia enim ſunt ſtulti, deus ipſis, ſomnia non mittit, quia uero prædicunt, & ſomniant recte, ſignum eſt ꝙ ab humore melancholico excitantur ſpecies. Et hoc exponit, dicens, ſed quorũcũq quaſi loquax natura eſt, & melancholica, & in ſomno multimodas uiſiones uident, & in uigilia multa imaginantur, eo uero ꝙ ſecundum plura & multifaria phantaſmata moueãtur, & concitentur & in prædicendo, & in ſomniando aſſequuntur finem, & eis ita reſpondet in re. Veluti quidã tota die certantes, contendentes tandem rapiunt, & præmiũ capiunt. Aliqui enim tota die iaculantes, aliquando ſignum attingunt, & præmium ſumunt, probat hoc idem ueteri prouerbio dicẽte. Si multa iacias, alias aliud iacies, qui. n. multa iacit, diſpariliter alia atq alia iacit. Idem & in his ſomnijs accidit. cum enim multi ſomnij ſint melancholici, aliquando eorum ſomnijs quædam reſpondent. Sic igitur patet ſomnia non euenire niſi temere, & aliquando natura melancholica ſpecies ad multiplicia phantaſmata generanda concitante.

*Nec uero abſurdum eſt, plurima non euadere. Nam neque ea ſigna quæ in corpore uiſuntur, aut in cœlo ut quæ imbreis aut flatus prætendunt, ſemper eueniunt, ſi enim alius uehementior motus ingruat quam ſit iſte futurus à quo illa fiãt, tum ex ſigno nihil ſequi ſolet. Sed & plurima agendorum de quibus conſilium optima ratione inieris, ſuperuenientibus initijs alijs grauioribus, in irritum decidunt, nec enim prorſus omne fit, quod futurum erat, neq; idem eſt, fore, & eſſe futurũ. Sed dicendum eſt, & principia eſſe a quibus nihil emergat, & ſigna quæ nullus approbet effectus.*

*Quod autem non eueniunt multa ſomniorum, nihil inconueniens. Neque enim, eorum quæ in corporibus ſunt ſignorum, & cœleſtium, uelut quæ aquarum & quæ uentorum. Si enim alius uehementior iſto acciderit motus a quo futuro, non fit ſignum. Et multa conſulta bene quæ fieri expediebat, diſſoluta ſunt, propter alias digniores inchoationes, omnino enim non omne fit, quod futurum erat, neque idem quod erit, & ꝙ futurum eſt. Verumtamen principia dicendum eſſe, a quibus non perfecta ſunt, & ſigna natura ſunt hæc, aliquorum quæ non facta ſunt.*

Dictum eſt quod aliqua ſomnia ſunt ſigna eorum, quę nobis accidunt. contra, quoniam multis ſomnia uiſa ſunt; ignea, ut qui ſomniarit eſſe poſitum in fornace, & tamen non ſucceſſit febris. ergo non eſt uerum, quòd aliqua ſomnia ſint ſigna. Reſpondet, & dicit. Quod autem non eueniant multa ſomniorum, quæ ut ſigna accepimus, nihil inconueniens eſt. Et hoc probat primo quidem, quoniam neque eorum ſignorum, quæ ſignificant quæ in corporibus noſtris accidunt, ſemper eueniũt. Sæpius enim urina mortem ægri prædixit, & non eſt mors

ſecuta, & tamen urina dicitur ſignũ mortis. Secũdo quoniam neq; cœleſtium ſignorum ſignificationes ſemp̃ euenerunt, uelut quæ aquarum, & quæ uentorum. Corona enim circa lunam uentum et pluuiam ſignificat, non tamẽ ſemper ita euenit. Cauſam affert, et dicit. Si enim alius motus uehementior iſto acciderit, ꝙ̃ ſit iſte futurus, a quo illa fiant, non fit ſignum, hoc eſt ex illo ſigno nihil ſequi ſolet, ſuperueniẽte fortiori motu, ſignum priſtinum deletur. Tertio hoc idem probat ab his, quæ accidunt in agendis, & dicit. Et multa conſulta bene quæ fieri expediebãt propter alias digniores inchoatiões, & propter noua emergẽtia, quæ magis urgent, diſſoluta ſunt. Cauſam affert, & dicit. Omnino enim nõ omne fit, quod futurum erat, multa enim ſunt futura, quę nũquam fient, neque idem eſt quod erit, & quod futurum eſt. Omne enĩ quod erit, fiet aliqñ, non autem omne futurum, fiet aliquando. Dedit enim Ariſtoteles differentiam inter id quod erit, & id quod futurũ eſt libro ſecundo de generatione, ubi uoluit, quod erit aliquando fieri, quod futurum eſt, non ſemper aliquando fieri. Ideo dicit quid eſt rei principium, & quid rei ſignum, & dicit. Verũtamen principia dicendum eſt ea eſſe a quibus opera ſunt ſolum inchoata, non autem perfecta. Similiter ſigna natura hæc ſunt, quæ eorum ſunt, quæ non cõpleta ſunt, ergo ſignum & principium non intelliguntur rei perfectæ, per quæ dat intelligere ꝙ duplex eſt ſignũ, uel principium, uel rei factæ, & ſic neceſſario his ſtantib⁹, res cuius eſt ſignum, uel principium eſt, uel res futuræ, & ſic non neceſſario ſigno uel principio poſito, res eſt.

*De ſomnijs uero quæ eiuſmodi principia non habent qualia diximus, ſed ab hiſce qui ſomniant aut temporibus, aut locis, aut magnitudine abiuncta ſunt, aut eiſdẽ uicinitate aliqua adiũcta ſunt, non tamen principia eorum continent, niſi temere futura præſentiantur, ſic ſtatuẽdum ut ſequitur potius eſt, quam ut Democritus aſſerit, ſomnia ſimulachris & defluxibus accepta referens.*

*De his uero ſomnijs quæ non huiuſmodi habẽt origines, ſed dilationes, uel tẽporibus, uel locis, uel magnitudinibus, uel horum quidem nihil, non tamen habentibus in ſeipſis principia q̃ uident ſomnia, niſi præuiſio fiat, ab accidente, tale utiq; erit magis, q̃ ut dicit Democritus idola & defluxiones cauſans.*

Redit ad diſputandum de ſomnijs, quæ ſunt rerum nõ exiſtẽtium in nobis, ſed procul aut tempore, aut loco, aut ſi res ſint prope, nihil attinẽt ad nos, & uult ꝙ ſomnia nõ cauſæ non ſigna, ſed accidentariæ cauſæ ſunt horum, & dicit. De his ueris ſomnijs, quæ non habent huiuſmodi origines, ſcilicet aut ab humore, aut ab effectione animi, neque earum rerum ſunt, quæ originem habẽt in nobis. Sed habent dilationes & ſunt rerum procul a nobis uel tẽporibus uel locis, uel magnitudinibus & ſpatijs, uel ſi ſint rerum, quæ nihil horum ſint, ſed ſint prope nos, modo non proficiſcãtur a principijs, quæ ſunt in nobis, niſi prę uiſio præceſſerit, omnia talia ab accidente magis ſunt, quã ut dicit Demo. a defluxione deferente idola ad nos nocte, & in ſomno. Eſt ergo concluſio, ſomnia quæ non pendẽt ab his, quæ inſunt nobis, aut natura, aut affectione, neq; eorũ ſunt, quæ a nobis pendent, accidentia ſunt eorum, quę eueniunt. Animaduerte ꝙ omne ſomnium uenit ab aliquo exiſtente in nobis, quoniam omne ſomnium fit a ſpecieb⁹ rerum ſenſibilium reſeruatis in ſenſorijs, ſed Ariſto. aſſerit ea ſomnia non uenire ex his, quæ in nobis ſunt, quæ eueniunt, nec humore concreante, nec affectione compellente, nec habitu animæ manente, & ſunt earum rerum, quæ non ſunt in nobis.

*Nam quemadmodum ſi quis aquam aut aerem propellat, pars commota ſubinde aliam commouet, ceſſanteq; illo accidit talem motum quadãtenus progredi auctore etiamnum abſente, ita nihil obſtat motus quoſdam & ſenſus ad animas ſomniãtes peruenire ab ijs rebus a quibus ille exuuias & imagines mitti affirmat.*

*Quemadmodum enim cum quis mouit aquam uel aerẽ, hoc aliud mouit, & quieſcente illo accidit huiuſmodi motum prodire uſq; ad aliquid, illo qui mouit non præſente, ſic nihil prohibet motum aliquem & ſenſum pertingere ad animas ſomniantes, à quibus ille idola facit & defluxiones.*

Hæc Themiſtius refert ad opinionem Democriti, dicẽtis ſomnia fieri, quia idola deferuntur ad ſenſus noſtros de nocte, & in ſomno. Imaginatur enim ꝙ res quantũcũque procul, aut loco, aut regione, multiplicãt idola, & ſpectra in aere, & per aerem deferuntur ad nos dormientes, & recepta in ſenſorijs faciunt ſomnia, unde dicit. Quemadmodum enim cum quis mouit aquam uel aerem, aer uel aqua mota mouit aliud, adeo ꝙ quieſcente illo primo mouente accidit huiuſmodi motum peruenire uſq; ad aliquid determinatum, ſic (vt Democritus inquit) nihil prohibet motũ aliquem & ſenſum, hoc eſt ſpectrum ſenſitiuum pertingere ad animas ſomniantes, a quibus ille Democrit⁹ idola facit, & defluxiones, hoc eſt ab illis ſenſibilibus, a qb⁹ Democri. cenſet idola fieri ergo Democrit⁹ aſſerit idola multiplicari in aere a rebus ſenſibilibus procul diſtantib⁹, & p̃ aerem deferri uſq; ad ſenſoria, & per ſenſoria aĩam intrare, & cor, & facere ſomnia.

*Et quocũq; peruenerint, impenſius noctu ſentiri, quia interdiu delati diſſoluantur, eſt enim aer noctis, ab omni turba liberior, q̃ noctes uento minus infeſtentur, & in corpore facere ſenſum, ratione ſomni, q̃ motiũculas interiores dormientes melius quam uigilantes ſentiſcant. Porro hi motus, uiſa dormientibus afferunt, per quæ uaticinari futura de rebus ipſis aſſolent.*

*Et quocũq; fuerint pertingentes, magis ſenſibiles eſſe nocte, eo quod qui in die deferuntur, diſſoluuntur, magis enim ſine turbatione aer noctis, eo q̃ ſilentiores ſint noctes, & in corpore facere ſenſum, propter ſomnum, eo q̃ & paruos motus qui intrinſecus, ſentiunt dormientes magis quam uigilantes. Hi uero motus, phantaſmata faciunt, ex quibus præuident futura de huiuſmodi.*

Sed dices contra Democtitum cur hæc idola multiplicata a ſenſibilibus procul exñtibus potius nocte deferunt quam die. Amplius cur potius ſomno percipiuntur & faciunt ſomnia. Reſpondet Ariſtoteles pro Democrito, & dicit hoc accidere ex p̃te noctis, & ex parte noſtra, et dicit. Et quocũq; motus iſti fuerint pertingentes magis ſenſibiles eſſe nocte aſſerit, eo ꝙ qui in die deferuntur, diſſoluũtur: quoniam aer noctis tranquillior, & magis ſine turbatione eſt, eo ꝙ noctes ſilẽtiores ſint, ergo ex parte noctis melius deferuntur. Secundo hoc idem probat ex parte noſtra, & dicit. Et ĩ corpore dicit hęc idola facere ſenſum in ſomno propter ſomnum, eo ꝙ (ut dictum eſt) & paruos motus qui intrinſecus ſunt, ut motum cholerę, aut flegmatis ſentiunt dormientes magis ꝙ̃ uigilantes, tunc recolligit opinionem Demo. & dicit. Hi uero motus uenientes extrinſecus phãtaſmata faciunt in nobis, ex quibus fiunt ſomnia, & ſomniantes, de huiuſmodi, quorum principium non eſt in nobis, futura pręuident. Hæc eſt opinio Democrita, per q̃ uult hr̃e, ꝙ ſomnia nõ ſint a deo.

*Et ob id, quibuſuis ſine lege ulla, non prudentiſſimis, præſagare contingit, nam ſi deus ſomnia mitteret, præſagia interdiu fierent, & ſapientibus darentur. Sic autem ſtolidiſſimos quoſq; præuidere par eſt, mens enim omnium id genus hominum curis referta non eſt, ſed quaſi deſerta & cogitationibus uacua, ſed et cum mouetur, id quod eam mouet, ſequi ſolet.*

*Et ideo, accidit paſſio hæc quibuſlibet, & non prudentiſſimis, in die enim utiq; fieret, & ſapientibus, ſi deus eſſet mittẽs. Sic autem ueriſimile, quoſlibet præuidere, nam intelligentia horum non eſt curis affecta, ſed tãquã deſerta & uacua omnibus, & mota; ſecundum mouens ducitur.*

Ex his uult concludere ſm̃ Democritum ꝙ non fiãt ſomnia a deo, uel fortaſſe hoc quod hic cõcludit eſt primũ quod concludit de mente propria, & dicit. Et ideo, accidit paſſio hæc quibuſlibet hominibus indifferenter ſʒ Democritum, & non prudentiſſimis ſolum, quoniam ſi accideret prudentiſſimis ſolum, fieret hæc paſſio de die, & ſapientibus ſi deus hęc mitteret, qm̃ uero ſecũdum Democritum non a deo fiunt, ſed per defluxionem idolorum, iõ ueriſimile eſt quoſlibet homines poſſe per ſomnia præuidere, & quidem in ſomno, nam intelligentia horũ dormiẽtium non eſt curis affecta ſicut de die, ſed eſt tãquã deſerta & uacua omnibus, & mota ducitur ſecundum mouẽs, & pro ratione eius, quod ipſam mouet. Per quæ (ut Themiſtius innuit) uult habere, ꝙ præuidere per ſomnia poti⁹ noſtra & in ſomno eſt, ꝙ̃ in uigilia & in die, & hoc tenendo ꝙ aliqua pręſcientia ſit per ſomnium, hoc eſt primum fortaſſe quod Ariſtoteles aſſerit.

*Quoſdam uero eſſe qui in exceſſu mentis futura p̃ſtiant, id cauſæ eſt, q̃ uernaculi motus illos non infeſtent, ſed procul ab eis ſubmoueantur, ex quo fit, ut peregrinos maxime ſentiant.*

*Et q̃ quidam ecſtatici præuident, cauſa eſt, quoniam proprij motus non infeſtant, ſed longe proijciuntur, extraneos ergo maxime ſentiunt.*

Cum declarauit, ꝙ ipſa præſcientia per ſomnia magis noſtra & in ſomno accidat, quaꝫ interdiu, & in uigilia, hic uult declarare, quibus magis præſcientia accidat, & dicit. Et ꝙ quidam ecſtatici, hoc eſt mente occupati præuideãt & præſagiant futura. Cauſa eſt, quoniam his ineſt mens ſilenta, deſerta, ac cogitationibus proprijs uacua, quarũ plenus animus philoſophantium eſt, unde inquit. Quoniã proprij motus non infeſtant eorum ſenſus, ſed longe proijciuntur & ſentiunt, & ita extraneos maxime ſentiunt, & qui extrinſecus generantur.

*Eſſe item aliquos qui certiſſima ſomnient, & de neceſſarijs & amicis ſuis potiſſimum quẽq; futura præuidere, hinc euenit, q̃ neceſſarij de ſe mutuo impenſe ſolliciti ſunt: ut enim de longinquo ſe maxime agnoſcunt & ſentiunt, ita & ſuos quoq; motus, qñquidem, rerum notiorum motiones, notiores habentur.*

*Quoſdam autem recte ſomniantes eſſe, & notos de notis maxime præuidere, accidit, eo q̃ noti maxime pro ſeinuicem ſolliciti ſunt, quemadmodum enim procul exiſtentes maxime cognoſcunt et ſentiũt. ſic et motus: notiorũ enim, notiores ſunt motus.*

Tertio declarat, de quibus ſomnia magis eſſe ſoleãt, & dicit. Præterea accidit & quoſdam eſſe ſomniãtes recte, & præſertim de notis maxime notos & ſibi cognitos prouidere, ut de amicis, filijs, & id genus. Cauſam affert, & dicit, hoc eſſe, eo ꝙ noti & nobis cogniti magis ſunt ĩ noſtra cura ac ſollicitudine. Videmus enim ꝙ quando aliqui ſunt inuicem noti procul occurrentes mox ſe cognoſcũt, & hoc propter notitiam, ſic & motus phantaſtici q̃ ſunt de nobis notis occurrente ſæpe in nocte, quoniam fortiter ſunt illlorum ſpecies impræſſe, & ſic fortiores ſunt in mouendo, ut dictum fuit proximo libro. Cauſam affert, et dicit. Notiorum enim notiores & frequentiores ſunt motus phantaſtici.

*Melãcholici uero, propter naturæ ſuæ uehemẽtiam, eminus iaculatorum modo, collimant, necnõ propter mobilitatẽ, ocyſſime quod conſequens onnexũq; ſit, imaginantur. Nam quemadmodum qui furore perciti ſunt poemata Philægidæ ſerie quadam cohibili conſtantia, dicere ac meditari, ut uenerem, & ita ad finem uſque præmere ſolent, ita melãcholici uiſa quæ perinde colligata ſint, celeriter recurrunt.*

*Melãcholici autem, propter uehementiam, quemadmodum iacientes, de longe bene cõiectant, & propter permutationem, cito adhærens imaginantur ipſi. Quemadmodum enim Philægidæ poem ata, & qui furioſi ſunt adhærentia ſimili dicunt & intelligunt, ueluti ſpumigenam, & ſic copulãt ad id q̃ lõge.*

Quarto declarat, ꝙ melancholici ad diuinandum & ad coniectandum futura, melius diſpoſiti ſunt, non ſolum in ſomno, ſed in uigilia, & huius rei cauſam ex ordine phantaſmatum in eis comperto, & multitudine, adeo ꝙ uno motu facto, ordinate cõiectant oẽs, unde dicit. Melãcholici autem propter uehemẽtiã, ac ſuę naturæ procacitatẽ, quemadmodum iacientes, hoc eſt uenatores hñtes telum ut illud in feram proijciant, de longe bene cõiectãt. Vt. n. uenatores uiſa fera etiam procul propter bonum ordinem teli, & aliorum, quæ pro capiẽda fera ordinata ſunt, quaſi poſſident feram, ac manu tollunt, ita melancholici efficacia animi rapida quaſi anticipãt futura, & propter permutationem facilem quam hñt ad oĩa conſequentia, uno ſigno appræhenſo, cito ipſi imaginantur quod illi ſigno eſt adherens & conſequens. Quemadmodum enim poemata Philægidæ, quæ nec perſonarum (ut Themiſtius inq̃t) nec narrationum diſputate interpollantur, ſed conſequentia annexaq; ſunt, facile audimus, & properantes abſoluimus, ſic & qui furioſi & melãcholici ſunt adherentia, hoc eſt ſerie & ordine conſequentia uno ſimili cognito, dicunt & intelligunt, ueluti ſpumigenam, hoc eſt Venerem quis a principio diceret, & uſq; ad finem pręmeret, ſic inſani, & phanatici copulant præcedentia ſigna ad id quod ſeq̃tur. Patet ergo tales homines maxime eſſe diuinatiuos propter debitum ordinem phantaſmatum, & imaginationũ, qui conſequitur naturam melancholicam.

*Præterea tanta concitatione rapi ſolent, ut motus eorum ab alio motu elidi aut retorquæri non poſſit.*

*Amplius autem propter uehementiam, non depellitur eorũ motus ab alio motu.*

Aſſignat ſecundam cauſam, ex uehementia motus quẽ hñt potius intrinſecus, quam extrinſecus, et dicit. Ampli⁹ autem propter uehementiam motus, ac impræſſionem phantaſmatum in melancholicis non facile repellitur motus ipſorum a motu ſenſibilium exteriorum. Ex his Ariſtoteles uoluit habere, ꝙ præuidere futura potius ſomno accidat ꝙ̃ uigilia, amplius ꝙ ecſtaci, qui mente laborant, diuinare ſolent. Ruſus melancholici, & phanatici, & phyſicas cauſas aſſignauit, partim multitudine imaginationum, partim ordine phãtaſmatum, partim efficacia motus interioris, qui non tollitur motu exteriori.

*Artificioſſimus ſomniorum interpres haberi debet, qui ſimilitudines perſpicere poſſit, nam recta claraq; ſomnia interpretari, cuiuſuis eſt. Dico ſimilitudines, quoniam, ut etiam præmonui, ſpectra ſimilia euadunt ſimulachris quæ in torrente apparent, ubi ſi multa commotio fiat, nullæ apparitiones aut ſimulachra ueris rebus ſimilia redduntur. Acerrimus uero apparitionum coniector eſt, qui celeriter perſpicere & diſcernere poteſt ſimulachra diſtorta alioqui & incondita hominem aut equum aut aliud quodcũq; id ſit, referre. Et ſomniorum itaq; coniector optimus eſt: qui ſimile quippiam internoſcere poteſt, cũ motio, ſinceritatem ſomniorum interturbare ſoleat. Sed q̃d ſit ſomnus, & quid inſomnium, & qua de cauſa utrũq; fiat, item de diuinatione quæ ab inſomnijs oriatur, dictum iam eſt.*

*Artificioſſimus autem eſt iudex ſomniorum, qui poteſt ſimilitudines inſpicere, recta enim ſomnia iudicare, cuiuſq; eſt. Dico autem ſimilitudines, quoniam ſimilia accidunt phantaſmata eis quæ in aquis ſunt idolis, ſicut & prius diximus. Ibi uero ſi*

*multus fiat motus, nõ ſimilis ſit apparitio & idola ueris Prõptus uero erit emphaſes iudicare, ꝗ poteſt cito inſpicere & ſentire diſſipata & diſtorta, idolorum ꝗ ſunt hominis uel equi aut cuiuſcũq;. Et ibi itaq; aliquid ſimile, poteſt ſomniũ: motus enim impedit rectum ſomnium. Quid igitur eſt ſomnus & ſomnium, & propter quam cauſam utrũq; horum ſit, amplius autem & de ea quæ ex ſomnijs eſt diuinatione, dictum eſt.*

Secũdum aliquos Ariſt. hic uult docere quõ ſomnia ſit interpretãda, qd̓ nõ nihil placet, qm̃ Ariſt. lꝫ ꝯceſſerit futura a qbuſdã poſſe ꝓuideri, ſomnia nõ niſi caſu futura p̃ſagire ꝓbauit, iõ ſaluo meliori iudicio. Aĩaduerte ꝙ iudicare ſomnia eſt duobꝰ modis. Vno q̃ ad ſignificationẽ futurorũ, & hoc nõ cõceſſit Ariſt. Alio mõ q̃ ad cognitionẽ phãtaſmatũ in repręſentãdo, & ſic iudicare ſomnia eſt referre phãtaſmata ad eas res, q̃s repręſentãt, & hoc eſt difficile ꝑꝑ cõfuſionẽ accidentẽ in phantaſmatibꝰ. Videmus. n. in nubibꝰ imagines adeo ꝑmiſtas aliqñ et cõfuſas, ut nõ diſcernamꝰ an ſint hoĩs, an centauri. Docet ergo iudicare ſomnia in quãtũ referũt ea q̃rũ ſunt phãtaſmata, non aũt inquãtũ ſignãt futura, vñ dicit. Artificioſiſſimꝰ aũt iudex ſomniorũ is eſt, q̃ põt cõtortas ſil̓itudines inſpicere, et eas referre ad ꝓprias res, quarũ ſunt ſpectra, recta. n. ſomnia, ac nõ cõtorta phãtaſmata iudicare, cuiuſq; eſt, & exponit ſe, & dicit. Dico aũt ſimilitudines qm̃ phãtaſmata ſimilia accidũt eis imaginibꝰ quę in aq̃s ſt̃, ut dictũ eſt. Ibi. n. ſ. in aq̃s ſi multꝰ fiat motus, nõ fit idolũ & apparitio ſimilis ueris rebus, iõ q̃s rectus emphaſes, ac coniector ſomnij ſit exponẽs ĩqt. Prõptꝰ ṽo erit emphaſes ac ꝯiector iudicare, ꝗ põt cito inſpicere, & ſentire diſſipata, & diſtorta idolorũ ꝙ ſint hoĩs, ul̓ eq, uel cuiuſq;. Cuiꝰ cãꝫ affert, ex eo q̃a ſomniũ põt ibi in tali cõfuſione hr̃e aliq̃d ſimile, nã motus ſanguĩs ſpirituoſi impedit rectũ ſomniũ. Demũ epilogat & dicit. Quid igiẽ eſt ſomnus, & q̃d ſomniũ, & ꝑꝑ q̃ cãm utrũq; horũ fiat, amplius dictũ eſt de ea diuinatione, quę eſt ꝑ ſomnia, hæc ſunt, quæ habemus ab Ariſt. de his tribus ꝓpoſitis.

Digreſſio de diuinatione.

Circa finẽ huius dubitatur, qm̃ Ariſt. uoluit triplicia ſomnia, alia ſigna eorũ quę nobis accidũt, alia cauſas alia accidẽtia, & dixit, ꝙ ſigna ſt̃ duplicia ſigna eorũ quę accidũt corpori, aut eorũ quę accidũt aĩę, & dixit ꝙ ſomnia quę ſunt ſigna eorũ quę accidũt aĩæ, ſunt ꝑ quę affectiones aliquę aĩæ notãtur, ut ſomnia quæ accidũt Ph̃is qbꝰ vr̃ eis, aut diſputare, aut legere, aut exercere ea quę Ph̃i ſunt, & ſomnia quę accidũt uenatoribꝰ, ꝑ quę vr̃ eis uenari feras, aut tẽdere laquea, aut id genꝰ. Somnia ṽo quę ſigna ſunt eorũ, quę accidũt corpori, ſt̃ ſigna quę pẽdẽt ab humoribus uel a paſſionibꝰ circa cor ꝯtingẽtibus ut a metu, ab amoribus, ab ira, & id genus. Hęc. n. oĩa ſomnia ſigna ſunt eorũ, quę nobis accidunt. Somnia ṽo quę ſunt cauſę ea ſt̃ qbꝰ in agẽdis dirigimur, ut dictuꝫ eſt circa textũ. Definiẽs ṽo ſomnia accidentia, dixit ea eſſe, quorũ principiũ & origo nõ eſt in nobis, per quę dat intelligere ſomnia quæ ſunt ſigna, & ſomnia, quę ſt̃ cauſæ, hr̃e originẽ ab his, quę ſunt in nobis, uel eſſe cauſas eorũ quæ ſunt in nobis. At ſomnia accidẽtia aſſerit nõ hr̃e originẽ ab his, quę ſunt in nobis, nec eſſe cauſas eorũ, quæ nobis accidũt niſi temere, ac caſualiter. Modo hoc vr̃ dubium, qm̃ oẽ ſomniũ fit ex ſpẽbus reſeruatis eorum ſenſibiliũ, quę præfuerũt in ſenſu, mõ ſpẽs iſtę ſenſibilem ſunt in nobis, ergo etiã ſomnia accidentia originẽ hñt ex his, q̃ ſunt in nobis. Dicendum, ꝙ oẽ ſomniũ hẽt originem ex ſpeciebus reſeruatis eorum ſenſibilium, quę pręfuerunt in ſenſibus exterioribus, uerũ ſpẽs reſeruatę aliqñ excitantur ad multiplicandam phãtaſmata in ſanguine ſpirituoſo deferente illa ad cor, ubi eſt uirtus ſomnifera, & hoc excitamẽtũ põt eſſe humor, nam ſi in uia quę eſt a loco ſpẽrum ad cor defluat modicũ de cholera, ſpẽs rerum ſenſibiliũ excitabuntur, & multiplicabunt phãtaſmata calidarũ rerum & ſic apparebũt fulgura uel ignes, ſimili mõ ſi in uia media defluet parum flegmatis, ſpẽs humidorum pollentes fient in multiplicando phãtaſmata humidorũ, et ſic de alijs. Amplius hoc incitamentum poteſt eſſe paſſio, quæ eſt circa cor, ut amores, aut timores, & id genus, excitanẽ enĩ ſpẽs ab his, ueluti excitantur ab humoribus. Amplius hoc incitamẽtũ eſſe põt habitꝰ aĩę, ut ſtudium ph̃ię, uenationis ars, & oẽ genus uiuendi, cuius habitus eſt in nobis. Tũc dicendum ꝙ licet oĩa ſomnia originẽ habeãt ex ſpẽbus reſeruatis, tñ ſunt quædã ſomnia, quæ nõ hñt originẽ a cõcitamentis ſpẽrũ, quę cõcitamẽta ſint in nobis. Q̃. n. quis ſomniet uidere reges in gloria uel honore, hoc nõ pendet ab humore, uel paſſione, uel habitu aĩæ, ſed ſolũ a ſpẽbus cõcitatis caſu, aut accidente, cũ. n. ſpẽs regis, uel alterius erãt cõſeruatæ, ſi multiplicent phãtaſmata, & ad cor per ſanguinem deferantur, hoc caſu, & accidente eſt, qm̃ nulla cõcitatiõe, aut ex ꝑte corporis, aut ex ꝑtę aĩę id euenit, ſed ſolũ, q̃a ſpẽs multiplicatæ incolumiter delatæ fuerũt ad cor, ueluti cũ multæ naues in fluctibus nauigãt, caſu fit, ut quæ minus debebat incolumis euadere, euaſerit. Amplius caſu fit, ut qui per latrones trãſierit, & debebat in illos incidere nõ incidit, ſic caſu eſt ut ſpẽs nõ cõcitatæ potius multiplicant phãtaſmata ad cor, q̃ꝫ concitatæ. Sic igiẽ pꝫ Ariſto. per originẽ quæ in nobis eſt, intellexiſſe cõcitamẽtum quo ſpẽs reſeruatę cõcitanẽ, ueluti dictum eſt, cũ. n. ſomnia eueniũt ſine tali cõcitamento, accidentia ſomnia appellat, qm̃ proficiſcunẽ a ſpẽbus reſeruatis, q̃ nulla cã exñte in nobis, aut in aĩa, aut in corpore, cõcitanẽ.

Sec. dub.

Secũdo dubitaẽ, quid intelligat Ariſto. ꝑ ſomnia quæ cõueniũt in ipſis melãcholicis, aut ecſtaticis, aut phanaſticis, & nõ in ſapientibꝰ Dicẽdũ ꝙ Ariſto. intelligit ꝑ talia ſomnia, ea quæ accñtia ſt̃, quęq; in nobis cõcitamentũ non hñt, qm̃ ſomnia quorũ origo eſt in nobis, ita eueniunt ſapientibus, ſicut ſtultis. Somnia aũt accidẽtia eueniũt melãcholicis aliqñ multitudine eorũ. Cũ. n. tot ſint, aliqua opꝫ, ut eueniãt, ut probatum eſt. Pręterea eueniunt ꝑꝑ ordinẽ imaginationũ, qm̃ imaginationẽ ĩ his ui humoris melãcholici, hñt ordinẽ & ſeriẽ, adeo ut una data, aliæ ſuccedant. Pręterea Melãcholici minus uacãt exteriorĩbꝰ ſenſibilibus, ideo magis ſentiũt motus internos a ſpẽbꝰ reſeruatis multiplicatos: vñ. Auer. dicit, ꝙ in melãcholicis ꝓpter ſiccitatẽ nõ eſt tãta euaporatio, et iõ phãtaſmata nõ ſunt ſic diſtorta, nam licet euaporatio in eis eleuata ſufficiat ſomno, nõ tñ eſt tanta, ut impediat opus phãtaſticĩ ſenſus ĩ ꝯponẽdo ſomnia. Præterea Melãcholici hñt imaginariã (vt Auer. inq̃t) optime diſpoſitã, quæ diſpõ eſt eſſe bñ firmã, & nõ celeriter ꝑmutabilẽ de uno phãtaſmate ĩ aliud. Frigiditas. n. facit tarditatẽ motus, ſiccitas ṽo firmitatem formę. Propter hæc melãcholici diu ſeruãt ſimulachra, q̃ ipſis apparẽt, & diu cõſultãt ut ex illis pręuideãt futura. Ideo accidit ut diuinẽt.

Ter. dub.

Tertio dubitaẽ, qm̃ ſapientes melius præuidẽt futura, q̃ꝫ melãcholici, & inſipientes. Melius. n. ſapiẽs medicus iudicabit de futura morte uel ſalute q̃ꝫ inſipiens melãcholicus. Melius ſapiẽs dux exercitꝰ iudicabit de uictoria, aut ſtrage, q̃ inſipiẽs melãcholicus. Melius ſapiẽs mathematicus de annonæ libertate uel charitate, q̃ inſipiẽs melãcholicus. Dicẽdũ ꝙ pręuidere futura poteſt eſſe ſꝫ Ariſt. bifariã. Aut ex motibus phãtaſticis, quorũ nulla origo eſt ĩ nobis pręter ſpẽs reſeruatas, ſiue hi motus accidãt in ſomno. Aut in uigilia, & hoc pacto melius melãcholici, & inſipiẽtes præuidẽt futura ꝑꝑ cauſas aſſignatas. Aut eſſe põt ex motibꝰ rationis, & memoria præteritorũ cũ noticia præſentium, & hoc pacto longe meliꝰ præuident futura ſapientes. q̃ inſipiẽtes melãcholici, qm̃ inſipiẽtes melãcholici nõ præuidẽt futura ex motu rationis: Ex his patet ꝙ melãcholici inſipiẽtes, licet ĩter tot innumeras imaginationes, quas ſentiũt, ĩ quãplurimis errãt, tñ lõge plura diuinant q̃ alij quicũq;, qm̃ inter tot multa, quæ prædicũt, pñt multa euenire, quæ licet pauca ſint reſpectu tot, quot prædicũt, tñ multa ſunt reſpectu eorum, quæ alij prædicũt. Veluti ꝗ etiã ſæpius ludit, licet in multis fallat, tñ vr̃ multa aſſequi, & lõge plura, q̃ is ꝗ raro ludit. Hęc habemus ab Ariſto. Alij tñ iuniores, quorũ origo fuit Albertus ſupra ſomnia, quę Ariſto. adinuenit, addũt ſomnia cœleſtia, quorũ origo eſt a cœlo. Imaginantur. n. cœlum alterare aerem qui nos continet, ut primo meteororũ & octauo phyſicę auſcultationis patet. Aerẽ ṽo alterare noſtra corpora, ad calidum, frigidum, & ad alias qualitates, per quas ſpecies in memoria ſeruatę excitantur ad multiplicandum phantaſmata repræſentantia ea, quæ attinent ad qualitates impræſſas, & per hunc modũ ſomnia non ſolum portendunt ea, quæ nobis contingunt, ſed ea q̃ noſtrã poteſtatẽ trãſcẽdũt. Si q̃s. n. ſomniet aquarũ exceſſum, ſi hoc ſomniũ originẽ non habeat ex his, quę ſunt in nobis, ſed ab impræſſiõe aquea cœleſti, ſomniũ portẽdet futurã pluuiã. Cœlũ. n. prius alterare põt aerẽ & corpora nr̃a ad dipoſitionẽ humidã, q̃ꝫ efficere effectũ principalem, cuius illa humiditas eſt diſpoſitio. Sẽſus. n. exiſtẽs purus in ſomno excitari põt, & diſponi, ut ſpecies cõcitenẽ, ut de pluuijs dicunt. ita quoq; de alijs dici poteſt. Huic fidem affert, quæ animalibus contingunt, nam gallus in ſomno ſentiens motum phantaſticũ excitatur, & cãtat, ſentit autem illum motum excitatꝰ a cœlo, grues pręſentiunt futuram pluuiam, & ſic cætera animalia. Dicũt tñ ſomniorũ interpręrationeꝫ eẽ difficillimã. Primo q̃dẽ ex ꝑte ipſorũ ſomniorũ, quæ nõ repręſentãt futura in propria forma, ſed uel in ſuo ſimili, uel in ſuo accidenti, uel in ſuo propinquo, modo difficile eſt ſimile referre ad ſuum cõpar. Secũdo difficile eſt ex parte cauſæ, quoniam difficile eſt ſcire an ſomnium pẽdeat ab humore, an a paſſione, an ab animæ habitu, an a cœleſti imprę ſſione. Tertio ex parte permiſtionis ſomniorum quę ꝓficiſcẽtia ab his omnibꝰ cauſis, aliquando permiſcenẽ, & cito ꝑmutãtur, adeo ut mõ hæc, mõ illa appareãt, modo q̃dẽ quę a cœlo ſunt, apparere, mõ quę ab humore, mõ quę à paſſiõe, mõ quæ ab habitu aĩę. His oĩbꝰ ꝑdurũ, & grãde eſt ſomnia interprætari. Ariſto. aũt cœleſtia ſomnia nõ olfecit, nec Themi nec aliq̃s peripateticus, ĩmo illa refutauit, qm̃ ſi a cœlo pñt ſomnia hr̃e originẽ, etiã in brutis ſomnia a cœlo hr̃ent originẽ, nõ. n. cœlũ alterãdo aerẽ, magis mediãtę aere alterato alterabit corpus humanũ ad ſomnia q̃ ferinum Mõ nemo in feris ſomnia euenire aſſeret, præſertim cũ feris nihil contingat, niſi quod facit ad uitæ utilitatẽ, aut neceſſitate materiæ. Præterea ſomnia cœleſtia nõ ſunt ſigna euẽtuũ, cũ nõ ſint illorum effectꝰ, nec illorũ accidẽtia, nec ſt̃ cauſę illorũ, cũ nõ a ſomnio pluuię proficiſcaẽ pluuia. Amplꝰ ut Ariſt. argumẽtaẽ, ſicut nobis loquẽtibꝰ de amico, caſu nobis occurrit amicꝰ, ſic ꝙ locutio nr̃a de amico nõ fuit cã aduentus amici, nec ſignũ illius, ita me ſomniãte amicum, caſu uenit amicꝰ, ergo ſomniũ nõ vr̃ portendere aduentũ amici. Nõ. n. magis ſomniũ vr̃ attinere ad amicum q̃ locutio. Inſuꝑ ſicut me imaginãte aduẽtũ amici, caſu amicus uenit, ſic me ſomniãte eũ, caſu ipſe uenit. Somniũ ergo nulla rõne uideẽ attinere ad rẽ, quæ originẽ nõ hẽt in nobis. Adhuc motus phãtaſtici, ꝗ ſt̃ ex ſpẽbꝰ ſeruatis, ſunt nobis mere naturales, ſicut alteratio, & auctio, & alij motꝰ, ꝗ nobis a natura inſunt, ergo ſicut alij motus nihil nobis portẽdũt eorũ, q̃rũ prĩcipiũ nõ eſt in nobis, ita nec motꝰ phãtaſtici, ꝙ motꝰ phãtaſtici ſint naturales: pꝫ, qm̃ ſpẽs reſeruatę naturaliter multiplicãt ſua ſimulachra, ſanguis ſpirituoſus naturaliter illa defert, et recipit. Cõis etiã ſenſus ab illis delatis naturaliter moueẽ, ergo talis motꝰ eſt mere naturalis, ſicut auctio, nutritio diminutio, & pulſus cordis, et uirgę arrectio, & cæteri id genus, quare, ut iſti nihil nobis portẽdũt eorũ quorum principiũ nõ eſt in nobis, ita motus phãtaſtici, nihil eorũ, quæ procul a nobis ſunt, portendere uidẽtur. Adhuc cœlũ nõ ſolũ mouet unũ dormientẽ, ſed oẽs, & tñ ſomnia ſunt diuerſa, & in uno ſignificãt, et in alio nihil ſignificãt, ergo quę ſignificant, caſu ſignificãt, & nõ ꝑ ſe, qd̓. n. ꝑ ſe eſt, in oĩbꝰ ita eſt. Hinc Xenophanes Colophonius, & Epicurus, & Panetiꝰ, & Carneades, atq; Cynici oẽs oẽm diuinationẽ penitꝰ ſuſtulerũt, pręſertim eã, quę ꝑ ſomnia fit. Cicero ṽo libro ſecũdo de diuinatione argumẽtaẽ, quędã ſomnia eſſe uana nemo eſt, ꝗ dubitat, igiẽ oĩa, ſunt. n. oĩa ſomnia eiuſdẽ rationis, atq; ſpeciei. Præterea argumẽtaẽ, deꝰ obſcura nõ mittit. Maieſtati. n. diuinæ obſcura conſentanea nõ ſunt. At ſomnia obſcuræ imaginationes cẽſeẽ, cũ ꝗ ſomniat, nõ res, ſed rerũ ſpectra imagineẽ. Qui ṽo diuinationi ꝑ ſomnia fidẽ tribuerint, aperiamus, ſunt igiẽ inter Ph̃os Plato & Socrates, Stoci quoque oẽs, Democritus, Zeno Eleatis, Pithagorici, Dicęarchus peripateticus, Cratippus, Cleantes, Diogenes babylonius, Cleantis auditor. Antipater, atq; Poſſidonius. Hi enim oẽs ſomnijs fidẽ tribuerũt. Inſignia ṽo ſomnia, q̃ hiſtorici approbarunt ꝯplura ſunt, illud q̃dẽ pręſagioſum, qd̓ narrat Philiſtus de Dionyſij matre Syracuſanorũ tyranno. Illud quoq; Priami de Paride, cũ eius mr̃ grauida, parere ſe ardentẽ facẽ uiſa eſt in ſomnis. Illud (ut Fabiꝰ pictor ſcribit) quod fuit Enee. Et illud ſuperbi Tarquinij ut Actius annotauit, ſatis probatũ. Amplius, ut illud matris Phalaridis, ut ſcribit Ponticus Hereclides uir doctꝰ, atque Platonis diſcipulus, ſomnium fuit ſatis celebre. Rurſus ſomnium Cyri perſarum Regis, ut Dionyſius in Perſicis libris ſcribit. Somniũ etiã fuit celeberrimũ. Septimũ ſomniũ fuit Hamilcaris Carthaginenſi de eiꝰ captiuitate. Octauũ fuit ſomniũ Hannibalis de columna aurea, ut Gęlius ſcribit. Nonũ fuerũt P. Decij ſomnia duo celeberrima: quæ. M Tullius refert. Fuit q̃ꝫ decimũ Socratis ſomnium de eiꝰ morte. Fuit & undecimũ Xenophantis ſomniũ. Eudemij etiã Ciprij fuit aliud & duodecimũ. Sophoclis aliud de Pathera aurea Herculi ſubtracta. Aliud ruſtici Romani de latinis ludis. Decimũquĩtũ fuit ſomniũ. C. Gracchi de eiꝰ morte. Simonidis ſomniũ etiã fuit, q̃ a naufragio ſeruatus eſt. Decimũſeptimuꝫ eſt ſomniũ famatũ duorũ archadum, quo alterius mors detecta eſt. Decimumoctauum fuit. Q. fratris de Ciceronis exilio Etiã illud Ciceronis de eius exilio. Vigeſimum illud Caſſij parmenſis de dęmone. Vigeſimumprimũ illud Attarij ruffi. Vigeſimumſecundum illud Alexãdri regis Macædoniæ. Vigeſimumtertiũ illud Alcibiadis Hęc ſomnia celebriora ſunt, quę Gẽtiles hyſtorici ſcribũt, quæ cũ obſeruata ſint, & quidẽ a uiris doctiſſimis, nobis fidem faciunt, ut ſomnijs credamus. Sãcti quoq; uiri non oĩ ex parte ſomnia cõtẽpſerũt. Daniel enim & Ioſephus interpręrati ſunt ſomnia Pharaonis Babylonis regis, q̃ nõ interprætati eſſent, niſi illis fidẽ adhibuiſſent. Iobus etiã uir uita & ſanctitate præcipuus ita de ſomnijs inq̃t. Per ſomniũ in uiſione nocturna, qñ irruit ſopor ſuper homines, & dormiũt in lectulo, tũc aperit. ſ. deꝰ aures uirorum, & erudiẽs eos inſtruit diſciplinã, Omniũ etiã gẽtium cõſenſus ſomnijs fauet, unde Heſiodus famã perire nõ poteſt, quam populi celebrant. Ariſt. ṽo (ut diximus ſæpius) triplicia ſomnia diſtinxit, aut quę cauſæ ſunt eorũ, quæ futura ſunt nobis, aut ſigna, aut accidentia. ſiue fortuita. Hæc expoſita ſunt diligenter circa textus expoſitionẽ. Verũ, ut dictũ eſt, ſomnia quæ ſt̃ cauſæ, habitus uel diſpoſitiones aĩæ aut corporis ſunt, & prĩcipia eorũ, quæ nobis accidũt ut ægritudinũ, & actionũ. Somnia ṽo quę ſigna ſunt, ab humoribꝰ proficiſcũtur, & ſunt ſigna humorũ. Somnia accñtia licet ſint a ſpẽbus reſeruatis, tñ eorũ cauſæ accidẽtariæ ſunt, quæ ad nos nõ attinẽt, nec in nobis ſunt, ueluti ſiq̃s ſomniauerit ſolẽ obſcurari, aut e ſcalis cadere, hoc ſomniũ caſuale eſſe cẽſeẽ ſi poſt ipm̃ ꝗ ſomniauit, in honore aut ꝑtãte deprimeẽ, nã licet ſol honores teneat, & ſolis defectus honoris deiectiones, & ſcala honoris gradus, & caſus deiectionem repręſentent, tamen cum hæc ſomnia, nec cauſæ ſint eorum, quæ euenerunt, nec effectus, iure accidentia ſunt eorum, quæ eueniunt, ut in libris Chryſippi narratur, quidam ſomniauit uidere ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis, detulit ad coniectorem, ꝗ reſpõdit theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto, fodit, inuenitq; aurũ aliquantũ, idq; argẽto circũdatum. Miſit coniectori quãtulũ uiſum eſt de argẽto, tũ ille, nihil ne inquit de uitello. Id enim ex ouo uidebaẽ aurũ declaraſſe, reliquũ argentum. Patet itaq; eiuſmodi ſomniũ, nec cãm, nec ſignũ fuiſſe eiꝰ, qd̓ euenit, ſed accidẽs, vñ ſicut, nobis

uerisſimilia cogitantibus,illa eueniunt caſu, ſic nobis ſomniantibus,caſu eueniunt,quæ eueniunt. Dum in oppido montis rotundi morabar,mecum multis loquentibꝰ in medio ꝟborũ mẽti occurrit Hypolitã uenaphri comitẽ accedere ægrotũ uiſitaturã,hoc cũ ꝑdixiſſem ijs,q mecũ erãt, uenit,ut cõcepi,ubi patet meã cõceptionẽ, nec illius cauſam,nec illius ſignũ fuiſſe,ſed accñs. Sed dubitabis forſitan,& nõ ab rõne,cũ nihil fortuna,aut caſu ſit, nihilq́; ꝑ accñs,quin ad aliquod reducaẽ,quod eſt ꝑ ſe, ut in phyſicis auſcultationibus demõſtratũ eſt, iure dubitabit qſpiã, hæc ſomnia quæ accidẽtia ſunt, ad quæ per ſe reducanẽ. Et dicendum ſomnia accidẽtia reduci ad ſomnia quę ꝓficiſcuntur ab humoribus,aut ab affectibus. Vt.n.q fodit, eſt ꝑ ſe cã foſsionis,& ꝑ accñs cã inuẽtionis theſauri, ſic humor q ſcãdit,eſt ꝑ ſe cã ſomnij,quo quis ſomniat,ſe ſcalam ſcandere,per accidẽs ꝟo cã eſt aut ſignũ euẽtus honoris, & eodẽ mõ ſi faber ſomniat ſe ſecurem cudere, & poſtea uerberetur,habitus quidẽ,quo ſomniat ſe ſecurẽ cudere,ꝑ ſe cauſa eſt eius ſomnij, quo ſomniat ſecurem cudere, accidẽs aũt ſi ad uerberationẽ,quæ ſeqtur, cõpareẽ. Hæc Ariſto.Alexander,et Themi.de ſomnijs. Ptolomęus uero in apoteleſmatibus ſomnijs fidem tribuit, aſſerens nõ ſolum ſomnia eẽ eorum præſagia, quorũ ſunt,aut cauſę,aut effectus,ſed etiam eorum,quæ ſupra nr̃am facultatẽ ſunt. Quã opinionẽ Porphyrius & Anonymus eius interpræ tes ſequuntur. Mercurius etiam triſmegiſtus in pymãdro & in his libris,quos de ſtellis cõfecit, eãdem poſitionẽ uoluit. Iuniores q́; aſtronomi,ut Maternus,Manilius,& arabes idẽ ſentiunt. Auerroes quoq́; & Auicenna, & Algaçelus,& Alfarabius hoc idẽ probant. Albertus & Caudaněſis,& alij idem. Mouẽtur ꝟo oẽs,ꝙ aer, qui nos continet,nos alterat alteratus uero a ſtellis nos eadẽ alteratione alterat,qua alteraẽ. Ab alteratiõe aũt emergũt ſomnia, quare cum ſomnia ab alterationibus corporeis cõtingãt, alterationes corporeæ ab aere,aer ꝟo alteretur a ſtellis, ergo ſomnia a ſtellis cõtingere rõnabile eſt. Sed argumentum iſtud non caret qõne. Primo quidẽ ꝙ aer oẽs eiuſdẽ regionis ſimil'r alterer,& tñ nõ ſunt oĩbus,q ſunt eiuſdem regionis ſomnia equalia,nec eadẽ,nec ſimilia. Scd̃o uero, qm̃ aliquibus eiuſdem regionis uiris ſomnia uera ſunt,aliqbus falſa,& tñ aeris cõſtitutio eadem eſt. Amplꝰ cur ego bouẽ arare,tu ꝟo equum militare ſomnias, & tñ ſumus in eodẽ aere. Nec fingi põt,ut ſomniorum rudes cõiectores aſſerunt eſſe alia ſomnia uera,alia falſa, qa in alia die lunæ hæc accidũt,illa ꝟo in alia. Nam eadem die lunæ, eadem quoq; hora hæc ſomnia uera,illa falſa acciderũt. Præterea nos expimur melãcholicorũ ſomnia aliqñ uera,& tñ non ui aeris aut ſtellarum,ſed ui dęmonici humoris,ut Ariſto. inqt,propterea,ut Ariſto.ſentit,ab alterationibus aeris, q̃ a cœlo cõtingũt,ſomnia proficiſci nemo eſt,q dubitat, uerum alterationes illæ ſunt per ſe cã ſomniorum,per accñs uero & caſu eorum,quæ eueniunt poſt ſomnia,ut ſi aer calidus calefaciat ſomniabit quiſpiã ſe uolare,aut aliq̃d tale,per accñs ꝟo ſignificabit rixas. Eadem.n.cã ad ſomnia erit per ſe,ad euẽtus erit accidẽs,& caſus. Auerroes peripateticus Pħs uim ſomniorum approbãs finẽ eorũ,& datorẽ expoſuit,finẽ quidem,ut per ipſa demõſtrenẽ nobis utilia,et calamitoſą præuiſa uitemus, utilia aũt ꝓſequemur. Hunc enim ob finẽ deũ nobis ſomnia dediſſe aſſerit. Motorẽ uero,ac effectricẽ cã; uerorum ſomniorum,quibꝰ hęc præcognoſcimus,dicit eſſe eã intell'ntiã,quã intell'm agẽtem profiteẽ prĩo qdem ꝙ ſomnia uera nobis accidãt, ut cognitionẽ primorum principiorũ,quę axiomata dicunẽ, utpote nec ſyll'o,nec rõne aliqua,ſed lumine intell's, ſcd̃o ꝟo, ꝙ ſomnia ſpiritales cognitiones ſint, quæ nobis ineſſe nõ pñt,niſi lumine intell's agẽtis. Quare intell's agẽs erit ſomniorum uerorũ datrix cã. Sed cõtra hęc,quæ Auer.dicit,dubitaẽ,prĩo quidẽ, qm̃ nõ põt intell's agẽs dare nobis cognitiones ſomniales, niſi ipſe ſingularia cognoſcat, quorum ſunt ſomniales cognitiones. At, ut probat Auer. intell's agẽs nihil præter ſe intelligit. Scd̃o ꝟo,qm̃ ſi intellectus agẽs eſſet dator ſomniorum, ſomnia nõ eſſent cognitiones offuſæ,metaphoricæ,ac uerisſimiles. Veluti ſomnium Chryſippi,in q̃ dormiens uidebat ouum pendens in faſcia ſub lecto. Intell's.n.agens,cũ ſit uera cã,ueros effectus,& non uerisſil'es dabit. Præterea cur intell's agẽs futurorum cognitionẽ potius in ſomno per ſomnia, q́; in uigilia ꝑ ſenſus nõ det,nõ.n.facile cauſa afferri põt, inſuper cur quibuſdã falſa mittat, agens.n.unum in ſubto uno ſaltẽ ſpẽ,effectum unum mittet. Augeẽ.q.ꝙ nec eidẽ hoĩ ſomnia ſemꝑ eadem accidant. Rñdet his argumẽtis Auer.in eius paraphraxi, & ſumit primo ꝙ oĩa, quæ in ſublunari mundo accidunt,cõtineri in intellectu agente,ut effectus artificiales in artifice. Tũc ait oĩa in agẽte intellectu ul'iter cõtineri,in materia ꝟo certis diſpoſitionibus affecta, fieri particularia,ſic ſomnia rõne habita ad datorem, uniul'ia ſunt,ratione habita ad materiã particularia. Scd̃am quæſtionem delet Auer.ꝙ offuſio,metaphora, & uerisſimilitudo,quæ in ſomnijs accidunt,ex ſomniatrice uirtute emergunt,quæ ſomnia non efficit,niſi ex ſpeciebus rerũ ſenſibilium reſeruatis. Tertiam rurſus delet,ex eo quia aĩa in ſomno magis eſt ad futurorum cognitionem parata.ſ.externis ſenſibus ad operibus uocantibus. Quartam inſuper refellit ex eo quia interni ſenſus non ſunt omnibus æque affecti,externi quoq́; non ſunt in hominibus cunctis eodẽ modo internis ſeruientes, nec in oĩbus ſpũs ſimili ratione diſponitur,qui ſomnijs miniſtrat, nec humores quoq́; in oĩbus conſimiles habentur. Quare fit nõ oĩbus ſomnia uera ſint,nec eidem ſemper. Sed hæc,quæ Auer.dicit in ſui defenſione,nec ſibi cõſtant,nec uera ſunt, non quidẽ ſibi conſtant, primo quidem,qm̃ ijs in cõmentarijs, quæ ſeptimo metaphyſicæ libro cõfecit,aſſerit neceſsitatẽ intell's agentis eſſe in efficiendo cognitiones, & non ſenſationes, quales ſunt ſomnia. Idẽ & libro tertio de anima, ubi neceſsitatem illius aſſerit in trãsferendo intelligibilia de potentia intelligibilibus ad actu intellecta. Præterea libro ſecundo de cœlo probat a motoribus æternis ac ſeparatis nihil proficiſci poſſe,niſi mediante cœlo, at nunc ſomnia proficiſci ait ab intellectu agente ſine cœlo medio. Non etiã uera ſunt. Ariſto.n.ſomnia ex ſpeciebꝰ reſeruatis fieri aſſerit,moueri ꝟo ad communẽ per uapores,ac ſpiritus uaporulentos,per quæ nõ ſolum Auerrois fictio deletur:ſed illa Auicennę,Algaçelis & cæterorum, qui hanc poſitionẽ ſequuntur. Mathematicorũ uero nõnulli ſomnijs uim præbentes ex ſtellis,dixerũt huic ſomnia eſſe uera, illi falſa ex geniturís,nam huic ex ſtellis in genitura conſtitutis, ineſt ut ſomnia uera ſint,illi ut ſint falſa. Vnde Ptolomęꝰ libro c.enucleatorum, qui ad rem quępiam aptus eſt,hẽt profecto & hmõi ſignificationis ſtellam admodum potẽtem in ſua genitura. Præterea hic ueris:ille falſis ſomnijs occupatur,ut eodem libro aſſerit, ꝙ anima ad cognitionẽ apta,ueri plus aſſequatur,q́; qui ſupremum in modum ſe in ſcientia exercuit. Eſt autem hæc aptitudo ex ſtellis, quibus formæ in genitura afficiũtur, eodem enim libro inqt. In generatione atq; corruptione formæ afficiuntur a cœleſtibꝰ formis. Præterea hic ex genitura habet, ut ſomnia ſint benefica iocundaq́;, quo in genitura ſtellæ, quæ ſomnia miniſtrant beneficæ ſunt. Ille uero habet,ut ſint horribilia,quo ſtellæ maleficæ ſomnia in genitura effecerunt. Item hic habet,ut animalia ille alia ſomniet, pro ratione ſignorũ,quæ ſtellæ in genitura tenuerũt,quæ ſomnia dãt, ut Ptolomęus in apoteleſmatibus aſſeruit, quare ſomnia, & ſomniorum genera, & rationes ex ſtellis homines nãciſcuntur,quæ in genitura inuentę ſunt. Hæc mathematici. Sed quæ catholici uelint,adijciamus. Gregorius itaq́; ſuper Iob libro octauo,ita de ſomnijs inquit. Exquirendum eſt magnopere quot modis tangunt animum imagines ſomniorum. Aliquando nãq́; ſomnia uentris plenitudine & inauitate,aliquando illuſione,aliquãdo cogitatione ſimul & illuſione,aliquando reuelatione, aliquando autem cogitatione ſimul & reuelatione generãtur,ſed duo, quę prima diximus,omnes experientia cognoſcimus. Cętera ꝟo,

Comẽ. ... Comẽ. ... &. 18. Cõ. ...

enuclea ...

enuclea ...

enuclea ...





non niſi ab his,qui ſanctitate,et uita prępollẽt. Hęc ſunt, quæ de ſomnijs & a Philoſophis,& a mathematicis, & catholicis habemus. Sed quoniam Ariſtote. pauca aut nulla aſſeruit de artificioſa ſomniorum interpretatione, nos librum quartum adiecimus in quo de ſomniorum interpretatione dicituri,ea dicemꝰ quæ alij,ſentiunt,& quę ſecundum Ariſto.dicenda ſunt.

De naturali diuinatione finis, & de tertio Libro.

EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI Medices de artificioſa ſomniorum interpręta tione, quę diuinatio dicitur artificioſa.

Quid ſit artificioſa ſomniorum diuinatio, quidue ſomniorum interprætatio. Cap̃ I.

DIVINATIO itaq́; alia naturalis,alia artificialis diſtinguitur, naturalis quidem eſt ſomnium ipſum nobis aliquid pręſagiens. Somnium.n. (ut diximus) proprie uocaẽ,quod figuris tegitur, & ambagibus uelatur, non niſi interprętatione intelligẽdis. Et quoniam ſomnium nobis ex cauſis ineſẽ, quæ non redigunt ad nr̃am uoluntatem,& aliquid portendit, naturalis diuinatio dicitur. Diuinatio quidem,quo nobis aliquid diuinat, naturalis uero,quo nõ ex cauſis proficiſcitur, quę ad noſtram uoluntatem redigunt, unde Cicero hanc uocat naturalẽ, quatenus a natura præſagitiua eſt,non autem arte, aut uoluntate. Artificioſa ſomniorum diuinatio eſt ars interpręandi ſomnia,ratione,atq́; regulis, & obſeruatione confecta,qua præſagita per ſomnia ſomniorum ſiue interpres,ſiue coniectator,interprætatur. Vnde quemadmodũ haruſpices,& augures per auguria,& hauſpicia,ex regulis, ex ratione,& obſeruatione interprætantur quę per illa portẽduntur,ita ſomniorum coniectores per artem quę ratione, regulis, & obſeruatione conſtat, ſomnia interprætatur: quamobrem Chryſippus definit diuinationem ijs uerbis, uim cognoſcentem,& uidentem,& explicantem ſigna,q̃ a dijs in ſomno mittuntur. Alibi quoq́; ſomniorum coniectationem definit hoc modo,eſſe uim cernentem:& explanantẽ,quæ a dijs hominibus ſignificentur in ſomnis. Ex his apparet de quibus eſt,ut de materia, artificioſa interprætatio. Eſt enim de ſomnijs,quatenus ſomnia futura nobis calamitoſa,aut proficua præſagiunt. Nam de ſomnijs diſſerere uidetur phyſicus,& interpres. Phyſicus quidẽ, quatenus eſt aĩalis affectio. Interpres ꝟo q̃tenꝰ ſomnia futura ꝑſagiant, quę nobis ſunt,aut proſpera,aut aduerſa.

Quid diuinatio artificioſa.

De q̃bꝰ ẽ.

Quę ſomnia præſagiant,deq́; quibus per ſomnia artificioſa diuinatio eſt. Cap̃.II.

AVerroes in paraphraxe huius libri diſtinguit rerum quæ cognoſcũtur genera. Nam aliud eſt eorum,quæ ſpeculamur. Aliud eorum,quæ agimus, Eorum aliud quæ facimus,tribꝰ artibus ſpeculamur metaphyſica, phyſica, & mathematica,una duntaxat agimus morali.v;. quę poſtea in treis ſecta eſt,infinitis fere artibus facimꝰ, nam medicinali facultate curamus,agricultura colimus,cæteriſq́; alijs alia facimus,quibus ait ſomnia ea futura præſagire, quæ artibus interdum facimus,interdum euitamus. Sequimur quidem,ut utilia atq́; proſpera, euitamus, ut aduerſa & calamitoſa. Quare & interprætãdi facultas de ſomnijs pertractabit,quatenus ſomnia factibilia utilia uel nocua præſagiunt. Addit quoq́; Auerroes poſſe moralẽ ſcientiã quæ de uirtutibus eſt,per ſomnia acquiri. Nam de uirtutibus ſomniarunt,quæ poſtea experrecti illas exercuerunt. Speculatiuas ꝟo artes per ſomnia acquiri non poſſe argumento oſtendit, quia ſcire non niſi per demonſtrationem habetur:at demonſtratio niſi in uigilia inuentione, uel diſciplina intelligitur:niſi fortaſſe ſcientia hæc æquiuocæ eſſet,utpote infuſa,uel numine data, ꝑ accidens ꝟo interdum familiares ſenſus,qui intra nos ſunt, adeo & commode in ſomnijs afficiuntur,conſtituunturque ut per accidẽs nonnũquã recte intellectui ad ſpeculãdum ſubminiſtrẽt. Quod cum per accidens & rarenter illud ſit, iure per ſomnia non niſi raro & per accidens ſcientiæ ſpeculatiuę habentur,quibus omnibus patet ſomniorum interpręatiuã quæ diuinatio dicitur artificioſa, uerſari circa ſomnia quatenus per ſomnia coniectores præſagiũt,futura nobis aut aduerſa,aut proſpera.

Quatuor præſagiri per ſomnia ueluti ꝑ ſtellas Cap̃.III.

SOmnia ut proximo capite explicauimus, utilia uel aduerſa quæ futura ſunt,pręſagiunt,de quibus interpres pertractar. Hæc autem(ut Ptholemęo placet in libro apoteleſmatum inquit)quatuor in partes diuiduntur. Sunt.n. hæc,genus ſubiectum,in quo futura per ſomnia præſagita interprætantur:ſpecies:locus:& tempus, genus eſt multiplex,qa aut propriũ,utpotæ,quũ ſomniũ portẽdit ꝑſone ſomnianti. Aut alienum,cum prænuntiat amico uel propĩquis. Aut cõe,quũ ſibi & amico uel proximis. Aut publicũ,cũ ciuitati foro uel theatro,aut generale, ut cum orbi & uniuerſo minatur. Tempus eſt,ſi ſero, quod per ſomniũ pręſagitur,eueniat ſi cito,ſi ad annum,ſi ad menſem, ſi ad diem,ſi ad horam. Locꝰ ſi in domo mea,uel ſua, ſi in agro euenta & generi,cui præſagiuntur: futura ſunt. Species uero,ſi præſagia ſint bona,ſi mala,ſi calamitoſa, ſi aduerſa. Hæc quatuor bonus interpres perliberare debet, ſi recte ſomnia uult interprætari.

De fundamento quo Iuniores ſomnia interprætentur. Cap̃.IIII.

VT ſomniorum coniectatio ſit non obſcura. Poſsidonius,nihil eſſe factum,quod non futurum fuerit, eodemq́; modo nihil eſſe futurum,quod non factum fuerit, & cuius non cauſas idipſum efficientes natura contineat: ſumit. Hinc patet nullũ futurum eſſe ſomnium: quod non factum ſit,nullumq́; factum,quod nõ futurũ. Patet etiã nullam factam eſſe ſomnij interprætationem: quæ non futura ſit,nullam quoq́; futuram:quę non facta ſit. Ex ijs emerſit ars interprætandi ſomnia, eſt enim hæc collæctio omnium earum coniectationum,quæ factę ſunt;quare cũ nihil factum ſit, quod non ſit futurum,nulla facta fuit ſomnij coniectatio,quæ non ſit futura, nec ulla prorſus futura,quæ non facta ſit. Hoc quoq́; fundamento obſeruatio conſtat,eſt enim obſeruatio omnium eorum quæ facta ſunt,memoria collecta,quæ cum omnia futura ſint,ex obſeruatione eorum quæ facta ſunt, obſeruans coniectabit ea quæ uentura ſunt. Hiſdẽ etiã partibus prudẽtia habeaẽ, quę eſt pręuiſio de futuris per memoriã præteritorũ, qppe cũ ea quę futura ſunt,facta oĩa ſint.

Quę rudes interpretes de artificioſa interpręatione ſomniorum. Cap̃.V.

RVdes ſomniorũ interpretes,q ſtellarũ, & naturę ſunt imperiti ſolum per obſeruationem artem interprætãdi ſomnia conſtare aſſerunt, nec ad regulas poſſe reduci affirmant. Non enim reddi poteſt cauſa, aut dari regula, cur uidere in ſomno arbores findi dãnũ præſagiet. Rurſus nec reddi poteſt ratio,cur barbam tonſam uidere, orbitatẽ ſignificet. Sed obſeruatione ꝯperta hæc omnia ſunt, nã cum nihil factũ ſit,qđ nõ ſit futurũ,et nihil futurũ, quod nõ factũ,nulla interꝑtatio eſt futura,q̃ non eſt facta,iure collectio oĩum interꝑtationũ ſufficiẽs erit ad artẽ interꝑtãdi,q̃obrẽ tabulas interpręationũ ꝯficiũt, ut qſq́; poſsit oĩa ſomnia q̃ futura ſẽ facile interprætari,qppe cũ ſomnia futura nõ ſint,q̃ nõ fuerit facta, nec facta quæ nõ futura. Rurſus etiã nec interꝑtata,q̃ nõ interꝑtãda,nec deniq; interprætãda,q̃ nõ interꝑtata iã,q̃re tabulę quæ ex obſeruatione omnium interprætationum ſcriptæ ſẽ,ad artẽ interꝑtãdi putãt ſufficere,q̃ ꝟo ſint eiuſmodi tabulę,q ue libri de ſomniorũ interꝑtationibus,cũ oĩbꝰ pateãt, cõmuniterq́; ab oĩbus habeantur,iure prætermiſimus.

Confutatio huius rudium poſitionis. Cap̃.VI.

SEd q̃ rudis ſit hæc poſitio,ac iſta eorũ ars,facile demõſtraẽ. Nã ſi artẽ ſufficere putãt ꝑ tabulas interpræta-

tio num:uel in illis omnes interprætationes cōtinētur, uel quędā, oēs ſi continenť, uel oēs in numero, uel oēs in ſpē: uel oēs in genere, oēs quidē numero uel ſpē continere eſt impoſſibile, qm̄ hæ numero infinitæ ſunt. Infiniti.n.ſunt actus animæ, & numero, & ſpecie, ut ſentit Auicēna, nam ut ſorticolę tradūt, ſunt nō tot ſpē, quin plures, nec tot numero quin plures, igitur īfiniti numero & ſpē. Accedit ad hæc ꝙ phantaſtica uis infinita cōponere pōt, cū non tot, quin plura: igitur & infinita etiā ſomniare. Quare nulla poteſt dari tabula in qua oēs interprætatiōes numero uel ſpē cōtineantur. At ſi in tabulis oēs interprætationes ſecūdum genus haberētur, ex ĳs ſomnia interprætari nō poſſunt, non.n.puto quia ſomniū Alexandri & illud Scipionis, & eorum interprætationes genere cōuenerint, eſſe eadem rōne ad amuxim interprætanda, quippe cū in genere multæ lateāt ęquiuocationes, atq; diſſimilitudines, ut peripatetici dicūt. Quare tabulę eiuſmodi uanæ ſunt, & inutiles, quippe cum rarenter oīum quæ cōtingūt ſomniorū, interprætationes, habeant.

De ĳs quæ Arnaldus uillanouanus ait de ſomniorū interprætatione, deq; prima eius regula. Cap̄. VII.

EA quę Arnaldus de ſomniorū interprætatiōe ſcripſit, lōga ſunt, & faſtigioſa: quare ꝑ capita illa recēſere decreui, nā licet quæ narrat, aniles fabulæ ſint, arte penit⁹ nō carēt. Sumit.n.aīam ī ſomnis ſeptē affici modis, ſiue a ſtellis, ſiue ab humoribus, ſiue a quibus uis cauſis, quos reducit in tres, nos ṽo, ut breuiores, in duos reſumpſim⁹. Nam uel afficitur ſiſibus ĳs quę ꝑ ſomnia portenduntˀ, uel diſſimilibus, ſiue cōtrarĳs ſimulachris. Quādo.n.aīa ī ſomnis ĳs ſimulachris afficiť, quæ futura uera rōne repn̄tant, non ſomnia, ſed magis uiſiones appellat. Cū enim arcas ille uidit in ſomnĳs ſuū amicū, orātē, ut ſibi cauponis' inſidĳs circūuento ſubueniret, non ſomnium appellat, ſed uiſionem, quippe cū amicū nō uidit arcas ille in ſuo ſiſi, ſed in ſe per eius propriū ſimulachrū, quo nūc colorē ꝑ eius propriā imaginē cerno. Quare cū ſomniū ſit præuiſio eorum, quæ futura ſunt, nō per illorum propria ſimulachra, dupl'r, aīa pōt ſomnĳs affici, aut ſub ſpecie ſimilium, aut ſub ſpecie diſſimilium. Hæc eſt eius prima regula.

De ſecunda Arnaldi regula. Cap̄. VIII.

SEcunda regula eſt, quę de interprætatione per locum a ſimili conficitur, ut interpres ad proprietates earū rerum, quas recte repn̄tant ſimulachra in ſomnĳs, diligēter animaduertat, & ad circūſtantias ſomniātiū, & ad colores, ſitus, & quantitates eorū quæ uidenť in ſomnĳs, horū oīum exēplum eſt: uidere aſſorbētem draconē in ſomnĳs e proprietate draconis, q necat mortalē inimicū ſomnianti occurre præſagit. Idē de oībus nocuis aīalibus, uerum ſi inimicus, qui futurus eſt, ſic occultus, uidebit in ſomnĳs lupū uel uulpē, qui proprietate occultus eſt inimic⁹ ſi inimicus ſit perſona digna, ut rex, uel princeps, uidet leonem mordere, nam de proprietate leo rex eſt aīaliuꝫ. Si bilis ſit hoſtis, uidebit ſerpentem, uel uulpē, uel aliquid naturæ hoſtile. Simili ratione reſpiciēdæ ſunt circūſtantiæ eorū, quę uidenť in ſomnĳs, & ſomniātiū cōditiones, nā ſi ſomniās diſciplinatus ſit uidetq; ſe in ſomnĳs aquā cū difficultate ꝑagrare ad honores ſcandere merito ſuæ diſciplinę præſagit, poſſunt de alĳs conditionib⁹ exempla poni quę ut breues reticuimus.

Artem hanc multifariam eſſe uanam & imperfectam, & omnino falſam. Cap̄. IX.

DEfeciſſe ſibi Arnaldum facile patet, nam cū dixit ſomnia præſentare futura ſub ſimilis ſpecie, & ſub diſſimilis: regulas ꝑ locū a ſimili nos edocuit, regulas ṽo ꝑ locū a diſſimili nullas poſuit, igiť uel mācus, uel ſibi deficiens. Præterea cōiunctim hæ regulæ poſſunt ſic refelli, nā oīs interꝑtatio ꝑ ipſum ſit, uel a ſiſi, uel a diſſimili, a diſſimili nulla pōt interprætandi regula ſumi, nam unum diſſimile infinitis eſt diſſimile, igitur per ipſum in nullum eorū deuenire poſſumus, quare interprætandi regula a diſſimili nullo pacto erit colligenda, nec etiam a ſimili, quia uel a ſimili in ſubſtantia, uel in accidēte, nō in accidēte, qm̄ infinitis modis res poſſunt ꝑ accidens aſſimilari, at cum infinitum oī ex parte ignotum ſit, nulla ratione per accidēs, uel ex ſimilitudine in accidentibus coniector poteſt ſomnia interprætari. Quippe cū portenta per ſomnia, & portendentia, quæ uidētur in ſomnĳs, infinitis modis in accidēte aſſimilari poſſint, nec in ſubſtantia, nam uel in genere, uel in ſpecie, uel in numero, non in genere uel ſpecie, nā cum interprætatio nihil aliud ſit, quam eorum quæ pręſagiuntur: cognitio, interprætans de uiſis inſomnĳs deduciť in cognitionem, eorum quæ per ipſa pręſagiuntur. At cū in uno genere, uel ſpecie infinita cōtineātur indiuidua, per unum illorum non magis deducetur in notitiam unius, q̄ alterius: non enim per notitiam Socraris, qa cōuenit' genere uel ſpecie cum Platone, poſſum ſi uiderim Socratem mihi tribuere aquas, ꝙ Plato mihi experrecto tribuet diuitias. Mitto ꝙ quæ uel genere, uel ſpecie conueniunt ſunt inter ſe diſſimilia, quare cum unum infinitis ſit diſſimile, iure per unum inſomnĳs pręuiſum non poſſum deuenire in cognitionem alterius. Nec fingi poteſt regulas interprætandi eſſe colligendas a ſimilibus in ſubſtantia, & accidēte, nam uel genere, uel ſpecie hæc ſimilia erunt, ĳs quę per ipſa ſomnia portēduntˀ. Si ſint gn̄e ſiſia, ſpē erūt diſſiſia, at cū unū diſſiſe pluribu⁹ ſit diſſiſe, & plurib⁹ in gn̄e ſiſe, non per id quod mihi uidetur in ſomnĳs, poſſum in unum magis quā aliud ſibi in genere ſimile, in ſpecie autē diſſimile, deuenire. Simili ratione ſi ſpecie ſint ſimilia, numero uero diſſimilia, nam cum mihi uidetur in ſomniis aliquod, non uideo quonam modo poſſim ꝑ̄ſagire magis de uno eiuſdem ſpeciei, q̄ de alio. Præterea hęc ars de genere pręſagitorū, de ſpecie, deq; loco nihil ſcribit, igitur oīno manca. Quippe cum quatuor hæc de omni prædicendo reſpici debeant, ut Ptholemæus dixit.

De his quæ de tempore dixit Arnaldus, & quomodo ſint falſa. Cap̄. X.

ARnaldus multa fabulatur de tp̄e, quo pręſapita per ſomnia interpretantur uenire. Obſeruatione enim ſimacardi iuſſit eſſe reſpiciendas horas ſomniorum, nam ſi per unam ſomnium ante die horā uenerit, ad mēſem præſagit, ſi per duas ante diem: poſt duos a ſomnio menſes. Sin autem per tres ante diem, poſt tres menſes enūtiatum futurum eſt. Auctoritate aliorū præcipit hora ſomnĳ eſſe lunam obſeruandam, quæ ſi tunc ſignū tenuerit mobile, ſitque curſu uelox, atq; ſomniū emerſerit die ac hora lunæ, eadē die qua ſomniū euenit, præſagitum uidebiť. Sin aūt luna ſit curſu ſera, immobili in ſigno, ſitq; ſomniū ipſum die & hora ſaturni, præſagitum poſt tot annos uidebitur, quod gradus luna eſt peragratura ei⁹ ſigni, quot tenet hora ſomnĳ, hæc qa ſibi uana uidētur, & aniles flabellæ, hāc demū regulam ſubſcribit, ut interpres inſpiciat ad qualitatem rei uiſæ, ad proportionem ſomniantis ad rem uiſam, demum ad lunam ipſam, quem locum hora ſomnĳ teneat, q̄ motu moueatur, & quot gradus luna de ſigna ſit peragratura. Ad qualitatē quidem rem uiſæ. Nam Neronis mater Neronem dum in utero gereret, uidit in ſomnĳs ſe parere draconē, qui conuerſus ad eam, mordens ipſam euiſcerabat. Cui interpres dixit ſomnium præſagire eam fore parituram magnum uirum, qui eam erit permecaturus. Patet ꝙ effectus non uenit eo ipſo ꝙ peperit, ſed ad annos multos, nam qualitas rei uiſe citius eſſe nō potuit. Ad proportionem ṽo ſomniantis ad rem uiſam, ꝙ puer ſi ſomniaret ſe ſcalam ſcandere, non die experrectus ad honores attolleť, ſed ꝑportione eius ad honores præſagitos. Ad lunam ṽo aſpiciendum eſſe dixit, ut alĳ dixerunt. Sed hęc friuola ſť, nā nemo miſti interꝑtari debēt una arte, quare ſi de genere, deq; ſpē euētorum regulas dedit nulla ſtellarum obſeruatione, nec de tp̄e obſeruandę erunt ſtellæ. Quod ſi de tēpore ſť ſtellæ obſeruādæ, igiť de genere, ſpē, loco etiā eorū quæ præſentiunť in ſomniis ſunt ſtellæ diligenti rōne colligendæ. Blacteriçat igitur uir iſte, qui cū fuerit oī ex p̄te ſuperſtitioſus, nec in his uacare ſuꝑſtitionibus noluit.

De interpræte

De interpræte ſomniorum, & de regula interprętandi ſecundum Ariſtotelem. Cap̄. XI.

EXquiſitisſimus (ut inquit Ariſtoteles) ſomniorum coniector is eſt: qui rerum imagines acutisſime perſpicere poteſt: nam recta claraq; ſomnia facile quiſq; interpręetabitur: ſicut enim aqua agitata ſtellarum imagines minus apte oſtendit: quę ubi quieuerit: liquide eas demōſtrat: ita quoq; motiones in nobis impediunt clara cōſpici ſomnia: itaq; qui formas illas pręposteras inconditas diſtortaſq; ſomniorum ſcit diſtinguere, & ueris exemplaribus reddere: ut hominis hanc illam equi deſignet: quarum tamen neutra incolumis abſolutaq; cernebatur: hic eſt optimus ſomniorum coniector. E quibus patet artem

De regula. coniectādi ſomnia ſimilibus exēplaribuſq; conſtare: non autem cōtrarĳs atq; diſſimilibus. Inſuper etiam duo eſſe ſomniorum genera: quædam aperta, in quibus exemplaria ſimiliaq; clare patent coniectori. Videre enim brachia pati in ſomnĳs, facile patet eiuſmodi ſomnium ad fratres eſſe referendum. Nam brachia gemelli ſunt fratres, atque ſimiles. Alia ſunt offuſa ſomnia tetraq;: in quibus ſimilia atq; exemplaria non clare uiſa repræſentat: ut ouum ſomniare quod repręſentauit aurum argento circūſcriptum: non clare hoc demonſtrauit Hactenus Ariſtotelem.

Regulam interprætandi Ariſtotelis eſſe de ſomnĳs naturalibus, aīalibuſq; non autem de fortuitis. Cap̄. XII.

SOmnia duplicia eſſe uera Ariſtoteles comprobauit: aut quæ earum rerum ſunt: quarū principium eſt affectus: ideſt ex parte animi, aut earum rerum: quarum principium eſt humor ideſt alteratio corporea: earum rerum quarum nullum in nobis principium eſt: ſomnia fortuita eſſe uel ſigna, uel cauſas demōſtrauit Ariſtoteles. Quo fit ut interprætandi regula quam Ariſtoteles tradidit: ſolum ĳs ſomnĳs ſit, quę aut naturalia ſunt, aut animalia. Per naturalia ſomnia præſentimus alterationes humorum, morbos & uniuerſales, & particulares: qui ab illis proficiſcūtur alterationibus, ut febres, dolores, apoſtemata, & cætera id genus. Per ſomnia uero animalia pręſentim⁹ affectus animi: quibus mens præmebatur. Qua ratione euenit ſomnia animalia eſſe ueluti memorias aut earū rerum, quas facere uel agere cœpimus, aut eorꝫ affectuum: quibus mens ſenſariaq; pars occupabatur. Sunt autē hæc animalia ſomnia plerunq; aperta, rarenter offuſa atq; detecta. Somnia uero naturalia ſunt memoriæ aut oſtenſiones naturæ: nam cum humores excreſcunt, & ad ſenſus peregrinos permeant: apparent eis magis quàm ſint ſentiri apta: ſicq; in ſomniatrice ſuperioribuſq; uirtutibus ſenſum efficiūt phātaſticum, plerunq; offuſum detectumq;, rarēter apertum. Horum igitur regula potisſimum habenda eſt: quam nobis optimus naturæ interpres Ariſtoteles tradit.

De ĳs quæ ſunt melancholiæ peculiaria, deque regula interpręetandi melancholica ſomnia. Cap̄. XIII.

PEculiaria melancholiæ ſunt ea quæ ei competunt, uel ex genere ſubſtantię, uel quantitatis, uel relationis, uel qualitatis, uel motus, uel habitus, uel alicuius figuræ cæterorum prædicamentorum: ſecundum ſubſtantiæ quidem figuram peculiaria ſunt eſſe terram terraceamq; eſſe Saturnum, Saturnumq;. Eſt.n.melancholia animalis terra, atq; Saturnus. ſecundū figuram quanti ſunt eſſe craſſum, eſſe antiquum atq; diuturnum. ſm figuram relationis: aſſimilatur dæmonibus dæmoniaciſq;, nigris, umbroſis, nigris liquoribus. ſm figuram qualitatis eius peculiaria ſunt eſſe nigrū, offuſum, tetrum, acre, ponticum, ſenile, autumnale, graue, frigidum, ſiccumq;. ſecundū figuram motus, eius peculiaria ſunt deorſum ferri, tardum, pigrum, ſeruū. ſecundum figurā habitus, tenet omnia quæ Saturnus cœleſtis tenet, ut ædificia, ſenes, res, antiquas, parentes, auos, attauos, noctes, tenet fetida, homines edaces, agricolas, & agros, conuentus religioſos, ueſtes nigras, lapides nigros, hæreditates, mortuos, putridas aquas atq; paludes, lepras & morbos qui a melancholia proficiſcuntur. Longa itinera, carceres calamitoſos: pignora, ſeruos leues perſonas, atq; ea omnia, quæ Saturnus cœlicus tenet. Sunt & alia peculiaria: quę bonus coniector facile per hæc reperiet. Ex his regula generalis colligitur hoc pacto, omne uiſum in ſomnĳs, quod ad aliquod eorum quę peculiaria ſunt melancholiæ quouis modo attinet: ideſt uel ſomnianti, uel alieno, uel communi, uel publico, aut generali: ut capite tertio explicauimus: melancholicum eſt inſomnium. Quòd ſi frequentauerit, morbos aut uniuerſales, ut febres, aut particulares, ut languores (niſi ſomnians præſeruetur) præſagit. Exempla ſunt ut ſomniarę dæmones, monachos, aut id genus aggredi, uel te, uel alienum, ut amicos uel te & amicum communiter, uel publicum ut forum, uel theatrum, uel urbem, uel generale ut orbem: humorem melancholicum præſagit inſomniante alterare corpus, ſenſoriaq;: quæ ſi frequentauerint melancholicos morbos præſentit ſomnians, niſi bono præſeruetur regimine. Regula.

De regula particulari ſomniorum melancholicorum. Cap̄. XIIII.

VIſum antequam ad particulares morbos conferatur, prius eſſe melancholicum generatim colligatur, poſtea uidendum eſt ſi uel ſomniantem tangit, uel aliud diuerſum, ſiue ſit amicus, ſiue patria, ſiue orbis, ſiue quoduis alienum. Nam ſi tangit ſomniantem: tunc uel ipſum totum tangit: uel eius partem ueluti cutem, uel caput, uel pedes, uel particulam quamuis eius. Si igitur ſomniantem nullatenus tetigerit, melancholia ſignificabitur in uaporulentis ſpiritibus potius, quam in membris humoribuſq;. Quare niſi præſeruetur uel aliud pollentius ei aduerſans ſuperuenerit: de effimera melancholica ex mœrore triſtitiaq; eſt præſagiendum, aut de melancholia uel dęmonio, uel ĳs morbis: qui per ſpiritus agūtur: dixi ſi hæc ſomnia perſæpe atq; ſæpius frequentia fuerint: ubi namq; rarenter emergunt, de parua admodum melancholica alteratione in ſpiritibus eſt prædicendum. Raſes aſſerit hæc ſomnia quæ perſonam ſomniantem non tangunt: uniuerſales morbos præſagire, qui totum corpus occupant, ut febres dæmonia, melancholię, & id genus. Sin autem perſonam ſomniantem id quod uidetur in ſomnĳs: tetigerit, aut eam totam, aut eius particulam. Si eam totā: de febre uel morbo uniuerſali, ut mania, apoplexia, epilepſia, aut de alĳs id genus eſt pręſagiendum, ſi frequentauerint hęc, nec præſeruetur ſomnians, ut pati incubum quod epilepſiam uel apoplexiam nuntiat uidere umbras, quę totum rapiant corpus: uidere ſe quaſi immobilem grauem, cadere ab alto, & inde immobilem quaſi derelinqui: hæc omnia morbos uniuerſales nuntiāt. Sin uero particulam, ad eam melancholiam defluxiſſe uel defluxuram morbumq; exoriri nuntiat, Narrat Arnaldus uidiſſe quendam: cui in ſomnĳs frequenter apparebat niger catus: qui eius dextrum mordebat pedem: cui poſtea pedi dextro puſtula nigra cōtingit: ex qua de breui obĳt. Erat enim puſtula illa ex humore melācholico peruſto. audiui ab obſeruatore, ꝙ cuidam uidebatur in ſomnĳs acubus per totam cutem pungi: cui poſtea ad paucos dies lepra canina euenit. Simili ratione argui poteſt de alĳs occurrentibus.

De ĳs quæ ſunt ſanguini peculiaribus, deq; regula uniuerſali particularique interprætandi ſanguinea ſomnia. Cap̄. XV.

SAnguini peculiaria ſunt hæc. ſecundum ſubſtantię figuram quidem eſſe aerem, aereumq;, eſſe Iouem iouiaq;. Eſt enim ſanguis terrenus Iuppiter: animalis etiam aer. ſecundum quanti uero figuram, ſunt eſſe medium inter craſſum & tenue, eſſe inter antiquum & recens. ſecundum figuram relationis aſſimilatur liquoribus rubris omnibus, iucundis hilaribuſq; rebus. ſecundum figuram qualitatis, ſunt eſſe rubrum, dulce, ſuaue, iuuenile, uernale, graue: ſed minus quā terra, & aqua: calidum & humidum. ſecundum figuram motus, celer potius, ad regionem mediam ſcandere, atq; ſuperuolare. ſecundum uero figuram habitus, omnia habet quæ Iuppiter cœlicus tenet enim

pacem,iuſtitiam,diuitiarum copiam,letam uitam. ueritatem religionem, pulchra precioſa,ueneris, abundantiam, largitatem,uerecundiam,homines albos habentes ruborem,ſtaturę pulchros : cęteraq;, quæ Ioui dicantur.Ex ĳs generalis regula eſt hoc pacto : omne uiſum in ſomnĳs, qđ aliqua ratione ad aliquod eorum,quę peculiaria ſunt ſanguini,quouis modo attinet,uel ſomnianti,uel alteri:in ſomnium ſanguineum eſt.Quòd ſi frequētauerit,niſi ſomnians bono regatur regimine, uel aliud pollentius interuenerit,morbos prænuntiat ſanguineos, ueluti uidere nuptias,deguſtare dulcia atq; ſuauia,uētoſa emergi, fluxum fieri ſanguinis, & id genus ſanguinis alterationem nuntiant. Hæc ſi uel tangere uidentur ſomniantem, uel aliud ab eo diuerſum, niſi præſeruetur, uel aliud occurrat fortius:morbos ſanguineos nuntiant,uniuerſales.Quę ſi tangant ſomniantis aliquam partem : illic morbum aduenire prędicūt:niſi(ut diximus) præſeruetur. Narrat Arnaldus uidiſſe infirmū, cui uenit in ſomnĳs, quidā qui eū lapide pungenti maxillam ſub aure pungebat. Quod cū perſępe uidiſſet,demum apoſtema poſt aurem exoritur.

De ĳs quæ ſunt choleræ peculiaribus, deque regulis cholericorum ſomniorum, Cap. XVI.

CHolere peculiaria ſunt hæc.ſecundū ſubſtantiæ figuram, eſſe ignem uel igneum, eſſe martium uel martem. Eſt enim cholera terrenus mars animaliſq; ignis. Secundum quātiuero figuram, eſſe rarū teneieq;, eſſe uirile iuuenileq;.Secundum figuram relationis ſimilis eſt omnibus liquoribus citrinis, atq; naturæ horridis. Secundum qualitatis figuram,eſt citrina,amara, iuuenilis,æſtiua, leuis,calida & ſicca. Secundum figuram motus celerrima, uolatilis,ſurſum petens At ſecundum habitus figuram: ea omnia habet,quæ mars cœlicus. Tenet enim fratres,peregrinationes,iuuenes,tenet artes,quæ per ignem aguntur, atq; ferrum,habet uulnera,rixas,bella iniurias,uillium,ſanguinis effuſionem,uiolentias,prędones,iracundos,celeritates,feditatem coitus.abortus,oppilationes,febres,cholericas,puſtulas,& omnes morbos, qui ſunt cum rubedine corporis, dolores capitis, homines rubeos, ſuperbos, atq; ea omnia quæ mars, quibus regulæ conſtant. Nam omne uiſum : qđ ad aliquod horū quouis modo attinet, eſt prænuntians alterationem cholere. Quòd ſi perſeuerauerit morbos prędicit,& perſonā ſomniantem totam, uel omnino aliud ab ea tetigerit:uniuerſales morbos. Si autem eius qui ſomniat particulam,ad eam morbū defluere ſignificabit ut uidere prunas,uel ignes, uel per aerem uolare, ſocius noſter uidit ſe per prunas ambulare, totumq; uri:& iam febris cauſon eum accepit. Alius omni fere nocte faciem ſuam uidebat urticis moleſtari, qui demum heriſipelea laborauit.

De peculiaribus flegmatis,deque regulis eiuſdem ſomnĳ. Cap. XVII.

SEcundum ſubſtantię figuram ſunt aqua aqueum eſſe uenerem uenerium. Eſt enim flegma animalis uenus, aqua uero terrena. Secūdum quanti figuram,eſt craſſum, corpulentum, atq; ſenile, antiquum. Secundum figuram relationis eſt omnibus albis liquoribus ſimile,uitreis, gypſeis,gelicidĳs,niui, lacti, çaccharæ, uiſcoſis, tenacibus, & id genus. Secūdum figuram qualitatis eſt albū, clarū, perſpicuum, ſapore interdum dulce, ponticum, aliqn̄ ſalſum aliqn̄ inſipidum. Senile,muliebre,hibernū,graue,frigidum & humidum. Secundum motus figuram, eſt pigrum,ſerum, ſegne,atq; deorſum petens. Secundum habitus figuram tenet omnia quæ Venus & Luna tenent, ut ocia,mulieres, earumq; ornamenta, margaritas, pinguia, alba omnia,unctuoſa, homines albos, cæteraq; quæ Luna, quibus regulæ (ut prius colliguntur) Omne enim uiſum ad aliquod horū quomodolibet attinens eſt flegmaticum ſomnium. Quòd ſi frequentauerit : morbidum erit. Vniuerſaliter quidem ſi uel totum ſomniantem, uel omnino ab eo aliud tetigerit,particulariter autem ſi eius aliquā partem amplectetur. Quidā uidit ſibi humeros a pluuia madefieri, experrectus reperit ad humeros defluxiſſe flegma. Viſum eſt mihi non raro deguſtaſſe lac, & experrectus linguam dulci flegmate plenam reperi. Quidam uidit ſubmergere ſe in mari ſupernatareq;, qui captus fuit febre flegmatica. Alius uidit ſe quaſi lignū immobilem: qui poſtea repletus fuit flegmate. Alius uidit ſe pedibus detētum:qui poſtea podagra laborauit. Infirmus quidam uidit pedes graues tumidoſq;, ad quos magnum apoſtema defluxit flegmaticum. Ex ĳs facile de omnibus humoribus miſtis, & uniuerſalia & particularia, bonus coniector poterit interprętari:quippe cum ex ſimplicibus compoſita conſtent.

Problemata interpretationum ſomniorum, quæ ſecundum medicos ſoluuntur.

1. CVr ſomnia quę ultima noctis parte accidunt,quęq; res eo modo repræſentant : quo interdiu & uigilando agebantur : ſanitatis amiſſæ recuperandæ, uel habitæ conſeruandæ nuntia ſunt. An ꝙ animus diurnis in conſilĳs nulla plenitudine,nullaq; inanitate permanet,nullaq; alteratione,deniq; emergente,ſuperatus.

2. Cur ſomnia in prima noctis parte,offuſa, turbida, atq; omni ex parte diuerſa repræſentantia ab his quę interdiu agebātur: ægrotatiua ſint. An ꝙ animus plenitudine, uel inanitate,uel alteratione aliqua ſuperatur.

3. Cur Sol,Luna,ſtellæ ex conſuetudine lucidæ ſplendidæ conſpectui ſubiectæ apparentes in ſomnĳs ſanæ ſint: contra uero obſcuræ, tenebroſæ atq; omni ex parte alteratæ ab eo,quo interdiu uidebantur, morbidæ. An ꝙ corpus nec alteratū,nec animū humore aliquo e ſuperatum, nec inanitate,nec plenitudine affectum notant.

4. Cur ſi ſtellarum circuitus uel Solis uel Lunæ extingui aut lædi, aut occultari, aut omnino impediri uiſus fuerit. Si ab aere uel nube leuem morbum,ſi ab aqua uel pluuia grauem pręnuntiat. An quòd corpus ſuperficietenus multa pituita alteratur,ſi aqua uel pluuia ſtellæ circuitus impediri uiſus eſt. Si uero aere uel nebula, pauco eius circūferentia pituitæ afficitur,quo fit ut ſi Luna uel ſtella pati intrinſecus uideatur nebulam uel pluuiā, ſomniantis corpus intrinſecus pituita alteratur.

5. Cur ſtellarum circuitus ſi a ſiccitate affligi, uel ſi ſtellæ uri uel incendĳ quicquam pati uideantur, ægrotationis periculum ex rubræ bilis accretione imminet ſomnianti. Quæ ſi ab igne uel uredine uictæ ſtellæ uideantur ita ut demum occultæ appareant cur ſomnianti. mortis eſt indicium. An quòd rubræ bilis peculiaria ſunt hæc. Stellæ uero uitæ indices:quare ſi ab igneis pati ſtellę uideantur, cholere excrementum in corpore indicant, quæ ſi uſtæ, & quaſi in profundo offuſæ apparuerint, choleram in corporis profundo ſubmergi pręnuntiant,ex qua mors euenit.

6. Cur ſi ſomnianti apparuerint ſtellæ aut fugere, aut in fugam uerti, aut uerſæ celeriter fugere alĳs deinceps in ſequentibus futuras inſanias pręſagient. An quòd animus uacillatione, furore, atque titubatione melancholici humoris rapitur, quod quidem ſine inſania eſſe non poterit.

7. Cur ſi ſtellæ nulla aliunde neceſſitate aut ui urgente uagari uideantur,animum mœrore affici pręnuntiant. An ꝙ animum ſollicitudine curaq; atque humore melancholico ſuperari ſignificant.

8. Cur ſtellę quæ e circunferentia purę ſplendidę,delabi, ac orientis regionem petere uidentur : bonæ ualitudinis teſtimonia ſunt. An quòd omne quod uel in corpore eſt ſeparatum,uel in aluo excretum,uel in carne pullulans,id probe omne ab occidui circuitu, cui recte heret : excidit uerſuſq; orientem petens.

9. Cur contra ſi nigrę uel obſcurę,ſiue ad occiduum, ſiue in mare,ſiue in terram, ſiue paulo ſupra deferri uideantur, morbos nuntient. An ꝙ quæ ſupra feruntur : grauedines, quæ in mare, malo ſalui habitus, quæ in terra tubercula exoriri naſciq; prædicunt.



10. Cur ſi uidebitur ſomnians in cœleſtibus inſidere, cernens illic omne quod uidet:purum & humidum : bonam nuntiet ualitudinem. Contra uero ſi quod illic cernit : nigrum quodlibet,impurum,& minime luſtre uiderit, malum morbum. An ꝙ animus a cœleſtibus in hominis corpus deſcendit : quare tale animo repræſentabitur, quale hominem intrauerit. An quòd animus nulla alteratione alteratur dum lucida cernit : nā & ſpiritus de natura ſunt lucis : dum uero obſcura alteratione præmitur, quæ ſpiritus affecit.

11. Cur uidere aquam aut pluuiam lenem ſereno cœlo, ſine uehementi madefactione,aut graui tempeſtate,bonum prēſagiet temperamentū. Contra uero ſi offuſo cœlo impura uideatur aqua atque cum procella uel grandine,malum. An ꝙ qualis ſpiritus corpus intrat : tale apparet in ſomnĳs:cum igitur ſereno cœlo ſpiritus clarus intret, turbido,turbidos:iure uiſum primum bonum: ſecundum uero malum prænuntiat.

12. Cur in ſomnĳs acute intueri,aut audire,tuto incedere, ſecure & ſine ulla formidine currere. Itemq; terram planam beneq; cultā ambulare, arbores florentes & fructuoſos & mites. fluuios pro more aqua limpida, nequaquam iuſto pleniores,minoreſue fluentes, fontes, itidem, & puteos ante oculo obuerſari,bene ſe habere corpus prēnuntient. An ꝙ ſpiritus : quibus corpus conſeruatur, lucidi ſunt, atque paucis uaporibus offuſi. Quare contra ſi hæc uideantur,male corpus ſe habere prēſagiet, nam auditum ledi circa caput eſſe noxam docet:crura offendi,illic morbum dicit. Aſpera terra,corpus impurū eſſe notat. Arborum ſterilitas humani corporis perniciem indicat, ſiquidem ſine folĳs arbores,ab humidis frigidiſq; detrimentū. Cum folĳs uero:ſed ſine fructu, a calidis & ſiccis. Fluuĳ non pro natura fluentes ſanguinis circuitum ſignant: largius quidem exceſſum,minus uero defectum. Si impuri fluant, in ſpiritibus & corpore perturbationem eſſe ſignificant. Nocturnę fontium,& puteorum imagines, uentos circa ueſicam eſſe argumento ſunt. Mare turbatum alius malum ſubeſſe indicio eſt. terra uel domus mouens, ſano aduerſam ualitudinem : terram uel a mari uel ab alia re quampiam aquarum multitudine inūdari, ægrotationem multæ quæ in corpore eſt, humiditatis expectādam eſſe teſtatur. Vtiq; nec id in bonis eſt in ſomno terram nigrā, aut crematam uidere : nam periculoſiſſimi morbi indiciū eſt, atq; mortiferi : ſiccitatis enim exuperantiam carni inſtantem deprehenditur.

13. Cur in palude uel mari uel fluuĳs natare uideri non bonum ſit. An ꝙ humidi flegmatici exceſſum teſtatur. Hæc enim erant flegmatis peculiaria. Contra uero ſi febricitanti hoc uideatur bonum: nam calidū ab humido frigidoue extingui indicio eſt.

14. Cur quicquid neque maius neque minus, ſed ex conſuetudine & pro natura eſſe apparuerit, pro bono ualitudinis habetur. Contra uero, pro malo. An quòd ſpiritus ſecundum naturam ſunt in corpore nec alterati, nec humore præſſi:quam ob cauſam ueſtem candidam, ac pulcherrimos calceos indui bonum eſt : quod ex membris eſt maius,non eſt bonum : nec utique quod minus. Nam candida uidere ſpiritus lucidos eſſe notat. Membra diſtorta obſcuros : eadem ratione nigra omnia mobida ac pericu loſa ſunt. Pueros & in albis ueſtimentis mortuos uidere bonum etiam eſt, nam ſi cum moriuntur ſecundum rationem ordinantur.

15. Cur uidere noua corpori morbum enuntiet. An ꝙ uidere noua mutationem in corpore ſignificat.

16. Cur ex pueris mortuis candidis ueſtibus indutis aliquid puri accipere in bonis ſit. An quòd corporis & rerum ingrediētium integritatem declarat: ex mortuis enim nutrimenta,incrementa,& ſemina proficiſcuntur. proptereaq; hæc ſi pura in corpus ſerpunt:ſanitatis ſunt.

17. Cur nudatos uel pullatos, uel ſordidos uel e domo aliquid capientes auferente ſue conſpici, morbum arguat. An quòd hoc non aptum eſt, quare res corpus ingredientes noxiæ ſunt.

18. Cur corpora quęcunque in ſomnĳs deformia,quę hominem terrent uidere morbum periculoſum exponunt. An ꝙ ſibi ſatietatem, excrementum, choleram nigram, indicant.

19. Cur in ſomno uideri quid aſſueti potus aut cibi ſumere,animi lāguorem notet. An ꝙ alimenti inopiam probat. hinc ualidiſſimas carnes uidere maximi exceſſus, pauciſſimas,minoris eſt prēſagium: nam ut quod aſſumitur bonum,bonum eſt:ita quod apparet,erit.

20. Cur aqua pura potata bonum: reliquę uero omnes noxiæ. An ꝙ quicquid aſſueti homo ſpectare uidetur, animi deſiderium teſtatur.

21. Cur quodcunque fugere perterritus ſi uidetur, morbidum. An quòd ſanguinem in ſiccitate infeſtantem detegit.

22. Cur pugnare uulnerari, cruentari, uinci, morbida. An ꝙ hęc cholerę ſunt peculiaria : quare corporis ſecretionē circuitus inimicam contigiſſe ſigno ſunt.

23. Cur ex uiſis errores,uagationes, aſcenſus mali & graues,fluuiorū traiectus, armati hoſtes diuerſi generis monſtra ægrotationis, ſiue inſanie argumenta ſunt. An ꝙ ſpiritus uaporibus melancholicis infici indicio ſunt, atque cholericis uaporibus offuſi motique per corpus. Hæc ſunt problemata quæ ex diuino Hippocrate ſunt collecta in eo libro : quem de inſomnĳs inſcripſit: quæ omnia intelligi debent,ſi frequentauerint: uel ſi aliud fortius aduerſans non ſucceſſerit:nam ut Ariſtoteles dixit:ſæpe adſunt pluuiæ ſigna:quibus non ſemper pluuia euenit. Nam aliud fortius aduerſans fortaſſe obiter occurrit : mutans ſigna ad oppoſitum.

24. Cur qui uidet ſe in latrina uel fetido loco, malis humoribus eſt repletus. An ꝙ fetor hic a putredine exoritur humorum,qui in eius corpore ſunt.

25. Cur ſi ſomnians ſentiat ſe grauari, ut patet cum ſentit incubum:ægrotet. An ꝙ hæc grauedo plenitudinem humorum notat.

26. Cur per loca anguſta atq; per foramina ſi quis ſe ambulare conſpiciat, ægrotet. An ꝙ inſtrumenta anhelitus grauem pati ęgritudinem demonſtrat : quæ ipſam totam aeris quātitatem attrahere uetat: quanta eſt ei neceſſaria. Alia complura problemata fieri poſſent : quæ ut breues omittimus:ſuntq; intelligenda omnia,ut dixit Ariſtote. ut in pluribus,atq; corporibus nō præſeruatis. Quemadmodum enim phyſiognomus ex uno duntaxat ſigno : qđ in corpore notauit:non præſagit animi affectum: ſed ex pluribus idem conſignificātibus: ita coniector medicus atq; phyſicus nō debet ex uno ſomnio humoris alterationem uel morbum coniectare,ſed ex conſimilibus atq; compluribus idem prēſagientibus, modo ſomnians non præſeruetur,nec aliud aduerſans emergat. Hactenus de regulis interpretandi naturalia ſomnia.

De diuiſione animalium ſomniorum, & quæ per ipſa liceat coniectari. Cap. XVIII.

ANimalium ſomniorum alia ſunt quæ ab affectibus naturæ,alia quæ ab affectibus artis, alia ab affectibus eorum:quæ nobis obiter occurrunt proficiſcunt̄. Affectus naturæ ſunt:qui aīæ inſunt fere a natura: qualia ſunt uirtutū incitamēta, atq; ſemina. Aliqui.n. naſcunt̄ natura fortes,uel audaces,uel timidi. Aliqui tēperati,uel intemperati, uel inſenſati. Aliqui liberales, uel prodigi, uel auari. Aliqui uero alĳs atq; alĳs affectibus ad alias atque alias uirtutes uitiaue idonei, affectus artis ſunt, quatenus alio affectu afficit̄ qui eſt piſcator: alio qui eſt mercator:alio qui ſutor,alio qui barbitonſor:alio atq; alio : qui alia atq; alia arte eſt peritus. affectus uero eorū, quæ nobis obiter occurrunt:ſunt earū rerū,quas uel agere uel facere, uel inuenire,uel recordari cœpimus, uel ꝓpoſuimus. ꝓpoſui,ut mihi barbā tonderet barbitonſor, cōpluribus occupatus oblitus erā,at nocte uidebā mihi barbā tondi:cœpi q̄rere

librũ, quẽ nõ inueni, nec cui conceſſerã uigilãdo recordari poterã multitudine ſenſiliũ: quæ memoriã auertebatur. noctu uero eius cui librũ conceſſerã, recordatus erã, qua rõne librum recuperaui. Simili modo & de alijs infinitis, uel quæ agere, uel facere, uel inuenire, uel recẽſere in uigilia cœpimus, quæ tñ exequi occurſu maioꝝ quæ ſenſus noſtros prẽmerẽt: nullatenus poteramus. Hæc itaq; ſomnia affectuum ſunt eoꝝ quæ in nobis erant prætermiſſa.

Quæ per ſomnia cõiectantur. Patet igit̃ quæ ꝑ hæc ſomnia liceat coniectari Nã per ſomnia q̃ ab affectibus proficiſcunt̃ naturæ, nos affectus uirtutum p̃ſagimus. Verũ non ex uno ſomnio, quẽadmodũm nec ex uno naturæ ſigno uulti ſpex, qui græce dicit̃ phyſiognomos, de animi affectu cõiectat, qui igitur uult per ſomnia affectui alicuius p̃ſagire: oportet colligere cõplura ſomnia, aut petere ab eo, cuius affectũ cõiectare intẽdit, qualia plerũq; ſint eius ſomnia, q̃ ſi pro maiore parte inuenerit ad liberalitatẽ ſpectãtia, poterit eũ natura eſſe liberalẽ dijudicare. nã ueluti una hirũdo uer non facit, nec unũ actum fœlicẽ, ita nec unũ ſomnium p̃ſagit animi affectũ. ſed uel plura eundẽ portẽdentia. Per ſomnia uero q̃ ab affectu artis exoriunt̃: artes eoꝝ coniectamus: quorum ſomnia ſunt, ſed nec per unũ ſomniũ. Non. n. ꝙ quis ſemel de piſcib⁹ capiẽdis aliq̃d ſomniauerit, eũ eſſe piſcatorem eſt cenſendũ. nec ſi qs tẽdere alteri barbã ſomniauerit ſemel, eũ eſſe barbitonſorẽ aſſeremus, ſed eius cuius iudicium de arte q̃rimus oportet cõplura ſomnia colligere, aut ab eo petere qualia eius ſint ſomnia plerunq; q̃ ſi ad idẽ oĩa uel pro maiore parte erũt, de arte coniector facile cõiectabit. At uero ꝑ ſomnia eoꝝ, quæ nobis obiter occurrũt, eos affectus iudicamu⁹, quibus p̃cedenti die p̃memabur. Hæc ſomnia ſunt poti⁹ memoriæ eoꝝ, quæ uel agere uel facere, uel inuenire, uel recordari pridem cœpimus, quare ex uno ſomnio cõiector de ſomniãte, uel ſomnians de ſe ſuique affectu obiter emerſo facile poterit coniectare. De ijs nihil ad Philoſophos, quippẽ cum omnibus conſtent. Colligendæ igitur ſunt regulæ, quibus & ſomnia affectuum naturæ, & ſomnia affectuum artis interprætentur. Hæc enim ſunt Philoſophis digna.

De affectibus naturæ & eorũm materijs ſubiectis. Cap̃. XIX.

VT diximus naturę affectus uirtutes uel uitia ſunt naturales, quibus ſumus ad uirtutes uel uitia propenſi.

12. uirtutes hic deſcribuntur. Sunt aũt hi numero 12. nã circa timores uel fiducias, ſunt mediocritas quidẽ fortitudo, exceſſus audacia, defect⁹ uero timor. Circa uoluptates atq; dolores ſunt, mediocritas quidẽ tẽperantia, exceſſus intẽperantia, defectus uero inſenſibilitas, ſiue inſenſatio. Circa dãdas capiẽdaſq; pecunias, mediocritas quidẽ eſt liberalitas, exceſſus ꝓdigalitas, defect⁹ uero auaritia. Sunt etiã & aliæ circa pecunias affectus, & mediocritas eſt magnificẽtia. Magnificus. n. differt a liberali, nã hic circa magna, ille circa parua uerſatur. exceſſus eſt uentoſitas. defectus uero modicitas. Circa honores & inhonorationes, mediocritas eſt magnanimitas. exceſſus inflatio. defect⁹ aũt puſillanimitas. Circa iras mediocritas eſt mãſuetudo. exceſſus iracũdia. defect⁹ ũo ſegnities. Circa uerũ mediocritas eſt ũacitas. exceſſus arrogãtia, defect⁹ diſſimulatio. Circa iocũdũ, qđ in loco cõſiſtit, mediocritas eſt comitas uel urbanitas, exceſſus, ſcurrilitas defectus ruſticitas. Circa iocundũ in uita mediocritas eſt amicitia, exceſſus eſt laſciuitas, uel placẽtia, aut adulatio, defectus inhumanitas. Circa affectus modeſtię, mediocritas eſt uerecũdia. exceſſus, quo quis nulla in re uerecundat̃ eſt impudentia. defectus uero quo quis in omni re uerecundat̃, eſt pauitas. Circa inuidias atq; maliuolẽtias, mediocritas eſt indignatio. exceſſus quo quis de oĩbus dolet, eſt inuidia. defectus uero maliuolẽtia. iuſtitia uero oĩum eſt eoꝝ. quæ in nobis uel actionũ, uel adminiſtrationum ſunt, mediocritas. Hæc ſunt affectus, atq; eoꝝ ſubiectæ materiæ, quos capitulatim recenſimus, nam diffuſe Ariſto, in his libris, expoſuit, qui Æthicorum ſunt.

De regulis interpræetandi ſomnia quæ indicant affectus naturæ. Cap̃. XX.

FAcile ex ijs poteſt cõiector ſomnia quæ ab affectu proficiſcunt̃, interpræetari, & ex illis affectũ deducere. Nã ſi ſomnia circa tumores uel fiducias ſunt, ſi ad mediocritatẽ attinẽt, fortis indiciũ ſunt. ſi ad defectũ, timidi. ſi ad exceſſum, audacis. Narrauit mihi amicus uidiſſe in ſomnijs quendã ſibi hoſtẽ, qui eũ armis acerrime inuadebat, ac ipſe reuoluto clamide in brachio uidebat̃ hoſtẽ inuadere, ita ut arma ex manu arriperat, experrectus q̃ſiuit a me interpræetarionẽ, cui facile reſpõdi, hoc nihil, niſi animi affectũ, quę fortitudo eſt, pręſagire. Teneo igit̃ te uirũ fortem, & quidẽ ita erat. Si uero ſomnia uerſent̃ circa uoluptates & dolores, ſi ad mediũ tendũt, tenperãtiam pręſagiunt. Sinautẽ ad extrema, extremos affectus nuntiant. Eſt alius amicus noſter, qui uidit in ſomnijs ſibi delatam eſſe pulchrã mulierẽ a parẽtibus metu hoſtiũ ab eo cuſtodiendam, quã cũ uidiſſet poſt pauca fuiſſe eius amore captam, non modo amorẽ repudiauit, ſed eã acerrime reprobauit. Experrectus quoq; mihi ſomniũ narrauit, cui facile prædixi eius animũ caſtitate atq; temperantia eſſe natura affectum, nec aliud portẽdere, qđ conceſſit aſſerẽs ſe hoc idẽ agiſſe nõ ſemel in uigilia. At ſi ſomnia circa pecunias dãdas uel capiẽdas uarſent̃. Si ad mediũ tendãt, in animo ſomniãtis eſſe liberalitatẽ eſt cẽſendũ, ſi ad extrema, eius animum ad extrema uerſari etiã, dux quidã narrabat mihi omnia eius ſomnia, quibus fere omni nocte præmebat̃, At ego colligãdo oĩa, dijudicaui illa ad lucrũ, uel rapinã, uel furta tẽdere, ex quibus facile de eius extrema auaritia, atq; miſeria coniectabã, neq; eius tyrãnide, ſed cum a me toties quæſiuiſſet, demũ excuſatione præmiſſa, qua ſemper cũ principib⁹ uti debemus, dixi in eius animo eſſe ſummam miſeriã atq; auaritiã, nec aliud ſibi portendere ſomnia, niſi animum ſemper in tyrãniçandis ſubditia uerſari.

Regula. Eſt igit̃ regula, ut materia colligat̃, circa quã uerſantur ſomnia: deinde ſi ad exceſſum. uel defectũ uergerint quibus collectis, quid in animo ſomniantium ſit facile coniector depræhendet. Hanc regulam optimus naturæ interpres uno uerbo attingit, cum dicit ſtudioſorũ ſomnia eſſe ſtudioſa, atque fœlicia, prauorum uero praua, atque infœlicia. Hæc de ſomniorum interpræetatione, quæ ab animi affectibus naturalibus proficiſcuntur.

De regulis interpręetandi ſomnia artificũ Cap̃. XXI.

REgulas interpręetãdi artificũ ſomnia facile coniector inueniet, nã tractãt fabrilia fabri. Et nauita de uentis, de bobus tractat arator. Oportet igit̃ ad materias artium aſpicere, uidereq; circa quã artium materiam ſomnia plerunq; uerſent̃, & iuxta illã de arte præſagire. Quidam uenator plerunq; de canibus, deq; leporibus, atq; capreis nunc capiendis, nunc fugiẽdis ſomniabat. At cum quæſiuiſſet a me eorum ſomnioꝝ coniectationẽ, prædixi in eius animo uenatoriã eſſe facultatẽ. quoꝝ interpræetationẽ admirabat̃, Ego. n. qui uenationibus ſemper ſum emerſus, frequenter in ſomnijs uideo me uenationibus implicatũ. Pridem barbitonſor noſter dũ mihi barbã tondebat, dixit ſe nocte ꝓxima in ſomnijs tõdẽdo barbã cuiuſdã uillici, illi uulneraſſe maxillã, cui ſubriſi, dicẽs magiſter tu uigilãs et dormiens ſemper barbitõſor es. Vexat te barbitõſoria facultas nõ modo in uigilia atq; interdiu, ſed noctu atq; in ſomno. ergo tua fringere arte. Recordor dũ patauij aderã noctu dieq; & dormiendo & uigilãdo ſemper in diſputationibus uerſari, & multa ꝑfecto in ſomno acuta atq; docta argumẽta inueni. Erã. n. tunc ea diſputãdi arte ualde præſſus. Hęc pauca de regulis ſomnioꝝ artificũ ſufficiãt.

De regula diſcernendi ſomnia. Cap̃. XXII.

ID quod in cõiectore arduũ eſt, ac Ariſtoteles reticuit: eſt diſcernere inter ſomnia naturalia, atq; aĩalia. Vtraq; enim animæ nullã p̃bent admirationẽ, naturalia quidem: cũ motu naturæ agantur. Animalia uero: cũ deluſionem ſint quædã eorũ: circa quæ anima fuit ſollicita atq; in uigilia occupara: quare nulla horum aĩæ admirationẽ tribuunt. hinc inter hæc differentias reperire admodũ difficile eſt. Somnia quæ ui morborum morbidorũq; alterationũ emergũt: facile diſcernuntur. Nam, ut Hippocrates dixit, oĩa ſunt offuſa diſtorta incõdita, atq; terribilia. cum ſpũs qui imagines ferunt in morbidis corporibus: alterati atq; male affecti ſint. modo quales ſpũs, ut Hippocrates inquit, Corpus intrant: talia ſomnia reſultant: quare facile hæc annotãtur ſomnia. Pręterea ſunt de rebus atq; ſubiectis materijs: q̃ nec affectui artis, nec naturæ affectibus ſubijciũtur: ut de ſtellis elementis, motibus, quietibus, cæteriſq; q̃ ſubiecta ſunt naturæ. At ſomnia aĩalia uerſantur circa materias uel uirtutũ, uel artis: quas ſuperius deſcripſimus. Hinc regula diſcernendi hoc pacto colligit̃: nã cum ſomnia ſint cognitiones ſomniales: & cognitiones diſtinguãtur pænes ſubiectas materias: hinc materias reſpicere oportet: q̃ ſi ad affectus uirtutũ uel artis ſpectauerint: aĩalia erũt ſomnia. Si uero ad res naturales, utpote ſtellas, elemẽta, uapores, exhalatiões, aĩalia, miſta, ſtirpes metalla, & horũ motus & mutatiões: ꝓculdubio ſana uel ægra ſomnia erũt: illud tamẽ nõ eſt p̃mittendũ eſſe ſomnia interdũ aĩalia et ægrotatiua uel ſanatiua. Barbitonſor enim & ſi affectu artis de ſuis pertractet materijs: tamen circa illas ſi bene lucideq; atq; condite ſomniauerit: ſanatiua erunt ſomnia. Sinautem obſcure incondite atq; diſtorte: ęgrotatiua ſomnia eſſe non eſt ambigendum. Quib⁹ itaq; ſomnia diſcerni poſſint: ex his perſpicuum eſt. Et de arte interpræetandi peripateticorum hactenus.

De his quæ quidam p̃mittunt ad interpręetandum cœlica ſomnia. Cap̃. XXIII.

QVoniam nonnulli peripatęticorum cœlica ſomnia cõcedũt: q̃ nobis mitti ab intelligentia agẽte dixerũt, ut Auerroes, Auicẽna, Algaçel atq; Alpharabius: cõpluresq; alij: quos ſuperius enarrauimus: ideo prima regu

Regula. la de interp̃tandis cœlicis ſomnijs eorũ eſt ut ſi uera ſint ſomnia: uel inſomnia ideſt falſa, annotetur. Hoc aũt Auerroes ex his cognoſcere docuit, ex parte tp̃is ut ſint prope diẽ utpote celebrata ꝑ maiore parte cibi cõcoctione. Nã tum aĩæ partes ipſæ ſenſariæ lucidius atq; clarius imagines cõdunt. Sũtq; prõptiores ad ſuſcipienda ſomnia, q̃ ab intelligẽtia agẽte mittuntur, eo ꝙ motus ſunt magis ſedati ex parte naturæ, nã ueriorum ſomniorum ſunt, quorum natura eſt melãcholica, licet Petrus apponẽſis eius ueriora eſſe ſomnia affirmet, cui⁹ natura eſt tẽperata, nã q ſicce fuerit naturæ, licet bene retineat, male recipit. Qui uero humidæ, bñ q̃dẽ recipit, ſed male detinet. At q calidæ naturę eſt, hic in actionib⁹ inſtabilis eſt, q deniq; frigidæ, oĩ ex parte tardus atq; piger eſt ad motus. Quare ueriorum ſomniorũ is eris, cuius natura tẽperata eſt, qđ mihi magis placet, nã tẽperatioris naturæ oẽs operationes ſunt tẽperatiores, ex parte uero cõſuetudinis in dicẽdo uel agẽdo, nã is ueriorũ ſomniorũ eſt, q tum uerbis, cũ factis uerior eſt. Mẽdacis enim aĩa & uigilãdo, & dormiẽdo mẽdax ſemꝑ eſt. nam uſus prauarum cõſiderationũ ſomniatricẽ partẽ afficit, ut nõ bene rõnabili parti obediat. Dixit enĩ Ariſt. quorũ loquax eſt natura, & melãcholicã multimodas uiſiones uidẽt. Quippe cũ in multo ſemꝑ ſint motu. ex parte

Cautela cõiectoris. etiã cõſuetudinis in ſomniãdo, nã q cõſueti ſunt uera per ſomnia p̃ſentire, plerũq; uera ſomniãt. Vnde q̃dã coniector circa ſomnia interp̃tãda utebat̃ optima cautela, nũq; enim ſomnia interp̃tabat̃, quin prius a ſomniante ꝑquireret, ſi eius ſomnia uera plerũq; euaderẽt, deinde de interp̃tatione differebat. Quare ex parte conſuetudinis ſomniandi magna pars ſomnioꝝ uerorũ, uel falſoꝝ dignoſcit̃, etiã & ex parte animi eius qui experrect⁹ eſt, ueritas uel falſitas ſomnioꝝ cõiectat̃, nã poſt uera ſomnia experrecti aĩa remanet admirata. Expergiſciturq; dormiẽs quaſi timid⁹. Nemo. n. in ueris ſomnijs uerſat̃, quin excitat⁹, quaſi a natura pulſus, attonit⁹, admiratus, atq; timidus nõ derelinquatur. Cuius cãm Auerroem ait ex eo ꝙ ſibi intelligẽtia agẽs copulata fuit in ſomno, cui ſpiritale quoddã ſemen dereliquit, quo aĩa ipſa ſtupet. Vltimo ex parte tp̃is rerũ quę eueniũt: nã cœlica ſomnia nõ niſi de futuris, q̃ nobis, uel amicis, uel patriæ, uel orbi calamitoſa uel ꝓſpera uẽtura ſunt, eſſe uident̃. Animalia ſomnia de his quæ præterierunt, per accidẽs uero de futuris, quatenus nos ex deliberatione ꝓſequimur. Naturalia uero ex reb⁹ ſunt, q̃ modo inſtãt, nihilq; uel futuri uel præteriti præſentiẽtia. Hæc de præmiſſis ad interpræetanda cœlica ſomnia.

Quæ Mathematici de interpræetandis ſomnijs dicant. Cap̃. XXIIII.

MAthematici arbitrantes motus eoꝝ oĩum quæ ſub motu cœli continet̃, a cœli motu depẽdere (qđ Ariſto. in. 8. phyſicæ auſcultationis aſſerit, cũ dicat primũ in omni genere eſſe cãm oĩum eoꝝ, quæ ſunt in illo genere, qđ etiã in metaphyſicis retulit) tradiderũt ſomnia & naturalia, & aĩalia, & quæ cœlica appellam⁹: oĩa e motib⁹ ſtellarũ ꝓficiſci. Vnde et Ariſto. bon⁹ naturæ interpres in his libris quos de gñatione inſcripſit, dixit oẽs formas: q̃ hic agunt̃, cõtineri in terminis i. ſtellis, q̃ termini dicunt̃, quatenus termini ſunt corporearũ machinarũ, cũ quippe nulla ſit in hoc ſublunari mũdo forma, quæ alicui cœlice ſtellarũ cõfigurationi nõ cõcordauerit. Hermes optimus rerum cœleſtiũ obſeruator dixit nõ eſſe granũ arenarũ in mari, qđ non propriũ obtinet ſignũ ſuſcitãs ad eius incremẽtum Ariſt. etiã tradit motu ſolis ꝑ. 12. cœli ſigna fieri generationes corruptioneſq;. Ptholemæus nõ min⁹ peripatetic⁹ q̃ mathematic⁹ in eo libro quẽ de cẽtũ enucleatis ſcribit enucleato. 5 o. inquit. ne p̃termittas cẽtum & decẽnouẽ cõiunctiones. In his. n. poſita eſt cognitio eoꝝ quæ fiũt, & gñationis & corruptionis: igit̃ oĩa ſomnia & naturalia & aĩalia, & cœlica a ſtellis mitti nemo mathematicoꝝ dubitauit unq̃. Verũ hęc differẽtia eſt, ꝙ naturalia et aĩalia mediate mittũt, aĩalia quidẽ mediãtibus affectib⁹. Naturalia uero mediãtibus motionib⁹, q̃ fiũt in ſpiritib⁹, at cœlica penitus a cœlo ſunt. Stellæ. n. cum aerẽ, qui nos ambit, alterãt, aere illo etiã ſic alterato mediãte alterationes poteſtete ſimiles motib⁹ earũ in nobis efficiũt.

Qualiter aĩalia ad celicas alterationes. Has alterationes aĩalia & aues in uigilia ſentiunt, unde uidem⁹ aues p̃ſentire tẽpeſtates, bruta etiã, e quib⁹ ſigna tempoꝝ docuit colligere Theophraſt⁹. Hoĩes uero in uigilia raro. Cauſa autẽ eſt, ꝙ aĩalia illa dum uigilãt ſemper reſpectu hoĩum dormire uident̃, cũ ſemper ſenſus eoꝝ & familiares & peregrini a motionibus atq; ꝓfundis curis uacent. Quare cũ aer ſic a ſtellis alteratus illa aĩalia alteret, mox ille alterationẽ cum ad ſenſoria deferant̃, ſenſationẽ facile in internis ſenſorijs ꝓducunt, eoꝝ quæ ſtellæ portẽdunt. Hinc Gall⁹ p̃dicit diẽ, ꝙ et diei excubitor dicit̃. Hinc cornix p̃dicit pluuiã. dum ſupra lapidẽ mane groccitat. Hinc noctula uolat ad domũ eius, q moritur⁹ eſt horrẽdo atq; ferali carmine bubãs. Illuc. n. eã moueri dicunt augures, quo ſtellæ alterationẽ mortiferã mittũt. p̃ſentit. n. futurã hoĩs iacturã, quaten⁹ motus cœleſtes ſentit. Hinc deniq; uerũ aĩalium impet⁹ emerſerũt, q̃bus uaria p̃ſagia diuinatores annotarũt: ut Cicero narrat. At hoĩem, cũ ſemꝑ multitudine curarũ atq; alterationũ maioꝝ ſenſiliũ p̃mant̃, diuertãturq;, tales cœleſtes mutatiões, quas ad nos uehit aer, uix in ſomno p̃ſentire poſſunt. Tũ. n. ſilẽtio noctis, uacãtiaq; ſenſuũ, ſenſibiliores admodũ reddunt̃. Quare mutatiões illæ cũ ad ſenſoria defluxerint externa, illa pulſantia magis q; ſint ſentiri apta, in ſomniatrice phantaſticos ſenſus efficiũt, qui ſomnia ſunt, earũ rerũ, quas ſtellę efficiũt, p̃ſagitura. Hinc patet cur hæc fortuita ſint, nã rõne ad uirtutes ſomniantiũ habita, fortuita ſunt, cũ hęc ſupra illas euenerint, atq; p̃ter intentionẽ fidemq; eorũ, qui ſomniãt. Rõne uero habita ad mutatiões cœlicas, quę oĩa certo fine agũt, nec ſunt fortuita, nec temeraria. Min⁹ fortuita ſunt rõne habita ad motores, q ſtellas certis finib⁹ mouet̃. Minime autẽ ad Deũ relata, qui oĩum rerũ ipſe finis, fortuita eſſe poterunt. Hinc perſpicuũ eſt ſomnia cœlica nõ eſſe interpræetãda, niſi præcognoſcant̃ ſtellæ, & figurę ſtellarũ, & mot⁹, & ſigna quę tenẽt, & ſitus atq; ea oĩa, quib⁹ ſtellæ aliter atq; aliter occurrẽtibus alios atq; alios ſenſus ſomniales ad nos mittunt. Hæc mathematici.

Quomodo tres ſunt mundi, de quibus Anaxagoras dixit quodlibet eſſe in quolibet.

TRiplicem eſſe mundũ figurat antiquitas, utpote animalem, ælemẽtarium, & cœlicũ: quoꝝ in quolibet ut dicit Anaxagoras. Cœlicus mundus eſt uniuerſum ex cœlis & elemẽtis cõſtitutꝰ, in quo ſunt quatuor ęlemẽta, & miſta, & qđ ſupra oĩa ælemẽta, & animalia ferẽ: ſunt. 12. ſigna: quinq; ſtellæ, q̃ planetæ dicunẽ: duo quoq; lumina. Mũdus uero aĩalis hõ eſt: quẽ microcoſmon appellãt. In hoc. 12. ſunt ſigna Caput quidẽ eius aries eſt. Collũ et ceruix taurus. Brachia & humeri gemini. Pectus cancer. Latera & ſtomachus leo. Vẽter uirgo. Renes & uertebrę libra Pudẽda ſcorpius. ſagittarius coxæ. Genua capricornus. Aquariꝰ crura. Pedes piſces. In hoc ſunt ſtellæ qnq;. Lien quidẽ eius Saturnꝰ eſt. Iecur Iuppiter. Pulmo & fel mars. Renes lumbiq; atq; teſtes uenus. Lingua atq; ſpũs Mercurius. duo lumina ſunt: cor Sol. Cerebrũ Luna. ælementa etiã in hoĩe ſunt: nã cholera ignis eſt. Sanguis aer. Melãcholia terra. Flegma eius eſt aqua. Elemẽtarius mũdus licet ex quatuor ælemẽtis cõſtet: tñ ælementoꝝ mũdus in quo hęc ambo ſemper ſunt ptãte: aer nos continẽs eſt. In aere. n. uirtutes ſunt cœli oẽs: quatenus omni hora aliter atq; alr a cœlo alteraẽ. Recipit. n. omni hora oĩum ſignoꝝ, & ſtellarũ et luminũ uirtutes. omni etiã hora has uirtutes mutuãs a cœlo: aliĳs atq; aliĳs tribuit. Non. n. eſt hora: in qua aliquod animal non genereẽ: & cui uirtutes: quas a cœlo aer mutuatus eſt: non immittat. Eſt igiẽ uerũ ut Anaxagoras dixit horum quodlibet eſſe in quolibet. Quodlibet. n. cœli eſt in aere, & in hoĩe. quodlibet qđ eſt in aere eſt, in cœlo eſt: & in hoĩe. quodlibet qđ in hoĩe eſt: & in cœlo & aere ſemper inueniẽ. Horũ unus mũdus eſt: qui ſemꝑ mutationes & uirtutes mutuaẽ: cœlicus quidem. alius qui ab hoc mutuans ſemper, alteri ſemper mutuatur motus & uirtutes, aer. ſ. Alius qui nulli alteri motꝰ uirtuteſq; mutuans: ſemper ab aere uirtutes mutationeſq; mutuaẽ, homo eſt. Quare dum naſciẽ homo uirtutes alterationeſq; ab aere eas mutuaẽ: quas aer tunc a cœlo mutuabaẽ. Dũ uigilat etiã: ſemper uirtutes motuſq; ab eodẽ aere mutuaẽ: quos aer tũc a cœlo mutuaẽ. Quare dũ dormit uirtutes ac motus mutuaẽ homo ab aere: quos & aer tunc a cœlico mũdo mutuaẽ. Sed hoc intereſt: nã dum uigilat homo, motibꝰ maioribꝰ occupatꝰ, motus ac uirtutes quas ab aere mutuatur: nõ ſentit: dum dormit. ꝓ ſilẽtio noctis, uacãtiaq; maioꝝ: illas mutuatiões ſentit. Hinc uaria ſomnia emerſerũt: ꝙ ſtellę et lumina hũana, ſignaq; etiã aliter atq; aliter a mũdo ælemẽtario motꝰ & uirtutes mutuãtia: uarios ſenſus ad ſenſoria mittãt: & qbꝰ ſomniatrix uis uaria phãtaſtica ſomnia cõficiet. Hęc ſunt q̃ naturales Philoſophi in mathematicorũ ſubſidiũ retulerunt.

Quot requiruntur ut mathematicus per cognitionem ſtellarum ſomnia interprætetur: & quis ſit optimus ſomniorum coniector ſecundum eos. Cap̃. XXV.

ANteq; ſomnia doctus mathematicꝰ interprætẽ, requiritur primo ut obſeruauerit adamuxim eius qui ſomniat geniturã, nam ex illa cognoſcet an in uita ſomniaturus ſit aliquãdo: et ſi ſomniaturus utrũ facta ſomnia an uera uidebit. Hæc. n. nõ niſi a genitura edocuerũt doctiſſimi mathematici. Secũdo requiriẽ animaduertat ꝑfectiones earũ ſtellarũ: quæ dederũt ſomnia. Nã ſi ſomniãs ex genitura habet ut ſomniet. Tũ ſomniabit, cũ chronocratrices ſtellæ, q̃ ſomnia dederũt: ꝑfecte erũt ad loca: q̃ in genitura ſomnifera appellamꝰ. Quòd ſi e genitura habuerit quiſpiã, ut uera ſomniet: accedẽtibus chronocratricibꝰ ſtellis ad loca ſomnifera: tũc uera ſomniabit. at ſi contra habet qđ falſa: tũc quoq; & falſa ſomniabit. Tertio obſeruare debet curioſus mathematicus tp̃s ſomnĳ, utpote quo mittiẽ dormienti: nã ad illud tp̃s thema cõficiat ſtellas cõſtituat: ut regulæ ſupputationũ, edocẽt. quibus diligẽter admodũ obſeruatis: hæc tria mutuo cõferat: nam in his uidebis, ſi uera ſunt, ſomnia, & quę portẽdere. An ſint naturalia, an animalia nihilq; præſagitura. Ex his patet: quis ſit aptiſſimus ſomnioꝝ cõiector. Eſt. n. ille: q optime ſomniãtium genituras, & ſtellarũ ſomnioꝝ effectriciũ ad loca cœli ſomnifera chronocrationes, & qui ad uerũ tp̃s ſomnĳ thema collegerit, ut ſupputãtium regulæ tradunt. Nec hæc ſufficiũt: ſed eſt etiam qui optime ſtellarũ uires affectiones nouerit, quoties ſolæ uel cũ aliĳs miſtæ reperianẽ. Hic. n. ſm mathematicos eſt exquiſitiſſimꝰ ſomniorum cõiector. Quæ quidẽ nec ſufficere dicũt mathematici, ꝓpterea addũt coniectorẽ eſſe qui a ſtellis uim interprætãdi habet. Aliqui. n. ſunt quoꝝ animę a Deo ſenſibꝰ immerſas, ut uix nihil ultra ſenſilia appręhendant. Aliqui cõtra ex ſtellarũ cõſtitutione a Deo animas habẽt eleuatas ut facile ſit eis oĩa exẽplaria allegoriçare. Alĳ mediocres animas habẽtes, arte indigẽt, ut recte cõpleteq; interprætẽtur. Vnde de his mediocribus loquẽs Ptholemæus in eius libri initio: qui eſt centũ enucleatoꝝ, ait ꝓnuntiationis non fieri a ſciẽtia ſola, nec a te ideſt impetu cœlico dũtaxat, ſed a te & a ſciẽtia: nã ſoli numine afflati p̃dicũt particularia. Quare exquiſitiſſimus ſomniorũ coniector is erit qui a ſe, & a ſcientia coniectat. Hæc mathematici.

Ex ĳs modo cõſtat, quã uane atq; ſuperſtitioſe quidã per quęſtiones, quas interrogationes dicũt: reſpondẽt ad ſomnia. Sunt. n. eiuſmodi quæſtiones coniecturæ debiles: quæ inuẽtæ ſunt: ubi defuerint partiles hominũ geniturę. Tam & ſi nonnulli per has multa particularia prædicãt: potius forſitan ab eorum impetu: quam ab arte, moti.

Quæ geniturae uera ſomnia dant: quæue uel non dant: uel falſa. Cap̃. XXVI.

ETſi de genituris loqui ſit hoc mathematicoꝝ inſtitutum: tñ quædã breuibus attingemus: ut interprætandis ſomnĳs nõ deficiamus. Genituræ igiẽ ſomnioꝝ uerorum ſunt ſm Ptholemæũ: aut cũ Mercurius iugenitura in altera domoꝝ Saturni cõſtitutus ac potẽs fuerit. Aut cũ duo ſuperiores fuerint in ipſa genitura in ſtatu medio: utpote in cœli imo: qđ cardo quartus eſt. atq; ſtatiarĳ ſecũda in ſtatione ueſpertini. Aut cũ duo inferiores etiam fuerint mediocris ſtatus, utpote in diurnis genituris occidui uel ueſpertini, in nocturnis uero orientales uel matutini. Stellæ enim in genituris hoc pacto conſtitutæ, intellectũ nato coniecturatiuũ reddunt, atq; uera ſomniantẽ, & de ſomnĳs uera coniectantem. Iuniores mathematici ſcribũt in genitura nonũ hoſpitium eſſe ſomnioꝝ, propterea aſſerunt uera ſomnia dare ſi ipſum hoſpitiũ aliquod Mercurĳ bene ſe habẽtis ſignũ bene affectum, tenuerit. Vel ſi luna in eo fuerit reperta atq; bene collocata, aut ſi dominus 9. hoſpitĳ cui Mercurio uel luna bene configuratꝰ fuerit. Quòd ſi nullum horum erit: uel non ſomniabit natus, uel ſemper falſo. Hæc de genituris ſomniferis.

De chronocrationibus ſomniferis. Cap̃. XXVII.

CHronocrationes ſomniferę ſunt anni in quibus Luna peruenit ad eas ſtellas: quę ſomniũ dederunt, uel ad illud ſignũ qđ in ipſo nono hoſpitio collocaẽ. Hoc autem ſcitur per tabulas aſcenſionũ rectarum, uel obliquarum, uel miſtarum, dando gradui cuilibet aſcẽſionum annum uel mẽſem. Docuit. n. Ptholemæus ea quæ ſunt animi, a luna eſſe chronocranda unde chronocratrices ſtellę ſunt illæ, ad quas cũ peruenerit Luna ſomnia erũt. Loca etiam chronocratritia ſunt ille gradus: qui fuit in cuſpite none domus, atq; illi quos tenent chronocratores. Hæc pauca de ſoniferis chronocrationibus.

De regulis interprætandi. Cap̃. XXVIII.

CVm igitur per genituram cognitum ſit natum uera ſomnia eſſe uiſurũ: & iam chronocrationes adſunt, ideſt iam natus peruenit ad annos ſomniferos: quibꝰ uera ſomnia ex cœli ſtatu promittebanẽ: diligens cõiector ad uerum tẽpus ſomnĳ thema ſtellarũ erigat iuxta ſupputandi regulas traditam. Deinceps ſtellã quæ ſomnium dedit diligenter colligat. Hæc autẽ eſt: quæ nonũ hoſpitium in temate tenet ab horoſcopo. at ubi in nono ab horoſcopo loco nulla ſtella fuerit: quæ in decimo eſt: ipſa eſt ſomnĳ datrix. Quòd ſi nec in decimo nulla fuerit: illa eſt: quę tenet horoſcopum: quẽ ſi nulla tenuerit: quæ tenet ſeptimũ locum: ipſa eſt quẽ ſi adhuc nulla habet: quæ tenet quartum ipſa eſt. at ſi nec hũc aliqua tenuerit: ſomniũ uanũ eſt, uel falſum: uel nihil ſomniauit: uel eius nõ meminit. Inuenta ſtella hũc in modũ quæ ſomniũ prębet: aſpice illã: quę ſi fuerit Saturnus: uidit rem terribilẽ. at tunc quęre cuius loci. 12. in themate collocatoꝝ ſit dña: nam terribile qđ uidit ad eã attinebit domũ: cuius Saturnus ipſe eſt dñs. uerbi cã: ubi Saturnꝰ ſit dñs ſit loci. 12. ab horoſcopo: qđ uidit: fuit inimicus: uel aliquod eorũ: quæ ad eũ locũ ſpectãt: eodẽ pacto de cæteris domicilĳs enũciato. ubi uero ſomnioꝝ dñatrix ſtella fuerit Iuppiter: tũc ſomniũ fuit iucundũ, placidũ, utpote cũ regibꝰ uel magr̃atibus & cæteris id genus. At ſi mars: qđ uidit: eſt de ĳs q̃ tenet Mars. Et in cæteris ſtellis ſemꝑ idẽ facito. nã id qđ uidit ſemper eſt eorũ: quæ ſtella tenet. Potes etiã reſpicere ad domicilium: cuiꝰ ſtella eſt dña: nã ẽt uiſum ad eũ attinebit locũ. Obſeruandũ eſt ẽt ſignũ qđ ſomniatrix ſtella tenet. ubi nãq; ſit fœminũ: uidit in ſomnĳs ſublimem locũ, aut rupem eleuatã, aut uidit ſe ex ſublimi demitti, aut ſui eleuationẽ, aut uentũ ꝓcelloſum. At ſi ſtella ſomniatrix ſit malefica, ſiquidẽ in terraceo ipſo ſigno ſit collocata: uidit ſe quaſi delapidatũ, aut obſeſſum, aut in foueã demiſſum, aut in locũ tenebroſum anguſtioſumq; deductũ: cuiꝰ q̃rit exitũ: aut aliquid tale. Si autẽ ſtella tenet igneũ ſignũ: ſe uidit appẽſum uel ſuſpẽſum, aut cõbuſtionem alicuius, aut flãmam, aut ignẽ, aut caliginẽ. at ſi aqueũ tenuerit ſe ſubmergi uidebit, aut diluuiũ, aut pluuias, aut fluuiũ, aut mare, aut periclitationẽ, aut aliquid id genꝰ. de ſomni ſpecie ſic præſagito, de ſomnĳ ũitate uel falſitate, hoc eſt ſi timoroſum qđ uidiſti, uel iucundũ, eueniet. Sic q̃rito, ut quæras ſomniatricem ſtellã, & dñm horoſcopi, quonã modo inter ſe & ad cæteras ſtellas ſe habuerint: ubi nãq; ſomniatrix ipſa ſtella & dñs horoſcopi configuranẽ uel coniunguntẽ: uel alter eoꝝ ſaltẽ cũ uenefica cõmiſtum ſit: dãnum qđ ſomniũ demõſtrabat: nõ expectatur. at ſi eorum alter cũ malefica cõmiſtus fuerit: tunc dãnũ ꝓuiſum eueniet: eritq; eorũ: quæ ſpectant ad eã domũ: cuius dñs eſt planeta qui eſt coniunctus uel coniunctionẽ petit. Verbi cauſa ubi ſtella petens coniunctionẽ: domina ſit ſecũdi ab horoſcopi loci, prouiſum dãnũ erit in facultatibus. Si ſeptimi loci domina ſit: dãnũ erit in mulieribus uxoreq;. at ſi quinti loci domina ſit: damnũ erit in filĳs: & de ceteris domibus eadẽ ratione. Eodẽ modo ſi prouiſum fuit utile atq; iucundum: aſpice ut propitius ſi dñatrix ſtella & horoſcocrator cõiũgãtur: nã ubi nõ cõiũgũtur, uel nec bñficę alter cõfigurabiẽ, illud iucũdũ nihil erit: ubi uero alter bñficæ cõfigurabiẽ, uel cõiũgeẽ: iucũdũ illud aliqđ eorũ erit: qđ ad eiꝰ domiciliũ attinet, cuiꝰ ſtella cõiũctionẽ potens hoſpitatrix ſit. hoc igitur pacto coniector ſomniorũ ſecundũ mathemiaticos ſomnia interpretetur. Multa alia quæ mathematici ſcribunt de interpretatione, pretermiſi: quæ cum ſit ſupra naturalẽ conſiderationem bona fronte reticui. Iuniores enim diligẽter admodũ de his ſcripſerũt. Hęc enim pauca diximus, ut exempla ſint ĳs qui diſcunt.

De uera determinatione. Cap̃. ultimum.

SOmnia ſm ſacros uiros, aut ſunt naturalia, aut aĩalia, aut dæmonica, aut diuina, aut ſimul dæmonica & animalia. demũ alia quę pariter aĩalia & diuina ſunt hoc eſt: quæ cogitatione ſimul & reuelatione cõmixta ſunt: ut ſuperiore libro diximus: quę naturalia ſunt: q̃tenus ad artem medicinalẽ faciunt, uana nõ ſunt: q̃ uero ab ąffectu: quatenus ꝑ ipſa indicãtur naturales mores: nec uana ſunt: & de his phyſicus diſſerit. Diuina ſunt dei reuelationẽ: quorũ ſanctiſſimi uiri interp̃tationẽ uidẽt. dęmonica cũ ſint luſionẽ, oĩno uana & friuola eſſe tenemus. Vnde Thomas nr̃ inquit. Siquis ſomnĳs utatur ad futura p̃cognoſcendũ, ut ex reuelatione ꝓſicũtur diuina, uel naturali cauſa ſiue familiari, ſiue peregrina: interp̃tãdi facultas non erit ꝓhibita. At ſi eiuſmodi artificioſa diuinatio ex dæmonicis exoriatur luſionibus: cũ qbꝰ pacta habeanẽ exp̃ſſa: utpote ſi ad hæc inuocentur: cũ hæc diuinatio ſeſe diffundat: ad id: ad quod nequaq; extẽdi debet. Vana eſt atq; ſuꝑſtitioſa, & iure ꝓhibita. Iuxta quã rationẽ legitur in eo libro quẽ Deuteronomion inſcripſit Moſes: non inueniatur in te q obſeruet ſomnia. Et de diuinatione artificioſa hactenus.

Tho ſecunda ſecũde, q. 95, artic. 6.

## Eiuſdem Liber Quintus, qui eſt de prophetia.

De prophetiæ, prophetæq; deſcriptione. Cap̃. I.

PRopheta apud diuerſos diuerſis rationibꝰ interpretatur. Nõnulli ꝓphetã dicũt quaſi procul uidẽtẽ ꝓſpicientẽq;: ut etiã apud ſacros uiros legitur. Philoſophi, ut Cicero et Alexander ꝓphetas nonnũq; uates: quatenus ui mentis excellunt: appellarũt. Græci ꝓphetas quaſi phanorũ antiſtites, oraculorũq; interp̃tes απο του προτομειν qđ oſtẽdere eſt: ꝓphetas appellant. Hinc hypophetæ uaticinandi miniſtri: qbus. ſ. ꝓphetæ imperabãt dicebantur: & phanatici inſani dicũtur ꝙ ſacerdotes cũ reſponſa dabant: furore pleni inſanire uidebanẽ. Apud nõnullas gẽtes ſapiẽtiores eorum ꝓphetæ dicebantur: ut apud egyptios: ueluti apud gallos dryudes, apud græcos Philoſophi, apud indos gymnoſophiſtę. & apud alios aliter. Nos uero ꝓphetã, quẽ & numine afflatũ dicimus: cũ eſſe ſumamus: cuius ſunt tres partes uidelicet futurorũ cõtingentiũ cognitio: eorũ prędictio: atq; miraculorũ oſtenſio. unde is propheta eſt: qui futura cognoſcit: & cognita p̃dicit: & p̃dicta miraculis cõfirmat, atq; ꝓbat. A ꝓpheta ꝓphetia deſcendit: quę proprie, ut Caſſiodorus inquit: eſt diuina præſagatio euentuum rerum, immobili ueritate firmata. De hac (cũ etiã Philoſophi diſputent) quædã colligere inſtituimus, potiſſimũ aduerſus peripateticos: q prophetiã ad naturales cauſas reduxerũt: nõ tamẽ a me expectes omnia: quæ ſacri uiri, uel Philoſophi de prophetia ſcripſerunt. Nam hoc noſtrum inſtitutum breue eſt.

Tria ad propheriam attinere per ordinem, rerum euentuum cognitionem: cognitorum prędictionem: prædictorum per miracula quæ facit, confirmationem. Cap̃. II.

CVm propheta tam ſm gentes, q̃ ſm Philoſophos, & ſacros uiros eo ſit dictus, quod procul cognoſcat: ea q̃ remota ſunt ab hominũ captu: iure ad ꝓphetiæ rationẽ cognitio primo attinere uidetur. At cũ hæc futurorũ cognitio: quę ſupra captum humanum eſt: nobis ſit neceſſaria atq; ad inſtitutum noſtrum: quo bene uiuamꝰ: & poſt mortem ad beatitudinem perueniamus: iure prænuntietur nobis neceſſe eſt, at cum hæc quæ prædicuntur, ſupra noſtrum ſint captum facultatemq; intelligendi, nec humana ratione confirmari poſſint, quã excellunt, rationi conſentaneum eſt, ut ꝓpheta, qui hæc dicit, prenũtiatq;, miraculorũ claritate, cõfirmet. Quare tres erũt ꝓphetiæ rationes uidelicet cognitio, qua ꝓpheta futura cognoſcat. locutio, qua q̃ cognouit, p̃dicat atq; p̃nũtiet. & miraculorũ potẽtia, qua ꝓpheta ea q̃ p̃dixit, ratione confirmet, atq; ꝓbet.

Prophetam eſſe, cuius mens eleuatur ad diuina, & cuius eleuata deo diuiniſq; copulatur. Cap̃. III.

CVm dictũ ſit prophetã eum eſſe: qui cognoſcit quæ ſupra captũ noſtrum ſunt, niſi Dei archana rectaq;, mentem ꝓphetę eleuari neceſſe eſt, ut hæc diuina, rectaq; cognoſcat. At quia cognoſcens nunq; cognoſcit niſi aliqua ratione cognoſcibili uel ei per qđ cognoſcit, copuleẽ: neceſſe eſt ut mẽs ꝓphetæ cum eleuata fuerit, aliqua rõne diuinæ mẽti copuleẽ. Hęc ſacri etiã tradunt aſſerẽtes propheticã mẽtem inſpiratione eleuari: reuelatione uero Deo copulari hoc nos appellamus more Platonis numinis afflationem: non põt igitur propheta hæc quæ ſupra captũ noſtrum ſunt: prædicere niſi eleuetur eius mẽs: & eleuata numine affletur. Erunt igitur eleuatio mentis, eiuſdemq; afflatio præuiæ, ut ita dixerim, affectiones ad cognoſcendum: quæ ſupra captum noſtrum ſunt.

Prophetiam nec eſſe potentiam, nec habitum, nec paſſionem, ſed ad paſſionem attinere potius. Cap̃. IIII.

PRophetia ut dictum eſt eorũ cognitio eſt, quæ quidẽ cognitionemq; noſtram excellunt: quare potẽtia eſſe non põt naturalis, ſic.n. hæc cognitio non eſſet noſtrũ ſupra captũ. Habitus quoqꝫ eſt quo quis agat cũ uoluerit,
Tertio de aia. cõm. 18.
ut Auerroes ait in cõmentarijs libri de anima, ſed propheta non ſemper eũ uoluerit prophetia fingi põt, ut obſeruatio docet, & ſacri etiã probãt: igitur nec habitus eſſe poterit. Sed cũ tria ſint in anima, potẽtia, paſſio, & habitus, ut in Ethicis ſcribit Ariſto. ſi prophetia non eſt naturalis uis, nec habitus, relinquet̃ eſſe paſſionẽ, ea ratione qua Ariſt. ipſm intelligere eſſe quoddã pati aſſeruit in libris de aĩa. Nam queadmodũ in naturali cognitione aĩus ab intelligibili patit̃: ita in ipſa ꝓphetica uiſione mẽs ꝓphetica pati uidet̃ ab ipſius Dei numine, quo afflat̃. Quemadmodum igit̃ aer raptim lumine ſolis illuſtrat̃, nec permanẽter habitualiterqꝫ illuminatur: ita mens ꝓphetica raptim numine afflatur, nec habitualiter, nec permanẽter: ſed fluxibiliter (ut ita loquar) afflationem patitur. Quare prophetia potius paſſio, quàm potentia uel habitus eſt cenſenda.

Ceſſante numinis afflatione prophetam non eſſe aduerſus Philoſophos. Cap. V.

PEripatetici prophetã eſſe a natura tradiderunt, ut poſterius differemus, qđ falſum eſſe probabimus, cum prophetia ea ſit, quæ ſupra captum noſtrum excellit quæ cum non ſit potẽtia naturalis, nec habitus, ſed paſſio tranſitoria: iure ceſſante afflatione numinis qua actu Deo copulatur: propheta non erit cenſendus: niſi habiliter, ea ratione, qua lignum ſemel accẽſum, habilis inflammationis relinquitur. Forſitan enim mens prophetica prima numinis afflatione ad ſecundam habilior redditur.

Quorum eſt Prophetia. Cap. VI.

PRophetia ut dictum eſt, cognitio eſt occultorũ, at occulta trifariam ſunt, quædã ſupra ſenſus & intellectũ aliquorum hoĩum: non autẽ oĩum: quædã ſupra ſenſus & intellectum oĩum hominũ: non quidẽ ſua eoꝝ natura: ſed imbecillitate noſtra: quædã uero & imbecillitate noſtra: & eorũ natura ſunt ſupra noſtrũ intellectũ & ſenſus. Occulta aliquibꝰ hoĩbus ſunt, uel quæ corde tenent̃, uel quę procul aguntur. Hæc.n. nobis qui Sueſſæ ſumus: occulta ſunt: quæ nũc Romæ agunt̃: non aũt hoĩbus oĩbus: quia ijs q Romæ ſunt: occulta nõ habent̃. Occulta uero oĩbus hoĩbus, & ſenſibus & intellectibꝰ oĩum ſunt diuina, quæ Deo & intelligẽtijs cõpetunt. Hæc cũ occulta ſint nobis ob noſtrã imbecillitatẽ: ſuis naturis ſunt intellectiõis idonea: at ea quę tum nr̃a, tum eoꝝ natura cognitũ noſtrum oẽm excellunt: ſunt futura cõtingentia: quoꝝ (ut Ariſto. inquit) determinata nõ eſt ỽitas. Prophetia igit̃ cognitio eſt horũ oĩum: propheta.n. nonnunqꝫ quæ procul agunt̃: prædicit: ut de Helyſeo legit̃ in ſacris hyſtorijs: qui quæ procul diſcipulꝰ fecerat: ꝓphetice nouit. Interdũ diuinoꝝ quę ultra oĩum captũ ſunt: p̄nuntiat, ut in ſacris hiſtorijs cõplures fuiſſe legit̃: qui diuinoꝝ archana pręloquebant̃. Nonnunqꝫ propheta ea quę futura fieri cõtingunt, præſagit, præloquiturqꝫ, & ab hac potiſſimũ cognitione propheta dictꝰ eſt. Vnde & Ptholemęus in cẽtũ enucleatoꝝ libro inquit ſoli numine afflati p̄dicunt particularia. Qđ uero hęc tria rerũ genera noſcãt ꝓphetę: argumẽto nobis eſt, ꝙ ꝓphetæ numine ſunt afflati. Quare eouſq; ꝓphetica uiſio ſe extẽdet: quouſqꝫ numen fundit̃ diuinũ. Numẽ aũt ad hæc tria ſe fundere, nemo dubitauit. Iure igit̃ & prophetia circa hæc tria uerſabit̃. Quòd ſi circa hęc ꝓphetia uerſetur: propheta etiã ad pręterita, & ad præſentia, & ad futura interdũ proſpiciet. Ad præterita quidẽ ac præſentia, quatenus non ſunt ſupra captum omnium hominum. Ad futura uero: nam licet ſint ſupra noſtrũ captum: ſupra numen ipſum, quo propheta afflatus eſt: non ſunt.

Prophetam non omnia cognoſcere quæ propheticæ facultati ſunt poſſibilia. Cap. VII.

PRopheta eouſq; cognoſcit: quouſq; numine afflatur. at nullus põt omni numine omniqꝫ poteſtate numinis afflari: cum omne numen infinitum ſit, & mens prophetica finita: quare non oĩa quę prophetica uis cognoſcere poteſt: quilibet propheta cognoſcit, ſed eouſq; quo numine afflatur: alius quidem magis quo magis ipſo numine afflat̃: alius minus, quo minus: nec ea quę cognoſcit, ſemper cognoſcit, niſi dum numine participare dicitur.

Septẽ modis ꝓphetã numine ꝑticipare. Cap. VIII.

IN ſacris hiſtorijs, ſeptẽ modis prophetã numine participare legimus. aut attonitione, quę etiã extaſis dicit̃: quatenus mentis exceſſus eſt. aut uiſione, quæ uel oculis, uel ſenſibus familiaribus, uel mente fit. aut ſomnijs. aut ſignis, utpote nube uel aliquo id genꝰ. aut uoce e cœlo demiſſa. aut accepta parabola ab aĩalibus, uel alijs rudibus. aut deniqꝫ diuinitatis plenitudine, qđ proprijſsime numine afflari dicitur, propheta quoq; numinum afflatur.

Alienationem mentis, qua aliquãdo præſagiendo propheta afficitur, non eſſe furorem, Cap. IX.

NVmine afflat̃ propheta (ut dictũ eſt) attonitione & uiſione, quæ fit familiaribus interioribuſqꝫ ſenſibꝰ, & mẽte. Verum hoc bifariam fit. aut nihil per peregrinos ſenſus ſentiẽdo. aut in parte quędã ſentiendo, ſed ſenſibus aliquãtulum remiſsis. Primo quidem modo præſagiendo alienatione propheta afficit̃: nõ quatenus natura eius inordinatione & indiſpoſitione alterat̃, ceu in furẽtibus fit, ſed quatenus ſomno uel contẽplatione uehemẽti alienat̃: qđ quidẽ cum naturæ ordine emergit. At ſi uiſione interiore afflatur, non omni ex parte exterioribus ſenſibus uacantibus, preſapit interdum propheta, non affectus alienatione. Quibus patet propheticam alienationẽ non eſſe furorẽ, ut Platonici & Peripatetici ſcribũt, ſed potius ſenſuum exteriorũ uacantiã, uel imminẽte ſomno, uel maiore contẽplatione cogẽte, atq; diſtrahẽte, ut ſacri uiri tradũt.

Bifariam eſſe prophetam numinis afflatione, & numinis participatione. Cap. X.

PRopheta non dicit̃ propheta ut dictũ eſt, niſi numine participet. Poteſt autẽ bifariã numine participare: afflatione, qua diſcipulus afflatur a doctore. (Hoc ſacri uiri reuelare dicunt: latini, ut Cicero & Plato afflari) & participatione, utpote per quendã inſtinctũ, quẽ interdũ ignaræ mẽtes hoĩum patiunt̃. Hoc.n. diuino inſtinctu: mouet̃ interdum ꝓpheta ad pręſagiẽdum, aut hoc pacto, ut non diſcernat, an quę cogitauerit, diuino inſtinctu attingat, an proprijs ſpiritibus amplectat̃. Aut mouet̃ diſcernẽs inter hæc. Sed cũ numine afflatus mouet̃: quæ dicit cognoſcit ſe afflatione dicere quibus perſpicuũ eſt inſtinctum, quo ꝓphetę nonnunqꝫ pręſagiunt: nõ eſſe furorẽ, ut Cicero & Plato arbitrati ſunt: ſed diuinam quandam affectionem e Deo ipſo prophetæ immediate immiſſam: qua põt quædam præſagire. ſecundo perſpicuum eſt non ſemper prophetam cognoſcere diſtincte quæ prædicit, quoniã quæ inſtinctu diuino prædicit: non cognoſcit ſemper ſi ꝓprijs ſpiritibus, uel diuino inſtinctu cogitauit. Quæ aũt p̄ſagit afflatione numinis, ſemper cognoſcit ea nõ ꝓprijs ſpiritibus, ſed ac ſi per diuinam numina afflationem cogitaſſet.

De poſitione Philoſophorum circa prophetam, prophetiamq; generatim. Cap. XI.

OMnes Peripatetici, oẽs Platonici, oẽs Mathematici: qui naturalibus rõnibus dũtaxat ſtuduerũt, ꝓphetam eſſe naturalẽ arbitrati ſunt, nec intelligũt ipſum eſſe naturalem, qđ ad eius eſſe non cõcurrat Dei actio. Nullę enim cauſę naturales agũt ſine ui actioneqꝫ cauſæ primę. Quare per prophetã eſſe naturalẽ, intelligunt ipſum non eſſe a Deo immediate. quo fit ut nec ꝓphetia ſit niſi naturalis, ueluti & artes & ſcientiæ ſunt naturales, quatenus principijs naturalibus cõſtitute. Vnde queadmodum ex puris naturalibꝰ circũſcripta immediata actione Dei, homo poteſt peruenire ad omnium eorũ quæ pręſentia ſunt ſcientiam uel ſapientiam, ita ex puris naturalibus põt per cognitionẽ cauſarũ, & ſignorũ peruenire ad futuroꝝ contingẽtium notitiã, quæ ꝓphetia dicit̃. Hæc Philoſophi naturales generatim de propheta, atqꝫ prophetia. Quæ uero ſpeciatim & per partes ſentiant, ſubſcribamus.

Quæ Ariſtoteles de prophetia, prophetaqꝫ.

VT dicemus: propheta duplex eſt, inſtinctu quidem, qui ſine ſciẽtia rerũ futurarũ futura p̄ſenti, & ſcientia, qui ex ſciẽtia, qua futura cognoſcit, uel per cauſas, uel indicia: illa proloquit̃. Primã diſpoſitionẽ Ariſto. in libro de diuinatione tribuit humori melancholico, uel morbo. Nã melãcholicoꝝ natura eſt multiloquax, ut inter multa quæ loquit̃, aliquid ueri prędicat. Fatui uero inſtar ſunt brutoꝝ, quæ cũ curis uacẽt: facilius cœleſtes motus pręſentiunt, & in libro problematũ particula. 30. cap. 30. idẽ ſentit, & in libro etiã de aĩalibus idẽ. Secundã diſpõnem tribuit arti atqꝫ inuẽtioni ꝙ homo effici põt prudẽs, et ſapiens Prudens quidẽ ex humanis, quæ in uita obſeruauit actionibus. Sapiẽs uero ex cœleſtibꝰ, quas inuenit cauſis. Hinc duplici facultate arteqꝫ futura cognoſcit, p̄dicitq;. Per inſtinctũ dicũt Peripatetici Caſſandræ fuiſſe uaticiniũ, multarũqꝫ mulierũ, & uiroꝝ, quoꝝ Græce & Romanæ hiſtoriæ meminerũt. Per prudentiã Solon Athenienſibus multa p̄dixit: cæteri quoq; uiri: qui humanos euẽtus obſeruarũt. At per ſapientiã multi ſunt, qui futura p̄nunciarũt, ut Thales olearũ ubertatẽ anteq̃ florere cœpiſſent. Anaximãder phyſicus Lacedemonijs urbis ruinã p terre motũ. Pherecides quoq; cũ uidiſſet aquã hauſtã de iugi puteo terremotus dixit inſtare. Anaxagoras uero lapidẽ e ſole caſurũ, & alij innumeri: quoꝝ alij inſtinctu, alij prudentia, ſapiẽtia alij ꝓphetæ habiti fuerunt. Hæc ſunt quæ Ariſtote. ſentit: cuius opinionem Themiſtius, Alexander, Ammonius, & Simplicius ſectantur.

Quæ Plato de Prophetis.

PLato etiã idẽ ſentiens aliter loquit̃, nã prophetiã quę inſtinctu fit, aliquãdo tribuit furori, aliquãdo aĩæ diſpoſitioni, qua ipſa creata eſt. Prophetiã quæ tribuit furori geminam facit, quatenus duæ ſunt furoris ſpecies. Vna quidẽ eſt ab humanis morbis. Altera ex alienatione diuina: qua extra conſuetã uitæ inſtitutionẽ quis rapit̃: cuius quatuor partes facit, uaticiniũ, myſteria, poeticas, uenereũ cupidineumq; influxũ. Harũ formarũ pręſides fecit Apollinem, Dionyſiũ, Muſas, uenerẽ cũ filio. Sic igit̃ Plato duplicem prophetiam aſſerit, alteram impetuariam, quã inſtinctui, uel furori dedit. Alteram artificioſam, qua quis futura cognoſcit ſapientia, uel prudentia.

Quæ Auerroes de propheta, prophetiaq; ipſa.

AVerroes uero in his paraphraſibus: quas ſcribit de ſomno aſſerit ſomnia, diuinationẽ, uiſionẽ, & prophetiã naturales eſſe motus, nec differre niſi ſm magis & minus: quatenꝰ ſomniũ phãtaſtica apparitio eſt in ſimpliciter dormiẽte. Diuinatio uero eſt cognitio occultoꝝ per illa ſimulachra ſomnioꝝ apparẽs. Prophetia eſt appræhenſio futuroꝝ per ſomnia ꝓprijs imaginibꝰ apparentiũ. Viſio demqꝫ eſt omne illud quod alicui in uigiſia apparet ſenſibus peregrinis intrinſecus reuocatis. Hæc Auerroes.

Quæ mathematici & Auicenna de prophetis.

VT diximus prophetiã duplicẽ eſſe teſtant̃ Philoſophi, impetuariã, & artificioſam. Impetuaria quidẽ ꝓphetia ea eſt: qua qs futura p̄ſentit nulla pręcedẽte futuroꝝ cognitiõe: ſed ſolo impetu uel inſtinctu naturæ. Artificioſa uero eſt ſapiẽtia uel prudẽtia, qbus ſapiẽtes uel prudẽtes futura præuidẽt ex obſeruatione præteritoꝝ: ſicut dux, gubernator, et medicꝰ ex obſeruatiõe futura p̄dicũt. Mathematici ex ſcĩa ſtellarum. Eſt adhuc ꝓphetia tertia ſm mathematicos, cuius ſunt tres ꝑtes: ut dictũ eſt, utpote futura cognoſcere, & cognita p̄dicere: & p̄dicta miraculis ꝓbare. Hi c.n. qui ijs tribꝰ partibꝰ cõſtat: ſimpl'r ꝓpheta eſt. Arbitrant̃ igit̃ mathematici oẽm prophetiã quouis modo ſit: ex ſtellis ꝓficiſci, q̃ ex impetu exorit̃, ex ſtellis uenire aſſerũt, q̃ ex arte, pro tãto ex ſtellis uenit, pro quanto ſtellæ in generatiõe formas afficiũt humanas, ea rõne: ut aĩæ ad cognitionẽ ueri aptæ, plus aſſequant̃, qꝫ qui ſupremũ immodũ ſe in ſcĩa exercuit, ut dicit Ptholemæus. Albumaſar in eo libro quẽ de magnis cognitionibus ſcripſit: aſſerit coniunctionẽ Saturni & Iouis ꝓphetas efficere quoties uel *in capite arietis* accidit ſingulis octicẽtenis annis: uel cũ mutat̃ in triãgularitatem ſingulis ducẽtenis. Mouet̃ autẽ argumẽto ꝙ nullꝰ unqꝫ ꝓpheta fuit: quin eũ p̄ceſsiſſe aliquã harũ coniunctionẽ legerit. Ptholemæus in tertio apoteleſmatũ inquit. Cũ Mercurius fœliciter affectus hoſpitator fuerit eius ſigni: qđ Sol in genitura alicuius tenuerit: natus ille erit ꝓpheta. Almãſor mathematicus ait prophetã eſſe in cuius genitura Iuppiter Venus & Sol in eodẽ ſigno fuerint partiliter coniuncti. Auicẽna in 10. ſuæ Metaphyſicæ, & in. 6. naturaliũ mathematicoꝝ ſectat̃ opinionẽ. Vult.n. cũ p̄ceſſit Iouis & Saturni cõiunctio & genitura fuerit optime affecta: ita ut ui cœli & ui elementoꝝ ſit cõplexio tẽperata, & in regione tẽperata: quę prophetarũ eſt: Tunc qui naſcitur propheta eſt: mouebitqꝫ uniuerſam naturã nutu, nam hominis huiꝰ anima poteſt dupliciter conſiderari ut hominis forma, & hoc pacto eius imaginationi nihil obedit niſi eius corpꝰ. Alio modo, ut imago eius intelligẽtiæ: q̃ ſpheræ Iouiæ præeſt: & hac rõne ſibi obedit uniuerſa natura: quę motori illius ſphęræ obedit. Cũ.n. hæc aĩa ſit illius imago, mouere põt omne illud, qđ aptũ eſt motori Iouis obedire. Hic ꝓpheta itaqꝫ ſm Auicẽnã futura cognoſcit in particulari: & ea in particulari certe p̄dicit, & p̄dicta per uirtutẽ motoris: cuius eſt imago miraculis ꝓbat cõfirmatqꝫ. Põt.n. hac rõne inducere morbos, ſanare lãguores, mutare mõtes, cęteraq; miracula facere, ut quæ p̄dicit, confirmet. Oĩa tñ uirtute eius motoris: cuius ipſa eſt imago, facere uidet̃: nec tamen ignoretis uelim medicos nõnullos prophetã eſſe dicẽtes eũ: cuius cõplexio eſt æqualis ad pondus: nã hic in omni elemẽto dñabitur & ſuper omne elementũ cõmeare poterit: & eo præcipue. ſi in climate naſcitur temperato.

Rationes pro poſitione Auicennæ.

POſitionem hãc Auicenna in. 9. ſuę Metaphyſicę perſuadet ꝙ ſi finis eſt naturalis: oĩa in finẽ erũt naturalia. Sed hoĩum uiuere, & beneuiuere eſt naturale: igit̃ & media at unũ medioꝝ eſt ꝓpheta. Mediãte.n. ꝓpheta leges qbus uiuimꝰ ponunt̃, & cõſeruant̃. Igit̃ ſi hoĩum regimẽ eſt naturale, & ꝓphetæ, qbus hoĩum regimẽ ſtabilit̃: erũt naturales. Hæc Auicẽna eandẽ poſitionẽ cõfirmant quidam, ex eo ꝙ nõ eſt potẽtior forma naturalis quoties eſt cœleſti uirtute dotata, ipſa aĩa humana etiã cœleſti uirtute affecta, ſed aliq̃ formæ naturales cœleſti uirtutæ dotatæ pñt mutare materiã nõ modo propriã, ſed alienã ut uirtutes lapidũ: nã forma hyacinti uirtute cœleſti dotata cõſeruat ſanitatẽ cordis, et eius morbũ expellit: ſmaragdꝰ quoqꝫ liquefacit oculos ſerpẽtis. Cæteri etiã q̃multi: igit̃ aĩa humana cũ ſui natura ſit omni naturali forma excellẽtior: qñ eſt cœleſti uirtute dotata, multo pollentior erit formis naturalibꝰ. Poterit igit̃ oẽm materiã ſubiectã eius motori, cuiꝰ eſt imago, mutare. Præterea pollẽtior eſt aĩa quæ eſt Iouis imago, ea aĩa q̃ fortiter alq̃d imaginat̃, ſed aĩa fortiter imaginãs põt propriã, & alienã materiã mutare: ut facit aĩa p̄cantantis fortiter imaginans, q̃ ſanat morbos, & inducit: ut Petrus apponenſis declarat multis obſeruationibus: igitur anima quæ eſt Iouis imago, uirtute eius, cuius eſt imago: multo plura agere poterit nutu. Hęc ſunt quæ pro hac parte faciunt.

Confutatio huius poſitionis.

SEd cõtra hãc poſitionẽ aſſurgamus, & primo ex parte cognitionis: nã ut dicebamꝰ ꝓpheta eſt: qui futura contingẽtia ineuitabili ueritate cognoſcit, ſecreta reuelat, ut hominũ uolũtates, q̃ archano ſunt recõditę. Ex hoc argumẽtor. Nullus poterit certius cognoſcere futura, qꝫ cœlum illa agat, ſed cœlũ nullũ futurũ cõtingens ineuitabiliter agit: ut Ptholemæus ait in p̄hœmio libri apoteleſmatũ: inquit.n. licet ſtellæ neceſſario influãt: materię tñ ſubiectæ neceſſario earũ influxũ nõ recipiũt, ꝓpterea ingt effectus eſſe cõtingẽtes. Quare aĩa cuiuſuis hoĩs ẽt dotata cœli uirtute: poterit futura cõtingẽtia certitudinaliter cognoſcere: queadmodum nec cœlũ illa neceſſario efficit. ſecundo ex parte miraculoꝝ. Nã propheta *ſimpl'r* perfe-

ctus eſt, qui ad confirmationẽ eius: qđ dicit miracula facit, & primi & ſecũdi, & tertiĳ gradus. Sunt.n.miracula in triplici gradu ſm ſacros: nam quædã ſunt miracula, ad q̃ nihil natura facere poterit, ceu duo corpora eſſe ſimul: ſolem ſtare, uel retrocedere: mare diuidi ut tranſeuntibus iter præbeat. Alia ſunt miracula: ad quæ licet natura aliquid facere poſſit: nõ tñ fiũt per modũ naturæ. Nã opus naturæ eſt, ut animal uiuat, uideat, & ambulet: ſed ꝙ poſt mortẽ uiuat, poſt cęcitatẽ uideat, poſt clauditiũ ambulet: operi naturæ non ſubeſt. Alia ſunt quæ fiũt abſq; naturæ principĳs. Licet.n.febris bñficio medici interdũ curet: ſine principĳs naturę nõ curari põt. At miraculũ eſt febres tolli ſine principĳs naturæ, q̃bus medicina utit. Propheta igit, qui ea q̃ dicit, miraculis ꝓbat: interdũ miracula ea fecit, ad quę nihil põt natura operari, ut duo corpora eſſe ſimul, ſolem ſtare, & mare eſſe diuiſum. Cõſtat aũt ad hæc nec cœlũ, nec naturã aliquid poſſe. Nonnunq; miracula fecit, ſecũdi ordinis, ut hoĩem mortuũ reſuſcitari, cæcos uidere & id genus. Ad quæ nec cœlũ nec natura põt aliq̃d operari. Ex ĳs argumẽtor: qui facit quędã ad quæ nulla uirtus cœli ſe extẽdit: non uirtute cœli illa uidetur facere. At ꝓpheta interdũ pro eorũ quæ dicit cõfirmatione quædã fecit: ad quę nihil ſtellę poſſunt. Igit nulla anima põt nec ſua uirtute, nec illius cuius eſt imago miracula facere.

Quæ Auicenna. Quòd ſi dicas, ut Auicẽna aſſerit, animã miracula efficere prima & ſecũda, & tertia: nõ uirtute ſtellæ: cuius uirtus eſt mutare materias, ſed motoris, qui miracula facit: hoc ſtatim refellit: nã motor, qui habet aliquod inſtrumẽtum ſibi æquatum: nihil põt agere ſine illo inſtrumẽto: at ſtella eſt inſtrm motoris: igit motor ſine ſtella nihil põt. Inſuper aĩa: quę alicui corpori eſt ꝓpria, & forma, & motrix: aliud in corpꝰ uel aĩam alteriꝰ corporis agere nõ põt niſi per eius corpꝰ: cuius eſt ꝓpria forma. Si.n.aĩa præceptoris mutat aĩam diſcipuli: illã mutare nõ poſſet niſi corpus præceptoris mutet corpus diſcipuli, utpote mediãte; uoce, & uerbis. Quare nihil põt intelligẽtia Iouis niſi per actionẽ eius orbis: cuius eſt ꝓprius motor. Quare ſi ſtellę nõ poſſunt in miracula, nec ſtellarũ motores in illa poterunt. Diligẽtius cõtra hanc poſitionẽ, ſcripſimus in libro de noſtrarum calamitatum cauſis, & in helionora: & dicemus in libro de triplici hominis ſtatu.

Alia poſitio Philoſophorum: quæ etiam ſecundum mathematica fundamenta eſt.

ALĳ uero dicũt prophetã ui ſtellarũ ædi: ſed quomodo nõ ſatis explicate habet. Ideo aſſerũt auctoritate Auerrois intellectũ agentẽ eſſe deum, & nobis trifariã copulabilem, utpote natura, habitu, & affectione. Agens intellectus copulat nobis natura mediãte anima dianoetica: nã quãprimũ in embrione dianoetica anima eſt, tam primũ eſt in hoĩe agẽs intellectus: quo poſſumꝰ abſtrahere intelligibilia de potẽtia ad actum. Copulat etiã nobis habitu, uidelicet ſciẽtĳs & uirtutibus utpote per adeptionem intellectus ſpeculatiui: nã poſtq; in nobis eſt intellectus ſpeculatiuus ꝑfectus: erit etiã tunc nobis copulatus agẽs: quo ſpeculemur eſſentialiter: & nõ ampliꝰ ꝑ abſtractionẽ, ſed intelligemus ꝑ eſſentiã Dei: qua ipſe intelligit. Virtutibus uero: qm̃ cum in nobis erit heroica uirtus ꝑfecta: qua ſenſarius appetitus plene rõni obedit: tunc Deus ipſe qui eſt agẽs intellectꝰ: copulat nobis ut forma agẽs: per cuius eſſentiã tũc homo oĩa uolũtate recta agit: rõne regulata & uirtute uiuit. Verũ per hos modos nos quibꝰ copulat intellectus diuinus: nec facimus miracula, nec futura cognoſcimus. Nã per primũ modũ: quo nobis naturaliter copulat, per eius eſſentiã poſſumꝰ in nobis mediãtibus ſenſibus intellectiones efficere rerum ſenſibilium. Per ſecundũ quo ipſe copulatur ut forma: per eius eſſentiam intelligimus, & recta ratione uolumus. At tertio nobis copulat affectione: nã cum prefuit cõiunctio Iouis & Saturni maxima uel media: ut dictũ eſt: & fuerit Mercurius eo modo affectus, ut diximus: & uel Iuppiter & Venus & Sol partiliter iuncti in genitura: tunc anima hati afficit ea affectione: qua Deus: qui eſt agẽs intellectus, ſibi ut forma unitur: quo mediãte & per eius eſſentiam futura cognoſcit: & omnia miracula: quæ Deus poteſt: ipſe poterit: unde homo hoc pacto per formã hominis eſt homo, per Deum: qui ſibi unitur, eſt propheta, heroaſq; ſummus. Quare quẽadmodum per formã hominis agit & cognoſcit: quę hominis ſunt: ita per eſſentiam Dei: quæ ſibi unita eſt: agit & cognoſcit, quæ Dei ſunt. In hunc modũ prophetam eſſe naturalem hi tradunt.

Confutatio poſitionis.

SEd poſitio hæc eſt mera fictio. Nã hæc affectio quã ſtellæ dant: uel eſt affectio naturalis, uel ſupra naturam. Supra naturã quidem non eſt: qm̃ cauſæ illius mere naturales fuerunt. At ſi ſit naturalis: ad ſupernaturale non diſponit: ſed cũ Deus nobis nõ niſi ſupernaturaliter uniatur: iure per illã affectionẽ nunq; unietur nobis. Præterea nulla diſpoſitio naturaliter finita: põt diſponere ad unionem: qua aliquid nobis infinitum naturaliter uniatur: ſed Deus eſt ens infinitũ. Et illa affectio eſt naturaliter finita: igitur illa cœlica affectio nunq̃ abſq; miraculo põt eſſe ſufficiens mediũ: quo nobis infinitũ illud uniatur. Inſuper materia cũ illa cœlica diſpoſitione non eſt nobilior ipſa anima: ut nemo dubitat. Sed aĩa ſola non eſt ſufficiẽs medium: quo ens infinitũ nobis uniatur: igit nec materia cũ illa affectione, poterit eſſe ad talẽ unionẽ ſufficiẽs mediũ.

Quibus facile reſponderi poteſt ad rationes Auicennæ. Solutio rationũ Auicennæ. Supponit.n.falſum in prima ratione: non enim finis prophetæ eſt naturalis: loquor de ultimo fine: nã ultimus finis eſt beatitudo: ad quam non naturaliter peruenimus. Ad ſecundã dico ꝙ anima humana eſt excellentior omni forma miſti: non tñ oportet ut poſſit omnia agere: quæ omne miſtũ agit. Non.n. agit anima humana: qđ poteſt omnis herba. Sufficit igitur ꝙ eius nobiliſſima operatio ſit nobilior nobiliſſima operatione lapidum. Ad tertiam, quicquid dicat Petrus apponenſis de præcantationibus: nos tenemus illa nihil ualere: efficere tamen quædam, ut Auguſtinus ſcribit, potius ui dęmonica.

Quæ Thomas de poſitione Ariſtotelis & Platonis ſentiat. Cap. XII.

PRopheta, ut Thomas omnium theologorum facile princeps aſſerit: duplex eſt. Alter quidem ſimpliciter: Secundæ ſecundæ, q. 172. art. qui eo modo futura contingentia cognoſcit: quomodo Deus illa intelligit: utpote in particulari: & certa ueritate determinata. Alter uero ſm quid: qui futura cognoſcit: non tamen in ſe: nec quomodo Deus illa intelligit. Nam cum propheta dicatur quia futura procul proſpiciat: uel igitur illa proſpicit determinate: quomodo ea Deus proſpicit, & ſic ſimpliciter propheta eſt. Vel coniecturaliter, nec in particulari, nec ueritate firmata: & ſic eſt propheta ſecundum quid. Dictus quidem ſecundum quid: quia nõ futura contingẽtia ſimpliciter atq; in toto cognoſcit, ſed ad modũ in parte propheta primo modo adhuc duplex eſt: aut qui diuino inſtinctu futura pręſentit: aut qui numinis afflatione illa cogitat. Propheta quidẽ ſecundũ quid etiam duplex eſt inſtinctu quidem uel cœli uel morbi, uel humoris: aut arte, & uterq; naturalis eſſe poteſt: ac prophetia ipſa ſecundum quid eſt ex puris naturalibus poſſibilis nobis. Verum hæc imbecilla eſt, & imperfecta: ꝙ non ſit niſi quorundam euentuum dũtaxat: non omnium. Itemq; nec certa ueritate conſtans. Propheta uero ſimpliciter: naturalis eſſe non poteſt, cum prophetia ſimpliciter eorum ſit: quæ & captum noſtrum: & omnem naturam elementariam & cœlicam ut diximus excellat. Quibus facile tolluntur auctoritates & rationes philoſophorum: omnes enim de prophetia ſecundum quid locum habẽt. Hæc enim nobis ineſt, aut inſtinctu impetuq;, utpote uel cœli, uel morbi, uel humoris, uel luſione dęmonum, aut arte. Altera autem prophetia quæ ſimpliciter dicta eſt: nobis non ineſt, niſi quo numine ſupernaturaliter participamus, uel inſtinctu, uel afflatione, ut diximus. Hæc ex Thoma lepidiſſime.

Nec bona animi, nec bona naturæ, nec fortunæ eſſe neceſſaria omni prophetæ. Cap. XIII.

TRiplex eſt bonũ, naturæ quidẽ ſanitas, quę conſtãt bona cõplexione, atq; bona cõpoſitione unitateq;, ut medici ſcribunt. robur: qđ eſt ſanitatis perfectio, ſenſuũ & ſpirituũ bona tẽperies, qua intellectibꝰ bene miniſtrẽt. Fortunæ uero diuitiæ & honores: quibus bonum naturæ decoratur. Animi autem quod bonum moris dicitur: uirtutes ſunt: quibus & bona fortunæ, & bona naturæ perfectiſſima redduntur. Ad prophetã igitur ſecundũ quid: fortaſſe neceſſaria ſunt omnia bona: non quidem in exceſſu, ſed quo ſufficiant ſpeculationi, ut dicit Ariſtoteles in decimo Ethicorum libro, ubi ſanum eſſe corpus, beneq; affectum, & neceſſaria uitę habere, eius qui uult eſſe fœlix, ſcribit. Non tamen dominum eſſe totius maris & terræ, addit. Ad prophetam ſimpliciter eum, uidelicet, qui diuino inſtinctu futura pręſentit, nullum bonum horum neceſſarium eſt. q̃. 172. art. 3. & 4. Põt enim (ut doctiſſimus Thomas inquit) aliquis diuino inſtinctu moueri: qui nulla naturali diſpoſitione præaffectus fuerit. Cum propheticus inſtinctus gratis interdum a Deo nobis mittatur. Eadem ratione, nec bonum fortunæ neceſſarium eſt, cum pauperibus interdũ propheticus ipſe diſtinctus legitur fuiſſe conceſſus. Simili ratione nec bona animæ, quę ſunt uirtutes neceſſaria ſunt huic prophetæ: qui inſtinctu diuino futura pręſagit. Interdum enim (ut inquit doctiſſimus Thomas) propheticus ipſe diuinus inſtinctus aliquibus datur, non propter bonũ eius: cui datur, ſed propter bonum noſtrũ. Quomodo fortaſſe ſybillis, & multis gentilibus hic diuinus inſtinctus gratis a Deo fuit donatus, quatenus teſtes ſint: eorum quæ nobis utilia ſunt pro animi fœlicitate, beneq; uiuendi ratione. Legimus in ſacris hiſtorĳs diuinum hunc inſtinctum eſſe conceſſum etiam infidelibus quos Pheodo prophetas appellant: quoſq; etiam monent eſſe præcauẽdos. At prophetæ ſimpliciter, qui numinis afflatione futura cognoſcit: & quę cognoſcit, prædicit & quę prędicit miraculis ꝓbat: neceſſaria ſunt oĩno bona animę: quicquid de alĳs bonis ſit dicẽdum. Nam iſti non modo propter nos ſunt: ſed ſui gratia numine afflãtur. Huius ordinis fuiſſe cõplures ſanctiſſimos uiros, ſacræ tradunt hiſtoriæ: horum nullum gentilium, uel infidelium, eſſe legimus. Quãtum igitur licuit Philoſophis de prophetis diſſerere diximus, uerum illud bonis rationibus confutauimus: quod an effecerimus: uos qui philoſophiam ſapitis: & qui me ad hoc opus cõpuliſtis dĳudicetis rogo. Illud tamen in hoc libro teſtãdum eſſe uolui: quemadmodum in alĳs quoſcunq; ſcripſerim, me ea ſentire, quæ romana ſentit eccleſia: ꝙ ſi hic aliqua calami in conſideratione, uel ſcribentium in curia dictum reliquerim, id omne non animo aſcriptũ eſſe uolo. Sueſſæ. M. D. XII. die. XII. Iunĳ compleuimus.

EXPLICIVNT PARVA
*Naturalia Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani nuperrime impreſſa.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Series chartarum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
Omnes ſunt Terniones Q uero Quaternus.




*VENETIIS*
*Apud Hieronymum Scotum.*
1551

phisiognomia an quomodo et per quid sit scientia
phisiognomizare est vultus inspicere: phisiognomus vultus inspector. vultus a volendo: aut a vado — 3.
gentium diversarum mores et complexiones — 3.
phisiognomia quid sit; et ex quibus generibus rerum sumatur — 5.
asinus tristis et indocilis — 5.
pallidi vitiosi et maligni et etiam timidi ut qui timent pallescunt quia sanguis extra et foras exit — 10 18 18.
partes animalis quomodo sint continue et contigue — 24
embrion non vivit vita propria aut intrinseca sed solum extrinseca — 28
speculabilia immobilia invariabilia / comparatio speculationis ad praxim — 30
artificiale magnum et similitudines cum animali — 31.
spes et virtute calefaciendi — 32
verum sentire aristotelis. anima hominis que est substantia scientie corrumpi quot modis aliquid corrumpitur / scientia quomodo per oblivionem — 37. 38.
elementum in propria sphera corrumpitur quo ad partem a continente quomodo — 39.
que inter viventia sit longioris breviorisve vite — 42.
apes exangues quare vivaciores multis animalibus sanguinem habentibus
cur homines essent longioris vite ceteris animantibus et plantis / fuces non habent gladium — 43.
sed clipeum / an planta iuvenis sit equalis cum sene — 44
similitudo inter plantas et animalia entoma seu inserta. et dissimilitudo
non idem est diu et longevum / non semper corpus temperatum resistit plus contrariis causis extrinsecis / non diutius vivitur / que complexio vite longioris / figura longioris et brevioris vite — 48 48. 49
cor et epar ut se habeat quo ad generationem sanguinis et spirituum / et concordia inter phisicos et medicos — 50.
chameleo fertur ut solo aere vix vivat: et sit velut noli me tangere — 50.
etatis que et quot sint et quomodo dividatur iuxta varias sententias — 52
ignis eget evaporatione et exalatione in carbonibus non sub cinere nec in propria sphera calidum in aere quare non evaporat aut exalat humidum: ut in aliis materiis — 53.
differentia inter spirare: respirare: expirare: inspirare — 54
cur estate spissius respiramus / quare aere potius quam aqua refrigeratur cor — 56. 57.
ut expiratio est ultima in morte sic inspiratio prima dum editur in lucem sic deus inspiravit in eum spiraculum vite. sic in homines: vita que est prima per inspirationem. — 57.
ex puro elemento nec ex solo odore nihil nutritur: nec cameleon — 58
an pisces omnes respirent an soli cetacei — 64
optima dubia de mutatione corporis ratione temporis locorum et complexionum — 66/67
senes parvis passionibus moriuntur / mors naturalis sine dolore / absolute animal acceptum: quare animal est ratio hominis / et animalia prope mortem quare letantur ut cignus — 69/70
vita non sit per naturam perpetuari: ob quas causas — 71.
non contingit intelligere sine phantasmatibus: quo modo intelligatur — 76.
duarum virtutum sensitive interioris memoria in celebro: sensus communis in anteriori parte recordatur. — 76.

de specula nova tersa et munda: ut visus muliere fedilis inficiatur turbatur et obtenebratur 99/100
de lapsis inservientes applicata ad monstrandum puras .....

quomodo oculi inficiant specula aut pueros: non videns aut quod videns visu basiliscus interficit 100.
sint aut interficiunt ea ratione. an ex ovo galli gignatur ..... 103

de morbis felis et illius cura ..... 106/107

de sompniis fiunt quibus signa et cause ipsorum ipsius [illegible] ..... 

de bruta aliqua sompniant. humor melancolicus demonia ..... 107

de pro quanto et futuro non est ..... 107

de memoria an sit in parte intellectiva et quomodo an solum in sensitiva ..... 77.

de precepta reminiscendi: et quod illorum est frequentius ..... 80/81.

de ipsum sepe numerum fiat per consuetudinem ..... 82

de solecismus in reminiscentia quomodo aut quare contingat ..... 82.

de reminisci tantum et hominis non alterius animalis: licet non fiat absque sensu ..... 83.

de sensus communis et tactus idem subiecto et organo: non sic cum aliis sensibus ..... 88.

de sensus quomodo sit in celebro quomodo in marie ..... 89.

de vinum non dandum pueris: neque nutricibus quare ..... 94.

de melancolia cito fit ebrius non saturatur quia frigidi sunt et sine [illegible] ..... 

de sine sapore et ubi non est sapor non saturat, ubi qui esuriunt quamvis ipsi saturabuntur ..... 94

de labor de preteritis somnium: de futuris de vigilia est sic et memoria ..... 97.